scribere. Ad hæc, Demetrius Phalereus bibliothecæ regis præfectus, qui istius petitionis auctor regi fuit, interroganti huic, quinam libri adhuc tibi deessent; respondit per epistolam; Iudæorum non solum legis, sed etiam aliarum rerum libros deesse: si quidem verum est epistolæ exemplum, quod nobis Iosephus reliquit. Non est ergo credibile, quod etiam Hilarius noster censuit, solam legem ab Eleazaro flagitauisse Ptolemæum. Nam ad Hieronymum quod attinet: nusquam ille, ut dixi, aperte hanc controuersiam iudicauit. Quod autem refert, Aristæum, & Iosephum scribere, quinque solos Mosis libros à LXXI. senioribus Ptolemæo esse conuersos traditoseque; id non ut dictum, sed ut sensum ab eo est, debere accipi opinor. Neque enim illos id verbis disertis scripsisse, ex iis quæ supersunt ipsorum monumentis satis apparet. Sed cum legis verbo illi essent vsi, dixissentque; Hebræorum legem reddidit Græcè à senioribus illis fuisse rogatu Ptolemæi; Hieronymus hoc vocabulum ad suam causam accommodauit, sicque interpretatus est, ut Iudæi solè, de Mosis quinque libris. Id igitur modò dicere voluit Hieronymus; Aristæum atque Iosephum de Mosis libris scripsisse: aliorum librorum non meminisse. Cur autem Aristæus, (nam Philonem & Iosephum inter Iudæos censeo) cur, inquam, ille, primus historie istius auctor, nominatim legem diceret, in promptu causa est. Nimirum propter illustrem & peruagatam legislatoris Mosis gloriam, apud externos præsertim populos, Iudæorum sacri libri legis fere nomine dicebantur. Neque verò, ut hoc ita esse doceam, multis mihi adiunctis exemplis opus est. Illud enim vnum Christi dictum satis magno argumento fuerit, cum apud Ioannem ait, in Iudæorum lege scriptum esse, id quod non in Mosis libris, sed in Dauidis versibus scriptum est. Sed quæ, inquires, ratio induxit Talmudicos, quorum commenta Iudæi omnes nullo iudicio sequuntur, &, tamquam dictata, reddunt, ut solam Mosis legem conuersam fuisse scriberent? Dicam, & quidem, nisi fallor, probabilissimam. Ipsa eos superstitio, ut sic existimarent, mouit: qua, cum semper alias gentis illius animi singulariter fuere occupati; tum plus quam aniliter ineptire cœperunt non paucis annis ante Christi aduentum; cum purior religio iam tum propè esset exoleta. Putabant enim stulti homines, ut præter Mosis legem, ceteri quoque libri sacri interpretatione peruulgarentur, ne Deum quidem ipsum fuisse passurum. Et ne ista sine auctore effingi à me existimes; dicam, ut potero, Latinè Talmudis verba, quæ in ספרא ספרא, vbi de legenda historia Hester tractatur, capite primo, sub ipsum initium scripta existunt. Sunt autem ea ferè huiusmodi, ut verbum è verbo exprimam. Ait Rabbi Ieremias, siue Rabbi Hija, Abba filius. Legem Chaldaicè interpretatus est Oncelus aduena, ex ore Rabbi Eleazar, & Rabbi Iosua. Prophetas autem conuertit Chaldaicè Ionathan Vzielis filius, ex ore Haggæi, Zachariæ, & Malachiæ. Quod cum iste faceret, mouit terra Israëlitarum per quadringentas parasangas: auditaque est vox dicentis: Quis ille est, qui arcana mea enunsiare ausus est hominibus? Ionathan autem insistens pedibus suis respondit: Ego is sum, qui tua arcana patefeci hominibus: tu verò non nescis, id me neque meæ, neque parentis mei, sed tuæ gloriæ causâ fecisse; ne dissensiones multiplicarentur in Israël. Cum porò ille etiam eos libros, qui vocantur כתובים, id autem est, Hagiographa; vellet interpretari, edita rursus vox est, monentis, ut se abstineret: satis enim esse. Quamobrem? Quia in Hagiographis expressus est terminus venturo Mesiæ præstitutus. Sed quæ causa est, cur cum Lex interpretaretur, non mouerit terra; cum autem Prophetarum, mouerit? Quia Legis verba aperta atque explicata sunt: at Prophetarum, partim quidem explicata, alia verò signis consignata. Hæc illic penè ad verbum Talmud. Ceterum quod de Mesiæ aduentu in Hagiographis definito dicit, id Rabbi Salomon eius explanator ad Danielis historiâ spectare ait. Iudæi enim Danielem vnà cum Prophetis non annumerant. Et hæcenus de Mosis lege, sola ne; an cum ceteris libris sacris conuersa ab illis senioribus fuerit. Porò ad alteram partem quod attinet; in vno ne conclaui, de communi omnium sententia facta sit illa interpretatio: quod Iosephus aperte scriptum reliquit: an in diuersis ædiculis, atque seorsim à singulis aut binis: quod plerique alij prodiderunt præter Hieronymum; equidem nihil ferè habeo, quod dicam; nedum quod constituam. Negare tamen non possum; si Aristæus; qui, ut iam semel, iterumque dixi; primus rem istam literis consignauit; diuersarum ædicularum non meminit; rei cum primis memorabilis, & quæ admirationem erat habitura apud omnem posteritatem meritò maximam; immò verò, similiter atque eum secutus Iosephus, in communi consensu vnà omnes operam dedisse interpretationi, scripsit: ut sanè eum scripsisse proditum absque

Ioseph. an. sig. lib. 12. m. 2.

Ioan. 10. 25. &amp; 10. 7. 14.

Talmud.

Ioseph. an. sig. lib. 1. c. 6.

Ioseph. vs. sig. 2.

absque omni dubitatione ab Hieronymo est: non possum, inquam, non fateri, inclinare, ut existimem; rem istam ab Iudæis esse confictam; ut sunt illi iam olim in huiusmodi commentis totum: dum se putant talibus nugis sacræ doctrinæ gloriam multum illustrare: quæ alioqui per se clarissima luce satis ipsa splenderet, si eius diuina sensa ad veritatem explicarent: id quod minime profectò faciunt. Nam Iustinus; commonstratis nescio quibus veterum ædificiorum obscuris vestigiis, non mirum est, si inducere potuerunt Iudæi, qui tunc Alexandria habitabant; ut id crederet, quod à suis maioribus acceptum ipsi non solum credebant; verum etiam eius memoriam, gentili quadam superstitione, colebant anniuersario festo; ut ait Alexandrinus Philo; cum hoc ille, vel opinione saltem, non sibi modò; sed omnibus hominibus persuasissimum planè esse cuperet, quippe cui aduersus & Iudæos & gentes ceteras auctoritate illius Græcæ interpretationis assiduo esset pugnandum. Porò Iustini, tantum viri, testimoniū deinde nostri, siue Græci, siue Latini, libentissimè secuti sunt. Nempe omnibus Hieronymum excipio, qui primus Hebræa ipse conuertere ausus est; sed ceteris omnibus eadem illa de causa, utilis erat illa opinio, atque exultatio tamquam vaticinationis; ex diuini cellulis nata. Sed superest id, quod pro Hieronymo dicebatur, de maximis erroribus, qui passim in ista interpretatione apparent. Hoc enim, cum non solum singulares illas ædículas subuerat; verum planè contra omnem opinionem, non modò de Septuaginta duobus primariis viris; sed de quouis vno bene interprete pugnet; aut prorsus refelli; aut certè dilui, atque excolari debet. Et refelli quidem non patitur clarissima veritatis lux. Excusandum igitur est: idque ego satis firma posse fieri ratione puto. Diuus enim Hieronymus disertè testatus est, sua memoria tot pane fuisse illius interpretationis exemplaria, quot codices: & vnum quemlibet pro suo arbitrio, vel addidisse, vel subtraxisse, quod ei visum fuisset. Est ergo existimandum, multiplices illos, & sæpè etiam absurdissimos errores, quos dicebam; nequaquam illorum virorum esse; qui, ut alibi idem ille Hieronymus fatetur, afflati Spiritu sancto, quæ vera erant, interpretati fuerant: sed eorum partem maximam imperitorum hominum temerariæ audaciæ; multos etiam librariorum culpæ atque inertie imputari debere. Nam ut rem ab ipsis inueniam; prius quàm Alexander Macedo rerum potiretur: id autem erat ante Ptolemæi illius principatum: sacras literas Græcè extitisse, Platonemque in ipsis versatum esse, testem laudat Aristobulum Iudæum Clemens noster Alexandrinus. Post Ptolemæum verò, atque magnificam illam, & præclaram interpretationem à LXXI. senioribus iam factam, multos insuper alios alias facere ausos esse; parum autem fideliter plerosque, satis certum est. Imperante enim apud Romanos Ælio Adriano, Aquila quidam Sinopita Ponticus, cum natu iam grandis à Christianis ad Iudæos defecisset; ipsaque Hebræorum elementa tum demum discere cœpisset, Christianorum odio nouam condidit interpretationem, ea mente ut de superioris illius sanctæ interpretationis, qua Christiani nitebantur, existimatione detraheret: immò verò, ut eam, si posset, funditus subuerteret. Post Aquilam autem, annorum aliquot interuallo, idem facere aggressus est Symmachus, homo Samaritanus, cum suorum popularium odiis exagritatus, Ebionitarum semi-Iudæorum; ut sic dicam, esset sectam secutus: non ille quidem fortasse, ut Christianis noceret; cum quibus nihil ipsi erat rei: sed certè, ut eius, qua tum Samaritani vtebantur; interpretationis pondus atque auctoritatem minueret, leuaret, abiceret. Vfos autem fuisse illis temporibus etiam Samaritanos plurimum illa, quæ ab illis LXXI. viris fuerat elucubrata, credibile est: cum esset ea tempestate Hebrææ linguæ scientia in paucissimis; Græcè autem omnes scirent. Porò Symmachi perfidiam breui secutus est quidam Theodotus, siue ille Ephesinus fuit: quod apud Irenæum legitur: siue Ponticus, quod apud Epiphanium. Quam autem etiam iste ab omnibus bonis rebus imparatus rem tantam sit aggressus, facillè hinc conicias. Etenim cum diu in Marcionis hæresi volutatus, ætate iam prouecta esset; eamque sectam fastidire atque odisse cœpisset, ad Iudæorum ritus animum inconstantem adiecit. Quibus demum per circumfessionem initiatus, cœpit etiam ipse Hebræas ab elementis literas discere. iisque tinctus, ut Marcionitarum, à quibus transfugerat, sacros libros falsi argueret; omnes, in quibus aliquid se videre existimabat, locos de LXXI. interpretatione mutauit: ceteros integros intactosque reliquit. Itaque quarta ab eo facta Græcæ interpretationis editio est. Denique non ita multis post Theodotum annis; cum apud Romanos imperaret Caracalla; inuenta est etiam quinta interpretatio: & post quintam sexta; & porò septima; atque etiam

Hieronym. apolog. contra Rufin. &amp; præf. in Pentateuchum.

Phil. Iud. de vita Moïsi.

Hieronym. præf. in Iosuan. &amp; præf. in Ezdr.

Hieronym. præf. in secunda in Paralip.

Clem. Alexandr. str. lib. 1.

fortasse plures: sed istæ omnes incertis auctoribus. Iam verò in tot interpretationum magna dissensione, quid sibi permiserint illi, quibus noua placebât, sordebant vetera: quorû hominum semper quidem magnus est prouentus: at numquam maior atque huberior, neque immoderatiore intemperantia, contumaciaque insolentiore, quam iis tempestati- bus, quibus Ecclesiæ dogmata in controuersia atque contentione versantur. Quales tem- pestates fuisse sanè inde ab illis interpretibus & diuinæ, & turbulentissimæ. Igitur quan- tã, pro sua libidine, vel singula veteris illius interpretationis verba demutandi licetiam sibi homines multi tunc permiserint, cum eam tam multarum discrepantium interpreta- tionum tenerent occasionem, facile potest quiuis existimare: & vt certius aliquid dicam, non iam qualemcumq. coniecturam, sed firmum etiam iudicium potest facere, ex Suidæ verbis; quæ de Luciano martyre, Origenis equali, apud ipsum scripta leguntur. Lucianus, inquit, cum animaduertisset, sacros libros plurimum esse vitiatos: quippe ipsum tempus multa in eis corruperat; & perpetua aliorum in alia commutatio: quin etiam homines quidam pessimi Græcarum superstitionum patroni, cum vellent ea, quæ in illis sunt sensa, peruertere, plurima in ipsis falsa atque adulterina supposuerant. Lucianus igitur libros il- los ex Hebræico sermone, ingenti labore restituit. Hanc enim etiam linguam maxima ex parte callebat. Sic Suidas. Græcarum, inquit ille, superstitionum patroni plurima adulte- rina pro veris supposuerant: quid multò acerbiores Ecclesiæ hostes Iudeos: quid his etiam longè acriores impudentioresque hæreticos fuisse censebimus? Sed Lucianus omnia res- tituit in integrum. Credo, fecit vir optimus quod potuit. verum quantum effecerit, hinc existimari licet, quod eius correctionis exemplaria non longius, quam inde ab Antiochia, in qua ille scripserat, vsque ad Constantinopolim sunt recepta atque probata. Nam Ægyptus & Alexandria; vt Hieronymus testatum reliquit; Hesyhij, mediæ autem inter An- tiochiam & Ægyptum prouinciæ Origenis Adamantij emendationes amplectebantur: totusque orbis illiusmodi trifaria vanerate, vt idem Hieronymus ait, inter se compugna- bat. Ex qua vel sola etiam dissensione effectum breui est, quod superius verbis Hierony- mi dicebami; vt tot existerent exemplaria, quot codices, cum quisq. pro suo arbitrio, nul- lo iudicio, adderet, subtraheret, demutaret, quod ipsi visum esset. Sed iam nimis for- tasse multa de interpretibus, atque interpretationibus vniuersè dixi. Ad ipsas igitur per- tiagatas LXXI. interpretum nomine Græcas interpretationes veniamus. Igitur Origenes, cum etiam ipse similiter atque æqualis suus Lucianus intelligeret, veterem illam Septua- ginta duorum seniorum interpretationem multis modis esse violatam; neque tamen, siue religione quadam, siue parum absoluta cognitionis linguæ Hebræicæ conscientia prohi- bitus; veller eam audacius corrigere: grandis enim natu demum literas Hebræicas disce- re cœperat: tetrapla, & hexapla, atque etiam heptapla, & octapla excogitauit: in quorû librorum singulis paginis, cum eas per quatuor, aut sex, vel septem, octo spatia, rãquam columnas, distinxisset; Hebræicum primò textum; deinceps verò illas, quas antè comme- morauit, Græcas interpretationes, singillatim, in suo quamque spatio inscripsit: vt harum omnium inter se, atque cum Hebræo collatis sensis, ipsa facilius dilucidiusque veritas ap- pareret. Quæ res tota est luculenter ab Epiphano explicata. Sed ille tanta diligentia non contentus; vt magis etiam eorum, in quibus esset studium sacrarum literarum, vtilitatibus, commodisq. seruiret, ipsam Septuaginta duorum illorû interpretationem; quæ vna in vulgus recepta probataque adhuc erat; sic concinnauit; vt ex ea sola, vno aspectu, quid omnino in Hebræo esset, quidque non esset, iudicare studiosi possent. Nam cum certû esset, illos interpretes passim multa de suo ad didisse, explicandarum rerum, quæ tractantur, gratia: multa etiam, tanquam superuacanea, consultò omisisse: atque insuper plurima, partim ab inertibus librariis, partim ab ineptis, atque etiam malignis emendatoribus irrepsisse vi- tia: quæcumque supra id quod Hebræo continebatur, addita esse videbat, ea appositis obeliscis veluti iugulauit, atque confodit. Quæ verò detracta esse animaduertebat, ex Theodotionis interpretatione accepta, ascitaque in contextum, asteriscis, siue stellulis nota- uit: propterea quod locum, ceteroqui imminurum, & præcisum, veluti illustrarent, denique diuersas scripturas, appositis limniscis indicauit. Sed enim cur à Theodotione potius, quam ab Aquila, vel Symmacho, aut aliis etiam interpretationibus mutaretur Origenes, quæ deesse videbantur: hanc ei fuisse causam opinor; quod Theodotion inter veterem illam LXXI. virorum interpretationem, & nouas, quas dixi, medius incede- ret, vt scriptum est apud Hieronymum. Quamquam ab Aquilæ quoque, Symmachique, & alio-

Suidas in  
verbo Lu-  
cianus mar-  
tyr.

Hieronymus  
prefat. in  
Paralip.

Epiphanius  
de mensur.  
& ponderi-  
bus.

Hieronymus  
prefat. in  
Euangelia.

& aliorum verbis non prorsus eum abstinuisse; cum ita res ferret, satis certum est. Vnam igitur huiusmodi interpretationem, veluti aptam ex duabus, mistamque, cum sic Ada- mantius cōcinnasset, vt per appostas, quas dixi, notas, ipsa illa vetus interpretatio Septua- ginta duorum senum, cuius auctoritatem Ecclesiæ Christianorum iam tum comprobaue- rat; tamquam integra, & intacta videretur conseruata; mox vsque aded placere illa cœpit omnibus; vt in ipsa etiam templa, atque in sacros cœtus ad preces, lectionesque admitte- reretur. Neque verò id mirum est; cum ea vna instar hexaplorum, atque octaplorum illo- rum esset: qui libri, nisi sumtu, & labore maximo, parari à nullo potuere: & insuper, in illa, non item in his, quid Hebræum haberet, quidque non haberet, diiudicatum con- spiceretur. Itaque cum hanc interpretationem omnes describerent; hac vna contenti es- sent; breui ceteræ omnes neglectæ iacuerunt; atque paulatim interciderunt etiam: vsque aded, vt Hieronymus absque dubitatione dixerit; sua memoria, in omnibus Ecclesiarum bibliothecis, vix vnum atque alterum inuentum iri potuisse librum; in quo illa *ἡ ἑξήκοντα ἑξήκοντα* interpretatio simplex, & absque asteriscis: hoc est, non suppleta Theodotionis verbis, superesset. Verum enimvero illæ notæ, et si vtilissimæ essent, tum ad germanam, neque alienæ interpretationis verbis contaminatam LXXI. editionem agnoscendam; tum ad ipsum Hebræum planè representandum; tamen librariorum pigritia, & vt opi- nor, minorum etiam sumtuum gratia; non ita diu post, apponi prorsus desierunt, vt earum etiam memoria propè iam aboleuerit. Hac igitur ea interpretatio est, quam ego in meis annotationibus, mistam voco. atq. huius exemplar secuti sunt in sua editione Com- plutenfes: quamquam non planissimè vbique. At altera illa Græca apud omnes peruagata, & sæpè typis edita in vulgus, est illa quidem simplicis interpretationis LXXI. seniorum exemplum, sed haud purum; neque ab omni admisione verborum Theodotionis libera- tum. Hoc enim facile intelligit, quisquis eam cum codice Vaticano, multò sanè integro- re exemplari confert: de quo dicam oportuno loco. quippe peregrina illa; cum videren- tur vtilia, vt sunt sanè vtilissima; postquam semel ab Adamantio admissa sunt, numquam deinde penitus potuerunt ab illis codicibus vel prohiberi, vel eiici. Et ne quis me putet augurantem leuibus coniecturis, meaque opinionis commenta sequentem; iudicium hoc nunc facere: habeo aliquot sacræ historię libros, qui & conuersi in linguam Syricam, & scripti sunt Alexandriæ; anno ab Alexandro magno nouies centesimo vicesimo septimo: hoc est: ante hos nongentos & quinquaginta annos: sunt, inquam, conuersi ad verbum de Græco exemplari, quod manu Eusebij ad Origenis libros, qui in Cæsariensis Ecclesiæ bi- bliotheca asseruabantur, fuerat emendatum: cum huic ad eam rem adiutor fuisset suus Páphilus. In quibus libris meis Syricis, cum omnes vbiq. notæ, quas dixi, summa cura, atq. incredibili diligentia sint appositæ; neque magno labore, neque vilo errore deprehendi à me, iudicarique, ea quæ modò dicebam, potuerunt. Et hætenus de vulgatis etiam in- terpretationibus. Porro notæ ab Adamantio excogitatæ, quarum multa iam mentio à me facta est: fuere huiusmodi. Obeliscus aut veru, linea erat, siue virgula longiuscula, tam- quam telum, aut, vt ait Augustinus lib. 8. de ciuit. Dei, qualis nota vnciæ, ducta supra di- ctionis, vel orationis, quæ veluti iugulanda fuit, initium. Sed in meis libris Syricis, sub ea linea media punctum vbiq. subscriptum est. cuius tamen puncti non meminit, quod equi- dem sciam; Hieronymus, aut Epiphanius, vel Augustinus. Asteriscus verò, radiantis stel- læ formam imitabatur. Deniq. limniscus, vt certè ab Epiphano describitur; virgula erat, qualem obeliscum fuisse dicebamus: sed eius medium puncta duo, alterum supra, subter alterum veluti includebant. verum Syrus in meis libris, lineam istam non recta ducit; vt obeliscum; sed vtriusque leuiter in partes diuersas inflectit. Ego verò Syrum meum, vt debui, in pingendis his signis sum imitatus. Terminabat autem istarû notarum vim atq. efficacitatem, nota alia cuneoli effigie, ad finem verbi, aut verborum complexionis appo- sita. Sed verò Epiphanius insuper hypolimniscum prodidit: & quidem planè qua forma obeliscum esse formatum à Syro dixi. Ego verò apud Syrum inuenio interdum limniscum suis illis duobus punctis carentem. Eam igitur notam pro hypolimnisco illum vsurpasse conicio. Significabat autem hypolimniscus; quantum certè de Epiphaniij verbis conici- licet; diuersam quidem scripturam, vt limniscus; sed pauciorum testimonio codicum cō- firmatam. Nam quod ille ait, hypolimniscum, verbi indicium fuisse, quo verbo vnicum par seniorum illorum, vno inclusum conclauit, fuerat diuerso vsum à ceteris: limniscum

Hieronymus  
epist. ad  
Augustin.  
to. 1.

Obeliscus.

Asteriscus.

Limniscus.

Hypolim-  
niscus.

verò, quò plura paria, id mihi; pace tanti viri dixerim; parum esse firmum videtur. Primò enim, non fati certum est, binos fuisse disclusos diuersis ædulis illos interpretes, aut etiam singulos. Deinde à quibus proditum memoriæ est, vel singulos, vel binos separarim collocatos fuisse; ab iisdem pro miraculo quoque affirmatum illud est; nullius interpretationem, vel verbo vno, cum alterius discrepasse. Et vt demus, illos sententiis quidem prorsus consensisse, eamque rem admirationem habuisse: ceterum verbis pauculis vsos diuersis fuisse; quis credat eorum verborum memoriæ ad Origenem vsque mansisse? vel vt manserit etiam memoria, illud sciri potuisse, vniúsne folius illorum interpretum, vel paris vnius; an verò plurium ea verba fuerint? Et hæc quoque hæcenus.

Nunc porrò paullulum de me deprecabor; petamque à lectoribus; vt ne, cum dicam, siue in commentariis, siue in annotationibus meis; interpretes, aut Græcos, aut Latinum errasse; ipsos me viros, aut eorum, vt ab ipsis scriptæ editæque sunt, interpretationes arguere putent: sed eam, quæ nunc habetur, deprauatam scripturam. Nam etsi negare nemo potest; homines illos fuisse; tamen in res vetustatis auctoritate probatas petulantius inuehi, easque contumaciùs labefactare & peruertere velle, hominis esse confidentis, seq. gloriòse ostentantis ego certè existimo. à quibus vitiis semper abesse, & videri cupio, quantum qui longissimè. Sed Græcam interpretationem esse multis deprauationibus peruersam confusamque, demonstratum à me superiùs est. Latinam autem existimo illam quidem, vt vulgo etiam creditur; diui Hieronymi esse: sed quin iam olim idem illud ei acciderit, quod de Græca diximus, mihi nulla est dubitatio. Quæ enim, ante eam, aures omniù, atque animos occupauerat Latina, de Græcis expressa, quis non existimet multis in locis, quadam præiudicata confirmataque opinione, placuisse magis, præsertim hominibus, qui nullum adhibere iudicium ipsi possent, Hebraicæ linguæ prorsus rudes? Er, si non in eorum, quæ Hieronymus reddiderat, locum passim supposita; at certè hic, illic, in margine adscripta fuisse: vnde post, librorum errore, magna sit nata scripturæ confusio: Verùm vt ista sunt, mihi propositum est, neminem; præter paucos, iam olim re atque existimatione damnatos homines; infectari inimicè: sed quæ mihi meliora vita sunt, ea amicè atque beneuolè monere modò. Quod dum facio, si iudicium meum vsquam aberrat à vero & recto; certè animus meus nusquam discedit à iusta debitaque verecundia, atque modestia. Quapropter eandem gratiam vt ipse ab aliis quoque habeam, quum esse puto. Neque enim, quin multi in multis à me dissentiant, reculare aut possum, aut volo: sed meum iudicium; in quo magnam esse infirmitatem ingenuè confiteor; omnium doctiorum iudicio, & præsertim sacrosanctæ Ecclesiæ, eiusque summo Pontifici Romano submitto.

A N N O.

ANDRÆ MASII ANNOTATIONES,  
 QUIBVS EDITIONIS GRÆCÆ, HISTORIÆ  
 Iosua ratio modusque omnis, per capita &  
 versus explicatur.



QVAS ob causas Origenes Theodotionis interpretationem, cum ea quam fecerant olim LXXII. seniores, admiscuerit; quibusque notis vsus id fecerit, explicatum à nobis superiore præfatione est. Hanc autem Adamanti mistam atque ex duabus aptam interpretationibus editionem, cum nos iam in Iosua; quoad eius facere potuimus; emendatissimam dedimus: notasque, illas, quæ dudum, vel propter vetustatem, vel librorum potius inertiam obsoleuerant, scribiq. desierant, renouauerimus; & in suos quasque locos restituerimus: visum nobis est rem omnem, qua ratione, quodq. modo est acta, literis breuiter consignare atque annotare; vt perpetuò in promptu sit, vnde queat librorum culpa redargui. Proponam autem eius interpretationis exemplum, quæ est in peruenatis libris; & quia ea est in omnium manibus; & quia minus discessit à simplici puraque illorum LXXII. interpretum editione: ipsamque, tum ea supplendo Theodotionis verbis, per appositos asteriscos, quæ desunt; tum iugulando obeliscis, quæ supra Hebraum addita sunt; ita informabo, vt illius Origenicæ editionis speciem in Iosua certè historia, luculenter referre, et simul simplex liberataque, ab omni admisione interpretatione illa vetus, qualis fuerit, ostendere, tâquâ digito, possit. Nam ijs etiâ quæ in illo, quod dicebatur, exæplo iam antè adscripta ex Theodotione sunt; nò sanè pauca illa, suos asteriscos reddat: et insuper limnicis varias scripturas indicabo, deniq. deprauata quæ sunt; quantum certè poterò, corrigam. Sequar autem in his cum aliorum exemplarium, tum mei Syrici potissimum, atq. etiam Vaticanæ, & Complutensis fidem. Continet autem Vaticanus codex; longè ille quidem vetustissimus, editionem simplicem Ἰϋδ ἑβραϊκῶν τὰ δ' οὐ, neq. suppletam aliena interpretatione: sed, nisi fallor, à Luciano martyre, emendandi studio nonnihil contaminatam, hoc est eam, quam κοινῶς vocare solebant. Compluti autem editi à Ximenes libri satis noti sunt. Igitur, vt decurram ordine per capita & versus singulos: Capitis primi versiculo primo, illud, δουλε κωει, debet asterisco apposto notari; hoc modo, δουλε κωει. nimirum à LXXII. præteritū,

atq. ex Theodotionis interpretatione huc additū est. Mox pro ληπουργα, est in bonis libris ἁποουργα. quare hoc scribendum censeo. Versu II. Post nomen ἰοδανλω, est in editione mixta additum ex Theodot. apposto asterisco pronomen ἑστῶν. Et rursus in versus istius extremo, hæc clausula verborum, τῆς ἰοδῆς ἰοδανλω. Versu III. post illa verba, ποδων ὑμῶν, est in mixta, ἑστῶν αὐτῶν. In hoc versu Complutenses scribunt, ἑστῶν τὰ ἰγν. quod est quidem Hebræo consentaneū. Sed Syrus id expressit, quod est in vulgatis libris. quare nihil hîc mutò. Versu IV. verbo Ἀπλιεανω, addit mixta demonstrationis pronomen ἑστῶν. Rursus post, ὁφειται, hæc verba à LXXII. præterita πᾶσα γλω ἑταίω. Mox scribendum est, τῆς θαλάσσης τῆς ἐρυθρῆς, addito altero articulo. Atque hic limnicus ostendit, in quibusdā libris esse μαγαλῆς, pro ἐρυθρῆς. Hebræum quoque hic, magnum mare, habet, at in Deuteron. ultimū, siue extimum. Versu V. cum dicitur, καὶ ὡσαυτ ἦν ἡ ψυ, debet Coniunctio iugulari obelo. Non est enim in Hebræo, Similiter Aduerbiū ἑστῶς, quod paullo ulterius scriptum est. Et rursus Coniunctio, in his verbis, καὶ μετ' αὐτῶν. Atque etiam quæ paullo ulterius posita est, cum dicitur, καὶ ἐκ ἐρυθρῆς θαλάσσης. Versu VI. Aduerbiū σφοδρα, asterisco signandum est, vt à LXXII. omissum, atque ideo neque in Vaticano habetur. continet enim, vt dicebam, ille codex, editionem simplicem Ἰϋδ ἑβραϊκῶν τὰ δ' οὐ. Mox Coniunctio, quæ est posita ante verbum ποιῶν, debet iugulari obelisco. Ceterum post hoc verbum, habet editio mixta per asteriscum, hanc verborum continuationem videlicet, καὶ πάντα τὸν νόμον. Vterius, post verbum ἐρεείλατο, deest in nostris libris Pronomen, σοι. scribendum est ergo, ἐρεείλατό σοι. Rursus iugulanda obelisco est Coniunctio, cum dicitur, καὶ οὐκ ἐκλυῖς. Ibidem pro ἡ ἀριστῆς, habet Vaticanus codex, ἑδῆ εἰς ἀριστῆς. Sed Syrus est nostrorum codicū scripturam secutus. & nihil hoc ad sententiā. Versu VII. Coniunctio initio scripta, est iugulanda obelisco. Vterius post illa verba, πάντα τὰ γὰρ ἀμύθη, additur in mixta ἑν ἰωτα. Paullo ulterius expungendum est illud, ὁδοτόσην καὶ, quod mendosè habetur in vulgatis libris. Porro pro, ὁδοτόση, reddidit Syrus primam personā, ὁδοτώσω.



ἄλλω ὄσω. sed id ei non assentiuntur alia exemplaria. Versu 1X. scribunt Complutenses, 9 εἰς πάντα τόπον οὐ εἰν πορδίη. Sed quando verbum, τόπον, neq. Hebraum habet, neq. alij boni libri, nihil muto. Si quis tamen adscribendum putet, is potest obelisco, sicut in extremo huius capituli, Versu XI. post, παρεμβολῆς, expungendum est illud, τὴν λαβῶν. nam in bonis libris non est. Eodem versu post, ἐπιμαρτυρεῖται, est in mixta editione pronomen ὑμῶν. Mox pro, ὑμῶν, δελεῖται, quod est in vulgatis libris, scribe, καὶ ὑμῶν δελεῖται. sed Coniunctio habeat obelum, quia nota sunt etiam ingulanda illa, τὴν παρῆσαν. Deniq. post illa verba, διδάσκων ὑμῶν, additū est in mixta κληρονομίην ὑμῶν. Versu XII. in fine, post ista verba, εἶπεν ἰσοδῶν, est in mixta, λέγων. Versu XIII. initio, Nomen ἠμεῖς signetur obelo, cum dicitur, ῥημῶν κληρονομίην. Versu XV. post illa verba, ἠδὲ δὸν ὑμῶν, habet editio mixta per stellam addita hec verba, \*μοῦσῆς πᾶσι ἰσοδῶν. Eodem versu ad illa verba, καὶ εἰς ἰσοδῶν, addit mixta per asteriscum, τὴν δὴ δὴ μῆτι. Versu XV. cum dicitur, κατεπαύσθη ἡμεῖς ὁ θεὸς ὑμῶν, debet illud, ὁ θεὸς ὑμῶν, confodi obelo, sed non etiam cum denuo scribitur. Vltimus illud, ἐκείνος, debet appositā stella notari. est enim à Theodotione acceptū. Ibidem, post illa verba, εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτῶν, habet editio mixta additam hanc verborum clausulam, καὶ κληρονομήσεται αὐτῶν. eam enim vt superuacanam præterierant LXXII. interpretes. Rursus post nomen, μοῦσῆς, habet additum, \*ὁ πατὴρ κληρονομίης. Versu XVI. cum dicitur, εἰς πάντα τόπον, debet verbum τόπον habere appositum obelum. Versu XVII. post illa, ἠκούσα μὲν μοῦσῆς, est in mixta editione Aduerbium additum, hoc modo, ἔπειτα, ἀκούσῃ μεθ᾽ αὐτῶν.

CAP. II.

Capituli secundi versu primo, post verbum κατεπαύσθη, est in mixta editione additum cum asterisco Aduerbium \*κροφῆ. Quæ verò mox sequuntur verba, nempe, οἱ δύο νεανίσκοι ἦλθον εἰς ἱεραχῶν, ea sunt omnia ingulanda veru: quia cum in Hebræo non essent, addita sunt à LXXII. explicandæ sententiæ gratia. Vltimus pro, κατεπαύσθη, rectius scribas, κατέλυσαν, vt habet Vaticanus, & expressit Syrus. Versu secundo, scribe, καὶ ἀπηγγέλη τῷ βασιλεῖ ἱεραχῶν λέγοντες, ἰδοὺ ἀνδρες &c. Et hic Aduerbium, ἰδοὺ, habeat asteriscum. Non erat enim à LXXII. scriptum: sed mutuatus est Origenes ab Theodotione. Vltimus post Aduerbium, ὠδὲ, est in editione mixta \*τὴν νύκτα ἐν τῷ ἵδῶν &c. Versu tertio, illud, καὶ εἶπε, debet confodi obelo. Quod porro sequitur, est

in mixta editione ad hunc modum scriptum, τῶν εἰσαποδομηθῆναι ἡμεῖς ὁ θεὸς ὁμοῦ εἰσαποδομηθῆναι εἰς τὴν οἰκίαν σου. Nimirum illa verborum vt videbantur, eorundem repetitio, omiſsa fuerat à LXXII. Quod autem hic additur, τὴν νύκτα, debet obelo ingulari. Non enim est hoc loco in Hebræo. Denique in extrema clausula, addita est in mixta editione nota vniuersitatis, cum asterisco. habet enim ad hunc modum, κατεπαύσθη ἡμεῖς ὁ θεὸς ὑμῶν καὶ ἡμεῖς. Versu XV. est in mixta, τῶν δύο ἀνδρες. Paulo vltius signandum est Pronomen obelo, cum dicitur, καὶ εἶπεν ἄνωγε. Mox, post illa verba, ἡμεῖς οἱ ἀνδρες, habet mixta cum asterisco pericula verborum à LXXII. omiſsam, hanc \*καὶ ἐν οἴδῳ πόθεν ἦσαν. Versu XVI. post verbum, κατεπαύσθη, est in mixta, per asteriscum οἱ ἀνδρες. & mox eodem signo appositū additum est post Verbum, κατεπαύσθη, Aduerbium, ἐν τῷ ἵδῶν, quod LXXII. omiſerant. Versu XVII. pro ἐπιμαρτυρεῖται, scribendum est ἐπιμαρτυρεῖται. sic enim habent optimi libri, & hoc traduxit Syrus. Versu XVIII. cum dicitur, καὶ αὐτῶν ἡ κοινὴ νύκτα, neque in Complutensium editione, neque in Vaticana est pronomen αὐτῶν. A Syro tamen lectum est. sed certum est, esse superfluum. Versu XIX. scribendum est, ἰδοὺ καὶ κληρονομίην ὑμῶν τὴν γῆν. Nam in vulgatis libris non suo ordine collocata sunt verba. Vltimus, magna huius versus pars à LXXII. vt superuacanea, omiſsa, in mixta editione appositā legitur, cum asterisco, post illud, ἐφ᾽ ἡμαῖς, his verbis \*καὶ ἐπὶ κατέκτισσον πάντας οἱ κατονομούμετες ἐν τῇ γῆ καὶ καὶ οὐρανῶν καὶ ὑμῶν. Atque deinceps sequitur versus decimus, in quo versu primo illud ὁ θεὸς debet ingulari veru. Et pro ὅσα ἐπινοῶτε, scribendum est, ὅσα ἐποιήσατε, consentientibus emendatis libris. Versu XI. habet codex Vaticanus, ἐν ἱδῶν ἡμῶν, quæ lectio si retinenda est, debet pronomen notari obelisco. Sed quia alia exemplaria, quæ vidi, non assentiuntur illi, non putavi esse scribendum. Eodem versu, extremam verborum complexionem explet mixta editio ad hunc modum, ἐν τῷ κληρονομίην ὑμῶν ὁ θεὸς καὶ ἡμεῖς &c. Versu XII. illud, τὴν δὴ δὴ μῆτι, veru notandum est, mox scribito, ἐν ὑμῶν ἡμεῖς, addita præpositione, ex bonis libris. Et quod sequitur, legito hoc verborum ordine, καὶ ποιήσατε καὶ ὑμῶν ἐν τῷ οἴκῳ τῷ πατρὸς μου ἡλεος. Atque deinceps habet mixta editio complexionem verborum à LXXII. omiſsam, hanc \*καὶ δῶτε ἐμοὶ σημεῖον ἀληθείης. Post quæ verba sequitur versus XIII. in cuius principio, illud, τὸν οἶκον, signandum est obelisco. Eodem versu, cum dicitur, καὶ πάντα ὄσση

δοῦ ἐξῆν ἐν αὐτοῖς, debet Præpositio, ἐν, expungi. Non enim est in bonis libris. Syrus ostendit per limnifici notam hic in quibusdam libris, post illud, καὶ τὰς ἀδελφὰς μου, haberi hæc verba, καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτῶν. & eiusmodi libros secuti sunt Complutenses. Sed ea verborum circumscripcio non est in Hebræo. Quapropter si addenda est, debet obelo notari. Versu XIV. illud, καὶ αὐτῶν εἶπεν, ingulandum est obelisco. & continuo addit mixta editio longum verborum ambitum per asteriscos. Sicut enim locus iste in mixta legitur, καὶ αὐτῶν εἶπεν \*εἰν μὴ γινώσκῃτε ὑμῶν τὸ ῥῆμα ἡμῶν τὸ ἰσοδῶν, &c. Paulo vltius, pro, τὴν πόλιν, habent quidam libri, καὶ τὴν γῆν, vt Syrus per limnificum ostendit. & sanè in Hebræo est terra, non vrbs vocabulum. Versu XV, post illud, κατεπαύσθη αὐτοῖς, inferat editio mixta \*ἐν χοινομαθῆ. Paulo vltius, post Nomen, θεοῦ ἡμεῖς, magnam etiam verborum complexionem, à LXXII. præteritam, hanc videlicet, \*ὅτι ὁ οἶκος αὐτῶν ἐν τῷ τείχεϊ ἦν, καὶ ἐν τῷ τείχεϊ αὐτῶν κατόικη. Versu XVI. illud, ὁμοῦ ὡς ὑμῶν, debet ingulari obelisco. Versu XVII. post Verbum, ἰσοδῶν, habet mixta additum Pronomen, ἡμεῖς. Eadem etiam nota apponenda est ad demonstrationis Pronomen τούτων, quod mox sequitur: & simul adscribenda sunt quadam verba, quæ sunt à LXXII. omiſsa. Sic enim locus iste legitur in mixta editione, τὰς ὄψεις σου τούτων ὡς ὄψεις ἡμεῖς. In extrema versus XVII. parte, abolendum est Pronomen σου, cum in vulgatis libris est, εἰς τὴν οἰκίαν σου. Versu XIX. scribe, ἐνοχος ἔσται αὐτῶν. Mox illa verba, τὰς ὄψεις σου τούτων, signanda sunt obelo. & similiter Pronomen σου, cum dicitur, ἐν τῇ οἰκίᾳ σου. Mox post Verbum ἰσοδῶν, habet mixta editio per asteriscum hæc verba adiecta, \*εἰν χεῖρ ἀνταγ αὐτῶν. Versu XX. verba illa initio, τὸς ἡμαῖς ἀδικήσῃ καὶ sunt obelo ingulanda. & pro, ὅσα καλώψῃ, scribendum est ὅσα καλώψῃς. Sic enim habent codices optimi. Eodem versu, cum dicitur, τούτων \*ὡς ὄψεις ἡμεῖς, debet demonstratiuum, τούτων, ingulari veru, cetera verò verba habere appositam stellulam. Versu XXI. ubi est in vulgatis libris, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, debet Pronomen expungi. Versu XXII. post illa, εἰς ἡμεῖς, additur in mixta hæc verborum clausula, \*ὅς ἐσθὲς ἕως οἱ διώκοντες. Versu XXIII. post Verbum διέλεσαν, addit mixta alterum Verbum, & copulam, hoc modo, καὶ ἦλθον. Versu XXIV. expungendum est illud, ὁ θεὸς ἡμῶν. & quod sequitur legendum est mu-

tato verborum ordine, καὶ χεῖρ ἡμῶν ἀδικήσῃ τὴν γῆν. Ibidem pro κατέπευχε, scribendum est κατέπευχε. debetque Pronomen, ἐνεῖνω, ingulari appositū veru. CAP. III. Capite tertio, quia pars ea pagella codicis Syrici, in qua primi sex versus scripti erant, mutila est, non quæ satis certò in his notas omnes ostendere. Interim constat versus primo, illa verba, αὐτῶν καὶ πάντες οἱ υἱοὶ ἰσοδῶν, esse asterisco signanda, tamquam quæ à LXXII. non fuere reddita. Versu XI. addit mixta editio copulā per asteriscum. Habet enim \*καὶ δὴ λῶν. Et mox eadem nota apponit nomen μέσης. Est enim in mixta, δεξιά μέσης & παρεμβολῆς. Versu XIII. scribendum est, κληρονομίην τῶν ἡμῶν, Dei nostri. Cum porrò sequitur, καὶ τὸς ἰερεῖς ὑμῶν, debet hoc Pronomen, ὑμῶν, aboleri, & Coniunctio quæ ibidem scripta est, cum dicitur, καὶ τὸς λαβῶν, est veru ingulanda. Mox post Pronomen αὐτῶν, addit mixta editio per asteriscum, καὶ ὑμῶν. Et vos discedetis. Ibidem, pro, ἐν τῷ τόπον, scribendum est, ἐπὶ τῷ τόπον. sic enim habent emendata exemplaria. Versu IV. pro, πορδίη καὶ αὐτῶν, scribendum est, πορδίη ἐν αὐτῇ. Ibidem in extremo, Nomen, ἡμεῖς, debet habere appositam stellulam. Versu VI. post Nomen, ἰσοδῶν, est in mixta editione adscriptum cum asterisco Participium λέγων. ἀεγῆ, &c. Eodem versu Nomen κληρονομίης quod bis scribitur, bis est obelisco notandum; & similiter illud ὁ ἰερεῖς. Versu VII. ingulandum veru est, nomen ἰσοδῶν, cum dicitur, αὐτῶν ἰσοδῶν. Et similiter particula ἑποῖς, & quæ deinceps sequitur Coniunctio καὶ. Initio versus octavi, lege καὶ νύκτα ἐν τῷ ἵδῶν, &c. Ita enim habent emendati libri. Eodem versu, cum dicitur, καὶ ἐν τῷ ἰσοδῶν, &c. debet copulā habere obeliscū. Versu IX. scribe, καὶ ἡμῶν, Dei nostri. Versu X. omiſsum est à LXXII. principium, quod in mixta his verbis scriptum legitur, καὶ εἶπεν ἰσοδῶν. ἐν τούτων, &c. sic enim legendum est; non autem ἐν τούτοις, vt habent vulgati codices. Ibidem pro, ὅτι κληρονομίην, scribendum est, ὅτι θεὸς ἡμῶν. Eodem versu legendum est, καὶ τὸν δάκρυον, καὶ τὸν σελῶνα, καὶ τὸν γαργαῶνα, &c. mutato verborum ordine. Versu XI. habet mixta editio, δελεῖται \*ἐμμεθῶν ὑμῶν τὸν ἰσοδῶν, &c. Rursus versu XII. omiſsum est initium à LXXII. quod sic addendum in mixta editione est, καὶ νύκτα κατέκτισται &c. Ibidem post Nomen, ἰσοδῶν, repetit mixta editio cum stellula ἀνδρες ἐν αὐτῷ &c. Versu XIII. illud, καὶ δελεῖται, ingulandum obelo est.

Vltcrius illa vniuersitatis nota \* αὐτοῦ, debet appositam stellam habere. Vltcrius, post illud, τὸ καὶ τὰ βιβλία, additū est in mixta Aduerbium, \* ἀνευθ'. Mox quoque post verbum εἰσεῖ, adscriptum est εἰς σῶμα, unus acernus. Mendose autē in plerisq. anti-graphis est, ὡς σῶμα.  
 Versu XIV. in ipso initio, debet illud \* εἰσεῖτο 14 ὡς, adscriptam stellam habere. Non enim est à LXXII. dictum. Et legendum est verbum numero plurium, ἀπὸ τῶν, discesserunt. Eodem versu, sub finem, expungendum est Nomen κυεῖς, cum dicitur ἀπελάθη κίεῖς ἀπὸ τῶν.  
 Versu XV. illud, τὸ εἰσεῖ, quod initio scriptum est, debet obelisco notari. Vltcrius cum scribitur in libris vulgatis, τῆς ἀπελάθη κίεῖς, debet nomen κυεῖς prorsus auferri: reliquum verò obelo confodi. Rursus eadem illa verba, ἀπελάθη κίεῖς, scripta in vulgatis libris ante verbum ἐλάθησαν, sunt expungenda. Vltcrius illud, τὰ ἰορδάνη, ingulandum obelisco est, Et similiter in extremo, Nomen πορδῶν. Et pro ὡσεὶ ἡμέρας, scribendum est, ὡς ἐν ἡμέρας. Versu XVI. cum habent vulgati libri, μακρὸν σφόδρα σφόδρα, delendum est alterum, σφόδρα. Hunc locum sic legit Syrus, ἀφῆσθα δέες μακρὸν σφόδρα ἀπὸ ἄδαμ, &c. Sed, nisi fallor, mendose. Est autem credibile, Nomen δέες, in margine scriptū ab aliquo fuisse, qui verbi ἔστη, priorem syllabam imperiis aulsam interpretari volebat eo vocabulo. Porro post Nomen, ἄδαμ, additū est in mixta editione τῆς ἀόλεως, ἢ ἐξω, ἕως μέεγας. Atq. hic, pro, καὶ ἀβιαῖμα, scribendum est, Σαβῶν. Hoc enim ei vrbi nomen erat: Et hoc est in probis anti-graphis. Vltcrius, verbum κατέβη, signetur obelisco. Et similiter dictio ἕως, que sequitur. Debet etiam hoc loco pro ἀλά, scribi ἀλάς. Versu vltimo, post illa verba, ἐν μέσῳ τῆ ἰορδάνη, apponit mixta editio Aduerbium \* ἐομῶς. Mox Nomen, τὸ ἴον, ingulandum est veru, cum dicitur, καὶ ἅπαντες οἱ ἴον ἰσ-επῶν.

CAP. IV.

Capitis quarti versu primo, scribe numero plurali, σικερέλεσαν. Et mox pro, ἀκαίμων, scribe modum infinitum, ἀκαίμων.  
 Versu secundo, scribe ordine verborum mutato, ἀκάλαβε ἀπὸ τῆ λαβὴ δώδεκα ἀνδρας. Et illud, ἀνδρα, quod continuo sequitur, habeat adscriptam stellulam. Est enim ascititium.  
 Versu III. Pronomen, cum dicitur, ἀνέλαθεν αὐτῶν, notetur asterisco. Est enim etiam ipsum ex aliis interpretibus acceptum. Et deinceps scribatur, ἐν τῷ δέον ἐν μέσῳ τῆ ἰορδάνη, atque hic iam apponit mixta per asteriscū hanc verborum clausulam \* ἀπὸ εἰσεῖσας πορδῶν ἡδ

ιερέων, deinde sequitur, ἐπίμοις &c. Quod porro hic scribitur magno librorum consensu, αἷμα ὑμῶν καὶ ὕδατος, suspicor olim rectius scriptum fuisse αἷμα ὑμῶν ἑωθί. Sed nolui aduersus consensionem ἡδ ἀντιγράφων quidquam mutare. Ibidem pro εἰσεῖτα legit Syrus modo mandantino, τίδετα. Et, nisi fallor, recte. Vltcrius, ἐν τῇ εἰσεῖτα παιδία, ἡδ ἰσ-επῶν, debet Pronomen habere obeliscum. Versu IV. addit mixta articulū, per asteriscum, hoc modo, \* τοῖς δώδεκα ἀνδρας; Et paulo vltcrius nomen ἀνδρα, habet enim, ἀνδρα \* ἐνα ἀπὸ ἐκείνης φυλῆς.  
 Versu V. Initio post illa verba, εἰπε ἡμεῖς, adscribit nomen ἰσοῦς, ita enim scriptum est in bonis libris. Vltcrius, post illa, ἡδ εἰσεῖτα, addit mixta editio τὰ θεοῦ ὑμῶν. Vltcrius scribit ἐκείνος λίθον ἐνα, mutato verborum ordine. Mox habet Vaticanus codex, ἡδ δώδεκα φυλῶν: sed nomen δώδεκα non est in aliis exemplaribus, que vidi. Si tamen adscribendum est, debet obelo notari: nam Hebraicum non habet. Versu VI. scribe, ἢ ἡδ ἑπάρχεσον ἕτοι κείμοι: ἐν οὖν εἰς σημεῖον ἡδ ἕπάρχοντες. atque illud κείμοι & ἡδ ἕπάρχοντες, ea sint veru confossa. Eadem nota insigniatur quoque verbum εἰον, quod paulo vltcrius postum est. Versu VII. scribe, ἡδ σὺ ἠλάσας, habetq. Pronomen obelum appositum. Eadem nota scribatur quoque apud Participium λόγων, Et vltcrius, apud Nomē ποταμῶς, quod nomen tamen à Syro non est lectum. Denique etiam apud illa verba, ἀόλεως τῆς ἡδ. Mox ubi est in vulgatis libris, ὡς δέλαεν ἂν τῶν, habet mixta editio, loco Pronominis ὕδρον, ipsum Iordanis nomen, cum asterisco: quo etiam ea verba signari debent que sequuntur. Est enim hic locus in mixta editione sic scriptus, ὡς δέλαεν ἂν τὸν ἰορδάνη, καὶ εἰσέλιπε τὸ ὕδωρ τῆ ἰορδάνη: nam illam verborum iterationem vitant LXXII. Dum sequitur, καὶ ἔσονται ὁμῶν, signetur Pronomen obelo. Paulo vltcrius, cum dicitur, ἐν τοῖς ἡδ ἰσ-επῶν, Complutenses omittunt Prepositionem, ἐν. Augustinus quoque videtur eam non legisse. sed Syrus assentitur nostris vulgatis libris. Versu octauo, initio, cum dicitur, ἐν τῷ ἡδ τὸ κέλεος τῆ ἰσοῦ, debet illud κέλεος τῆ ingulari veru appposito. Vltcrius lege, καὶ διηκόμεσαν ὕδατος ἀμα ἑαυτοῖς. Versu IX. scribe mutato ordine, καὶ ἀλλοῖς δώδεκα λίθοις ἔσπε ἰσοῦς ἐν ὕδατος, ex Syro. Debet autem illud ἀλλοῖς notari obelisco. Et similiter Nomen κυεῖς, quod habetur eodem versu. Decimum versum lege ad hunc modum, οἱ ἰερεῖς δὲ οἱ ἀέροντες τὸ καὶ κίεω τῆς ἀπελάθη ἡδ εἰσεῖσας πορδῶν, &c. sed illud, ἀπελάθη, signetur obelo,

obelo, Et μέσῳ, stella, tanquam ascititium. Vltcrius, scribe ἕως οὐ σικερέλεσαν. Et Nomen ἰσοῦς, expungatur. Hic autem adscripta est in mixta editione per asteriscos longior verborum continuatio, huiusmodi \* ἡδ ἰσ-επῶν, sive, ἡδ ἐν τῷ ἡδ ἰσ-επῶν, καὶ ἐπὶ ἀναγῆσαι τῆ λαβῆ, καὶ πάντα ὅσα ἐν τῷ ἡδ ἰσοῦς. ac tum deinceps sequitur, καὶ ἑσάδοσαν &c. Indicatur autem à Syro, per limniscum, in nonnullis libris, post, τῆ λαβῆ, adscriptum esse, καὶ δέλαεν οἱ ἡδ ἰσ-επῶν. Sed ego hoc librorum errore esse factum puto.

Versu XI. notetur rursus illud, ἡδ εἰσεῖτα, καὶ ἡδ ἰσ-επῶν, obelisco. Complutenses hic, pro, οἱ λίθοι, habent, οἱ ἰερεῖς: Et sic est in Hebræo. At in margine Syrici codicis annotatum est, LXXII. dixisse, οἱ λίθοι, ceteros verò omnes Græcos interpretes, οἱ ἰερεῖς. Nihil ergo mutandum, est enim interpretatio ἡδ ἐξ ἰσοῦς, nostra editionis fundamentum.

Versu XII. habet mixta editio, ἡδ εἰσεῖτα \* ἡδ ἰεραχῶ. Nimirum verbum Hebraicum ירבוך conuersum est in Græcum, ἡδ ἰεραχῶ. Significat enim illud locum aquabilem, atque etiam desertum, unde solet ab Aquila pro ca reddi ἡδ ἰεραχῶ. qui tamen hic ipsam vocem Hebraicam Araboth seruaui. Symmachus verò conuertit, ἀόνησον. Versu XIV. nomen ἡδ εἰσεῖτα obelisco signandum. Vltcrius, cum dicitur, ὡς περὶ ἐφοσῶντο μωσῶν, verbum ἐφοσῶντο debet habere appositam stellulam, tanquam alienam ab editione LXXII.

Versu XV. post illa verba, καὶ εἶπε κέλεος, additum est in mixta editione, \* ἡδ τὸν ἰσοῦ. XVI. illud, ἡδ ἀπελάθη, debet rursus notari obelo. Ibidem, post verbum, ἡδ ἰεραχῶ, habet codex Vaticanus, κυεῖς, testimonij Domini. sed id ei non assentiuntur alia exemplaria. Si tamen adscribendum est, non est sine obelisco adscribendum. neque enim in Hebræo habetur. Versu XVII. post illud, τὸς πῶ-δρας ἀπῶν, est in mixta editione \* οἱ ἰερεῖς. Vltcrius cum dicitur, \* καὶ ἡδ ἑσάδοσαν τὸ ὕδωρ, apponendus est asteriscus ad copulam. est enim ex aliis interpretibus accepta. Mox, post, καὶ χύρω, adscribendum est Pronomen ἀπῶν, in locum suum. Vltcrius, verbum, ἡμέρας, ingulandum obelisco est. Atque hic verbo κρηπίδος additum in mixta est Pronomen ἀπῶν, ripam suam. Versu XIX. illud, τὸ ἡδ ἰσ-επῶν, debet ingulari obelo. Versu XX. lege, ὡς ἐλάθεν ἐν τῷ ἰορδάνη, posito verbo in plurium numero. Versu XXI. initium est à LXXII. omissum. id est, in mixta additum est his verbis, per asteriscum, \* καὶ εἶπε ἡδ εἰσεῖτα ἡδ ἰσοῦς ἰσ-επῶν, λέγων, ἡδ. Et Ibidem, post illa

verba, οἱ ἡδ ἰσ-επῶν, additum in mixta est Aduerbium ἀπῶν, cras. Vltcrius, cum dicitur, τὸ ἡδ εἰσεῖτα, οἱ λίθοι, debet verbum εἰον obelo ingulari. XXI. post illa verba, τοῖς ἡδ ἰσοῦς, adscribe Participium λέγοντες, Et particulam ἡδ εἰσεῖτα que proximè sequitur signa obelo. In huius versiculi extremo additum in mixta est demonstrationis Pronomen, τὸν ἰορδάνη τῶν, Iordanem istum, quod tamen in Vaticano habetur: tanquam absque asterisco, ut à LXXII. dictum, scribi debeat.

XXIII. Scribe, τὸ θεοῦ ἡδ ἰσοῦς, Dei nostri. Et rursus vltcrius, ὁ θεοῦ ἡδ ἰσοῦς, Deus nosster. Et tertio quoque, cum dicitur, ἀπελάθη κίεῖς ὁ θεοῦ ἡδ ἰσοῦς ἡδ ἰσοῦς, &c. Sed hoc loco debet illud κέλεος ὁ θεοῦ ἡδ ἰσοῦς, ingulari obelisco. Versu vltimo, scribe ex Syro, τῆς ἡδ τὸν δωδάμη κυεῖς ὅτι ἰσοῦς ἐξέστη. Mox cum dicitur, καὶ ἡδ ἰσοῦς ἐξέστη, ingulanda sunt Coniunctio, Et Pronomen obelisco. Atque hic rursus scribendum est, τὸν θεοῦ ἡδ ἰσοῦς, Deum nostrum. Ibidem, pro ἡδ ἰσοῦς, est in Vaticano codice, ἐρῶ. Sed alij libri, Et Syrus, illud probant. id est, Hebræo consentaneum est. Quapropter nihil censco mutandum.

CAP. V.

Capitis quinti primo versiculo, est initio. Habet enim, ὡς ἡκουσαν ἡδ ἰσοῦς, οἱ βασιλεῖς &c. Vltcrius post illa verba, ὡς ἡκουσαν τῆ ἰορδάνη, additum est in mixta, \* ἡδ ἡδ τὸν δάλασον. Et mox post copulam rursus nota vniuersitatis, καὶ ἡδ ἰσοῦς οἱ βασιλεῖς &c. Paulo vltcrius, cum dicitur, οἱ ἡδ ἰσοῦς τὸν δάλασον, expungendum est verbum, ἡδ ἰσοῦς. Vltcrius, illud, τὸ ἡδ ἰσοῦς, ingulandum obelo est. Vltcrius, pro verbo κατέβησαν, scribe κατέβησαν. Quod verò deinceps est, καὶ κατέβησαν, id confodiendum est obelisco.

Versu secundo, scribe μαχαίρας ἐν πέντες ἀνεστόμου καὶ κατέβησαν &c. Sic enim legit Syrus, Et Augustinus quoque, atque auetor docti opusculi, De vera circumcisione, quod diuo Hieronymo tribuitur.

Versu tertio, illud, τὸ καλούμε, debet ingulari veru: Et nomen, τόπου, ibidem prorsus expungi. Versu IV. lege ordine conuerso, περιεκαθῆρε ἰσοῦς τῆς ἡδ ἰσοῦς &c.

Versu V. ante ἐν τῷ ἡδ ἰσοῦς, habent quedam exemplaria, ἐν τῷ ἡδ ἰσοῦς. ut notauit Syrus per limniscum. Sunt autem versiculi isti quartus Et quintus ingulandi obelisco, quia non sunt de Hebræo expressi: in quo loq. alia est sententiā, qua in mixta editione asterisco appositis reddi

dita est his verbis, \* καὶ ἔπειθ' ὁ λόγος ὃν ἀκούσθη...
ἀπὸ τῆς ἐρήμου, ἐν τῇ ὁδοῦ, ὄψεσθαι τὸν θεόν...
ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν τῇ ὁδοῦ ὄψεσθαι τὸν θεόν...
ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν τῇ ὁδοῦ ὄψεσθαι τὸν θεόν...

Verſu ſeptimi initio in libri emendatis, 7
habetur haec verborum collocatio: τοὺς υἱοὺς ἁ-
νθρώπων ἀντιπαύσασθε ἀντι τούτων, οὓς ἀκούσθη...

Verſu VIII. post illa verba, ἀκούσθη 8
ταὺς δὲ, est in mixta, \* πᾶν τὸ ἔθνος. debet
autem quod continuo sequitur, \* ἡσυχίαν εἴ-
ρω, iugulari obelo.

Verſu IX. Nominum inſortium, addit Vaticanus 9
codex, υἱὸς Ναυῆ. sed id in aliis exemplaribus nō
apparet, neq. potest sine obelo scribi. non enim
est in Hebræo. Vterius, post Nomen, τόπου,
additum est in mixta, \* ἐκείνου. Mox illa
verba, \* ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, sunt appoſi-
to asterisco signanda. Nam non sunt editionis
LXXII. interpretum. Idem censendum est 10
de iis, que initio verſus decimi scripta legun-
tur; nempe, \* καὶ παρεθέταλον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐν
γαλαλαίῳ. LXXII. enim, ut superna-
canae, omiserant ista. Atque ideo non legun-
tur in Vaticano codice. Mox illa, οἱ υἱοὶ Ἰσ-
ραὴλ, que post Verbum, ἐποίησαν, scribun-
tur, sunt signanda obelisco. Qua nota insigni-
uit Syrus etiam illud, quod in extremo verſus
est, \* ἐν τῷ πεδίῳ. Nimirum voci Hebrai-
ce תַּבְּרַבָּא respondet, \* ἐπὶ δυσμῶν. Meo tamen
iudicio hoc potius iugulandum ab Adamantio

erat. Nam illud, ἐν τῷ πεδίῳ, magis est ei ver-
bo Hebraico consentaneum. verum si coniecē-
ra utiliceat, dicam; hoc, ἐν τῷ πεδίῳ, ab ali-
quo Hebraea lingue perito in margine scriptum
fuisse, pro illo, \* ἐπὶ δυσμῶν, quod ille iudicabat
non satis congruere verbo illi Hebræo. atque ita
errore librariarum in ipſo texto tandem scribi
cepisse.

11 Verſu XI. post illud, σίτου τῆς γῆς, addi-
tur in mixta, \* τῇ ἐπαύρειον τοῦ παύρα, \*
post ridie pasche.

12 Rursus verſu duodecimo, post illa verba,
ὄψεσθαι τὸ μῶνα, additum est in mixta, \* τῇ
ἐπαύρειον \* μῶν \* &c.

13 Verſu decimo tertio, cum dicitur, καὶ ἀνα-
βλέψας τοὺς ὄφθαλμοὺς αὐτοῦ, non habet Vati-
canus, neque copulam, καὶ, neque Pronomen
αὐτοῦ. eisque assentiri videntur tum Origenes,
tum Cyprianus: quapropter arbitror, utrumq.
esse appoſito asterisco notandum: quamquam id
a Syro factum non apparet: quod fortasse libra-
rij negligentia accidit. Paulo vterius, habent
Complutenses, ἔδεν φωνῆτα ἀνδρῶν περὶ. e-
rum unde natum sit illud, φωνῆτα, non video.
Suspicio tamen, cum explicanda rei gratia fuis-
set in margine a quoquam adscriptum, in ip-
sum sacrorum verborum ordinem deinde per-
peram esse relatum. Vterius, καὶ ἡ βοιωτῆα
αὐτῆς, debet rursus Pronomen habere stellan-
tam appoſitam. Neque enim in Vaticano est,
neque vel ab Origene, vel Cypriano est lectum.
Mox, post Participium, ἀκούσθη: addit
mixta Pronomen \* αὐτῆς, aggressus eum Ie-
sus, dixit ei, &c. Rursus in verſiculi extre-
mo alterum additur in mixta Pronomen, hoc
modo, ἢ ἑστὶ ὑπεραντίον \* ἡμῶν \* &c.

14 Verſu XIV. in ipſo initio, post Pronomen
αὐτοῦ, addenda est particula, ὅτι: & scriben-
dum, ὅτι ἐγὼ, &c. Mox post Nomen, ἀκού-
σθη, additum est in mixta Pronomen \* αὐτοῦ,
in faciem suam. Ibidem, scribendum est,
\* ἀποσπασμένη, καὶ εἶπεν αὐτῷ. debet que
verbum ἀποσπασμένη, atque insequens copu-
la habere appoſitum asteriscum. Nam LXXII.
omiserant adorandi ritum. Quod deinceps
sequitur, lectum est a Syro ad hunc modum,
\* τί δέσποτα \* μου, \* τί ἀποσπασμένη τῶν σφ-
οδρῶν; signato videlicet priore τί, & Prono-
mine, μου, asterisco.

15 Rursus verſu XV. post, τὸ ὑπόδημα, addi-
tum est in mixta Pronomen, \* σου. Denique
in extremo, illa verba, \* καὶ ἰποίησεν ἱσοῦς οὐ-
τως, tamquam a LXXII. praterita, debent
asterisco appoſito notari.

autem in mortalium esse manu, vel vnus Daniel satis locuples, & certus testis est. Et ornent Xenophon suum Cyrum, quantis velit virtutibus; per quas illum existimet maxima sibi imperia vindicasse. Nos ex Isaiâ accepimus, illum non naturae suae bonitate, aut animi sui prudentia, sed prorsus Dei consilio, ductu, ope tanta patravisse facinora. Sed quorsum ista? Nempe cum Iosuae maximum imperium, quod ille apud Israelitas, gentem cum primis pernicacem, per multos annos, ad vitae suae finem usque agitavit; explicare instituerim; ne quis vehementius admiretur, quibus tandem virtutibus fretus id ille

Isaiâ 45. 1.

Iosua 1. 5. 2.

perpetuo ἀνάσσει, καὶ ἀνεπίληπτος tueri & conseruare potuerit; & quidem temporibus difficillimis: quando Mosén hominem diuinum, toties non solum querelis suorum popularium, sed vita etiâ suâ periculis obiectum fuisse testata res est. Nimirum Deus eius viri actiones omnes recto, neque usquam impedito cursu dirigebat, cuius administratione volebat piorum hominum animis regnum filij sui Iesu Christi adumbrare. Illeque vicissim se ad diuinam voluntatis ductum ubique sedulo applicabat. At Mosén, qui senticose, inuiae, & infirmae per carnem legis, neque eò quò spectabat perducere valentis fuit administer, mirabile non est, si cum plurimis difficultatibus luctari est passus. Est igitur huius sacri commentarii, quem Deo praeeunte

Argumentum tumliba.

conabi-



conabimur explicare, argumentū, Iosua imperium. hoc est, sacra historia, complectens ea, quae populo Dei, a Moysi excessu, prope ad Iudices usque, quorum primus fuit Othoniel, acciderunt per annos complures: quorum summam rationemque suo loco explicabimus. Inscriptur autem IOSVAE nomine. quia eius, ut dixi, imperium agitur. Neque enim ille scriptor est, ut multis ostendimus argumentis, opportunis locis. Quare futillis, com-

Talmud

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

mentitiaque est veterum Iudeorum sententia, quam in suo Talmude scriptam reliquerunt de sacrorum librorum autoribus, his ferè verbis. Moses scripsit librum suum, & historiam Balaam, ac Iob. Iosua scripsit librum suum, & octo postremos versus, qui in lege habentur. Samuel scripsit librum suum, & historiam Iudicum, ac Ruth. David scripsit librum Psalmorum, ex sententia decem senum, Adami, Melchi-zedec, Abrahami, Moysi, Heman, Ieduthun, Asaph, denique trium liberorum Choræ. Ieremias scripsit librum suum, & librum Regum, atque Lamentationes. Ezechias, & eius familiares scripserunt vaticinationes Ijaie, Prouerbia, Cantica canticorum, & Ecclesiasten. Viri synagogæ magnæ scripserunt predicationes Ezechielis, & duodecim prophetes minores, ac insuper Danielem, & volumen Esther. Ezdras scripsit librum suum, & genealogias libri Paralipomenon, usque ad eum locum, in quo suam ipse cognationem ostendit. cetera absoluit Nehemias. Hæc ferè ad verbum Talmudici capite primo Babæ batræ. quàm re- Etè, aly iudicent. Mibi certè ea est opinio, ut putem, Ezdras, siue solum, siue vnà cum æqualibus, insigni pietate & eruditione viris, caelesti spiritu afflatum, non solum hunc Iosua, verum etiam Iudicum, Regum, alios, quos in sacris, ut vocant, Bibliis legimus libros, ex diuersis annalibus apud Ecclesiam Dei conseruatis compilasse: in eumq. ordinem, qui iam olim habetur, redegeisse atque disposuisse. Quin ipsum etiam Moysi opus, quod vocant פתאטעך, longo post Moysen tempore, interiectis saltè, hæc, illic, verborum, & sententiarum clausulis, veluti sarcitum, atque omnino explicatius redditum esse, coniecturæ bonæ afferrî facile possunt. nam ut vnâ, exempli causa, dicam, Cariah-arbe sæpè illic Hebron nominatur, & tamen hoc illi vrbis nomen à Calebi filio Hebrone impositum esse graues auctores tradiderunt. Quapropter neq. diuus Hieronymus, in actione contra Heluidium, aliter de Pentateuchi scriptore sentire videtur. Ceterum prisca temporibus apud Ecclesiam fuisse diaria, & annales, in quibus res gestas, ut quæque notatu dignissima, & ad doctrinæ sacræ propagationem vtilissima videbantur, continuata serie inscribentur, qui quoque tempore elegantî eruditione, pietateq. præstantes in populo Dei vivebant, satis docent, cum aliæ, quæ sæpè laudantur, quamuis iam intercederint, Regum historia, tum liber bellorum Domini, & liber Recti, in quo Iosua nosiri, & Samuelis, Saullisq. gesta fuisse inscripta certum est. Quin ipsæ sacræ literæ eos tales annalium siue diariorum scriptores, רבויילי, appellant, hoc est, argutos, scitos, facetosq. homines, & subtiles ac elegantes scriptores. משהל Maschal enim dicendi, scribendiq. genus est urbanum, ingeniosum, facetum, elegans. Nimirum isti, res omnes, quæ memorabiles usquam in cætu Dei eueniebant, prout magis, minus, insignes erant, partim ligata oratione, aliàs soluta, conscribebant. Quis quæso non stultus, & stupidus existimet, Samuelem, cum Saullis se querentis ipsa verba esset recitaturus, sic esse præfatum: Eum qui hodie Propheta dicitur, vocabant olim videntem, ac non potius hæc esse verba scriptoris res prisca, & à suo saculo longè remotas narrantis? Verum enimverò non est magnopere contendendum de scriptore, modo ut credamus, sicut ipsarum rerum gestarum, ita & verborum, per quæ ad nos illa sunt propagate, autorem esse Deum, ut inde congruenter ad ipsius voluntatem viuendi normam discamus: perpetuamque ipsius de suo cætu, & nostra salute prouidentiam propius agnoscamus, eoque ad ipsum magis magisque amandum, obseruandum, colendum excitemur. Sed ut prius, quàm proposita historie verba aggredimur explicare, pauca repetamus, quæ extra hunc commen-

Extras facras historias compilauit & disposuit.

Pentateuchon à quo conseriptu.

Hebron.

Hieronymus contra Heluid.

Annales & diaria olim apud Ecclesiam Dei fuerunt.

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

מגילת

commentarium de Iosua sunt sacris literis prodita: fuit ipse genere Ephraimita, hoc est, ex dilectissimo Iosepho prognatus, patre Nun: quem Graeci diducto nomine in syllabas duas, Nawn, Naue, vocant. Fuisse autem eum inter suos tribules virum primum, constat ex Numeris. Neque enim e Cades-barne, nisi qui in quaq. tribu principes erant, ablegabantur. De corporis quidè præstantia, nihil, quod sciam, est sacra narratione proditum. at animi vigorem imperio dignum fuisse, planum nuper faciebam, vel Deo teste. Porro cooptauit eum Moses in suam familiam, idque, ut credibile est, postquam rubi ostento monitus, in Egyptum à Madianitis reuertisset. quo tempore quadragenario minor ille esse non potuit; quod suo loco explicabimus. sed profecto non sine caelesti instinctu cooptauit. Nimirum, ut qui Dei populum esset aliquando rector, ipse prius ab omnium mortalium ea atate optimo sanctissimoque Imperatore regeretur. Qui enim bene imperaturus est, ut bene aliquando paruerit est necesse. Quapropter et si complures alios haberet ille ministros, qui in Numeris vocantur, משרתי, quasi electos illius pueros dicas, hunc tamen vnum in rebus arcanis comitem adhibuisse, & consciū memoratur. Nempe is est benignissimi Dei erga suam Ecclesiam liberalissimus amor; itaq. huius comodis semper ille prospicit; ut numquam deesse ipsi bonos pastores ducesque patiatur; sed maturè alios sufficiat post alios; nisi nos ipsi nostra improbitatè talibus indignos præstemus. Quam enim aliam Moysi causam fuisse existimabimus, aduersus eos, qui primi occurrerant, hostes Amalecitas, Iosua Imperatorem dicendi, nisi ut Dei consilium, de futura felicissimo huius imperio, iam tum, quadam tenus, populo patefaceret; eoque ad spem meliorem, in rebus aduersis, cum ceteram multitudinem, tum in primis Iosua ipsum, excitaret? Certè Deus ipse, dum mox post pugna iubet rem gestam, hoc est, victoriam non tam militari virtute, quàm diuina ope partam, in scriptum monumentum referre, & singulariter in Iosua aures indere, tantum non digito ostendit, eum esse, quem post Moysen ad rerum communium gubernacula destinauisset. Non ergo obscurum iam est, quid Moysi mouerit, ut hunc vnum quàm ceterorum quemquam altius, atq. ad Deum propius subduceret in montem Simaū. Missus est deinde e Cades-Barne, cum aliis vndecim viris, speculatu Chanaanem, non quidem ut Moysi minister, sed ut inter suos tribules primas, & non tam Moysi, quàm populi suffragio ad id munus delectus, quantū ex Deuteronomio apparet. Fuisset enim alioqui fides ipsius suspecta; cum ea referret, quæ, ut heri sui Moysi pulchrè votis respondebant; ita populi vniuersi, modo vnum Calebū excipias, libidini planè aduersa videbantur. Sed enim hic rursus animaduertenda est diuina prouidentia; quæ ita & Moysi, & populi animos comparauit; ut Iosua, inter alios, hostilis terræ situm, soli naturam, incolarum atq. vrbium vires, & propugnacula, exploratum mitteret: nempe, ut per regionem antè perspectam, exercitum ipse olim cautius ducere, & terræ fertilitate, bonorumque omnium copia subinde verbis proposita, suos animare milites sciret: atq. aduersus consideratos semel hostes audacia maiore procederet. Nihil enim est, quod aequè vel præstantissimorum Imperatorum virtutes impediatur, atque locorum & hostium ignoratio. Verum quanta & probitate, & animi magnitudine illud speculantis munus sit ille exsecutus, ipsa testatur sacra historia, quæ in Numeris est perscripta. Porro annos circiter quadraginta familiaritatè intima Moysi usum, atque de arcanis Dei consiliis, ut credibile est, satis edoctum, iisque quas diximus virtutibus populo spectatum, probatumque Iosua Deus tandem nominatim successorem Moysi designauit, cum hic, ut erat parentium amantissimus, sub vitæ suæ excessum, successorem aliquem suppliciter flagitaret. Neque verò designauit modo nominatim, sed ad illas virtutes, quibus, ut dictum est, egregiè antè ornatus ille erat, per impositam Moysi manum; qui solennis semper fuit consecrationis ritus, eum addidit virtutum cumulum, quo tantum ille munus tenere, atque explere possit. Sed dices, Moyses de suo populo post se so-

Num. 13, 3.

Num. 11, 8.

Exod. 17, 9.

Exod. 24, 13.

Num. 13, 9.

Deut. 1, 7. 21. & 23.

Num. 14.

Num. 17, 13.

Deus Ecclesie proficit de bonis ducibus.

Locorum & hostium cognitio vtilis imperatori.

Manuum impositio ritus consecrationis est.

Moses successore sibi a Deo petens, cui Iosua non proponat nominatum.

De nominibus commutatis, aut consulto impositis.

Sex Ecclesie politie.

Prima politia.

Secunda.

Adam cui dicitur primus homo.

Tertia politia.

Non nomen.

Quarta politia.

Abram nomen commutatum quid significet.

se sollicitus, duce a Deo flagitans, nullo verbo Iosua pre quouis commendat: non igitur conscius ante fuisse videtur, quod nuper dicebamus, consilij Dei de Iosua sufficiens. Atqui Moses prudenter Iosue nomen tacet, ne per humanam gratiam ea ille auctus dignitate videri possit, sed Dei iudicio consilioque creatus, tum imperij maiestatem apud populum illibatiorem obtineat, tum apud suum ipse animum, a quo illa amplificatus sit, propius semper reputet, eoque maiore cum sedulitate & cautione officio suo fungatur. Huc etiam pertinent illa: quod ipsum Deus, imposita Mosis manu consecratum, ut iam dixi, spirituque sapientie auctum, in ipso sacro tabernaculo cum Mose sedit, palam ipsi illic, que opus sit, precepturus: quodque mox in nube, que circumfusa delubro harebat, apprensus, insistentem uniuerso populo, multa ad utrumque verba facit, que in Deuteronomio leguntur. Sed quando ex sacris literis certum est, fuisse tempus, cum ille, non Iosua, sed Hofeas vocaretur. & hoc nomen cum priore commutatum a Mose esse, non fuerit fortassis a nostro argumento alienum, hac de re paucis disserere. Igitur illud obseruatum est, nemini in sacra historia nomen consulto aut impositum ab initio, aut post cum altero nomine mutatum esse, quin magna cuiuspiam rei, & singularis, que illo futura esset, presagium fuerit. Ut autem hoc exemplis propositis ita esse constet, decurramus leniter per omnes Ecclesie politias & constitutiones, quas omnino sex, pro numero dierum, quibus uniuersa hac mundi machina est effecta, alteram alteri successisse, mihi visum sum animaduertere. Illam enim beatam viuendi rationem, que condito Adamo in Paradiso designata a Deo fuerat, ego primam Ecclesie politiam, & statum fuisse existimo. Illam vero, quam infelix Adam, propter peccatum Paradiso eiectus, ac mortalitate, & iis que hanc comitantur, erumnis plurimis damnatus, in mundo, cum suis ad diluuium usque nepotibus, durissimè & miserrimè egit, secundam facio. In harum autem utraque antistes qui fuit, ipse Adam, quamuis non ex solo terreno corpore, sed diuino etiam, & caelesti animo, parte multo, quam illud est, prestantiore, compositus esset, tamen ab humo, Adam, hoc est, homo statim ut conditus fuit, appellatus a Deo est, quod nomen signum fuit, homines corporis studio atque cupiditati magis, quam animi deditos fore. Hoc autem nimio plus quam oportuit verum esse, quis est qui nesciat? Post illum secundus humani generis parens Noa, a quo tertius Ecclesie status initium cepit, cum recens natus esset, neque dum vllam de se singularis indolis spem prebere, pre tenella etate, posset, angustiissimo illo nomine נח Noa, hoc est quiete, siue consolatione, vocatus est a parente suo Lamecho, quod nomen nouam, & letiorem mundi faciem polliceretur, mitigata nonnihil terre malignitate, qua pro diuina execratione affecta, mira contumacia adhuc mortalium labores fuerat frustrata. Et vero presagium pulchre euentus comprobauit, cum post diluuium Deus mundum instaurans, se non amplius execraturum terram, hominis causa, promitteret, sed fore, ut perpetua vicissitudine, post se mentem messis, post frigus calor, post hiemem aestas succederet: cumque ipsi Noa, & filius benedicens, ipsos procreata sobole auferret, iuberet: denique cum animalium feritati rursus nouum frenum sui verbi imponeret. & in summa, cum post Ada peccatum, nouo federe, veluti iam placatior, se humano generi primum obligaret. Quamquam longius etiam spectasse hoc tam letum Noa nomen equidem existimo; atque eius potissimum siue consolationis, siue requietis spem animis piorum iam tum proposuisse, qua in Christo, tamquam piaculari hostia, que irato patri genus humanum esset tandem aliquando reconciliatura, recumbere possent; ne amissa in Paradiso felicitatis desperatione fatiscerent. Cum porro gradatim Ecclesiam suam clementissimus Deus ad perfectionem informans; segregare iam eam a reliqua mortalium turba, per circumcisionis notam vellet, eaque de re quartam politiam institueret; seuocato Abrahamo, quem ad id gratuitò delegerat inter idololatras degentem, nomen quoque commutauit, & eiusmodi indidit

Deut. 31, 16

Gen. 5, 26

Gen. 8, 21

Gen. 9, 1

Gen. 12, 5

Rom. 4, 12

Exod. 2, 10

Exod. 7, 19

Exod. 17, 16

Exod. 13, 20

1. Cor. 10, 9

indidit, quo parens multarum gentium ille futurus ostenderetur, vir iam tum annos natus circiter centum, uxorisque nonagenariae maritus; neque tamen vllius ingenue prolis adhuc pater. Sed sanè euenit, quod nomen promittebat. Nam, ut Ismaelitas, ceterasque ex uxore Cettura propagatas gentes, tamquam alienas, preteream, ipsa duodecim tribus, totidem profecto populi potuerunt videri. Verum huc quoque augustius aliquid tam fausto nomine prænunciatum existimari debet, quod, ut illa Noa requies, consolatione; in postrema Ecclesie constitutione esset euenturus. scilicet innumerabile diuersarum gentium ex toto orbe multitudinem Abrahæ fidei vestigiis insistentem, qua fide ille nondum circumsis crediderat Deo, esse veluti in gentem nomenq. Abrahæ concessuram. Iam vero cum visum esset aeterno Dei consilio, Ecclesiam, non modò resesti preputij signo ab reliquis hominum cætibz separare, verum etiam peculiaribus viuendi legibus, & religionis ritibus: eoque quintam moliretur πολιτείαν, cuius administrum facere Mosen constituebat, eiusce notionis nomine hunc insigniri procurauit, quod haud obscurum liberandæ Ecclesie ex summis calamitatibus, & fluxa religione, quibus malis illa tum in Aegypto laborabat, certissimum esset presagium. Moses enim, aquis extractum significat; quarum natura fluxa est, quæq. in sacris literis miserias atque erumnas significant. Porro cum neque hac quinta, hoc est, ante vltimam proxima Ecclesie constitutio, quantumuis multis instructa legibus, beatam omnino suorum ciuium vitam efficere posset; neque ipsos ad amissam illam Paradisi felicitatem reducere, & proinde sexta opus esset politia, que, ut pote postrema, ab Hebraeis, הַיְהוּדִים, hoc est, dies nouissimi, vocatur, & temporis plenitudo: cuius antistes non secundum legem constitutionis carnalis, sed secundum potentiam vite indissolubilis crearetur; voluit clementissimus Deus, huius tam optabilis politie, & que inde post violatam primam, ceterarum omnium scopus fuerat; tantò maturius, tantoque certius presagium populo suo exhibere, tum per nomen, tum per res gestas Iosue, quanto ille qui Mosis principatu fuit, status, ob legum multitudinem difficultatemque grauior, hic vero alter exoptatissimus vicinior erat. Nam adhuc non nisi obscurissimis adumbratum fuerat figuris mysterium restituenda caelestis illius hereditatis per Iesum Christum, quam primus parens amiserat. Igitur Hofeam filium Nun in medium produxit, eumque caelesti suo instinctu Iosua, hoc est, Iesum vocari iussit, ut ille postrema politie antistitem & administrum, Iesum Christum, non solum factis adumbraret, sed ipso etiam nomine clarè referret. Nam quem Hebraei, יְהוֹשֻׁעַ, Iosua vocant, eum à Græcis, Ἰησοῦς, Iesum dici, nemo dubitare potest, qui sacram historiam vel preteriens aspexit. Quod enim Talmudici, & hos cacos duces secuti Iudæi, Seruatoris nostri nomen, non יהושע, sed præcisè & paucioribus literis, ישו, notant, id nefarij homines per contumeliam faciunt, & simul, ne, quem dixi, typum agnoscere cogantur. Quæ verò Petrus Galatinus, pro nomine ישו asserendo prodidit, in Opere arcanorum catholice veritatis, ea parum firma sunt, ut illud Iudaicum, & superstitiosum, quod alij, de accepto, atque ascito ex nomine illo diuino, quod Ἰησοῦς vocant, nos quadrilaterum dicere possumus, elemento vno Ιοδ, pro grandi mysterio iactant. Quin Iustinus philosophus, & scriptis, & sanguine suo fidei nostræ assertor, non dubitat apud Tryphonem suum, illa Dei ad Ecclesiam verba, que in Exodo scripta sunt, Ecce ego mitto angelum ante faciem tuam, & que sequuntur, atque his tandem verbis concluduntur, Quia nomen meum est in ipso, ista, inquam, verba non dubitat Iustinus huic nostro Iosue accommodare, ut qui Dei Christi Iesu nomine appellatus, populum perduxerit in terram patribus olim promissam. Et sanè non est absurda illa interpretatio; quamquam fatendum est, eadem dicta in Christum ipsum perfectissime quadrare: ut in quo fuerit Dei nomen, hoc est, ipsa, ut sic dicam, Dei essentia, que nomine illo quadrilatero יהוה Iehoua quadam tenus significatur. Sic enim Paulus sensit, cum Christum fuisse diceret, eum

Quinta politia.

Mosis nomen quid significet.

Sexta politia.

יהוה יום הדין.

Iosua cui dicitur, qui ante Hofeas vocabatur.

יהושע Iosua, Iesus.

Talmudici.

Galatinus.

Iustinus martyr contra Tryphonem.

Christi res  
sunt alii  
personis ac-  
commodat-  
ur in facis  
litteris.

qui Israelitis per desertum praibat. Nam visitatum est in sacris literis, quae de Christo ipso, deque eius regno, atque dispensatione, ut vocamus, produntur, ea simul aliis personis accommodare, quae illum, ut *ἀνὰ ὄψωλον*, adumbrant; tametsi haec narrationis veritatem non usquequaque tueri, ac suslinere possint. Sed ut eò reuertamur vnde sumus digressi, qualia modo veteris testamenti exempla, de nominibus consultè aut impositis, aut mutatis protulimus, talia in nouo quoque plurima occurrunt. Simonem enim, Cepham, à Christo esse vocatum, hoc est Petram, propter Ecclesiae fundanda mysterium, testatur diuus Cyprianus. Et Ioannes tonitru filius meritò est appellatus, qui aliquando plenus numine, oraculum illud caeleste, quasi ex ipso aeterni patris abditissimo sinu, esset intonaturus apud mortales. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, &c. sed haec satis sunt. Quid enim opus pluribus, in re non dubia? Porro cetera quae ad Iosuae vel magnam indolem, vel imperandi felicitatem, vel denique personam in rebus gerendis, qua Christum adumbravit, attinet, ea suis quaeque locis in explicando hoc commentario ostendentur. Sed enim, postulare de more hic locus, ut conquisita & proposita, quoad eius fieri possit, maxima utilitate, quosuis ad praesentis libelli lectionem inuitarem. Sed quando diuus Paullus sacros libros vniuersè omnes semel nobis satis commendauit, tamquam à Dei spiritu dictatos, vtilisque ad doctrinam, ad reprehensionem, ad correctionem, ad disciplinam iustitiae, denique ad ita comparandum hominem pium, ut ad omnem probitatem sit instructus, eruditusque ad salutem, quam per fidem, quae Christo Iesu habetur, consequi possit, qua utilitate nulla sanè maior excogitari queat; non puto magnum operae precium fore, si in ea re prolixior sim. Quare tribus hunc locum verbis expediam. Annuerant elapsi circiter quadringenti, ex quo Abrahae primùm id promissum fuerat à Deo, quod hic iam ipsius posteris praestari videbimus, qui tamen interea tam dissimiles saepe illi suo parenti fuerat, ut videri potuerint operam multam dedisse, quo se illis promissis facerent indignos. Primùm igitur in hac historia, quasi in speculo, apparebit admirabilis Dei, in tuenda verbi sui veritate, constantia. potius enim immensa bonitate aduersus nostram contumacem vitiositatem ille diu multumque decernat, quam sua promissa patiatur cadere ad irritum. quamquam esse non possunt illa quidem certè vniquam, quoad ipsum, irrita; et si à nobis interdum impediuntur. At qui ne sic quidem prorsus euentu carent; sed nouis quibusdà modis ab illo ad rem conferuntur. Sed hoc suo loco pluribus disputabitur. Praeterea Iosuae persona nusquam non representabit nobis praecipuas, quae bonum Imperatorem decent, virtutes. Quarum summa est, Deum in omni re religiosè consulere; à quo, ut diximus, principum omnium autoritas dependet, & felicitas, rerumque gerendarum successus, qui que solus nouit quae factò, aut non factò opus sint, eorumque benignè illos, qui se ritè colunt, admonet: ceteroqui si, neglecto Deo, humana consilia illi sectentur, nihilo certiora agant, quam si sortis casum. Denique illud etiam luculenter ostendetur, per probam religionem popularium, res publicas maximè conseruari. ac proinde Imperatorem, atque ad eò principem quemlibet; debere non solum se ipsum praestare probum piumque aduersus Deum; verum etiam, ut parentes sanctissime religionem tueantur & colant, procurare. Ad haec, subiicietur oculis vniuersae Chanaanæ descriptio. Quae, et si ignotorum nominum multitudine lectori molestior, quam vtilior videri possit, mirificè tamen utilis, immò necessaria est, ad intelligendas rectè plurimas in sacris literis historias. Sed hoc quoque suo loco dicitur explicatius. Postremò, huius libri narratio, non tam Iosuae filij Nun res gestas, quam Iesu Christi sacramenta, & *οἰκονομίαι*, nobis proponet; ut ait Adamantius: & nos passim ostendemus, pro nostri ingenij mediocritate. Nam, ut antè diximus, Iosua & nomine, & rebus gestis Christum adumbravit; pulcherrimoque exemplo docuit, nos, quot quot Christo nomen dedimus, nisi per continuas diffici-

Vtilitates  
huius libri.

Verbi Dei  
constantia.

Promissa  
Dei nun-  
quam sunt  
irrita.

Imperato-  
ris summa  
virtus.

Descriptio  
Chanaanæ  
vtilis ad in-  
telligendas  
sacras hi-  
storias.

Iosua typus  
Christi.  
Anagoge.

Marc. 1. 14.

2. Tim. 3. 16.

Numer. 12. 6.  
Hebr. 3. 5.

Deut. 34. 6.

Deut. 5. 1. 2. 3.  
Deut. vltim.  
vers. 5.

difficilesque certationes aduersus septem praecipua, quae probitati nostrae perpetuò infesta sunt, vitia susceptas, caelestem nostram hereditatem adipisci non posse. Sed haec hactenus. Puto enim ex his perspicuum satis esse, maximis hunc sacrum commentarium abundare vtilitatibus. Quare ad ipsam eius interpretationem accedamus, & virtute auspicioque veri Iosuae, hoc est, Iesu Christi nitentes, fidentesque.

CAPVT PRIMVM.

POST mortem autem Moysis serui Domini, dixit Dominus, &c.



EBREVM habet ad verbum, Et fuit post mortem Moysis serui Domini; & ait Dominus ad Iosua. Est enim in sacris literis visitatum, illiusce modi copulas in historiaram initis collocare, quibus illae cum praecedentibus narrationibus continentur, atque haereant. Sed quia id Hebraei suo quodam loquendi modo faciunt, rectè interpretes, orationis facie mutata, illas omittunt coniunctiones. Symmachus igitur ista conuertit his verbis, *Μετὰ δὲ τὸν θάνατον τοῦ Μωϋσῆος ἔειπεν ὁ κύριος, &c.* eumque nos sumus imitati. Mors Moysis descripta est in extremo Deuteronomij. Non est ergo huius loci de ea multis agere. Seruus autem Domini appellatur hic Moses, non ut ab officiorum sedulitate laudetur modò, tamquam fidissimus Dei ceconomus; sicut in Numeris. neque rursus *καὶ προνοεῖται*; qua ipsum Paullus Christo, filio Dei, seruum postponit; sed propter imperij minus, cui, cum esset ille defunctus, vicarium succedere oportebat; ne, quod ipse etiamnum viuus Deum orauerat, populus absque duce, tamquam grex pastore carens, oberaret. Ceterum quanto temporis intervallo, post Moysis obitum, quae hic narratur acciderint, nulla satis certa iniri posse ratio videtur. Talmudici quidem, qui sumunt; neque luctu, neque alia vehementiore perturbatione occupatum hominis animum, prophético spiritu vniquam afflari; definiunt hoc spacium diebus triginta: quot scilicet Moysis funus fleuerunt Israelitae. Quia enim post luctus illius narrationem, continuè memoratur, Iosua plenum fuisse spiritu prudentie, existimant illi, mox post eos parentales dies, Deum haec ad istum verba fecisse. & hunc fuisse diem septimum mensis Nisan, cum post triduum ipse esset populum transportaturus in Chananzam. Sed quod illi sumunt, ego certè non facile ipsis concessero. Potest enim Deus quafuis nebulas ab eo animo discutere, quem diuino suo spiritu vult informare, atque illustrare. Ad hoc, prudentiae illo spiritu, cuius in Deuteronomio est mentio, non tandem post triginta dierum luctum, sed simul cum imposita Moysis manu afflatus atque imbutus fuisse videtur Iosua. Verosimilius ergo esse puto, simulatque Moses è vita discessisset, memorem Iosua verborum Dei, quae nuper ad ipsum de nube, in tabernaculo sacro, fecerat; & simul spiritus illius caelestis pulsù percitù, quem Moysis manu initiato collatum diximus, ilico die, nocte, toto animo, in cogitationem administrationis maximi illius, atque difficillimi imperij incubuisse. Cumque aliae atque aliae difficultates hinc, illinc, ipsius menti obuersarentur, quae ipsum quamtumuis & Moysis, & Dei superioribus monitis bene animatum, perturbaret tamen; & subinde humana quapiam diffidentia tantum non suspenderent, Deum maturè haerenti succurrisse; atque hoc hortamento, nouisque istis diuini sui auxilij promissis nouos illi animos addidisse. Itaque illum in spem certam rursus erectum, speculatores emisisse, quamuis nondum eluxisset Mosen; ne deinde vilius rei expectatione ocium esset diutius in campis Moabiticis tendendum; sed Pascha, cuius anniuersarius dies propè aberat, in promissa, posset terra ritè celebrari. Sed erit de his agendum pluribus, ad versiculum x i. Porro cum nihil in sacris literis occurrat frequentius, quam Deum haec, illa, ad mortales loqui; neque credibile sit, eum verba, quae in audiendi sensum incurrerent, toties fecisse; non fuerit fortasse à proposito alienum, de ea re, quoad eius fieri potest, paucis, hoc loco semel differere. Plerique omnes & nostri, & Hebraei, censent, duos fuisse ferè modos, quibus suam Deus voluntatem, atque consilium vatibus suis soleret patefacere: visiones, & somnia; praeter peculiarem illum, quo se propius atque clarius vni Mofi exhibuit. eosque modos in Numeris esse ostensos his verbis, Agite audite verba mea. Si fuerit propheta vester; ego Dominus

Moses enim  
hoc loco  
seruus Dei  
dicitur.

Talmudici.

Quomodo  
Deus loqui  
dicatur cum  
hominibus.

Numer. 12. 7.  
6. locus ex-  
plicatus.

minus per visionem me ipsi cognoscendum exhibebo : per somnium loquar cum ipso. Non ita feruus meus Moses, qui in tota domo mea fidus est : ore ad os loquar cum ipso; speciemque iste; & quidem non per ænigma, atque figuram; Domini videbit. Sed nisi fallor, definit quidem illic Deus eas rationes, quibus solet suos vates affari; verum simul etiam sui cognoscendi modos diuersos ostendit, quorum alius alio sit perfectior: dicitque; se cum cæteris quidem vatribus, interdum vigilantibus, interdum dormientibus agere: verum illis numquam nisi obscuram quandam sui visionem repræsentare: veluti cum speciem humanam, aut etiam augustiorem illorum obiicit oculis, aut aliud simulacrum menti ipsorum secundum quietem exhibet. at Mosen se multo propius affari, vt cui ipsam etiam diuinitatis speciem, multo perfectius, quam per illiusmodi ænigmata, hoc est, quam per incerta illa, & obscura simulacra, ostendat. Et si enim apud omnes in confesso est, nullam, nè mente quidem, fingi posse, nedum existere Dei figuram; tamen exiguus ille gloriæ, maiestatisque splendor, quem Mosen cernere tunc patiebatur, cum ipsi sua posteriora ostenderet; quodam modo forma Dei poterat dici; quantumuis ἀμυδρος esset; præ illis obscurissimis visis, quæ cæteris vatribus sunt patefacta. Quod autem ad propositum attinet, quando eosdem illos duos modos, quibus diximus omnia vatribus, quæ opus sit, à Deo significari; Ieremias etiam expressisse videtur, cum falsorum prophetarum improbatem perstringens; inter alia ait, Propheta apud quem est somnium, narret somnium, & apud quem est verbum meum, narret verbum meum verè; quid paleæ cum ipso frumento, dicit Dominus: perspicuum est, nihil aliud esse verbum, quo passim Deus suos vates alloqui memoratur, quam eum instinctu afflarum que cælestem, quem visionem & insomnium ipse appellat in Numeris; dum earum rerum notione, atque intelligentia, quas res vates suos præsentire, atque etiam enunciare aliis vult, sic eorum animos informat, vt ipsas veluti coram aut cernere, aut audire sibi mentis sensum videantur. Id autem cum vigilantibus euenit, tum visio ferè, atque verbum Domini appellatur; interdum etiam, manus Domini. at quando secundum quietem, tum sæpius somnium. Atque ab huiusmodi mentis sensu illi, רוחים, hoc est, videntes dicti sunt, similiter atque נביאים, id est propheta, ab eloquendo enunciandoque illa visio apud homines. Hac igitur ratione Isaias, Dominum esse locutum, ait, quæ se vidisse de Iuda & Ierusalem, paullo antè dixerat. Et Ieremias falsos vates clamat cordis sui visionem loqui, quam non acceperant ex ore Domini; hoc est, qua ille mentem ipsorum non imbuerat; sed quam sibi finxerant ipsi. His consentanea sunt, quæ de voce Dei D. Basilius scripta reliquit, cõmentario in Psalmum xxxviii. Est, inquit, vox Dei generis diuersi ab iis vocibus, quæ in audiendi sensum cadunt. Fit enim, cum mens hominum, quos ille suam percipere vocem vult, visionem quadam informatur, haud ferè aliter, atque in somniis accidit. Nam vt in his, secundum quietem, animus noster quorundam veluti verborum memoria imbuitur, non pulso aère externo, neque voce vlla in audiendi sensum illapsa, sed ipsa mente notis quibusdam rerum signata informataque, talem existimandum est Dei esse vocem, quam audire memorantur Propheta. Sed vt dilucidius etiam ista explicata semel sint, adscribam, quæ de ipsis, vir perspicacis ingenij Moses Maymonius Africanus scripsit in eo cõmentario, cui titulum fecit, מורה הנבוכים, hoc est, doctori perplexorum. Non enim esse puto in vulgus peruulgata. Igitur ille, cum parte prima eius operis sui dixisset; id omne vel loqui, vel dicere, quod Deo in sacris literis attribuitur, nihil aliud significare, quam vel ipsum Dei consilium, voluntatemve, vel notionem rei cuiuspiam, qua à Deo mens humana informatur; siue illa generetur voce à Deo creata; quales fuere voces quæ apud montem Sinæum, & alibi audiebantur; siue iis modis quibus prophetia fieri solet; siue illo vocis sensu scilicet. Effici enim prophetiam, cum vis quædam à Deo, per intellectum, quem agentem appellant, influit in eam animæ facultatem, quam λογισμῶν, hoc est, rationalem, siue mentem, vocant; & inde transmittitur in alteram, quam nominant εἰμασιμῶν, hoc est, vt sic dicam, imaginatiuam. Hæc, inquam, & his similia plura cum dixisset Maymonius in prima sui libri parte; scribit deinceps in secunda, in hanc sententiam. Scito, de quocunque scriptum est in sacris libris, angelum cum ipso locutum esse; aut verba à Deo ad ipsum esse facta; illud perpetuo per ministrum angelum esse factum; & quidem vel per insomnium, vel per visionem propheticam. Solent autem propheta quatuor ferè modis diuersis verba esse ad se facta memorare. Nam aut disertè dicunt, angelum, siue per insomnium, siue per visionem sibi esse locutum, aut angeli quidem, sed nul-

Forma Dei quæ sic dicta in Numeris.

Verba Dei quo alloquitur vates, quid

Manus Domini. Somnium. רוחים נביאים

De voce Dei.

Propheta qui fit.

Prophetæ quatuor modis facta ad se verba Dei esse dicunt.

Exod. 33:23

Ierem. 23:12

Isaie 1:1

Ierem. 33:14

Basilius in Psalmsum 38. similia prout.

More Neucham, parte 1. cap. 55.

sed nullam vel insomnij vel visionis mentionem faciunt: quippe statunt; hoc in confesso esse; nisi alterutro eorum modorum, verba angelum non fecisse. Rursum est, vbi Deum se esse affatum dicunt, vel per visionem, vel per somnium; sed de Angelo verbum nullum. Postremò, sæpe aiunt, hæc, illa Deum ad se esse locutum; sed neque angeli, neque visionis, neque somnij meminere; certi scilicet, prophetia neminem, nisi per Angelum, & quidem vel visione, vel insomnio affari posse. Primi modi exemplum est, Et dixit ad me angelus Domini per insomnium; Iacob. Secundi, Et clamabat angelus Domini ad Abraham secundò, de cælo. Tertij, Factum est verbum Domini ad Abraham per visionem. Quarti, Et dixit Dominus ad Abram. Et dixit Dominus ad Iacob, ad Iosiam, ad Gedeonem. cuiusmodi sunt in sacris literis creberrima. Quocumque, verò horum modorum memorantur verba esse à Deo facta, certum est ea prophetiam fuisse; eumque, ad quem facta scribuntur, prophetam. Atqui si dicatur Deus ad quempiam venisse per somnium noctu, prorsus neque illic prophetia fuit, neque propheta; sed monitio modò; qua hominè Deus illud admoneri voluit per insomnium. Exempla extant de Laban, & de Abimelech: quorum ille impius, hic etiam inter suos populares probus, minime tamen propheta fuit. Quapropter accuratè est obseruanda differentia inter illiusmodi enunciata, Venit Dominus, & dixit Dominus: per somnium nocturnum, & per visionem nocturnam. Et sanè Chaldaeus interpres Onclus illorum alterum reddidit, Apparuit Dominus; alterum, Venit verbum à Domino. Quin nonnunquam scribitur, Dixit Dominus huic, illi; quibus hominibus non est locutus Dominus, & quorum mentes nulla sunt prophetica intelligentia informatæ à Domino: Sed quibus Dei voluntas ab alio quopiam vate est nunciata. Hæc Maymonius, & multò plura; quæ persequi non est necesse. Censet autem ille non pertinere ista ad Mosen: vt explicatè scripsit cõmentariis in caput x. מסכת סנהדרין. dum tractat septimum legis fundamentum. Deus enim, inquit, cum solo vatu omnium Mose absque ministro angelo, & sine somnio, visioneque locutus est. Idque R. Ioseph Albus, vir sanè doctus explanauit ad hunc modum. Sic, inquit, collocutus est Deus cum Mose de rebus; vt earum cognitione animam ipsius, quam vocamus rationalem, absque vlla phantasia media imbueret: similiter atque cum ipsis angelis scilicet. Hoc enim illud est, Ore ad os loquar cum ipso, &c. Nostri Theologi hanc appellant visionem intellectualem; & Mose, atque etiam Dauidi attribuunt. Illam autem quæ per mediam phantasiam efficitur, vocant imaginariam visionem: quam prophetarum propriam esse; ceterisque vatribus omnibus communem fuisse dicunt. Sed ista sunt alterius loci. Igitur, vt ad id reuertamur, à quo paululum diuertimus, sic locutus est ad Iosiam Dominus, vt earum rerum, quæ verbis hic scriptis significantur, informatione illiusmodi mentem Iosue imbuerit, cuiusmodi concipere animo ille potuisset, si articulatim & disertè omnia ea verba fuissent clara voce coram ipso pronuntiata: imò verò infinitis partibus euidentiore. Nam id pro certissimo statuendum est, cum à Deo in vatum, siue vigilantium, siue dormientium animis aliquarum rerum notiones significantur; siue ea res iam tum euenierunt, siue longo post tempore futurae sunt; tum earum rerum speciem, vt quædam multo clariorem illis repræsentari, quam si vel perspicacissimis oculis, coram, res illas cernerent. Neque verò id modò, sed simul quandam veritatis euidentiam ita mentibus illorum offerri, itaque penitus affici, vt intelligant, eam notionem esse reuera diuinam: non autem à suæ ipsorum animæ imaginatiuæ, vt sic dicam, facultate, motuque naturali formatam effectamque; nec etiam à malo quopiam genio inditam. Neque enim alioqui vnamquam satis ipsi sibi propheta fidere; nedum iusta fidentia, quæ diuinus afflatus instinctusque dictasset, propalam enunciare possent. Nunc verò videmus ipsos tam firma animi confisione cuncta, quamuis principibus, & populo ingratiissima, edicere, vt dubitare nemo possit, quin conscij sibi ipsi sint, se in Dei consilio adfuisse, vt loquitur Ieremias, atque vidisse & audisse sermones diuinos, non fallaces. Idem existimandum est de visis sacris; suas ea scilicet habere peculiare notas, quibus discerni à laruis, falsisque spectris queant. Sed ista non sunt huius loci. Nunc enim, vt rem omnem in pauca conferamus; satis est tenere, Hoc esse, Deum verba de aliquibus rebus ad Iosiam, aut alium quemuis vatem facere; ipsorum mentem earum rerum notionibus ita informare, vt non solum res ipsas, tamquam præsentem, oculisque obiectas, animo cernant; sed simul intelligant, eam suæ mentis agitationem cælestem esse: neque aliter affecti sint, quam si coram voce clarissima loquentem secum Deum audirent. Quamquam faten-

Genes. 31:11. Genes. 22:15. Genes. 15:1. Genes. 12:1.

R. Ioseph Albo orat. 3. tit. 10.

Num. 12:3.

Thom. 2.2. q. 90.

Vatum cognitio est omnium euidentissima.

Ierem. 23:12.

fatendum est omnino, verba quædam diuina audiendi etiam sensu percepta aliquando ab hominibus esse. Quod Moysi frequentissime concessum fuisse existimatum est: nescio quam probabiliter. Ego certe etiam hunc mente quam auribus diuinos affatus audisse sæpius credibiliter dici posse putauerim. Porro quod Iosua Moysi minister vocatur, id quoque ad præsentem locum est accommodatissimum. Rectè enim cum eo loquitur Deus, de suscipiendo imperij munere, quem Moyses, compluribus iam annis, per familiarem consuetudinem, ad eius administrationem, omnibus necessariis præceptis erudierat. Sed obseruandum est, eum non vocari משרת, hoc est, seruum Moysi, sed משרתך, ministrum. Neque enim vir inter suos tribules primarius seruitutem Moysi seruierat, sed eum officiosè comitatus, obseruauerat. Vnde à L x x i i. interpretibus nunc επισκοπος; alibi θεοσκόπος; semel atque iterum παρεστηκως, pro vocabulo, משרתך, redditum est. Hæc eò moneo; ne quis Moysi exemplo, cum seruitutis reipub. consilia communicanda putet, quæ prudentissimi homines existimant, his clam haberi debere. Seruus enim, inquit Christus, nescit quid faciat dominus ipseus.

*Moses seruus meus mortuus est, &c.*

M o s e s, inquit, qui adhuc imperator populi mei fuit, & dux; atque in eo munere fidam, & mihi gratam operam nauauit, vt pro meo ipso seruo frugi habere non dedigneret; is defunctus est; & proinde reipub. duce orba est. quare age tu; quem dudum illi successorem designauit, & solenni ritu consecraui etiam; atque insuper spiritu sapientiæ auxi, traicito hoc flumen Iordanem: & multitudinem istam vniuersam tecum traducito in Chananaam. Ego enim, cuius est omnis terra, & quidquid à terra sustinetur; cuius est vniuersus orbis, cum suis habitatoribus; ego qui moderor imperiis hominum; & quibus volo ea do; terram istam iam nunc illorum esse iubeo; qui, cum sint ex Israele prognati; heredes sunt mearum veterum promissionum; quas præstandi iam tempus adest, &c.

Admirabilis profectò hic apparet Dei erga miseros mortales benignitas, qui ipsos pro suis seruis habere non dedignatur; quamuis, vt omnia præstiterint quæ iussi sunt, seruorum tamen nomen mereri numquam possunt. Neque enim vllis Dei vtilitatibus seruire queunt. Sed quis est omnium; qui vsquequaq; mandatis Dei obtemperat? Certè Mosen id non fecisse constat; quem suum peccatum à Chananaa exclusit. Plurimum ergò Iosue animus, ceteroqui difficultate rei fluctuans, hoc dicto confirmari debuit; cum intelligeret ille, sperare se posse; vt Moyses, ita suam operam; etiam si tanto muneri longè impar foret; tamen Deo, pro ipsius benignissima indulgentia; acceptam fore.

Particula illa הנה, quam interpretatus sum, iam ergo, crebra est apud Hebræos: significatque præteritumque, non tam præsens tempus, quam rei, quæ narratur, consequentiam, ηδη απολυσθειω; vt Genesis tertio capite, ויהי הנה הנה הנה. itaque ne extendat manum suam, rursus cap. i v. הנה הנה הנה. Iam ergo maledictus es. Et cap. x x i. הנה הנה הנה. Itaque iurato mihi. Quin in huiusce modi enuntiatis, in quibus verbo modi mandati iungitur, simul vim quandam vrgentem, & maturantem habet. Exempla vbique obuia sunt. Igitur quod ad præsentem locum attinet, Deus ex illa sumptione, qua Mosen vita excessisse dixerat, quodam modo concludit, atque etiam vrget Iosua, vt maturet capessere reipub. imperatore orbem. Quin ipsum etiam verbum, surge, hortandi potius aduerbium esse videtur sæpè, quam ad erectum corporis habitum spectare; ac si dicas, Eia; age. eamque ob rem fortassis hoc loco nulla copula est; nisi si τὸ ἀσωδῆστον celeritatem & festinationem significare, mauis existimare. Iordanis fluuius, Euangelica etiam historia nobilis, in Libani radicibus oritur; & quidem vt plerisque scriptoribus placet, fonte gemino; dextro Dan; sinistro Ior. vt ita ex iunctis istorum nominibus, sicut & confluentibus aquis fiat Iordanis. Sed Talmudici, cum aliis in locis, tum vbi de secundis decimis rei pecuariæ tractant, aliam eius appellationis tradunt rationem. Sic enim enodant Iordanis nomen, quasi ירדן significet, ירדן, ac si dicas, descendens è Dan. Nam oppidum Dan; quod antiquitus Lais, & Lefem, dicebatur; apud Panium exstabat, hoc est præcipitum Iordanis fontem, vt Plinius est opinatus. quamquam Iosephus ex ipsa vsq; Trachonitide primam Iordanis originem reperat, è lacu quodam rotundo, quem Philalam vocant à figura. Inde enim terra conditas aquas ad Panium antrum; prope Dan; hoc est, Philippi Cæsaream; ferri; atque illic demum per scatebras erumpere in lucem. Cui certè rei argumento esse videtur ipsa etiam illius lacus appellatio, quam ab illis, qui loca

Minister Moysi.

Deus dignatur hominem pro suis seruis habere.

Et nunc.

Surge.

Iordanis fl. & de eius ortu.

Talmud משרתך.

Philala fons.

Cæsarea Philippi.

Ios. 15, 14.

Psal. 24, 7.

Daniel. 4, 29.

Luc. 17, 10.

Genes. 3, 22.

Genes. 4, 11.

Genes. 21, 27.

Ios. 15, 14.

Iud. 11, 22.

loca ea perflustrarunt, accepimus: aiunt enim vulgo vocari, Maiedan. hoc enim est, ac si aquas Dan, dicas. Porro vbi ex Paneade ad millia pass. circiter x v. profluxit Iordanis ad Austrum versus, diffunditur in locum palustrem, quem Samechonitin nostri, sed Saichonitin Talmudici, si exemplaria non sunt mendosa, vocant. Ibiq; ita restagnat; præsertim quo tempore niues in vicinis montibus soluantur, vt paludem putes. sed hoc stagnum crescente ætatis calore, propè vniuersum siccat: & densa fruticum materie oblitum, feras nutrit; atque occultat. ab hoc deinde loco longius etiam emensus spaciū, excipitur à lacu Genefara. quod nomen ab Hebræo גנפרא factum esse arbitror. de cuius lacus amplissima & fertilissima amœnitate non est nunc dicendi locus. Post Genesaram haud longè progressus, recipit venientem à sinistris Galaaditidis montibus torrentem Iaboc, Iacobi historia nobilitatum. Tandem verò in mare mortuum, siue lacum asphaltitico receptus, laudatas suas aquas cum bituminatis, & pestilentibus, vt ait Plinius, miscet: atque ab his ita impeditur, vt fluere desinat. Sed plura de Iordane si quis requirit, legat Plinium libro v. cap. x v. & Iosephum de bello Iudaico lib. i i i. cap. x v i i i. Pronomen demonstrationis *istum*, propinquitatem fluminis ostendit. propè enim aberat à castris, quæ ad Sittim facta fuerunt: quod capite proximo explicabimus. Quamquam si quis illud, הנה; esse emphaticum; non demonstratiuum; existimare malit, non pugnaero contra. L x x i i. sanè, vt præne superuacaneum, non reddiderunt. Sequitur in ordine sacrorum verborum, *Tu es omnis populus iste*. Eadem facere iubetur Imperator quæ parentes; sed primo loco; vt suo exèplo hortetur ceteros scilicet. Quippe boni Imperatoris est, non vitæ commodis; sed prudentia, fortitudine, aliis virtutibus antecedere subiectos. Iniquè enim postulet eos sibi parere; quibus nihilo ipse sit ad rectè consulendum melior. Rursusque mollis, ignaui, impudentis animi fuerit, ea impetare ceteris, quæ ipse vel aggredi; vel perferre non sustineat. Ceterum nota illa vniuersitatis, *Omnia*; commodè accipienda est. Non enim debent illi etiam traicere, quibus citra flumen in Galaaditide confidere permiserat nuper Moyses, præter paucos, qui fratribus suis transeuntibus opem ferant. vt versu x i i. audiemus. nisi si quis putet demonstratiuum; *iste*, eos modò ostendere, qui in castris presentes erant; duas verò tribus & dimidiam adornandis possessionibus, quas paulò ante acceperat, occupatas abfuisse. *In terram quam ego do ipsis filiis Israel*. Pronomen *Ego* emphasin habet. Nemo enim, præter vnum Deum; nisi violata iustitia, potuit ereptam veteribus possessoribus regionem donare nouis. Hic enim, cum sit totius mundi effector, & Dominus, sic suas cuiq; genti sedes in terris attribuit, vt eas precario quidem possideant, si donantem illum spectes; ceteroqui verò prorsus vt legitimi hæredes, obtinere eas, aduersus externas iniurias, debeant. Frustra ergo Manichæi, dū Chananaeorum causam agunt, culpant Deum; qui precarias possessiones flagitiosissimis, & planè indignis clientibus beneficiariis suis ademit; easque suo populo donauit; cum debeant potius admirari, venerari, exofculari mirificam illius lenitatem & patientiam, qui annos plus quam quadringentos iuxta sua benignitate, illos, vt ad meliorem mentem redirent, inuitauerat; cum interim ipsi ea eius lenitate contemta; qui ipsorum erat durus & obstinatus animus; per omne improbitatis genus pergerent sibi eius supplicij causas cumulare, quod tandem iusto Dei iudicio dederunt. Sed diuus Augustinus quodam sermone (vt hoc addam) aliam affert à patribus traditam, atq; vt ait, verissimam causam; cur eliminatis Chananaeis iuste Israelitas successisse existimandū sit. Nempe dum orbem terrarum inter se partierunt Noæ filij tres, eam partem, quæ post Chananaa est appellata, obuenuisse Sem. atque ab huius posteritate possessam diu, cultamque fuisse. tandem verò Chananaeos, homines feroces & barbaros; quippe ex impio Cham prognatos; & insuper aut sui derestatione efferratos; siue cæli clementia, siue soli vbertate, siue sua quadam libidine incitati fuerint, per vim legitimos illos pepulisse possessores, sedesque tam felices occupasse: ac proinde nunc iure eas nepotibus Sem à Deo restitui. Nam Abrahamum ex Sem prognatum esse, docet sacra historia. Eadem ferè ab Epiphanio, scriptore optimo, sunt literis mandata; qui Melchizedeci regnum, quod in Salem is obtinebat; pro certissimo eius rei adducit argumento; cum aut ipse esset Sem; aut ex Sem natus. Sanè istius vetustæ famæ; quam Augustinus à maioribus esse acceptam ait; habuerunt etiam Syri olim, vt apparet, magnam opinionem. Nam Iacobus Orrhobaita, hoc est, Edessenus; qui nobilissimi apud eam gentem scriptoris Ephraimi præceptor fuit; scriptum reliquit; Noam ante diluuium, in ea regione, quæ post Chananaa est appellata, habita-

Maiedan.

Samechonitis.

Genesara.

Iaboc torrentis.

77.

Boni imperatoris officia.

Quo iure Chananaea donata sit Israelitis.

Manichæi.

Gen. 15, 14.

Rom. 1, 4.

Gen. 1, 6, 11.

August. sermone de temp. 21. Tom. 10.

Epiphanius lib. 2. contra heres. ca. 2. hæres. 66.

Iacob Edessenus Ephraimi doctus.

habitauisse; & eam suo filio Sem, post diluuium, hereditatis loco assignasse; vt memorat Mofes Bar-Cepha, in opere de Paradiso; quod nos nuper Latinum fecimus. Sed vt id non credatur: neque enim argumentis satis firmis probari potest; neq. vsquam ab Israe-

Mere liberalitatis est quicquid Deus dat hominibus.

Ego.

litis opponitur: quos tamen, iuris æquitate, nulla præscriptio; propterea quòd vi fuissent olim de sua illa possessione dimoti, deiectione à Chananæis, exclusisset. illud certe nemo, nisi impius, negauerit, meræ liberalitatis esse, quicquid Deus largitur mortalibus: ac proinde neminem vnquam; ne probissimum quidem; & qui plane secundum huius voluntatem viuat; iure expostulare posse, si quid eorum quæ ab ipso accepit; amittat; nedum improbos, & aduersus eum contumaces: quales fuere multis modis Chananæi. Est igitur illud, Ego, ac si dicat; qui vniuersæ terræ Dominus sum; qui rerum humanarum vices, pro æterno meo consilio, iustissima ratione moderor. Ad hoc, præcipua in illo verbulo vis est excitandi, confirmandique Iosua. continet enim in se præcipuos locos suaforios, ad præcedentem hortationem accommodos; ab utili; à facili; ab honesto; à contrario malo. Neque enim potest non esse vtilissimum atque optimum, quod ab optimo parente Deo nobis datur. Deinde, quid potest esse tam difficile, quod non facile consequamur, atque obtineamus, si Deus ipse obiciat? Postremò, quod vel maximum est, quis non metu Dei, atque pudore percellatur, si quæ bona ille tam planè offert; ea negligat, & frustra elabi patiatur? Obseruandum porrò est, Dandi verbum, tempore præfenti hoc loco positum esse; vt intelligamus ad summam improbitatem iam peruenisse Chananæorum scelera, quartumque esse exactum sæculum; atque insuper annos quadraginta plectendis rebellibus in deserto consumptos: ac proinde adesse tempus, quo ea quæ olim Abrahamo, Isaac, Iacobo sunt promissa, præstentur: itaque iam nunc Deum, vt iustissimum iudicem, pronunciare hoc verbulo, Israelitas esse Chananææ dominos; prioribus verò incolis omne ius adimere atq. eripere: vt hi posthac non aliter in ea terra, quam in alieno solo habitare existimandi sint. Nam quod non è vestigio ab omni profusus possessione dimouentur, atque deiciuntur; Dei solo nutu, eius rei grauissimæ sunt causæ. Dispensat enim ferè prudentissimus rerum moderator Deus, res mortalium, per humanas operas. Tum propensissimam ipsius benignitatem plurimum etiam ipsa Israelitarum ignauia, aut improbitas verius, impediabat: ad hoc, non erat ex ipsorum re, vt subito vniuersa regio, pulsus cultoribus, vasta, ferisquæ habitanda relinqueretur; cum ipsi totam nondum, præ sua paucitate, possent occupatum ire. Verissimè enim est à Cyro superiore apud Xenophontem dictum, simul à bonis rebus omnibus regionè vacuam nudamque fieri, quæ ab hominibus vacua sit. Iam verò, quoties Abrahamo, Isaac, Iacobo huius hereditatis spem fecit Deus; fecit autem sæpè; verbo temporis futuri toties est vsus. Non igitur nunc temerè præfentis temporis verbum esse scriptum puto. quamquam Latinus id in futuri commutauerit; nimirum ratus, dare, pro, tradere, positum esse, vt proximo versiculo. Quod in verborum factorum ordine sequitur, *ipsis filiis Israel*, Hebraismus est; dum ἐξωνυμίας ea Nomina in oratione adduntur, quæ aliqui per posita antè, ipsorum loco, pronomina satis expressa videri poterant. qualis est illa quoque in Exodo phrasis, וְיָרַדְתָּ אִתָּנוּ אֶת-יִשְׂרָאֵל. Et vidit ipsum, puerum, in quo loquendi genere vulgus solet apud Latinos addere particulam, scilicet. L X X I I. interpretes, vt superuacaneum, non reddiderunt illud; sed non est profectò hic ociosa Israelis mentio. Disertissimè enim tum hanc illis promittebat Deus terram, cum Iacobo Israelis nomen imponeret. his enim utebatur verbis: Nomen tuum est Iacob: nō vocaberis posthac nomine Iacob; sed Israel erit tibi nomen. indiditque ipsi nomen, Israel. Et ait ad ipsum Deus; Ego Deus fortis & pollensque: cresce & augete, gens & cæterus gentium ex te nascetur: regesque ex tuis lumbis prodibunt: & terram quam promisi Abrahamæ, & Isaac, eam tibi dabo, & semini tuo post te dabo eam terram, &c. Appositè igitur filios Israelis eos vocat, cum iam illa promissa ad rem confert. Sed posset hic moueri quæstio; fuerint ne duo illa regna, Og & Sehonis, quæ duabus tribubus & dimidiæ nuper cis Iordanem donata à Mose sunt, pars terræ promissæ: quando hæc, vt apparet, trans Iordanem nunc demum peti iubetur. Verum ea de re erit alius dicendi locus aptior. Interim hic illud tenere satis sit; præcipuas Chananææ sobolis sedes trans Iordanem positas fuisse; atque eius terræ partis rationem maximam fuisse habendam, quam legitimo suo cultui primum dicari; & in qua deinde salutare dispensationis filij sui Iesu Christi mysterium olim peragi Deus volebat. Ceterum diximus Iosua siue Iesum, nobis adumbrasse Iesum Christum. Ei typo pulchrè profectò

Deus dispensat res hominum per homines.

An Galaditis fuerit pars terræ promissæ.

Anagoge.

Mofes Bar-Cepha lib. 1. de Paradiso.

Gen. 15, 16.

Xenoph. in fin. Cyrii. 4.

Exod. 2, 6.

Gen. 35, 10.

profectò subseruiunt verba horum duorum, quos iam explicauimus, versus, si ἀναγωγῶς accipiantur. Post mortem enim Mosis, hoc est, post finem legis Mosaicæ; quæ Deo, vt filiorum pædagogus, seruiet; missus est à Deo pater Iosua, siue Iesus Christus, minister Mosis. Fuit enim ille minister circūcisionis, propter veritatem Dei, vt rata ea faceret, quæ maioribus fuerant à Deo promissa: fuit etiam Mosis legi obediens, vt eos, qui legi erant subiecti, redimeret, atque per adoptionem in filiorum libertatem vindicaret. Missus, inquam, est Iesus Christus, vt eos, quos Mofes per loca vasta, inuia, sterilia oberrantes adhuc circumduxerat, nec ad promissam quiuerat hereditatem introducere; hoc est, qui in horrida, difficili, & sterili lege, atque vmbra futurorum bonorum adhuc versati, ad ipsam rerum perfectam repræsentationem pertingere non poterant; eos ipse per Iordanem, id est baptismum; quo virtute sanguinis illius expiamur, & sacrosanctis æternæ hereditatis mysteriis iniciamur; duceret in terram semini Abrahamæ promissam: vbi rebus ipsis, non rerum vmbriis potirentur, fruereuturque. Baptismum enim non obscure significari per Iordanem, quis ex historia Christi & Ioannis non intelligit? Sed hæc hæctenus, Nobis enim constitutum est, pro nostra mediocritate, ipsa sacri huius commentarij verba potissimum explicare, eaq. sensa patefacere, quæ ad historiam rerum gestarum pertinent. Ipsas verò anagogas & mysticos sensus, non nisi parcissimè attingere, sed illis prolixius persequendos relinquere, qui & maioribus ingenij luminibus à Deo præditi, & in illius generis interpretatione, pro concionibus dicendo exercitati sunt. præsertim cum videamus copiosè hoc ab Adamantio esse præstitum. quo viro, nescio an post natum Christum vixerit quisquam vel ingenio maiore, vel in sacris literis exercitatore.

Rom. 15, 2.

Gal. 4, 4.

Heb. 10, 1.

Matth. 3, 7.

Iordanis baptismum significat.

Omnem locum quem calcabit planta &c.

POTERAT quidem, ac debebat etiam Iosua illo solo Dei verbo, Ego do, contentus, certissima cum fiducia, quod iussus erat, aggredi: atque in terram hostilem audacter cum omni populo traicere; fretus eius auctoritate, cuius nemo ineluctabili potest voluntati obistere. sed profectò haud facillè humanus animus absolutam illam Dei, vt sic dicam, omnipotentiam capit. Et vt per fidem in ea tandem aliquando acquiescat, ac quod Apostolus de Abrahamo memorat, fide contra fidem credat, tamen vix fit, vt secum non disceptet ipse, atque luctetur; dum rerum propositarum difficultatem, & vt sibi videntur, à δυνάμει apud se expendit; vtque modos saltem, rationesque, quibus illæ confieri possint, aut alia adminicula, pro fide illa sua confirmanda, non requirat. Est enim eius rei illustre nobis exemplum propositum in eo, quem modò dicebam, Abrahamo. Eius enim fidei vigor, mitificus sanè, vix tandem post iteratum Dei promissum, potuit obstacula gignedi ex Sara filij profusus perrumpere. Præclarissimè etiam alterum in ipsa diua virgine Maria: quam non credidisse verbis Angeli, præsertim suauissimo nuntio diuinæ gratiæ apud animi suum confirmatam, existimare nefas sit. Et tamen exquirat, qui possit fieri, quod nulla, nisi Dei potentia, effici posse, intelligebat. Igitur ne quid titubet Iosua animus, succurrit Deus vtrò: & quod implicite atque abscondite illis verbis, Ego do, significarat, id iam patentius atque explicatius proximis istis ad decimum vsque versiculis persequitur. Nā quod ait, *Omnem locum quem calcabit &c.* est ac si dicat, Ego non solum iure omni vestram esse volo eam terram, in quam vos iubeo traicere, verum etiam omnia quæ vobis possessum illam euntibus obistere possint, ea ita comparabo, vt in quamcunque illius partem pedes intuleritis, ea pars in vestram potestatem facillè, ditionemque, sit concessura. Est ergo ista hortatio à facili. idque versiculo quinto explicabitur apertius. Verbum igitur, *Dedi*, commodè hic pro tradere, siue dedere, accipiat, interpreteturque; per futurum tempus; sicut factum à Latino est. Quanquam nihil absurdi sit eius propria notione explicare, absque temporis enallage, propter factam nuper, vt diximus, donationem. Nam quòd Mofes in Deuteronomio, dum hæc ipsa commemorat, verbo temporis futuri vitur (ait enim, *Omnis locus &c, vester erit*) id facere ille debet: vt qui non rem vel presentem vel præteritam, sed futuram prædicat. Sed enim obiciat aliquis hic nobis ipsum rei euentum, parum, vt videtur, Dei istis promissis respondentem. Ad Hai enim primum Israelitæ fugati, pars etiam cæsi sunt. Deinde ex Iudicum historia certi sumus, hostes non solum vbique eliminari non potuisse; sed etiam ipsum populum Israeliticum ab illis aliquando in angustias redactum esse. Atqui Deus in hisce pollicitis de compacto agit. Receperant enim Israelite, obseruare omnia, quæ ille lata lege mandarant. hoc ergo cum ipsi parum plenè atque probè præstent, haud mirum est, cum felicem rerum successum, que

Omnipotentiæ Dei absolutæ, nō satis firmè capere humanus animus potest.

Rom. 4, 17.

Gen. 17, 17.

Luce. 1, 14.

Occupatio.

b Deus

Deus cum sepe alibi, tum etiam hoc loco promittit, non perpetuo tenore pro illorum votis fluere, sed subinde magnis calamitatibus, pro maximis ipsorum flagitiis, interturbari. Non pendent quidem, fateor, Dei promissa ex hominum actionibus, quasi causis necessariis: Quid enim summam rerum omnium atque immobilem causam impellat? sed tamen posita sunt sepe illa in certa quadam ratione, qua secundum diuinam illius voluntatem procedant: quam voluntatem etiam ipsa caelestis doctrina nobis plerumque patefacit. Eoq; fit, vt si sponte nostra eam nos rationem non sequamur, frustra, quoad nos certè, sint illa promissa. quanquam hoc interim tenendum est; numquam prorsus irritum reddi consilium Dei posse, per hominum vitiositatem. Quippe illi nunquam deest ratio ex medijs tenebris lucem producendi. Ceterum quod de pacto, & conditione, siue de certa procedendi ratione iam dixi, cum ex iis etiam quae proximis versibus, de obseruanda vniuersa lege memorantur; tum aperte conficitur ex illis dictis, quae Moses caelesti instinctu pronunciauit in Deuterone. huc pertinentia. Sunt enim ea ipsa, quae praesens versiculus citat; cum habet, *Sicut locutus sum ad Moysen*. Itaque haec appendicula, ipsas dandi conditiones tacite obscurèq; continet. quod etiam Theodoretus sensit. Sic enim illic, veluti Dei ore, loquitur Moses. Nam si accuratè obseruaueritis omne hoc, quod ego vobis mando; vt ametis Dominum Deum vestrum, catisq; per omnes vias ipsius, atque ipsi adhereatis, exterminabit Dominus omnes gentes istas extra vestrum conspectum: vosq; occupabit possessiones earum nationum, quae maiores fortioresq; vobis sunt. Omnis locus in quo figetur planta pedis vestri, vester erit. à deserto & Libano; à flumine, flumine, inquam, Euftrate, vsque ad mare vltimum, pertinebunt fines vestri. Non consistet quisquam coram facie vestra, terrorem metumq; vestri incutiet Dominus Deus vester vniuersae terrae, per quam ituri estis: sicut ad vos locutus est. En ego propono vobis hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem quidem, si obediueritis mandatis Domini Dei vestri, quae vobis hodie impero. Maledictionem verò, si non parueritis praecipis Domini Dei vestri: sed descueritis à viuendi ratione quam ego vobis hodie praescribo: atque sequamini alienos & ignoros vobis Deos, &c. Quis ex his non intelligit, illa tanta Dei beneficia ex mutuis populi officijs pendere? Sed plura de his in explicando versu proximo dicenda erunt. Est verò ex his etiam illud perspicuum, cur Deus hic Moysen potius, quam Abrahamum laudet, cui primo haec promissa fecerat; & veluti solenni foedere percusso, sanciuerat etiam circumcisionis ceremoniam; mutuum ab illo quoque stipulatus, vt vitam probam coram se viueret. Nimirum quia ipsissimis illis verbis Moysen ipse affatus fuerat, & Moses populum; quibus hic Iosviam alloquitur. Huc addi potest & illud, quod recens Moysis memoria Iosuae gratissima, & intima cum Deo familiaritas, eidem multis modis perspectissima, auctoritatè multò grauissimam, apud ipsum, iis oraculis, quae à Moysè prodita dicerentur, conciliare debebant: animumq; eius concitare ac permouere magis, quam si vetera illa, apud Abrahamum, Isaacum, Iacobum denique acta commemorarentur: quae per aliquot saeculorum interuallum obsoleuissent, & re ipsa refutata esse poterant videri, nisi apud Moysen, in tam familiari cum Deo consuetudine renouata fuissent. In vetustis commentarijs, quae vocantur ספרים, scripta in Exodum & Numeros, quorum auctor est R. Simeon Iohai filius; qui & librum Zohar in Pentateuchum scripsit, paulò post euerfam à Tito urbem Ierusalem. In iis, inquam, commentarijs, post multam disceptationem Talmudicorum, qui illic citantur, de veritate istius enuntiationis *Omnem locum quem calcabit, &c.* tandem statuitur, ita demum permixtum hic esse Israelitis à Deo, vt quatuor regiones occupatum irent, atque sub suam ditionem subiungerent; si vniuersam Chanaanam, quam latè proximo versu describitur, ante suo imperio occupassent. Et proinde David aperte ab illis accusatur, quasi legem hanc violarit, cum Mesopotamiam & Syriam Zoba debellaret; Iebuzaeis etiam tum intra Ierusalem, atque prope apud ipsam regiam, habitantibus. Sic ferè Talmudici illi, caeci, stupidi, bardi profecto homines; qui non intelligebant, vniuersitatem istam *Omnem locum*, in proximo versiculo certis definitam esse terminis. sed excæcati sunt miseri, postquam solem iustitiae ab se amoliri viderunt, vsque adeò vt neque oculis, neque auribus percipere, animoq; intelligere queant quod rectum probumq; est, atque verum. Et indigna profecto essent ipsorum dicta pleraque omnia quae proferrentur; nisi & illustriorem redderent Euangelicæ veritatis gratiam, maiestatemq; tam tenebricosæ atque insulsæ nugæ, & desipientium hominum ridicula somnia, in apertam lucem protracta: & simul omnem Iudaicæ superstitionis doctrinam re atque existimatione condemnarent, ac ludibrio exponerent. *Quamquam*

Promissa Dei quomodo pendat ex hominum actionibus.

Consilium Dei peccatis hominum impediri non potest.

Deut. 10, 22.

Theodor. in dist. 11. script. loci.

Gen. 17, 8.

Siphre פירוש R. Simeon Iohai.

Talmudici.

Talmudicorum caecitas & stultitia vnde nascatur.

Talmudicorum hallucinationes cur proferat auctor.

Rom. 11, 5.

quam fatendum est, esse etiam apud eius gentis scriptores nonnulla, quae vtiliter nostris hominibus exponantur; partim quia nostrae religionis dogmata affirmant; alia quia sacrae scripturae verba rectè interpretantur. quod etiam Thomas, Liranus, Porchettus, Burgensis, Raimundus, Nebiensis, alij animaduertunt, & suis scriptis prodiderunt.

*A deserto & vsque ad Libanum istum, & vsque ad flumen &c.*

DEFINIT hic Deus vniuersam Israelitarum hereditatem, rudi modo, à tribus caeli regionibus. Desertum enim, quod quæ Sin, quæ Cades vocabatur, hodie autem vulgò Al-Hifet dicitur, positum erat à meridie. Libanus verò, & longè vitra Libanum Eufrates, partem septentrionalem determinabant. Mare magnum, hoc est, mediterraneum, claudebat occidentem. (huic ideo magni cognomen attribuitur, quia lacubus & paludibus, quae apud eam gentem etiam maria vocantur, maius est.) Ab oriente erat Iordanis. sed hic iam non nominatur: quia ab eo fines isti à Deo ostenduntur Iosuae. Pertinebant enim castra, quae in campis Moabiticis fecerant, prope ad Iordanem, è regione Ierichuntis. Ceterum illud, *Omnis terra Hetthæorum*, non designat terrenum aliud extra istos fines; sed ideo, nisi fallor coniectura, prouinciæ Hetthæorum singularis mentio fit à Deo; quia de ea expugnanda, quam de alijs Chanaanæ partibus diffidère magis potuere Israelitæ; vt in qua Anacinos gigantea mole homines conspexerant speculatores Moysis. corumque fama extremo pauore vniuersum populum perculerat, & propemodum ad repetendam Aegyptum redegerat. Hetthæos enim ea loca, quae circa Bersabeam sunt, quaeq; iursum porriguntur, & latè circum Hebronem iacent, incoluisse, cum historia empta speluncae duplicis, tum Rebeckæ ad maritum verba, quibus amandandi filij sui Iacobi magnam rationem prætendebat; atque etiam nuptiæ Esau clarè ostendunt. Ne igitur vlla imperatoris animi difficultas perturbet, aut etiam populi, cum euestigio sit in Chanaanem traiciendum; addit Deus explicatè, ea etiam loca redactum iri in potestatem Israelitarum, cum primùm illuc pedes intulerint; quæ præ ceteris inexpugnabilia visa fuerant: nimirum quæ ab Hetthæis tenebantur, gente omnium Chanaanorum bellicosissima. Fuisse enim Hetthæos viros bellicosos, satis magno argumento est Syrorum trepidatio: cum eos à rege Israelitarum aduersus se conductos esse suspicarentur. vt in Regum historia memoratur. Si quis tamen existimare malit, Hetthæorum nomen positum hoc loco esse, pro omnibus septem gentibus, quæ capite tertio enumerabuntur; hoc est, vt terra Hetthæorum, sit vniuersa Chanaanæ; sicut alibi omnes Chanaanæ vocat Amorrhæi, alibi alio vno nomine ex septem gentium nominibus, *סוּסַיִם*; haud ille fortassis à vero aberret. nobis tamen prior illa sententia visa est ad veri similitudinem esse propensior. Ad nomen *הַלְבָנוֹן*, Libanum, accommodaui, *לבנון*, vt loquuntur Grammatici, particulam *נ*, quæ mox sequitur: quod ea mihi sententia aptior videretur, & alioqui non nescirem, literam *ה*, He, sæpè etiam præpositam locorum nominibus, vice præpositionis, ad, fungi: quanquam postpositam sæpius. Sed ne absurdum videar constructionem commentus esse; ostendam planè geminam, in Regum historia, in istis verbis, *מִן-הַקְּנִיזִי מִן-הַקְּנִיזִי*. Est enim istorum verborum sententia, Solomonem esse dominatū à flumine Eufrate, vsque ad regionem Philistinorum, & vsque ad Aegyptum. Ceterum demonstratiuum, *הַ*, istum, vt nuper dicebamus, sic accipi potest, vt *הַ*, & præstantiam montis Libani significet, quanquam est credibile ex campis Moabiticis cum, vt est altissimus, oculis cerni facile potuisse, atque à loquente Deo demonstrari. Lxxii. pro Libano, dixere, Antilibanum. vt alibi sepe. Nec id mirum est, cum sint re ipsa vnus mons, sed qui versus mare mediterraneum laxiore valle veluti diuiditur. Plinius vtrūque describit his verbis. A tergo, inquit, Sidonis mons Libanus orsus, mille quingentis stadiis Simyram vsq; porrigitur; quæ Cæle Syria cognominatur. Huic par, interiacente valle, mons aduersus Antilibanus obtenditur, quondam muro coniunctus. At Strabo, vt videtur, melius, explicatiusq; Libanum apud Tripolim, & huic vicinum oppidum, quod *Σαῖς* vocant; Antilibanum verò apud Sidonem orfos describit. Porro nominis *הַלְבָנוֹן*, Libani, notatio thus significat, vt Hebræis, ita Græcis. Constat enim, Libanum, cedrorū, atque aliarum resiniferarum feracem arborum esse: ex quibus credibile est, si non pretiosissimum illud Sabæum thus, cuius arboris faciem incognitam Romanis fuisse Plinius dixit; at thus saltem speciem quandam excipi. Nam idem Plinius alio loco prodidit Terebinthū quoque masculinā in Syria thus producere, quod sanè Sabæo illi thuri, diuersæ arboris resinæ, cognatū esse non potest. quam solam resinam thuris nomine dignatus est vates, cum ca-

Descriptio terre promissa. Desertum Sin vulgò Al-hifet.

Hetthæi, quæ.

Hetthæi fuerunt Chanaanorum bellicosissimi.

Litera ה præposita sepe notat ad locum significat.

Libanus.

Antilibanus.

Cæli thuris speciem fundunt.

Num. 3, 37.

Num. 13, 33. & 14, 1.

Gen. 23, & 25.

Gen. 27, 6.

Gen. 26, 34.

4. Reg. 7, 6.

3. Reg. 4, 20.

Plin. lib. 5, c. 20.

Strab. lib. 11, c. 6.

Plin. lib. 12, c. 11.

Idem lib. 14, c. 6.

Eufiates.

Eufiates & Tigris cur magni dicti.

Bereſchich rabba à quo ſcripta.

Phrat.

Eufiatu nomē vnde factum.

Mare magnū.

Mare, pro occidente.

Promiſſio terræ vſque ad Eufiatē, quemodo accipienda ſit.

Aditus ad Hēmath.

neret : Solis eſt thurea virga Sabæis, Eufrates, etiam alibi flumen magnum appellatur in ſacra hiſtoria: quo epitheto ſimiliter Tigris inſignitur à Daniele, fortasſe quia ambo orti ex Paradifo, aliis fluuiis præſtantiores exiſtimantur. Sed Euphrates nõ raro *עופרת*, ſolius fluminis nomine ſignificatur. Nam ei Tigris multis nominibus de præſtantia cõcedere debet. Talmudici capite ſeptimo de iuramentis, Eufratem magnū vocari fluuium ſtatuunt, quia terrā omnium præſtantiffimam, quam Iſræliitarum terrā appellamus, terminat. Atqui ea ratione Iordanis vel maximus dicatur meritò. Illi autē ipſi auctores, in commentariis quæ vocant *בראשית רבה*, non illis quidē, quæ à R. Moſe Hadarſan, hoc eſt, concionatore, ſunt conſcripta, hæc enim, vt noſtræ crebrò doctrinæ cõſentanea, videntur Iudæi conſpiratione quadā ſuppreſſiſſe, ſed in alteris, quæ R. Oſaias, niſi fallor, congeſſit, nomen, פֶּרַת Phrat, ſic enodant, quaſi à verbo פָּרַת formatum, fertilitatē ſignificet, fanè nõ abſurdè. Nā ceteras, quas illic tradunt notationes, vt ridiculas, piget referre. Sed cur Græci Euphratem dicerent, quem Hebræi priores פֶּרַת, quaſi Phratem dicas, appellabāt, inde opinor eueniſſe, quòd in Geneſi, vbi primùm hoc nomē eſt à Moſe proditū, vocula *עופרת*, *עופרת*, que ferè ſonat, *עופרת*, nomini præpoſita, ab eo qui primus in Græcam linguā Moſen conuertebat, ſit inſcients ipſi nomini adiuncta. Deſcribit autem Eufratem Geographus omniū diligentiffimus Strabo his ferè verbis : Eſt, inquit, Eufrates Tigride maior, pluſq; terræ peragrāt; ex iis Tauri partibus, quæ ad Aquilonē vergunt, confragulo ortu promanans: vnde ad Occidentem verſus, per maiore, quam vocant, Armeniā fluit vſque ad minorem: & hac à dextris, Liſcena verò à ſiniſtris relicta, intorquet ſe deinde ad Meridiem, ſimulatque Cappadociæ montes attingit : quos montes, atque etiā Commagenes dextra; læua verò Aſiæ ſinen & Sophenen maioris Armeniæ regiones præterlabens, proripit ſe in Syriam: rurſusq; reſeſtitur verſus Babylo-niam, Perſicumq; ſinum. hæc Strabo de Euf-ratis ortu, & curſu. Plura etiam Plinius lib. 5. cap. 24. ſed nihil attinet plura hîc proferre. De mari magno diximus, mediterraneū illud eſſe, quod vbi Ægyptum alluit, Nilumque excipit, Ægyptiacum appellatur. vnde ſurſum, hoc eſt, verſus Aquilonem porrectum, ſed molliter tamen in Orientē ſe ſinuans, vniuerſam Chananæā ambit ab Occidente; & Sy-ricum, mox etiam Phœnicæum dicitur. Tandemque in Iſſico ſinu apud Ciliciā deſinit. Quia autem, vt dixi, Occidentem terræ ſanctæ claudit, ſæpe pro ipſo Occidente, cum de hac verba fiunt, uſurpatur. Igitur in his verbis, *A deſerto vſque ad Eufratem*, deſcriptio eſt à Meridie in Septemtrionem, quanquā ſenſum ad Orientem verſus recedatur. In Geneſi hoc ſpatium his verbis expreſſum legitur: A flumine Ægypti vſque ad flumen magnum, flumen Eufratē. Verumenimuerò difficilis hîc naſcitur quaſtio, Quorſum ſpectat huius tam amplæ regionis promiſſio, quæ ad Euphratem vſq; pertineat, quando certū eſt, longè citra Euphratem, ab ipſo Deo alibi definitā eſſe Iſræliitarum hereditatē, quam fortitò inter ſe partiri iubetur: immò ne hanc quidem anguſtiorē aduerſus præſcos incolæ obtinere totam illos potuiſſe, vt eſt in Iudicium hiſtoria multis comprobatum exemplis. Sed reſponderi veriſſimè, niſi fallor, poteſt; Deum deſpondiſſe, atque deſtinariſſe Iſræliitis ſuis fines diuerſos duos; alteros, qui non vltra eū locū, qui *חמת הרבות*, hoc eſt, aditus ad Hēmath appellatus eſt, extendebātur in Septemtrionē: alteros verò, qui vltorius ad Eufratē vſque excurrerant: & illis quidē anguſtioribus primùm cõtentos viuere, ſorte inter ſe diſtributis, voluiſſe, vſque eò, dum magis magisq; augetētes, ſpatio ampliore opus haberēt. Cùm verò, freti Deo, illos vniuerſos occupauiffent, neque barbaris Deoq; inuiſis gētibus quidquam illic reliqui feciſſent, tunc demum fore tempus, quo poſſent etiam vltra progredi, atque ad Eufratem vſque omnia ſub ſuā ditionem loca, vt ſedes proprias, exactis poſſeſſoribus præſtinis, ſubiungere, ſibiq; vt hereditatē, ſuo iure vindicare; ſi tamen interim perpetua ſua aduerſus Deū pietate, dignos ſe ampliore eius liberalitate præſtitiffent. Sed D. Auguſtini ſententia eſt, reliquū illud ſpatium, quod vltra anguſtiores illos limites ad Euf-ratem vſq; pertingit, vectigale quidē facere permiſſum Iſræliitis fuiſſe, ſed non ſuæ ipſo-rū hereditati adiungere, veteresque colonos eliminare. Verùm ei ſententiæ nõ fatis conſentanea videntur ipſa Dei verba, dū ait, *Omnem locum quem calcabit planta pedis veſtri, eum vobis dedi:* & aperte pugnant illa, quibus in Deuteronomio, de tribus aliis aſylis olim, ſi vſus ſit, cõſtituendis, agit. Sic enim loquitur: Si verò amplificauerit Dominus Deus tuus terminum tuū, ſicut iurauit maioribus tuis; dederitque tibi vniuerſam terram, quā dixit ſe daturum illis; nempe, ſi obſeruaueris omne hoc mandatū, reque ipſa præſtiteris, quod ego tibi hodie impero; hoc eſt, amaueris Dominum Deum tuum, & ſemper inſtiteris viis ipſius; tum addito inſuper tria oppida ad iſta tria, ne fundatur ſanguis innocens in media terra

*Virg. Georg. 2. Dan. 10. 4.*

*Talmud פ' שבועות*

*Strab. lib. 16.*

*Numer. 34. 7.*

*Auguſt. quaſt. in Iſy. c. 21.*

*Deut. 19. 7.*

terra tua, quā Dñs Deus tuus dat tibi hereditatem, &c. ex his enim verbis duo cõficiuntur; alterū, laxiores illos fines nequaquā Iſræliitas initio poſſeſſū ire debuiſſe, aut potuiſſe etiā, ſicut anguſtiores; ſed tum demū illos ſperare ſas ipſis fuiſſe, vbi diutina in Deum obſeruantia atque amore, ſe ipſi liberalitate maiore dignos præſtitiffent: alterū, illud auctarium, ſi quidē aliquando prioribus poſſeſſionibus adiunctū iretur; non minùs atque has; propriū Iſræliitarum, & hereditarium, eſſe futurū, non autē vectigale. ſunt enim explicatiſſima illa verba, Quā Dominus Deus tuus dat tibi hereditatem. Haudquaquam igitur periclitatur, nedū labefactatur, veritas promiſſorū diuinorum, etiā ſi ſuas poſſeſſiones hereditarias protuliſſe nunquā Iſræliitas ad Eufratem vſq; fateamur; quādo ſacrā hiſtoriam recolecti perſpicuū eſt, eos plerumq; ita parū coluiſſe pietatē aduerſus Deum, atq; amorē, vt multo magis admirāda ſit huius indulgentiſſima facilitas; & miſericordiā, qui tāto tempore illos in feliciffima illa Chananæa manere paſſus ſit, quā promiſſorū eius cõſtantia & fides in dubiū vocanda. Multi exiſtimant tamen, tunc cū Dauid, & Solomon agitarent imperiū, qui Reges Chriſtū adumbrabant, Iſræliitas longè & latè omnia ad Euf-ratē vſq; poſſeſſiſſe. Nā de Solomonis ampliſſimo regno, ſic ſcriptū eſt in Regū hiſtoria: Et Solomon dominabatur in omnibus regnis, à flumine (Eufratē intellige) vſque ad terrā Palæſtinarū, & vſq; ad fines Ægypti adferebāt munera; & ſeruiebāt Solomoni, quā diu viuebat. Mihi tamē, quod doctiſſimorū virorum pace dixerim, illud ex his verbis minimè effici videtur. Et ſi enim negari nõ poteſt, cū Dauidem, tum Solomonem, vltra eos fines, quos Iofua Iſræliitis ſorte aſſignauerat, longè lateq; partim ſubactis, partim volūtariis prouinciis imperaſſe, probari tamen nõ poſſe puto, earum prouinciarum vllis potitos eſſe Hebræos, vt ſuis poſſeſſionibus, coloniasq; ſuæ gentis illuc emiſſe; & quod Deus, vt nuper cõmemorabam, iuſſerat, noua in illis aſyla, vt in ſua terra, inſtituiſſe. Quippe permiſerat illis Deus eorū populorum dominationē: at nondū tamen excidium. Quod dico explicatiſſima ſacris verbis reſ eſt. Nā mox poſt illa, quæ de Solomonis imperij amplitudine iā memorauimus, hæc ſequitur: Et ſedit Iuda, & Iſraël ſecurè, quiſq; ſub ſua vite, & ſub ſua fico, à Dan vſq; ad Berſabeam per omne tempus Solomonis. Nec magno interuallo iſta, cū ſacram edē dedicaffet Solomon; egit Solomon eo tempore feſtū, & omnis Iſraël cū ipſo, cõetus maximus: ab aditu Hēmath, vſq; ad flumē Ægypti, corā Dño Deo noſtro, &c. Quis quaſo nõ videt, populū Iſræliticum etiā tunc, cū Solomonis imperium eſſet maximū, non latiùs habitaſſe, quā patuere termini intra quos Iofua poſſeſſiones cuiq; tribui diſtribuerat? Ad hæc, ſi quis duodecim præfecturas, quas inſtituerat Solomon, quò tempore imperij gloria florebat maximè, nominatorū locorū obſeruatione peragret, nullas fuiſſe extra Chananæā inſtitutas videbit. Externū igitur illud Dauidis Solomonisq; imperium, quod etiā vltra Eufratem illi habebāt, ſecuritatē modò Iſræliitis, non etiā ampliores poſſeſſiones parebat. Neq; verò abſurdū eſt, ſi quæ ſub conditione promittuntur, vt forenſibus verbis vtar, ea nunquā exlante cõditione, nunquam præſtentur. Neq; tamē negauerim, illam tantā Dauidis & Solomonis potētiā, fuiſſe obſcurum quoddam, atque adumbratū ſpecimen promiſſæ iſtius amplioris hereditatis; ſed quam tandē re ipſa veri Iſræliitæ, & ſemen Abrahæ per fidē, eſſent conſecuturi tū, cū Chriſtus regnū obtineret. quod aperte Pſalmo 72. perſcriptum eſt: dum ea de Solomonis imperio verba fiunt, quæ ad nullū Regem alium, quā Chriſtū, accommodari rectè poſſunt. Sic igitur ſtatuendū eſt, meo certè iudicio; Iſræliitas nunquā adeptos eſſe plenè atq; perfectè vniuerſam Chananæam, quā ſorte inter ſe, auctore Deo, fuerāt partiti, nedum quantū terræ ſuprà illam; ad Eufratē vſq; iacebat. Neq; tamen ideo irritū fuiſſe Dei cõſilium, aut promiſſa hæc; atque alia, vana. Etſi enim illi, ne tanta felicitate potirētur, multis modis ſemper ipſi ſibi obſtitere, vſq; eò, vt illa etiā regione, quā præciſè obtinebāt, tandē expellendi, atque in exilium abducendi eſſent; tantū abeſt, vt ampliore aſſequi mererentur: attamē in Chriſti regno; in quo ſolo abſolutus Eccleſiæ ſtatus ſpectari poteſt; vt cetera omnia quæ in Legge & Prophetis ſcripta exſtant, ita hæc quoque promiſſa prolixè atque abudè præſtita ſunt. Sed erit de his dicendi locus etiam cap. 21. ad verſiculum 40. & fortasſis alibi.

*3. Reg. 4. 21.*

*Ibid. 11.*

*3. Reg. 2. 61.*

*3. Reg. 4. 7.*

*Pſal. 72.*

*Iſy. c. 21. 40.*

Solomon quomodo regnauit vſque ad Eufratem.

Iſræliitæ nunquam extendunt hereditatē ſuam, vſque ad Eufiatem, ſed manent intra fines à Iofua aſſignatos.

In regno Chriſti perfectio factæ hiſtoriz ſpectari debet.

*Non conſiſtet quiſquam aduerſus te &c.*

Q V O D nuper in tertij verſiculi initio dicebam, id etiā nunc agit Deus: hoc eſt, pergit aliis atque aliis modis cõfirmare animū Iofuæ, ad capeſſendū, quod ipſi aſſignauerat, negotium. Eſt autem præſens locus, à facili, ac ſi dicat: Non eſt, quod adire terrā illam cū populo metuas, quamuis & numero, & viribus longè hoſtibus impar ſis: aut tecū ipſe diſquiras, quā tandē ratione loca illa adire poſſis, quæ à ferociſſimis barbaris adhuc tenentur.



Imperatoribus sui milites quos hostes sepe molesiores sunt.

Bonus princeps nihil differre a parente bono.

Omnia preclara facta Deo adscribenda sunt.

Deus non est auctor mali.

Libertum arbitrium in hominibus.

Eorum enim hostium nullus vestrum conspectum feret, nedum resistere vobis poterit. Et ne hoc non credas, repete memoria Moysi magistri tui victorias de potentissimis hostibus, quas nullo negotio, meo fretus auxilio saepe est adeptus. Tibi enim similiter atque illi adero: immo verò nusquam abs te abero: nusquam te meo praesidio destituam: quo dum eris adiutus, nullum fuerit tam difficile bellum, quod non facillime confeceris; nec vilius tamen lubricus ad peccandum locus, ut te non sustineam. Sed enim vero simile fit ex superioris serie orationis, id modo hoc versiculo agi, ut is metus ex animo Iosuae pellatur, quem hostilium rerum consideratione poterat concipere: sequentibus vero versibus eas simul eximi difficultates, quas imperij procuratio secum trahere solet. Neque enim plus saepe ab aduersariis, quam a suis militibus metuere sibi imperatores debent. Neque ignorabat ille, Moysi ubique aduersus hostium vires multo minus, quam aduersus populi contumaciam fuisse negotij. Cetero qui facile patiuntur sacra verba, ut curam vtramque coniungamus, hoc sensu, Non consistet quisquam, vel hostium, vel popularium tuorum, aduersus te; illi patriam defendendo; hi tuum imperium detrectando. Quod porro additur, *Omnibus diebus vitae tuae*, continuum felicitatis successus tenorem pollicetur. Neque enim expectandae illae victoriae sunt, quibus primum blandientibus, in maximas deinde clades prouehimur. Nam quod quidam existimant, eas calamitates recte innui, in quas se Israelites sua secordia, & aduersus Deum impietate, ipsi coniecerunt, post Iosuae excessum; id verò parum est consentaneum, prolixissimis istis pollicitis, quae superiore versiculo audiuius. Et profecto absurda sit, parumque efficax Dei hortatio, si ita dicat: Traducito populum in Chananeam, nihil veritus fortiores hostes. Non enim hi, te viuo, resistere populo meo poterunt. verum post tua fata, quid populo meo futurum sit, ipse viderit. Cum enim bonus princeps nihil differre debeat a parente bono, ut recte apud Xenophontem Chryfantas censebat, nemo verò, opinor, dubitauerit, quin Iosua longè optimus fuerit princeps; qui potuit non esse de populo suo post se sollicitus? quando videmus parentes probos suae liberorum curae & sollicitudinis partem maximam ultra fata sua extendere. Non ergo veluti metitur Deus, in his verbis, victoriam Iosuae vita, eaque definit. Nam nuper propagandos etiam ad Eufratem vsque fines dicebat. Eius verò reuoluentis non ex Iosuae vita, qui solam Chananeam erat distributurus, sed ex populi proba in Deum officio, ut dicebamus, pendebat. Porro illud, *Sicut fui cum Moise ero tecum*; causam continet eius, quod praecedat. ac si dicat: Ideo tibi nemo poterit resistere, quia ego tibi adero, ut Moysi olim. Monemur ergo, neque Moysen sua virtute atque industria res illas praeclearissimas gessisse, quas gessit; neque, quod in huius commentarij initio dicebamus, incredibilem illam felicitatem, qua imperium omnium difficillimum est a Iosua administratum, eius dexteritati, aut aliis virtutibus, quibus alioqui praeditus atque ornatus erat maximis, esse adscribendam; sed Deo. Immo verò in vniuersum, sic statuendum esse: Neminem mortalium suo consilio, viribusque magna atque pulchra facinora facere; sed ea omnia vni Deo, qui hominibus, ut administris vtitur, accepta referri debere: quatenus certe proba sunt. Nam extremam improbitatis fuerit, improbi facti Deum, qui ipsissima est probitas, auctorem existimare. Neque illud modo in iis rebus verum est, quae parantur ab hominibus, qui puram religionem susceperunt; sed iuxta in illis etiam, quae a profanis fiunt. Nam, ut ante dixi, quamuis Cyrum suum Xenophon magnis artibus, quas ex recta institutione percepisset, & simul indolis suae bonitate fretum existimauerit, maximas & admirabiles illas res gessisse; tamque facile, & stabile imperium in nationes prope innumerabiles, & quidem barbarissimas obtinuisse; tamen reuera non solum monitore, atque praemonstratore, sed etiam adiutore, immo verò, ut sic dicam, effectore Deo illa omnia esse a Cyro acta, testatur Deus ipse apud Isaiam, his verbis: Sic ait Dominus ad vinctum suum Cyrum; cuius dextram apprehensam confirmaui, ut gentes sub ipsius imperium subiungam; & regum lumbos discingam; ut aperiam ostia ante ipsum. Neque portae ocludantur. Ego tibi praeribo; & amfractus ut sint recti efficiam. ostia aenea confringam; & claustra ferrea laxabo. Daboque tibi thesauros, qui in tenebris latent, & res occulte abditas; ut intelligas me esse Dominum, qui te appello nomine. Et quae deinceps sequuntur in eandem sententiam praedicta multo ante, quam Cyrus esset natus. Sed interim diuersa ratio proborum, atque improborum administrorum est. Illi enim Dei in se efficientiam agnoscunt; eamque sua obsequiosa voluntate atque arbitrio, quodam modo efficienter adiuuant. hi verò semet, non Deum, efficere quidquid id est, arbitrantur; Deique ductum, non aliter atque caeci, sequuntur imprudentes; dum non ad eius voluntatem se se applicant, accommodantque; sed

Xenoph. 1. 1. 1. 1.

Isa. 45. 1.

Isa. 10. 5.

Reg. 2. 31.

Deut. 32. 10.

sed sui animi libidinibus satisfacere propositum habent. Huius rei luculentum nobis proposuit exemplum idem Isaias in rege Assyrio, cum Deum inducit dicentem, se illo vsurum pro virga furoris sui, ad castigandum Israel. verum interim illum longe alia animo agitaturum: nempe plurimas se gentes excindere velle, cum proceres habeat regibus pares; neque urbem Ierusalem suis posse viribus & potentiae resistere, qui alia regna quamuis maiorum deorum praesidiis defensa, euerterit. Deum ergo, ubi per illum, quae constituit, effecerit, Israel quae satis puniuerit; tunc illius etiam fastum atque arrogantiam se dignis modis tractaturum; qui suae potentiae & prudentiae, non Deo, illa facinora adscripserit. Indignum enim esse, ut securis gloriatur aduersus eum, qui ea vtitur ad secandum quippiam; aut ut terra se iactet contra eum, qui ipsam sursum deorsum ducit, &c. Summa est, earum actionum omnium, quae praeclearae a mortalibus fiunt, solidam gloriam ad ipsum Deum pertinere; tametsi ipsorum quoque hominum, modo quodam, proprie sunt actiones, per liberae voluntatis obsequium, ad effectoris Dei nutum accommodatum. Non enim, similiter atque securi, aut terra opifex, in quorum natura nulla mens, nulla voluntas insita est, aut arbitrium, nobis vtitur Deus: sed occulto quodam consilio, & ratione sic moderatur nostras actiones, ut eas, quod velit dirigat; & interim tamen nostrum nobis arbitrium liberum constet; quamuis Deus sic illas moderetur efficienter, ut ea securis & terrae comparatio, quae apud Isaiam est, minimè sit absurda; nostrique vel animi, vel corporis conatus, & studia omnia absque illa Dei efficientia prorsus vana atque irrita; immo verò nulla fuerint futura. Sed ex iis quae modo diximus, hoc efficitur etiam, dum in actionibus illius modi, aliud Deus effector, aliud administrator homo spectauit, hunc non solum propterea, quod improbas animi sui cupiditates sectatus sit, verum etiam, quod Dei operationem sibi arrogarit, flagitium fecisse. Et proinde eandem vnam actionem, si ad Deum referatur, iustam sanctamque, si ad hominem administrum, sceleratam & flagitiosam esse posse. Ad hoc, Deum saepe profanis hominibus vti, ut fuste & virga, quibus suos erudiat: atque ideo quoties damnis, iniuriis, angustiis, aliisque malis afficimur vel ab improbissimis nebulionibus, in mentem reuocare nos debere, diuinam esse animaduersionem, castigationemque, qua nos Deus a recta via aberrantes ad officium reuocat, corrigatque. Sed iam longius a proposito abducimur. Illud igitur, *Sicut fui cum Moise, ero tecum*, causam ostendit tantae felicitatis & Moysi, & Iosuae in bellis, quanta vtriusque historici prodita est. Nimirum, quis illi resistat a quo Deus stat? Non est ergo in his verbis comparatio familiaritatis: quali Iosua se eodem, quo nuper Moysen, loco habiturum Deum promittat. Nam eam sententiam refellit, quod in Deuteronomij extremo scriptum est. Sed diuini auxilij. Vnde a Chaldaeo haec sacrorum verborum circumscriptio, sic reddita est, Sicut verbum meum fuit auxilium Moysi, sic erit verbum meum auxilium tibi. Qua loquendi formula plerumque vtitur iste interpres, vbi cumque Hebraei memorat Iehouam, hoc est, Dominum Deum, esse cum mortalibus, aut eorum rebus interesse: ut credibile sit, vel imprudentem, prodidisse sacrosanctum diuini verbi, ab aeterno in Patris sinu geniti, mysterium. Quoties enim Deus praesentiam suam declarauisse patribus, vel mortalium rebus interuenisse, seque his exhibuisse memoratur, id per Christum, qui Dei Patris expressa imago est, & qui destinatus mediator inter Deum Patrem & homines semper fuit, esse factum, Theologi plerique omnes censent. Nam, ut Tertullianus aduersus Marcionem libro secundo scribit; Christus semper egit in Dei Patris nomine: ipse ab initio conuersatus est, & congressus cum Patriarchis, & Prophetis. Rursus aduersus Praeaeum, Christus ad colloquia humana semper descendit, ab Adam vsque ad Patriarchas, & Prophetas; in visione, in somno, in speculo, in aenigmate ordinem suum praestruens ab initio semper: & Deus in terris cum hominibus conuersatus est, non alius quam sermo, qui caro erat futurus. Et alibi plura in hanc sententiam apud eum auctorem leguntur. Iustinus quoque Martyr, & Philosophus nobilis, idem multis rationibus apud Tryphonem Iudeum comprobatur. Neque verò soli Graeci, atque Latini, sacrorum rerum scriptores vtuissimum; verum etiam Syri eam opinionem habuerunt, ut ex ipsorum scriptis percepi. Haec ego pluribus hoc loco sum persecutus, propterea quod illa Chaldaeus interpretis paraphrasis de verbo Dei, crebro in hoc commentario occurret. Porro appendix illa quae sequitur, *Non deseram te, neque destituam te*, minimè est superuacanea. Neque enim humanae imbecillitati satis est, si ad virtutis officia exercenda, eaque agenda quae proba sunt, subinde a Deo adiuuetur, nisi etiam ipsius perpetua gratia, quasi manu, fulciatur; ne suae naturae vitiositate continuo ruat in omnia vitia. Nam vsque eo perdita sumus conditione,

Chaldaeus.

Deus semper sua praesentia declarat hominibus per aeternum verbum suum Tertull.

Iustinus Martyr.

Homines non solum inuadi, sed etiam sustentandi sunt a Deo.

vt sine illo, non solum nihil boni possimus efficere, verum etiam nullum malum omittere. Itaque, vt recte à Celsino Pontifice dictum est, planè sicut Deo adiuuante vincimus, ita rursus eo non adiuuante vincimur, atque hoc elegantissimè nobis expressit Dauid, cum suam quidè post res prosperas inualetudinem, sed simul interim omnium mortalium conditionem his verbis depingeret: O Domine cum faueres, firmo robore montem meum muniebas: sed simul atque occulta faciem tuam, sum conturbatus. Nullum ergo vnquam tempus est, cum Deo presente opus non habeamus, vt is nostram infirmitatem subleuet, qui sine illo non solum non vincere, sed ne pugnare quidem, immo neque de capiendis armis cogitare possumus. Atque eius nostræ impotentiam conscius nobis Pontifex noster clementissimus Iesus Christus, orare nos assidue docuit Deum Patrem, non solum vt sic actiones nostras omnes comparet, quod, quæ ipsius voluntati consentanea sint, ea à nobis patrentur; sed etiam, vt nostram perpetuò infirmitatè ita sustentet sua potentia, vt ne acerrimorum hostium nostrorum perpetuis insidiis, Satanæ dico, & carnis, succumbamus; aut vsquam à probitatis officio ad improbitatem abducamur. Duo igitur illa hic vltro pollicetur Deus Iosue; & ad futurum se illi ad res rectè vbique gerendas, & nusquam ab futurum: nec ubi suo, hoc est, humano permissus ingenio, à vera virtutis via aberret. Eadè populò vnuerfo, Dei nomine, promittebat Moses, cum diceret: Ne metuatis illos: quonia Dominus Deus tuus, ipse vadit tecum, non deseret te, neque destituet te. Eadem optabat Dauid, cum sic caneret: Fuisi mihi auxilio: ne deseras me, neque destituas me o Deus iustitiæ meæ. Sed enim, quod nos sumus interpretati, *Non deseram te*, est Hebraicè, *אֲנִי אֶלֶּךָ*, idè rectè etiam veritas, Non patiar te esse viribus remissis, animòve negligente. Verum ipsa remissio atque relaxatio hinc ad Deum ipsum pertinere potius videtur. Et hoc quoque Hebraicum verbum facile patitur, ac si dicat Deus: Ego non ero negligens, aut parum sedulus in te sustentando.

*Eslo fortis & firmus. Nam tu misisti populum etc.*

**H**ic, vt nuper monebatur, animatur Iosua, non modò aduersus hostes, verum præcipuè ad fortiter sustinendam ipsam imperij molè. Idè apertius ex versibus sequentibus intelligitur, quibus regendi populi normam Deus Imperatori præscribit. Multa sanè cura summo imperio inest, multi ingentes labores. Debet enim Imperator eorum omnium rebus consulere, quos suo vult imperio lubenter obtemperare. Quare neque nox iis dispiciendis quæ die neque nocte agèda sint, satis est. Neque vllum illi à curis maximis vacuè esse tempus potest, qui id munus probè gerat. Sed præter istas difficultates plurimas, nemini in re comuni versato non notas, fuere aliæ vel grauissimæ causæ, quibus meritò Iosua deterretur potuit ab ea tanta administratione. Perspecta enim habebat parentum suorum peruicacissimam contumaciam, non solum aduersus suos duces, verum etiam ipsum Deum. Neque ignorabat, quantas hoc illorum vitium sæpe turbas dedisset, quas ne Moses quidem ipse, quamuis & apud Deum, & apud homines vir longè gratiosissimus, absque maximis incommodis componere, aut sedare quiuisset. Nihil iam dico de hostiliu nationu ferocitate, atque immanitate; de locorum inexplorabilibus munimentis, quæ omnia Iosue explorata erant; nam istarum rerum metus præcedentibus versiculis discussus satis videri potest; cum se ipse consideraret, suasque dotes cum magistri sui Moses dotibus, cuius erat futurus successor, contenderet, dubium non est, quin plurimum sibi displicuerit, suæque tenuitatis & inopiæ conscientia percussus, animum desponderit. Non igitur mirum est, quod tam prolixè à Deo confirmetur; quamuis magna alioqui fortitudine animi prudentiaque polleat, atque etià ad capessenda Dei iussa alacritate. Non enim ad rem vno impetu, vnaque impressione conficiendam, sed ad diuturnum, & multis de causis difficillimum imperium vocatur. Et quod est prudentia maiore, eo luculentius difficultates omnes animo præuidet. Quantus igitur existimandus est eorum hominum stupor, qui non solum nullo, vel Dei, vel hominù hortamine opus habent, vt maximos atque amplissimos magistratus, si sibi mandentur, accipiant; sed ipsi eos vltro, miserissima etiam, atque turpissima ambitione captant? Sed planè sic est statuendù, eos tales homines, qui tam stultè magistratus affectant, nunquam quibus artibus, quaque sua virtute illos gerant, quidquam pensi habuisse; sed id modò vnum, vt suas sibi cupidines expleant: & proinde nullos honoribus illiusmodi minus dignos esse, quàm qui eorum sunt maximè candidati. Non commemoratur quidem hic vlla Iosue recusatio; qualibus Moses se pluribus etiam quàm oportuit aduersus instantem atque vrgentem Deum esse usum, ipse non dissimulat in Exodo. verum tamen benignissimus Deus; qui vltro illum hisce tam multis hortamentis, atque pollicitationibus subleuat, satis ostendit, quàm ipse de se sentiret humiliter. Nam

quanto

Imperium res  
difficilis &  
Imperatoris  
officia.

Difficultas Im  
perij Israelita-  
rum.

In ambiciosos.

Qui magistra-  
tum ambiunt,  
eo sunt indi-  
gnissimi.

Exod. 11, 12. &  
alii.

quanto sibi minus arrogant homines, tanto magis caeleste sibi auxilium demerentur. Et cum se, vt miserimos mortales ab rebus omnibus imparatos agnoscunt, tum demum diuina ope, quam ex animo implorant, & in qua fiduciam suam omnem collocant, digni habentur. Sine qua ope, vt profus nihil boni in rebus humanis patrari, ita omnium minime magistratus rectè geri possunt. Cum enim, vt antè quoque est à nobis dictum; omnes homines suapte natura sint ad *ἀντρον* propensissimi, qui possent fieri, vt vllus omnium in magistratu officium suum tueri quiret, nisi singulari præsidio Dei esset munitus, & veluti circumseptus? Et verò quàm parum feliciter illiusmodi fungantur muneribus ambitiosi illi suarum rerum ostentatores, multa quotidie tristia exempla docent; dum tandè à Deo destituti totas sæpe res pub. secum in exitium trahunt. Verba illa duo, *ἰσχυρὸς & ἄνδρῶν*, eandem significant, fortitudinem siue animi, siue corporis. hoc tamen loco ad animum pertinent. Efficat ergo illa eiuudem rei repetitio, hortationem vehementiorem. Quod sequitur, *Nam tu misisti populum hunc in possessionem terræ etc.* alio, atque alio accipi sensu potest: vel vt sit pollicitum, ex quo magnam animo fortitudinem concipere queat Iosua. Perinde ac si ad hunc modum explicatius loquatur Deus: Sis magno & fidente animo: planè enim futurum est, vt tu conficias, quod Moses non potuit. Neque enim tibi obstabit quidquam, cur minus huic populo promissam hereditatem distribuas. Vel vt exercendæ fortitudinis materiam contineat: hoc est, vt causam explicet Deus, cur illum fortem firmumque esse iubeat: quasi dicat, Magno tibi est opus animo, & forti. cum debeas hunc populum ducere possessum eam terram, quam iuratus promissi olim ipsius maioribus. Si posteriorem sententiam sequamur, magna fuerit emphasis in demonstratio, *hunc*. ac si dicat, Populum nunquam Deo, nedum suis ducibus, satis morigerum, sed ceruicis semper durissimæ: populum ex iis prognatum parentibus, quorum ego, annos iam quadraginta, contumaciam, atque vecordiam pertuli in deserto, neque tamen voluerunt ad meas vias primum aduertere: populum qui sua immodica petulantia etiam Moses animum, alioqui constantissimum, ita conturbauit, vt aduersus me ille peccaret: has, inquam, atque his similes alias difficultates ostendet nobis, sed occultè, demonstrationis pronomen, *hunc*, si posteriorem sententiam amplectimur: quam ego certè præ altera probo, vt genuinam. Illud porò, *Quam iuravi patribus etc.* argumentum continet certissimi euentus rei. Iam enim exacta fuerat quarta generatio: tempusque aderat, cum ea fieri deberent, quæ Deus Abrahamo, aliisque huius populi maioribus, iurando promiserat euentura posteritati ipsorum, post quartam generationem. Illorum enim posteros demonstrat pronomen, *ἡμεῖς*, ipsi.

*Prorsus esto fortis & firmus etc.*

**P**ARTICULA, *ἰσχυρὸς*, non est hoc loco exceptiua, sed potius affirmatiua, prorsus, omnino: aut expletiva, similiter atque in Genesi, *וְיָצֵא אֱלֹהִים אֶת אֲרָם מִן הָאָרֶץ*, vtique, certè, profectò, non est metus Dei in hoc loco. Ceterum est in hoc versu conduplicatio, quæ amplificandæ rei gratia solet adhiberi. eamque non parum etiam auget vocula, *valde*. Sed quod superiore versiculo factum non est, explicatur isto, qua in re animi Imperatoris fortitudo, atque constantia versari potissimum debeat, vt assignato sibi munere fungi rectè possit. Nempe in religione pietateque aduersus Deum. Quarum virtutum norma id temporis erat Moses lex, nunc est Christi. In eo ergo rectè administrandi imperij atque magistratus prudentia est posita, vt diuinæ legis obseruationi opera detur. Nam si quis sui animi sensum, & quæ sua sibi dicat libido, ea in gubernanda republica, magna animi contentione sequi instituat; non is profectò fortis, constans, prudens, sed pertinax, temerarius, stultus fuerit appellandus: citiusque rempublicam perdiderit, quàm seruarit. Possunt quidem leges ciuiles peculiariter condite videri ad moderandum rectè respublicas, quales plurimæ certè apud Mosè, non tamen omnes sunt; & proinde nihil opus esse vnuerfà Mosè, aut Christi lege Principi, ad rectè imperandum. Verum quàm longè sæpe ab æquitate absit scriptarum legum ciuiliu rigor, nisi is iudicio, diuina quadam probitate informato, temperetur, prouerbio est peruagatum. Ad hoc, quis nescit, quàm variis modis illæ ad cuiusque arbitriū voluntatemque interpretando extorqueri possint; aut etià prorsus dissimulari: præsertim à viris Principibus, quibus ipsa voluntas atque libido pro lege est; si quidem Deum non reuerentur. Etenim non iam de eo qui ius modò dicat; sed qui magistratum, aut imperium gerat, agitur; quem profectò non ideo solum oportet omnibus pietatis in Deum numeris esse absolutum, quò nihil improbi sciens ipse

Quanto quis  
humilior est,  
tanto est Dei  
gratia dignior.

Magistratus à  
Deo iustatur.

ἰσχυρὸς & ἄνδρῶν

Psal. 95, 10.

Deut. 1, 37.  
Num. 14, 12.

Gen. 15, 16.

Gen. 20, 11.

ἰσχυρὸς

Conduplicatio;  
schema.

Qua in re po-  
sita sit Impera-  
toris felicitas,  
& prudentia.

Leges ciuiles  
non sufficiunt  
ad gubernan-  
dum remp.

תורה Lex.

νόμος.

ipse committat: sed vel magis etiam, ut quod rectum probumque est, id Deo monitore ubique videre: & ad id suos ciues popularesque, tum vitæ suæ exemplo, tum auctoritate dirigere possit. Hebræi legem vocant תורה, quasi doctrinam atque institutionem dicas. apertissimo sanè vocabulo. Siquidem lex est, viuendi ratio præceptis tradita, quibus iubentur ea quæ faciendæ sunt, prohibenturque contraria: quæ profectò minus plene aut Græcorum νόμος, aut Latinorum, Lex, significant. Nam νόμος, vocabulum dictum à distribueudo cuiusque quod suum est; & Lex à delectu, solam naturam omnibus insitam æquitatis rationem, quæ scriptis legibus adiuuatur, complecti videntur. at Hebræorum תורה, Mosis & Christi institutionibus respondet pleniùs; in quibus multa legislatorum sola auctoritate voluntateque nituntur. qualia sunt, circumcisio, baptismus, agnus paschalis, diligendi inimici, alia multa, quæ ad naturæ instinctum, nisi fortasse תורה אדם, referri nequeunt; sed in religione mera sunt posita, ut sacri ritus. Porro duo illi infiniti modi, ut vocant Grammatici, תורה ודעוה, sic ipsi inter se hærent, ut ego reddidi: neque opus est copulam addere de suo; ut Latinus fecit, secutus LXXII. interpretes, suo more. Quod dico, comprobatur versiculus proximus, ubi explicata litera, ה, Lamed, verbi תורה, per תורה, hæc ipsa verba sic conuertuntur, תורה ודעוה, hoc est, ut obserues facere. Non sum tamê nescius interpositam esse aliquando copulam, ut in Deuter. אותם ודעוהם, Et obseruaueritis atque feceritis mandata mea. Est autem, obseruare agere, idem quod animam attendere ad agendum, operamque dare ne quid eorum omitatur, quæ lege sunt præscripta. Nehmannus Gerundensis, scriptor, ut inter Iudeos, doctus atque acutus, putat תורה, obseruare, ad ea præcepta, quæ vocant negatiua, ודעוה, verò, hoc est, facere, ad ea quæ affirmatiua appellantur, debere accommodari: ut prius ad abstinentiam à vitiis, posterius ad virtutis actiones pertineat. Quod tû fortassis rectè dicatur, cum est, ut dixi, interposita copula. Atqui frustra videtur moneri Iosua, ut obseruet agere secundum vniuersam legem Mosis, atque inde speret felicitatem, & prudentiam, quando credibile apparet, neque illum, neque quemquam omnium hominum, præter vnum Iesum Christum, præstare id potuisse. Erat enim, ut Diuus Petrus ait, Mosis lex, iugum, quod neque maiores Iudeorum, neque posterius ferre potuerunt. Sed responderi potest, ex Pontificis Leonis sententia; Deum talia interdum hortari, interdum iubere etiam, non quod is qui iubetur, illa præstare profus valeat, dum carne mortali circumdatus est: sed ut nostrum excitet desiderium; rogatusque præstet ipse auxilium. hoc est, ut corrupta nostra natura ex huiusmodi mandatis agnoscat, quantum suo creatori debeat, pro ea virtute, qua pollebat effecta ante vitium arbitrium: simulque inde suæ, qua nunc est affecta, inopia sibi conscia, ut que ne velle quidem aut cogitare quod bonum Deoque gratum sit, nedum perficere queat absque illius subsidio, perpetuis votis, & mente, quoad eius fieri potest, rota ad Dei auxilium confugiat; atque ab eo petere nunquam desinat; ut ipse, pro sua paterna clementia, illam sic suam cælesti gratia informet atque cõparet, ut & velit, & possit efficere, quæcumque eius numini grata acceptaque sint. Hoc Diuus Augustinus tribus sic expedit verbis: Deus, inquit, impossibilia non iubet: sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis. Sed hæc questio, si vita suppetet, pluribus à nobis disputabitur ad caput xxxi. Sedenim quid sibi vult, quod ait Deus, quam imperauit tibi Moses? Non enim lex singulariter Iosua, sed vniuersè, populo Israëlítico, imperata est. Et ipse legis liber primùm est sacerdotibus portantibus arcam sacram traditus, atque commendatus: ut quorum esset legem docere, atque interpretari, & difficiles in ea questiones explicare: qui que ut nuntij Domini exercituum, de lege sunt interrogandi: deinde verò omnibus senioribus Israëlitis, hoc est, magistratibus reip. quorum est legis interpretes tueri. Nimirum sibi præcipue impositas esse leges, cum sacras, tum ciuiles, meminisse principes debent. Nam ipsorum vitæ probitas, iis omnibus quos sibi subiectos habet, omnis probitatis certissima lex est. Quæcumque enim mutatio in ipsis exstiterit, eadem mox sequetur in populo. Quare si magnis ipsi virtutibus, & in religione, & in ciuili vitæ cultu præditi fuerint, non ex illis solum, tanquam suis bonis, præclari sunt existimandi, verum etiam vel multo maiorem laudem merentur ob eas virtutes, quas tunc publicè omnes ciues colunt; ut quarum ipsi suo exemplo causam dedere: sicut contrà, perniciosissimè de repub. merentur vitiosi principes. quia non solum vitia concipiunt ipsi, ut inquit Cicero, sed ea infundunt in ciuitatè. Neque solum vituperandi sunt, quia ipsi corrumpuntur; sed multo magis, quod plurimos mortales corrumpant; plusque aliis exemplo, quam sibi peccato noceant. Leges igitur potissimùm ipsis principibus magistratibusque præfunt. hi verò deinde populo. Quapropter magna ratione dicatur,

Quomodo lex vniuersa maneat seruanda.

Questio.

Responsio.

Leges in primis sunt impositæ magistratibus.

Deut. 7. 11.

Nehman comment. in Exod. 12.

Act. 15. 10. Leo Pontif. Serm. 5. de quadrages.

August. de nunt. et grat. c. 41. Inj. 22. 5.

Deut. 31. 9.

Deut. 17. 9. Aggei 1. 10. Malachi. 2. 7.

Cic. de leg. 1. 3.

Xen. inst. 2.

Sap. 6. 5.

Eccl. 10. 17.

Lin. lib. 8. b. Punicis fecundis.

Deut. 29. 8.

Deut. 4. 1.

citur, Mosen Iosua præcipue, & quasi propriè, legem imperasse. Præclare enim apud Xenophontè Cyrus existimabat, nullis legibus incitare se posse meliùs suos ad virtutis studia, quam si se ipse præ omnibus virtute egregiè ornatum, exhibere paratibus niteretur. Animaduertere enim se dicebat, meliores quidem fieri homines per scriptas etiã leges: at bonum Principem oculatam legem hominibus esse, quippe qui ipsos facillimè & temperantes efficere, & intemperatè viuentes notare castigareque posset. Ac proinde dabat operam, ut quæ ad Diuorum cultum spectarent, ea in primis ipse curæ sibi esse ostenderet. Et quæ sequuntur apud eundem alia, quibus suis prælucebat Cyrus, virtutum exempla. Debent profectò sæpe ista apud animum suum cogitare, quibus imperium, & potestas à supremo Domino est assignata. Hic enim ipsorum facta & consilia examinabit aliquando accuratissimè. Et cum sint eius regni administri, nisi legi paruerint ipsi, cõgruentèque se voluntati illius gesserint, horribiliter & celeriter inuasurus est ipsos. Durum enim & præceps iudicium exercentur in eos, qui alios dignitate antecedunt: & in potètes potenter vindicabitur, ut elegantissimè monet Sapientia. Sed hæc hæctenus. Sequitur in ordine sacrorum verborum: Ne diuertas ab ea ad dextram aut sinistram. Ex iis, quæ iam sunt dicta, hoc dignum obseruatione est, quod Deus iubet Iosua legibus religionis parère, eisque se habere, quas Mose seruus suus condidisset: non autem nouas aliquas ipsum sibi suisque parentibus scribere, quamuis cum summo esset alioqui imperio. Ex his porro verbis, quæ iam adduntur, Non diuertas etc. conficitur, neque illud Principibus esse permissum, eiuscemodi leges, quæ ad sacros ritus præsertim, cultumque diuinitum pertinent, bene à seruis Dei, quibus hoc munus ille delegauit, conditas, suo arbitratu extorquere, atque, ut nunc vocant, reformare. Qua in re, ut in pluribus aliis, nostrum hoc sæculum sibi nimid plus quam oporteat, indulget. Sed hoc quoque hæctenus. R. Leui F. Gersonis, opinatur, ad dextram eos declinare, qui de suo aliquid diuinæ legi addunt; ad sinistram verò, qui detrahunt. Sic enim videtur Mose interpretari, Deuteronomio, hunc locum. Ego putò simul utroque significari, tum quàm rectissimè atque sincerissimè præstari à nobis mandata Dei, cum simplicissimè præstantur; sicut nobis à maioribus, per sacrosanctæ Ecclesiæ doctrinam continua successione sunt tradita: neque nouis proterui ingenij disquisitionibus, huc illuc versantur. Nunquam enim profectò magis delirant homines, neque usquã periculosius, quàm cum in sacris rebus sui animi sensum in consilium adhibent; suoque modo sapere sibi permittunt. Quod, cum in Iosua non tulerit Deus, què sui gregis summum Imperatorem ipse delegerat, & singulari sapientia per spiritum suum cælestè amplificauerat; quid nobis fiet, qui maiore fastu, quàm pietate, & eruditionis eiuusdam opinione magis, quàm sancti Spiritus instinctu id audemus? Illud porro תפסו, ab eo, quia masculino genere dictum est, non videtur ad nomen תורה, Legem, referri posse, cum hoc sit generis feminini. R. Dauid Kimhi ergo, Mosen in eo spectari autumat: ac si dicat Deus: Ne diuertas à Mose, hoc est, Mosis præscripto: vel תפסו תורה, librum legis, per synecdochon. Sed non est insolens in sacris literis ea generis mutatio. Nam Dauid filiam Regis, hoc est, femininam, consolatus ait, תפסה פתחת, pro patribus tuis erunt filij tui; ubi utrumque pronomen est generis masculini. Sin autem, Dauidem hic ad Regem ipsum retulisse sermonem, maui existimare, quem in Psalmi initio alloquebatur, certè vetus Hebræorum obseruatio, siue traditio, quam vocant תפסוה, notauit תפסוה, pro תפסוה, positum hoc loco esse. Sequitur in sacro textu: Ut prudens sis in omni eo in quò versaberis. Verbum תפסוה, quod reddidi, prudens sis, interpretatur Hebræorum magistri, felix sis; Chaldeum, ut solent, secuti. verum prudentiam atque intelligentiam hoc loco notare, manifestum fiet ex verbis versiculi octaui. Sed parum interest. Nam omnis ubique rei bene feliciterque gerendæ ratio in prudentia est posita. Est quidem nonnunquam felix temeritas, sed tunc ferè fraus sibi fidem in paruis præstruit; ut cum operæ pretium fuerit, maiore cum mercede fallat; ut apud Liuium Q. Fabius Max. dicebat. Chaldæus verbum, תפסוה, quod nos, versari, sumus interpretati, putauit incessum significare. Vertit enim, Ut sis felix in omni loco, in quo ambulaueris. atqui ut sæpe alibi, ita hic quoque non ambulare, sed studium operamque in re aliqua ponere, significat. Et Deuteronomij xxxix. capite, ubi hæc eadem sunt à Mose scripta, pro תפסוה, est תפסוה, hoc est, in omni re, quam acturi estis. Ceterum nostræ sapientiæ atque prudentiæ summam in legis diuinæ obseruatione positam esse, monet etiã Mose, ubi istis consentanea verba ad populū facit, inquit: Iam verò Israël obtempera præscriptis & institutis, quæ ego vos hodie exsequenda doceo: ut viuatis, possessumque eatis terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum dat vobis. Nihil addatis

Principes iure religionis ab Ecclesiasticis proxi debent, nisi ipsi noui scribere.

Reformatio- nes in religio- nis legibus R. Leui F. Gersonis.

Mandata Dei quomodo optime præstentur. Nemo in rebus sacris suo modo sapiat.

R. Dauid Kimhi.

Generis mutatio in sacris literis vsitata.

Felicitas solida est in prudentia posita, & in legis diuinæ obseruatione.

תפסוה

ad illud verbum, quod ego vobis impero, neque dematis quidquam ab eo, vt obferuetis præcepta Domini Dei vestri, quæ ego vobis mando. Et post pauca: En docui vos præscripta, & iura, sicut mihi iusserat Dominus Deus meus; vt secundum ea agatis in terra quam itis possessum: eaq; obferuetis, & faciatis. Est enim ea vestra sapientia, & prudentia ob oculos nationum, & quæ sequuntur. Dauid quoque diuinè cecinit, nos securius verari non posse in omnibus nostris actionibus, quam si verbum Dei prælucens sequamur. Lucerna, inquit, pedi meo verbum tuum, & lumen itineri meo. Sed est talibus dictis plena sacra historia. Nam qui Dei verbum sequitur, æternam veritatem sequitur, quæ fallere nulla in re potest: vt semper ille certissimus esse queat de felice euentu; quamtumuis interim multa accidant, quæ hominum iudicio non probentur. Humana enim sapientia, vt Cambyfes apud Xenophontem dicebat, nihilo certius nouit, quid optimum sit dispicere; quam si quis forte ducta, quod ea monstrarit, id exsequatur. At Deus æternus omnia perspecta habet, quæ facta sunt, quæ fiunt, quæ denique ex quibusque sunt consecutura.

*Non dimoueatut liber legis iste &c.*

8

**I** V B E T V R Iosua eum librum, aut potius eius libri exemplum, in quem librum contulerat Moses vniuersam legem, quam cælesti instinctu, atque ab ore Dei didicerat, die nocteq; legere: & meditando expendere singula: quod possit accuratè omnia vitæ suæ functionibus exprimere: neque vsquam ab iis discedere, quæ ille præscripsit. Ita enim fore, vt & prudenter, & prosperè omnia gerat. Est igitur eadem ferè huius, quæ superioris versiculi sententia. Sæpius enim res tanta, & ex qua omnis ratio magistratus bene gerendi pendebat, fuit inculcanda. Infirmum autem est, ne dicam absurdum, quod quidam hic docendæ atque explicandæ legis curam demandari Iosuae contendunt; quia iubetur librum legis non amittere ab ore. Nam quid hoc sibi velit, proximis est verbis explicatû: his dico: *Sed meditare in eo die nocteq;*. hoc est, assiduò eam viuendi institutionem, quam Moses conscripsit, legito; vel potius ore, animoq; versato: eam mediator, commentatorq; ue. Et si enim, quod de ore dicitur, verba, quantum apparet, requirat; ea tamen non esse concionantis verba, vocabulum, *הנה*, quod est in sacro contextû, declarat. Est enim *הנה*, ita mentem ipsarum rerum cogitatione pertractare, vt ex ipsa veluti efferente, verba etiam in ore nascantur, qualia qui secum meditantur, solent susurrare. Iam verò quorsum ista siue lectio, siue commentatio veriùs spectet, patet is, qui subnectitur, finis: *Vt obserues agere secundum omne quod scriptum est*. Non enim hoc ait, vt docere legem, quam meditando perceperis, queas: sed vt ipse omnes tuas actiones in colendo efficiendoq; munere tibi assignato, hoc est, imperio, ad eam normam instituas, dirigasque. Quod dico, clariùs etiam perspicitur ex iis, quæ apud Mosén Deuteronomio, his planè consentanea, sunt constituta; de Rege olim eligendo; deque eius officiis. Sic enim illic scriptû est: Cum federit (de Rege agitur) in folio regni sui, describito sibi exemplû legis huius à sacerdotibus Leuitis acceptæ, in libro idq; exemplum apud eum esto; & id legito per omnes dies vitæ suæ, vt discat reuereri Dominum Deum suum, obferuetque omnia verba legis istius, & præscripta ista, ad præstandum ipsa. ne tollat animos supra fratres suos. ne deflectat à mandato ad dextram, aut sinistram. quò extendat ætatè in regno suo, cum ipse, tum filij ipsius inter Israëlitas &c. Primum enim ex his bona cõiectura conficitur, Iosua quoque hic iuberi, vt exemplum legis à sacerdotibus acceptè sibi describendum curet: idque apud se perpetuò præfèd habeat, legat, relegat, expendat. Nam ipsum *ἀντίγραφον*, vt diximus, Leuitis sacerdotibus erat traditum, apud arcam sacram seruandum. Deinde & illud perspicuum fit, quas ob res legis studium tantopere commendetur Principibus reipub. Nempe vt ipsi quàm optimi euadant, probitatèq; non concionando, aut sacra verba populo interpretando, sed suæ vitæ exemplo doceat. Neque in sui muneris functione ipsi à recto vsquam aberrant. Est quidem alibi vniuersis & singulis Israëlitis mandatum, vt legis verba in cordibus suis insculpta habeant; in postibus, portisq; suis inscribant; in manibus, in oculis gestent; domi, peregrè, stantes, iacentes de illis loquantur, commententurq;ue. Sed, vt iam differuimus, Principes quantum ceteros excellunt dignitate, tantum hoc quoque studio debent excellere. Ceteroqui verò quatenus rerum ecclesiasticarum procuratio ad ciuilem attineat magistratû, & cur Reges ab Israëlitis, hoc est, educatores siue nutritij Ecclesiæ appellentur, non est præsentis loci disputare. Et Dauid, Regesque & magistratus alij, religionis & pietatis laude clari in sacra historia, suis exemplis ista satis docuerunt. Sed decurram à præsentis versiculi initio breuiter; vt veluti

Dei verbu certissima vitæ regula.

Humana sapientia tam incerta, quam fœtis casus.

meditari.

Regis munus.

Legis diuinæ studium cur Principibus commendat.

Ps. 119. in Nû.

Xen. anst. lib. primi exte. 777.

Deut. 17. 18.

Deut. 4. 2.

Isa. 40. 23.

luti vna complexione patefiat omnis ratio discendæ legis diuinæ. Principio iubet Deus, eos præsertim qui reipub. moderantur, nunquam legis librum de manibus deponere; cum ait: *Ne dimoueatut liber legis iste &c*. Deinde parû esse vtilem lectionem ostendit, nisi multa commentatione & meditatione omnia apud animum expendantur; dum inquit: *Et meditare in eo die nocteq;*. Denique & lectione, & meditationem nihil prodesse docet, nisi ad res ipsas cõferantur, atque ad vitæ actiones accommodentur; quando hæc addit verba: *Vt obserues agere etc.* Nam vt apud Talmudicos bene scriptû est, Qui sacras literas legit, nec confert ad rem; similis est ei qui seminat crebrò, metit verò nunquâ. aut femina, quæ sepe parit, sed cõtinuò partus sepelit. aut deniq; cantori totos dies cantanti. nullû enim isti habent operæ pretium. Postremò amplissimum istius studij emolumentum promittit is qui fallere nescit, cum versiculum his claudit verbis: *Tunc enim prosperabis vitam tuam, & tunc prudens eris.* Malè ergo sano iudicio, vel peruersa cupiditate veriùs, plerique omnes sacras literas ne à limine quidè salutamus, sed vitæ otium aut ad voluptatem, aut ad questum, aut deniq; ad ostentationem in alijs disciplinis cõsumimus. Et si qui fortè sacris studiis operam impendimus, nõ tam ad colendam pietatè, vitæq; ipsa, quæ didicimus representanda, quàm ad detestabile ambitionem, & gloriosam ostentatione, id agimus: contra atque maiores nostri fecerunt. Eoq; fit, vt promissû inde fructum minimè consequamur; hoc est, neq; felices, neq; prudentes euadamus: sed acerbo odio per summas cõtentiones mutuûm inter nos cõfligere, conuitia inuicè facere: & in summa, quamuis potiùs heresim extrema pertinacia asserere, & quæ semel somniauimus dogmata, mordicus tueri nõ desistimus, quàm fratrem caritatis & cõcordiæ Ecclesiæ, quæ vbiq; in illis literis nobis commendatur, vlla ratione habita, alter alteri vel latum culmû cedere sustineamus: ne vllam scilicet vanissimæ gloriolæ iacturâ faciamus. Sed ad institutû nostrum reuertamur. Illud, *die nocteq;*, prouerbialis locutio est. Homerus dicere solet *νύκτας τε καὶ ἡμέρας ἀσύντα*. Significat autè assiduitatem, quanta commodè atque oportunè præstari possit: hoc est, quæ omnè prorsus negligentia excludat; ac multo etiã magis fastidium, & satietatem. hoc in Deuteronomio de Rege dicebatur; per omnes dies vitæ suæ. Quare nõ satis scitè R. Ismael apud Talmudicos; cum à fororis filio rogaretur, liceret ne sibi Græcorû iam scripta legere, postquam Mosi institutione vniuersam percepisset, iussit illum dispicere; esset ne hora aliqua, quæ neq; ad diem, neq; ad noctem pertineret. Eam enim solam; si vlla esset; fas esse alijs, quàm diuinæ legis studio impendere. Rectiùs aliquanto ibidem R. Samuel Nehemanni filius, censebat; nõ esse, quod hic scriptû habetur, *מזעיה וחיכה*, hoc est, præceptû & debitum, sed *ברכה*, hoc est, vt loquimur, benedictione. Quasi diceret: non sic mandari, vt prorsus & plenè præstari debeat: sed vt intelligamus, in eo positâ esse maximâ felicitatem, si quis assiduò Dei legem meditetur. Hoc enim Dauid quoq; diuino expressit versu, cum ad hunc, aut simile alludens locû, caneret: Beatum illû esse & planè felicem, cuius animi voluptas in lege Dei est; quiq; hanc die nocteq; meditatur. fore enim vt prosperè ei succedat quidquid ille egerit: cum improbi homines, & qui Dei spiritu non ducuntur, temerè ad quæuis agenda, nullo recto consilio, sed libidinis suæ vento rapiantur. Demonstratiuum, *ישראל, הארץ אשר יצאנו ממצרים*, notat earû legum librum, quas leges Mosès cõdiderat. Nam nugæ nugantur Talmudici, cum alij scribunt, Iosua, quo tempore his eum verbis Deus est affatus, exemplum legis Mosaiæ ante pedes habuisse, alij pro vexillo manibus gestasse. Sic enim scriptum est in cõmentario, *בראשית רבה*, hoc est, Genesis magnæ. Dixit R. Simeon filius Iohai: Exemplû legis fuit vexillum Iosua. Et quo tempore ci præsentiam suam declarabat Deus, reperit sedentè, & descriptam legem manibus tenentem: aitque ad ipsum: Esto fortis Iosua, esto validus Iosua, non dimoueatut liber legis iste ab ore tuo. Sed enim si tantum momentum ad rei tum publicæ, tum priuatæ felicitatè in eo positû esse statuebat Deus, si Princeps assiduò obseruationi legis Mosi daret operam; quid nostris Principibus in Christi lege faciendum putabimus? quæ non est litera occidens, sed spiritus vitalis, & cælestis gratia, qua fit, vt natura ipsa liberetur, & peccatum nõ dominetur; vtq; ad vitam denique perueniamus æternam, sicut ait D. Augustinus. an non eam à sacerdotibus Leuitis, non autem *ὁ δὲ τῶν γενεῶν ἀποστόλων τῶν λογιοποιῶν ἀγύπτων*, acceptam in suis animis inscribere curabunt; die nocteq; apud mentem suam expendent, commentabunturq;? Sed, heu pudor, ipsi lubentiùs venabula, canes, accipitres, aleam; ne turpiora dicam; tractant. atque hæc querela iuxtà ad ipsos sacrarum rerum Antistites, Pontificesq; pertinet, atque ad ciuiles magistratus. Nam videre est etiam eos, qui conceptis verbis, dum initiantur, spondent; se tota vita operam duros, vt veterem Mosi,

Ratio legis diuinæ discendæ.

Talmudici סנהדרין ה' ב'

Studiû sacrarum literarum quæle hodiè.

Die nocteq;ue.

Talmud שתי הלילה

Talmudicè.

Talmud. Bereshith rab.

Lex Christi discenda à Principibus.

Aug. de gratia & libere arbit.

nouamq; Christi legem recte intelligant, perceptamq; suum gregē doceant, eos, inquam, videre est ab hoc studio esse omnium alienissimos. Sed quibus interim rebus dediti sunt, piget dicere: neque dicto opus est, cum res ipsa sit iam peruagatissima. Sequitur in ordine sacri texti: *Tunc enim secundabis viam tuam; & tunc prudens eris.* Ex hoc loco conficitur, verbum שכל, proprie prudentiam significare: cui virtuti quia felicitas ferē consecutanea est, fit vt hanc notare saepe videatur. Tanquam enim diuersa ponuntur חל, & שכל, nisi si contendas rem eandem vnam duobus istius periodi membris dici. Cetera explicata sunt in extremo versus septimi.

An non praecepi tibi? Esto fortis &c.

PRIMUM huius versiculi membrū figurata interrogatio est, acrius imperandi causā adhibita. q. d. facito vt memineris te à me iussum esse, forti animo, meiq; fiducia intrepidum quasuis difficultates sustinere, & aggredi. Ego enim, qui sum Deus tuus, in omnibus tuis actionibus tibi adero monitor, praemonstrator, adiutor. Particula enim, אלה, crebrè affirmat acrius, instigatq; potius, quàm interrogat. LXXII. solent ferē reddere Aduerbio, אלה, Ecce, quod ipsum quoque hortationis vim habet. Quin & Latini similiter interrogationibus nonnunquam vtuntur, qualis est illa Phedriæ apud Terentium: *Satin hoc mandatum est tibi?* Mirifica igitur vehementia concludit iam Deus hortationem, quā inde à secundo versiculo adhuc tractauit. Neque enim solum in figura, quam expolitionē vocant, quæ est in illis verbis, *Esto fortis, esto firmus, ne sis pavidus, ne frangere, verum etiam in ipsa Dei persona summa vis est. Quis enim præcipienti Deo non obediat: cuius indignatio ipsas cæli columnas cõterit, & quatefacit, vt ait Iob. Aut quis præfente atque opē ferente Domino Deo suo formidet? Si ambulauero, inquit David, per vallem ipsa morte vmbrosam, non timebo aliquid mali, quando tu mecum es. Et alibi: Dominus lux mea est, & salus mea, à quo timeam? Dominus munimētum vitæ meæ, quem metuam? Cum accederent ad me grassatores, vt deuorarent carnem meam, aduersarij, & hostes mei, ipsi offendebāt, atque cadebant. Sed est huiusmodi sententiis plena sacra pagina, quæ & Dei imperiū inuitabile, & subsidium inexpugnabile esse docent. Sed enim etiam illud magna pollet vehementia, quod Iehouam dicit esse Deum ipsius. Est quidem certè Iehoua omnium Deus: at hic singularis quædam voluntatis, fauoris, studij diuini propensio erga Iosviam significatur. Ceterum fortitudo, quæ, vt paulo antè semel atque iterum, ita rursus hic agitur, non alia est, quàm quæ legi diuinæ sit consentanea, verboq; Dei nitatur. Vt enim quæ cum hoc non consentit, non fortitudo, sed temeraria confidentia, dici debet, & plerumque maximum tandem infortunium inuenit, ita dum vocanti Deo paremus, atque ad eius sacræ legis ductum nos applicamus, fidente, atque adeo securo animo pergere possumus: quantumuis difficilia, atque inextricabilia specie impedimenta se offerant, de felici euentu successuq; certissimi. Primum igitur in omnibus rebus agendis id nobis accuratè dispiciendum est, Deus ne, an nostra nos ambitio, aut turpior alia animi affectio vocet, incitetq;ue. Deinde, eam ne viam, quæ secundum virtutem, an quæ per vitiorum compendia ducit, in aggrediendo opere insitamus. Et interim animo humili, neque suis dotibus fidente, sed à cælesti numinis auxilio dependente, orandus Deus est, vt cælestis afflatu Spiritus voluntatem nobis suam patefaciat: nosq; paterna benignitate, ad ea quæ sint salutaria, hortetur, pulsuq; suo diuino animos nostros dirigat. Sic enim futurum est, vt nostra spe quàm minimè vquam frustremur. Verba, פרוץ, & חזק, cum ad animum accommodantur, parum ipsa inter se differunt: sed vtrumque vehementissimo metu percelli, atque adeo consternari, frangi que animo, significant. Ceteroqui illud, per vim impellere, siue quatefacere, & labefactare, hoc, frangere, atque terere est. Porro clausulam illam, *Quia adest tibi Dominus Deus tuus &c.* Chaldaus suo more אלהיך עמך ואתך reddidit, *Adest tibi subsidio verbum Domini Dei tui, in quocunque loco versaberis.* Nimirum verbum illud potentiae Dei, quo cuncta sustinet ac moderatur, vt ait Apostolus: Sed de hoc antè satis multa.*

Igitur Iosua monitoribus populi iussit etc.

VOCABULUM שוטר, Schoterim, solent LXXII. ferē interpretari, γραμματεῖς, hoc est, Scribas. vnde natum est frequens illud in Euangelio Scribarum nomen, nisi fallor. est etiam vbi γραμματεις αγγελοι, quasi dicas, publicarum literarum promulgatores, conuertunt; & semel, quod memini, τὰς ἀναστάσεις, dicunt. Horum officium erat, vt ex multis sacræ historiæ locis colligitur, Principum, & Iudicum, atque omnino ipsius magistrat-

שכל, prudentem esse.

אלה, an. non.

אלה, Ecce.

Terent. Eunuc.

Expolitio.

Fortitudo laudabilis quæ.

Quæ ratione fiat, vt in nostris actionibus minimè aberremus à scopo.

פרוץ & חזק, pauere & frangi animo.

שוטר, monitores, quales fuerint apud Israelitas.

magistratus placita, & edicta ad populum diuulgare, pronuntiareque, & hunc illorū auctoritate, si opus erat, coercere, vel ad agendum aliquid impellere. vnde R. Solomon ipsos flagris, & loris armat, sicut Romani suos lictores: sed quàm rectè, ipse viderit: equidem certè vix puto hoc ex sacris literis cõfici posse. Ceterum illa positio, שוטר, apud Chaldaeos, quorum lingua est ex Hebraica nata, interdum significat scriptum, quod solenni modo signatum, publica priuatæve pacta aut constituta continet. Interdum verò Verbum est: atque imperium exercere in alios notat. quæ ambæ notiones iam dictis officiis sunt admodum consentaneæ. In veteri illo commentario, quem, ספיר, Siphre vocari dicebamus nuper, scriptum est: Nemini, nisi qui Leuitici generis esset, hoc munus assignari solere. quàm opinionem suspicor ex Paralipomenis allatam esse; in quibus sic scriptum est: וְשוֹטְרֵי הָעָם. Et de Leuitis scribæ, & monitores. Sed profectò hoc parum firmum est. Nam quod שוטר, monitores, illic ex Leuitarum ordine petuntur, alia ratio est. Quia sacrum opus, templi instauratio agebatur. Similiter atque apud Nehemiam Leuitæ silentium imperant populo. quæ functio ipsa quoque ad שוטר, monitores pertinebat, quia lex tum recitanda erat: atque religionis ergo conuocata fuerat concio. Sunt etiā qui opinantur, שוטר, Monitores, præter iam dicta munera, in bellis aciem instruere solere. Er hoc colligi arbitrantur ex Deuteronomio, sed illic scriptum habetur: Cum deserint ישראל, monitores, loqui ad populum, tum ipsi Principes exercitus curabunt in principiis populi. hoc est, tunc duces copiarum in prima acie rem gerent, neque post principia latebunt. Quare huius quoque opinionis commentum recta sacrorum verborum interpretatione deletur. In summa, quos Hebræi, שוטר, Schoterim, vocant, iis fungebantur officiis, quibus apud Romanos apparitores, statores, præcones. Quapropter apparitorum nomine interpretari rectè posse vocem שוטר, Schoterim, existimo. Aquilas Ponticus, interpres, vt ait Diuus Hieronymus, curiosus, solet conuertere, εὐδαιμονία, quasi facinorum vindices dicas: sed parum, vt mihi videtur, plenè vox hæc Græca illam Hebræam repræsentat. Inter alia Mosis præscripta, exstat etiam hoc, Iudices, & שוטר, monitores siue apparitores, constitues tibi in omnibus portis, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi, per tribus tuas, qui ius administrent populo iudicio iusto. Vnde effici videtur, singulos iudices suos habuisse שוטר, apparitores, siue statores. Sunt quidam, qui eo loco hoc nomen simpliciter, pro magistratu interpretentur. Atqui magistratus vocabulo etiam Iudices subiiciuntur; quos tamen non rectè, שוטר, Schoterim, vocari putarim. Sunt enim hi potius magistratus administri, quàm magistratus. Dixi de hoc verbo plura, quia frequens est in sacra narratione. Videntur autem isti Pontificum, aliorumq; Iudaicorum magistratum apparitores, temporis progressu, vt se solet veditare ambitio, etiam sacrarum rerum scientiam sibi arrogasse, & maiorem, quàm pro sua functione, auctoritatem vsurpasse. Nisi si quis existimare malit, illos scribas, quorum in Euangeliiis frequentissima est mentio, non שוטר, sed סופרים, fuisse. Nihil enim definire ausim. Neque nescio quæ Epiphanius de Scribis tradidit.

Transite per medium exercitum etc.

QVO tempore mandata ista ad populum dedit Imperator suis præconibus, difficilis videtur quibusdam disquisitio, cum tertius inde ad transmittendum Iordanem dies præstituatur. Nam si dederit, verbi gratia, die septimo mensis primi, quem Nisan Iudæi vocant, (neque enim antè dare potuit, vt Hebræi statuunt, cum sexto demum eius mensis die Mosen eluxisset populus; qui septimo superioris mensis obierat; nam durauit Iustus dies totos triginta: eoque durante alias res, præsertim publicas, agere, nefas fuisse illi putant.) Igitur si dederit primi mensis septima luce, simulque ablegati exploratores Ierichuntem peruenerint, atque sub vesperam ad Rahab diuerterint, cum memorentur isti à Rahab dimissi, triduum in monte lauisse: & exercitus ad Iordanem alterum triduum confedisisse, efficietur, septem, vt minimum, ab isto edicto ad traiectionem vsque Iordanis esse elapsos dies, aut saltem quinque, si apud flumen nõ esse moratos plus quàm noctem vnam dicamus. D. Augustinus ergo nõ dubitat Iosviam, in præfniendo hoc triduo, humanæ temeritatis reum facere, quasi nõ consulto Deo, nimis fidenter, certū tempus populo præstituerit. Quæ mihi sententia durior profectò videtur, quod pace diuini viri dixerim. Quis enim credere possit, Iosua Imperatorē & sapientissimū & religiosissimū, in tanta rerū difficultate, cum maxima parentiū pars esset imbellis turba, neque flumen vado trāsiri posset, neque naues haberentur, & verendū deniq; esset ne hostis

1. Par. 34, 13.

Nehem. 8, 27.

Deut. 10, 9.

Deut. 16, 13.

Epiphani. lib. 1. contra hæreses.

Aug. quæst. in Iosviam.

R. Solomon.

שוטר

שוטר

An monitores soli Leuitar.

Nisan mensis primus.

Nisan mensis primus.

cum armis ad vltiorem ripam occurreret; ipse autem discretè esset à Deo iussus, in rebus omnibus agendis adire Eleazarem Pontificem Dei oraculum consulturū, & pro diuinis responsis omnia agere, quis inquā credat, in hac re omnium maxima, Dei opertum eum nō consuluisse: Et potest sanè, vt mihi videtur, multo verisimiliore hic nodus ratione expediri. Nam, vt ad versiculū primum dicebam, cum Iosua, dudum ante Mosis excessū, esset à Deo Imperator populi designatus, dubiū non est, quin ilico, postquā illum obuisse intellexisset, tota mente in istam expeditionem intētus, sedulo ea procurauerit, quæ factū opus esse putabat, exploratoresq; istos in primis emisit, interea dū populus lugēdo Mosis funeri operam daret, vt credibile sit, quæ toto capite sequente memorabuntur de speculatoribus, & Rahab, ea ante istud edictū esse acta. Neq; enim insolens res est, in historia sacra, δὲ ὑστέρῳ ἀποτέρον, hoc est, vt rerū gestarum series interrumpatur longiore quapiam interpositione. Certè Iosephus hoc primū caput cum tertio coniungit. Scribit enim, Imperatorē, simulatq; exercitum de mouendis castris per præcones monuisset, & triduum traiciendo flumini præfinitisset, eduxisse copias de Sittim ad Iordanem. atque ibi tandem à reuerfis suis speculatoribus nuntium, commodū sanè, accepisse. Nimirū ei, vt isti nō tam citò rediissent, transponere tamen populum certum deliberatumq; erat, diuinis respōsis freto. verū ego existimare malo, reuerfos ad illū fuisse speculatores prius, quā in triduum pronuntiarī traiectionē iuberet. hoc autem eum fecisse die septimo mensis Nisan statuo, cū plerisque Iudæis. Et hæc mihi, vt simplicissima, ita verissima huius loci explicatio esse videtur. Sed quā potero paucis exponā Hebræorum sententias. Igitur R. Isaias, vir sanè doctus, sic scribit: Narratur, inquit, exploratores latuisse in monte triduum, fuerunt ergo emissi ante edictum de viatico comparando ad populū promulgatum, durāte etiā tum Iudæ: quo de mōdo finito, iussus est populus se comparare ad transeundū flumen post triduum. Nam aliqui quintus dies aduenisset, prius quā Iosua ē Sittim castra ad Iordanē mouisset, cum illi triduum in mōte consumpserint, & insuper diē vnū cundo redeundoq; vt minimum. R. David Kimhi verò sic ferè scribit: Die tricesimo post Mosis excessum, qui fuit septimus mensis Nisan, ait Dominus Iosua: Surge, transi Iordanem, &c. Eodemq; die mandauit Iosua parari viaticū, quia esset die decimo Nisan traiciendum flumen. Speculatores autē m emiserat prius, quā eluxisset populus Mosē: iūq; reuertērant ad Imperatorem die octauo Nisan. Nono igitur summo manè surrexit ille, duxitq; copias ad Iordanis ripam. Et iussit vt se expiarent ad crastinam traiectionem. R. Leui Gersonis vno loco sic habet: Censeo, inquit, hoc ab Imperatore per præcones edictum esse de viatico comparādo, postquam exploratores ablegasset, cum isti triduum in monte scribantur se occultasse. Itaque die quarto & quinto, cum illi iam essent reuerfi, profectus est Imperator cum populo ad Iordanem; & postquam illic pernoctasset, traiecit. Quin & hoc, inquit, haud absurdè dicas, eo ipso die, quo per præcones ista edicebat, ablegasse eum speculatores: verum eum diem haberi non debere pro tridui parte. Nam illud, כָּעֵר שְׁלֹשֶׁת יָמִים, significat, post triduum ab eo die. Itaque triduum finiebatur tandem quinti diei initio, ab illo die. Speculatores autem, eodem die quo emissi fuerant, ingressos Ierichuntem, diuertisse ad Rahab. Iam verò, quod ait Rahab: Latebitis triduum, id esse, ac si diceret, usque ad tertium diem: quo die integrum ipsis erat continuato itinere ad Iosua reuerti. hæc ferè illo loco R. Leui. Rursus alio de eadem re sic scribit: Redierunt ad Iosua duo exploratores die tertio, ex quo fuerant amandati. isq; erat dies secundus illius tridui de quo loquebatur, cum diceret: Post triduum transmittetis Iordanē istum. Die verò tertio huius tridui surrexit Iosua manè, profectusq; est cum populo ad Iordanem. Ibiq; pernoctarunt prius, quā traicerent. Postero die, hoc est, exacto iam tū triduo toto, transmiserunt flumen. isq; dies erat decimus mensis Nisan. Sic ille. Exposui breuiter quid præcipui Hebræorum magistri sentiant. Nunc paucis conabor sacrorum verborum veritatem, quo ordine scripta habentur, tueri, atque defendere. hoc est, docere minimè absurdum esse, si existimemus, quo die Imperator triduum istud per præcones præstituebat populo, eodem die exploratores eum amandasse. Neque tamē ē Sittim versus Iordanem mouisse, nisi postquam isti ad se reuertissent. Mosē die septimo mensis vltimo, quē אָדָר Adar, vocant, ē vita exiuisse, vt & ortū esse, non solum annalibus Hebræorū, quos סֵדֶר עוֹלָם Seder olam, hoc est, seriem sæculi appellant, sed etiā à Talmudicis, vbi de spōsalis agunt. Is autem mensis, eo anno, dies habebat triginta, vt scribit Leui Gersonis, philosophus, & mathematicus insignis. Ergo dies sextus, vt nuper dicebamus, mensis Nisan finem luctui imponebat. Igitur die septimo fit monitus populus de se compa-

Narrationis ordo non semper obseruatus in sacra historia.

R. Isaias cōm. in Iosua.

R. David Kimhi.

R. Leui Gersonis.

Mosis mors, quo die אָדָר mensis.

Talmud. סֵדֶר עוֹלָם פֶּרָק א'

Ioseph. iii. c. 11. v. 119.

Comment. in fl. num. 1. c. 13. v. 4.

R. Leui Gersonis in 3. c. 10. v. 1.

comparando ad traiectionem post triduum, sint simul emissi speculatores Ierichuntem: facile fuit expeditis viris, sexaginta, stadia ē Sittim ad Iordanem vsque (tantum enim interuallum esse scribit Iosephus.) & inde quinque passuum millia ad Ierichuntem, intra pauca horas conficere. Neque enim longius esse hoc spatium tradit Eusebius. atque ante vesperam sic satis speculari urbem. Diuenterint igitur ad Rahab sub noctē. atque mox ab ea per tenebras de muro demissi, ad diem vsque tertium, ex quo die ad Rahab diuenterāt, hoc est, ad eam vesperam vsque, quæ diem octauum mensis Nisan sequitur, latuerint in montibus: præscripti enim tēporis numerus apud Hebræos, quando nulla adest expressa Præpositio, sæpe ita est accipiendus, vt postrema numeri pars secludatur: quod multis exōpmlis docet Leui F. Gersonis: ergo quod ad speculatores ait Rahab: Latebitis in mōte יָמִים שְׁלֹשֶׁת, tres dies, est, ac si dicat, vsque ad diem tertium, quo die vobis integrū erit pergere. Iam verò, ea noctē, quæ, vt dixi, octauum diem mensis clauderat, & secundum Hebræos, ad diem nonum pertinebat, redierint ad Imperatorē in castra ad Sittim, & comperita perceptaque exposuerint. Is porrò accepto lato hoc nuntio, manè castra ad Iordanem promouerit. Postero denique, hoc est, decimo die, traiecerit. Quid est hīc absurdū? aut quid narrationis cursum potest interpellare? Atqui Iosephus, inquires, scriptum reliquit, hæsisse Israēlitas biduum apud Iordanem, prius quā traicerent. Verū Iosephus aliam sententiā secutus est, putauitque exploratores rediisse ad Imperatorem apud Iordanem morantem; totamq; proximi capitis narrationem non suo positam esse loco, vt dixi: & tamen nihil vetat etiam ipsū fateri, eodem vno die speculatores abiuisse Ierichuntem, & Monitores viaticum populo imperasse, triduumq; præfinituisse traiciēdi in Chananæam. dicat enim ille, Imperatorem, post die quā edictū hoc promulgari iusserat, ē Sittim mouisse. Sed vrge, absurdū esse, edici, vt viaticum sibi quisque compareret; nullum autem comparandi spatium dari. Sed responderi potest, illa verba, וְכִי יֵרָדוּ מִן הַר הַשֵּׁנִי, nihil aliud significare, quā vasa colligere. Sic enim sentit Iosephus: neque dissentit R. Solomon. Porrò si quis Latinum nostrum interpretem defendere velit, qui non ante triduum post hoc edictum ē Sittim discessisse, & ad ripam fluminis alterum triduum esse commemoratos Israēlitas ait, is parui pendens quid plerique Hebræi scribant, suos illos annales, quos dixi, secuti, neque certos, neque probatos, cum etiam Talmudici de die excessus Mosē inter se ipsi dissentiant; multiq; eum non mensē Adar, qui Nisan proximè præcedit, sed Sebet, qui ante Adar est, obuisse putent; quod etiam Kimhi commemorat; is, inquam, dicat, die tertio mensis Nisan Monitores apud populū egisse de parando viatico, & traiciendo post triduum. Eodemq; die emissos esse, qui specularentur urbem. Cumq; hi reuerfi essent, die sexto, productum esse populū ē Sittim ad Iordanem. Ibiq; tandem die nono esse monitum, vt se expiaret ad crastinam traiectionē. Illud verò, quod intra triduum esse transmittendum Iordanem proclamabant, sic intelligi debuisse, ex illis castris intra triduum, aut post triduum esse versus Iordanem abeundum, vt deinde cū prima occasione transeat in Chananæam. Sed hæc ita à nobis tractata disputataq; existimet lector, vt primam illam sententiam sciat nobis maximè, & pænè solam probari. Porrò illud, Parate vobis cibum, de manna accipi non potest, quod non nisi in diem seruari fas erat, & quantum satis esset, quotidie cadebat ē cælo, quocumque se conferebat populus, vsque ad diem xv. mensis Nisan, vt post dicitur. Neque enim fides Iudaicis illis annalibus, quos modò dicebam, habenda est: in quibus scribitur, manna cum Mosē vita desisset. Sed, vt erat gens illa voluptatibus dedita, non contenta solo cælesti illo cibo, delicatis obsoniis inhiabat: neque horum moderate ferre potuit desiderium. Nam testata res est, Moabitas, & montis Seir accolæ, cibos illis pretio vendidisse. adeo maturè ceperat ipsos cælestis cibi fastidium tantum, vt vilissimum etiam æstimarent. Neque hoc dissimulat R. David Kimhi. Scribit enim, ipsis Manna panis loco fuisse, צִדָּה verò obsonium esse. At R. Solomon, quo gentiles suos à gulæ voluptatibus alienos faciat, quasi solo manna contenti vixerint, scribit צִדָּה hoc loco significare, quidquid ad iter esset opus, & ad instans bellum. A qua sententia etiam Iosephum non esse alienum dixi. Sed insolens est ista verbi eius notio. quare magis ferendi videntur Talmudici, qui vbi de Idolorū cultu tractant, vt ex Eliæ Thesbitis cholera profectā, sententiam hanc commemorant. Cum cibo nullo egerint Israēlita cadente etiā tum manna; nihil hīc aliud verbo צִדָּה, hoc est, cibi, debere intelligi, quā malè actæ vitæ poenitentiam: & aduersus Deum pietatem. Itaque moneri hīc populū per apparitores, vt his virtutibus se dignos præstent, qui in terram promissam feliciter traiciant. Ceterum צִדָּה, Zeda, quamuis ei propriè subiici-

Ioseph. 1. 16.

Deut. 1.

Talmudici de die mortis Mosē si discrepantes sententias dicunt.

צִדָּה cibum, R. David Kimhi, R. Solomon.

Talmud עֲבוּרָה זָרָה פֶּרָק א' צִדָּה

turis cibis, qui venatione, atq; indagine captus sit, saepe tamē pro quouis cibo vsurpatur. Porro voculam כְּעוֹר, Beod, conuerti, intra. quia sic ea vitur Ieremias, cum ait, כְּעוֹר יוֹקֵם וְיִקָּם כְּעוֹר חַי יִקָּם, occidit sol eius cum etiam tum esset dies. Et in Davidis historia scriptum est, כְּעוֹר תְּלָר חַי יִקָּם, cum puer etiam tum viueret ieiunabam. Sed si, vt diximus, esse probabile, hæc acta fuisse statuamus die septimo mensis Nisan; non fuerit hic ipse dies tridui pars, quod Latinum interpretem dicere est necesse, qui reddidit, Post triduum. Certum est enim, die decimo transitum esse in Chananæam. Porro illud, Quam Dominus Deus vester dat vobis, ad informandos populi animos certa fiducia, dictum est, atque alacritate. Nam nomine Iehouæ, pro quo de more, Dominus, reddimus, summa Dei potestas significatur: illo verò, Deus vester, benignissima, & plus quam paterna voluntas, studium, tutela, cura. Iam verò, vbi voluntas cum potentia ac facultate est coniuncta, nihil tam difficile est, quod non facili præstetur. Ad hæc, quæ sequuntur, וְלָרְשָׁתָּהּ, & לְרִשְׁתָּהּ, ad possidendum pro hereditate, vel iure hereditario, maximum habent ad permouendos populi animos momentum, quippe qui ex iis verbis intelligat, se non ire populatum modò, quapiam felici excursionē, hostiles agros, aut prædam actum, veluti cum Madianitas debellaret. Nā illiusmodi expeditiones, quamuis secundæ, haud solent diuturna felicitate beare victores, sed saepe sua commoda maioribus tandem pensant calamitatibus. verum ire possessum quasi à maioribus sibi iure hereditario relicta prædia: & veluti auita heredia. Nam verbum, וְרָשׁ, non simpliciter possidere, atque occupare, sed heredis iure tenere, propriè significat. ~~Non igitur potest à Latino de possessione illud accipi, quod supra eadem est, sed illud, factum est, locutus est, & copiose interpretor.~~

Iehoua, quid.  
Deus vester, quid.

וְרָשׁ possidere.

Iosue cordata lenitas, & suavis monitio.

Imperatores noui insolentissimi.

Ierem 15, 9.

2. Reg. 11, 22.

Numer. 31.

Numer. 32, 39.

Ad Rubenitas verò & Gaditas &c.

I 2 I 3 I 4 I 5

NON satis erat, populum vniuersè per castra à præconibus monitū esse, vt se ad traiciendum compararet; nisi duas istas tribus, & dimidiam priuatim etiam, & propriè Imperator commonefaceret, vt Moſis, aut Dei veriùs, mandati memores vnà cū aliis traicerent. Cum enim hæc tribus sedes nuper commodas naclæ essent, regna Schonis atque Og, & Galaaditidem vniuersam, auctore Mose, cuius iam fatis functi indignationē non amplius reuererentur; credibile est, non, nisi seorsim monitos & propriè, non fuisse cum aliis spontè traiccturos flumen. Sed in dulci, & omnibus vitæ commoditatibus affluente nido, apud vxores, liberosq; ac rem suam familiarem mansuros; præsertim cum non ignorent, eas suas possessiones nouas, à vicinis, iisq; potentissimis hostibus nō esse satis tutas. Sed enim digna est obseruatione prudentissimi Principis Iosue modestissima in illis monendis ratio. Memores, inquit, estote eius rei, quam mandauit vobis Moſes seruus Domini. Potuisset quidem ipſus, pro imperio, illos compellere: & nisi parerent, etiam iure accepta illa à Moſe hereditate exuere. hic enim tum demum ratam firmamq; fore donationem voluerat; cum ipſi subsidium, quod vtrò fratribus suis promiserant, profus præstitissent. Potuisset etiam merito hæc sua ipſorum promissa; in ipſos ingerere: & eorum commemoratione sola, debiti ipſos officij acriter & duriter commonefacere. Sed ille mauult amicum monitorē, quam seuerum Imperatorem agere: contra sanè atque nunc magistratū pars maxima affolet. Nunquā enim isti imperio suo abutūtur insolentius; maioresq; cum fastu, quam cum primū imperare incipiunt. Nihil ille superbè mandat; sed Moſis mādātum ipſis reuocat in memoriam: & vt id quoque durū, vt pote hominis in homines, videri non possit, nominat illum Iehouæ, hoc est, Domini Dei seruum, quasi dicat, non tam Moſis illud, quam ipſius Dei præceptum fuisse. Cum porro illa iussa ad rem accommodare pergit suis verbis, inquit, Deus vester dat vobis quietem, & quæ sequuntur proximis duobus versiculis; initio statim quæ illis iucundissima gratissimaq; auditu sint, commemorat; quò sibi ipſorum animos conciliet. Quid enim illis potuisset esse iucundius recordatione donatæ sibi ab ipſo Deo nuper amplissimæ, & vberimæ hereditatis? Quid acceptius atque suauis quam vxoribus paruulisq; liberis, & pecudibus integrum posthac fore operata diu quiete frui, domi suæ? vbi verò vterius ad id ventum est, quod mordere ipſorū animos possit: hoc est, Sed vos pergetis balteis succincti &c. tam id absoluit paucis; tam que citò ad ea quæ acerbum hoc rursus leniant, transuolat, vt veluti vno hiatu & ferire mentem ipſorum, & sanare videatur. Sic enim tranſeūdum illis in Chananæam esse pronuntiat, vt simul ad perpetuam quietem redituros promittat. Hoc profectò est, leniter quidē, sed tamen cordatè imperio vt; tanta cum suauitate parentes ad officium impellere. Ceterum historia quæ hoc loco attingitur, perſcripta est toto capite tricesimo secundo Numerorum.

merorim. illinc repetat lector. Non recitat quidem Iosua hic ipsa Moſis verba, sed ex eis sua ipſe monitionē, magno, vt iam ostendi, artificio, contexit. Quare illud אמור, dicēdo, siue dicens, quod versiculo decimotertio scriptum est, non quidem loquentē Moſen facit; sed quæ deinceps sequūtur, ea ex Moſis sententia dici, ostēdit. Porro infinitus modus אמור, pro mandatiuū זכור postus est. quali figura saepe vtitur Hebræi: Nomini וָפּי subiciuntur pueri puellæq; minores annis viginti, vt scribit R. Abraham filius Ezra. Vsurpatur autem ferè numero singulari, vt collectiuum, pro plurali. At Symmachus hoc loco ὄρεσθε, onus, est interpretatus; volens, opinor, significare, ea quæ impedimenta vocantur apud milites. Videtur enim meminisse, Lxxii, quoque sic aliquando esse interpretatos id verbum. Nomen מַקְנָה, pro quo dixi, pecudes; est ab acquirendo dictum: ac si opes facultatesq; partas dicas. Et quia veteres illi & prisci homines laboriosissimi frugalissimiq; has in re pecuaria ferè habebant positas; ideò plerumque pro pecudibus maioribus minoribusq; vsurpatur hoc nomen; cui profus simile est Græcum illud κτήνη, quod pro eo Lxxii, reddiderunt. ~~Quasi ergo plene~~, iumenta, dixit Latinus. Hæc ~~omnia~~ ea sola animalia esse videntur, quæ iugum subeunt; laboresq; & molimina nostra adiuuant. Porro quid חמשים, Hamusim, quod interpretatus sum, succincti, significet, non eandem habent Hebræi omnes opinionem. Plerique, cum Chaldæo, armatos dici existimāt, ab חָמֵשׁ, Homes; quæ ea corporis humani pars est, in qua costæ quinta locatur; in historia Abner: Lxxii, illic חֲמֵשׁ, hoc est, lumbum, sunt interpretati. anima enim, inquiunt illi, ad eā ferè partem vsque tegunt corpus. Et sanè ab חָמֵשׁ Homes, hoc est lumbis, dici חמשים, Hamusim, planè est credibile: cum videamus חלוצים, Haluzim, ei profus geminum esse, si & formam, & notationem spectes, quod nomen à חָמֵשׁ, Halazaim, hoc est lumbis, formari, certissimum est. Sed an ista, Hamusim dico, & Haluzim, armis contactos ad quintam costā; aut ad lumbos vsque significent; an verò succinctos balteo militari; non satis possum constituere: Aquilæ prius placet, Septuaginta Interpretibus posterius: ille enim חמשים סדמונים; isti חמשים, conuertunt. Sed sanè חמשים, hoc est, succincti, magis mihi placet. Nam vltatissimum est in sacra historia, cinctis lumbis significare expeditum robur, atq; alacre & paratum studium, strenuamq; fortitudinem. Et vnde quæſio per tot annos miſera oppressis seruitute hominibus tanta armorum copia? Sed dicas fortasse, hostiles exuia fuisse. Multis enim inde ex Agypto victoriis fuerāt potiti; & præsertim nuper adeò aduersus duos Reges, Schonem; & Og: atque aduersus Madianitas. Atqui non videntur mihi illi sacre gentis existimationi satis consulere; qui eam tanto se studio loricasse putant, debebat enim Dei præsidio satis fidere; ideoque ne equis quidem contra hostes vt ei licebat, vt post videbimus. Sed sit sua cuique libera sententia. Sunt etiam qui חמשים, sic interpretentur, quasi quinis viris ordines agminis densati fuerint. Sed hanc ego opinionem repudio profus, propter nominis חלוצים, Haluzim, similitudinem: cum hoc ab illiusmodi notione sit alienum. Illud חמשים, חמשים, conuerti, coram fratribus vestris, potius quam, ante fratres vestros. ~~Non enim oculis, & lenitas, & lenitas lenitas videtur, hæc dicitur & dicitur in prima acie vbi que aduocatis hostes consistere debuisse. & faciant faciem vellei propugnatores, & dicitur & dicitur: sed facies patris. Neque mouentur in manibus hostis. Cuiusmodi in factum & quæ memouari.~~ Et nihil vltatius in lingua sacra, quam vt חמשים, non locū anteriorē, sed præsentia significet. Ad hoc, videmus hic passim חמשים, חמשים, corā Dño, & חמשים, חמשים, corā fratribus vestris, pro eadem re vsurpari. Igitur, quod ait Imperator, Vos pergetis cincti coram fratribus vestris, est ac si dicat, Vos aderitis vestris fratribus expediti ad pugnandum, & focia arma cū illis coniungentis. Quod traduxi, viri militares, est Hebraicè, גְּבוּרֵי הַיָּד, hoc est, viri fortes, & ad bellum gerendū idonei. Sed non est existimandum, eos omnes qui militare possent, ex istis duabus tribubus & dimidia, nomen dare debuisse. Certum est enim ex nupera recensione, fuisse maturos militia, Rubenitarum quidem quadragies & ter mille, septingentos triginta; Gaditarum verò, quadragies mille & quingentos. denique Manassitarū, quinquagesies & bis mille, atque insuper septingentos. Et tamen non plures quadragies mille dicentur ex omnibus simul istis tribubus suppetias fratribus suis tulisse. Ergo illa vniuersitatis nota, כל, omnes, significat quidem, nullos nisi militares, in hanc expeditionem fratres comitari debere. verum nō eos omnes, qui sint militares, debere comitari. Quæ porro versu xv. promittit Imperator, ea videbimus, si volet Deus, suo tempore bona fide præstari. Illud, Versus ortus solis, additur ad significandam Galaaditidem, sicut alibi, versus Occidentē, cum Chananæa ostenditur; quia vox עָרָב, trans, ad vtramvis ripam fluminis accommodari potest.

Infinitus modus pro mandatiu.

מקנה Me-nel.

Iumenta.

חמשים Hamusim.

Cincti lumbi quid significet.

חמשים Liphne.

עָרָב

APPARITORVM præconio monita fuerat vniuersa multitudo, de mouendis castris, traiciendoq; intra triduum Iordane. Proprie autem, & seorsim Rubenitas, Gaditas, & Manassenses Imperator monuerat, vt iam audiui mus. Itaque hoc responsum, ego certè, non istarum trium, sed omnium simul tribuum esse existimo: quæ iam per suos tribunos, aut alios primæ auctoritatis viros ad Imperatorem allegatos, solenniter ipsi deserunt imperium, & suam obedientiam, atque obsequium, non in iis modò, quæ iam imperata sunt ab illo, sed in omnibus, in quibus æquû est parentes suo Imperatori esse morigeros. Planè enim constitutum omnibus esse, Moïsi, hoc est, summi Imperatoris loco illum habere, neque minùs, atque hunc antè, reuereri. Nimirum perfecta fuerat omnibus Dei voluntas in designando Iosua Moïsi successorem: neque Dei solum, sed ipsius etiam Moïsi. Nam palàm pro concione, imposita Moïsi manu eius capiti, fuerat dudù, sic iubente Deo, consecratus Imperator: tum quæ ad hoc munus pertinent mandata, ea ab ipso Deo, ex nube, populo inspectante, & responsa sacra audiente, acceperat, vt antè ex Numeris, & Deuteronomio docuimus. Ad hæc, recordabantur proculdubio verborum Moïsi, atque ad eò Dei ipsius, cum ille diceret: Prophetam ex te, ex tuis fratribus, talem qualis ego sum, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ei obedite: hic verò subiiceret: Quisquis non obediuerit verbis meis, quæ loquetur ille Propheta meo nomine, ego vindicabo. vt iam nullus ipsis relictus videatur fuisse tergiversandi locus. Et si enim ista de Christo præcipue dicta sint, tamen ad ipsum etiã Iosua, vt Christi typum, formamq; pertinere, docuimus antè ex Iustino. Et tamen laudem non vulgarem meretur tantæ multitudinis tam concors obedientia, præsertim alacerrimo promptissimoq; animo delata. Planè enim ex ipsis pæne singulis responi verbis hilarem ac lubentissimum parèdi studium intelligi potest. Vbi que enim notam vniuersitatis, כָּל, omnia, in ore habent: vt prorsus nihil fore significant, in quo sint ipsius iustum imperium detrectaturi. Et illius obedientiæ comparatio, quam Moïsi præstiterant, non præcisum, & in quibusdam modò rebus parendi modum significat: sed magis perfectum, plenum, prolixum. Proponunt enim Moïsi, tanquam omnium maximi Imperatoris, exemplum, & quem nullus possit auctoritate antecire. Nam pro iis quæ in Deuteronomij extremo icripta sunt, nemo adhuc vixit apud Israëlitas, Deo tam familiaris, tantaq; præditus potestate, ac tot tantisque prodigijs editis clarus, atque Moïses fuit. Sed dices, Illorum aduersus Moïsem obedientia minimè fuit ἀνομιος: adeò vt aperta sæpe rebellio videri potuerit. atqui vniuersa illa generatio contumax, vt loquitur sacra historia, iam interierat per solitudinem. Ad hoc, si quis vnquam vel digitum mouebat, aut hiscebat contra Moïsem, ilico noxæ pœna præstò erat. Cum ergo nemo illi rebellaret impunè, haud absurde, obedientia ipsi integrè illibateq; præstita censetur. Neque verò hic Israëlita se de obedientia iactant, quod iam iam, ut dicitur, non potest, sed potius quantam Moïsi obedientiam debuerint, ingenue fatentur, ac tantam Iosua pollicetur: debuerant autem illi summam: cum, vt dixi, nisi summam præstabant, continuò dabant supplicium. Atque hanc istorù verborum esse veram sententiã, patefacit versiculus postremus, cum aiunt: Quisquis fuerit rebellis. & quæ sequuntur. Ceterum in his verbis: Sit hominus tuus te, et fuit cū Moïse, votù est, meo iudicio, nihil ad institutum de obedientia sermonem pertinens: sed quale animi læti affectio expressit abrupte, occasione nominati optimi omnibusq; cari Imperatoris Moïsi, qui nuper è viujs excesserat. Et qualia alioqui vota fieri a solent à populis, cū suis Principibus imperia deserunt. ac si dicant: Ceterum optamus, vt Deus tuus, qui te nobis Principem dedit, qui te tam benigne, nobis audiētibus, ex nube est allocutus, qui te spiritu sapientiæ amplificauit, cuius tu in hoc imperio es administer, Moïsiq; successor, is Deus ita omnia prosperet tuo imperio, vt Moïsi imperio prosperauit, cui cū nullo hosse res fuit vnquam, quem non, illius ope fretus, facile deuicit. Est autem hoc loco obseruanda optantis populi proba religio, qui Moïsi omnem felicitatem, non eius fortunæ, sed Deo acceptam referunt. neque Iosua porrò posse res prospere gerere, nisi huius ope adiutum, agnoscunt. Si quis autè ista ad propositam obedientiæ materiem attinere cõtentat, equidè cum eo non pugnauro: Neque enim à vero aliena fuerit sententia, si quis dicat, eos perpetuum obsequium Iosua, quale ante Moïsi præstiterant, polliceri, modò vt sic illius Imperium à Deo dirigatur, ne quid aut imperare, aut aggredi in animum vnquã inducat, quod non sit legi voluntatiq; diuinæ consentaneum, sicut Moïsi actiones omnes à Deo gubernabantur. Itaque vocula כִּי, exceptiue, vt sic dicam, erit interpretanda. Pro-

Occupatio.

Populi religio.

Nom. 17, 18. Deut. 31, 14.

Deut. 12, 15. 19.

Deut. sine.

Nom. 31.

1. Pet. 2, 18.

Sup. vers. 7.

Nom. 31.

mittunt enim, si istam sequimur sententiam, præcisè obsequium, quatenus à Deo ipse Imperator non descuerit: neque alia quàm recta atque vtilia, & cum lege Dei coniuncta præscripserit. Et sanè huc sensum amplexi videtur Talmudici, in eo tractatu, què סנהדרין, hoc est, συνέδριον, appellant, capite decimotertio: quos sequuntur R. R. Dauid Kimhi, & Leui F. Gersonis. At obiicit aliquis: Notum est illud D. Petri, parendum esse nõ solum bonis & æquis, verum etiam prauis dominis. Et si parentibus permittatur in dominorum mores, vitamque inquirere, vix vnquam cuiquam defore quo suam excuset contumaciam. Verum non iam agitur de vita Principis priuata: sed de ipso imperio. Illa enim qualis qualis sit, parentium non interest: at hoc, si contra republ., contra religionem proba, & in summa, contra ius fasq; exerceatur, nõ debet aliorum hominum obsequio adiuuari. Sed hoc hæctenus. Parcissimè enim illiusmodi locos communes tractare constitui: ne videar otio abuti. Sequitur in ordine verborum: Quisquis rebellis fuerit ori tuo &c. Iam redeunt ad interruptum voto sermonem de obedientia. Quisquis, inquit, vel contra atque tu iusseris, egerit, vel aliquid eorù non egerit quæ tu mandaueris, occidatur. Ostendit ergo perspicuè hic locus, quantam ad parendum alacritatem præ se ferant: & simul illam à Moïsi imperio prolatam similitudinem, significare summam, & vt sic dicam, capitalem obedientiam. Tam enim certè, verè, atque ex animo obedientiam se promittere ostendunt, vt vltro, capitis periculum sibi statuunt ipsi, si vsquam fallant: similiter atque Moïse republ. gerente, capitalis fraus fuit, ei non paruiffe. Discimus ergo, eos qui imperata non faciunt, multoq; etiam magis qui contraria faciunt, imperiumq; legitimum demutant, morte multari à iusto magistratu posse. Sed neque hunc locum communem persequar longius, disputatum alioqui à multis copiosè. Illud, ori tuo, trãsnominatio est: ac si dicas, verbo tuo, vt redditum à Chaldæo est. Postrema illa pars: Ceterum esto fortis & firmus, aut votum est; quale illud, quod nuper explicabamus, aut hortatio; qua vniuersa multitudo per suos allegatos, quamuis sponte sua currenti Principi, calcaria tamè subdit: aut potius, qua se illius fortitudini, toto animo asseruituram declarat: q. d. Tu modò sis forti & fidente animo; in nobis nihil desiderabis; nos officium erga te, vt Imperatorem nostrum, vbique conseruabimus. R. Leui F. Gersonis, sic explicat ista, Modò vt sis fortis firmusq; in administrando imperio, secundum legis Dei præscripta. Neque enim, inquit, si iussisset Imperator, legem vllam violare, obtemperadum ei fuisset, nisi si pro tempore res ita postulasset. Et hic rursum ille Talmudicos sequitur. Hi enim eo, quem modò indicabam, loco, dum ista verba tractant, disputantque, statuunt, particulam כִּי, quæ hoc loco scribitur, exceptionem significare. Neque verò absurdum videri debet, quòd fortitudo in obseruanda lege collocatur. Sic enim superius ipsum etiam Deum loquentem audiui mus, cum diceret: Prorsus esto fortis & firmus, vt obserues præstare vniuersam legem, quam imperauit tibi Moïses, &c. Nec est sanè priuata illa, & veluti domestica fortitudo, quæ in cuiusque animo vitijs obstat, virtutem defendit, militari fortitudine inferior, sed longè etiam superior existimada. Quippe sine qua fortitudo illa bellica nunquã fructuosa, sæpe autem noxia est. Sed profert R. Leui alteram quoque sententiam. Quasi iubeat populus Imperatorem capeffere republ. ne ea gubernatore orba, post Moïsi excessum fluctuet. Et hæctenus explicata à nobis ea ferè sunt, quæ primo capite cõtinentur. A quibus prius quàm discedamus, persolutenda est subdificilis, vt videtur, quæstio, quæ hoc loco existit. Cur opus sit Rubenitas, Gaditas, & Manassenses, quibus sua iam hereditas attributa cis Iordanem est, traicere cum ceteris suis fratribus armatos, & tanquã suppetias ferre ipsis, ad debellandù Chananæos: quos se profligaturù Deus ipse sæpe est pollicitus: & vt audiemus, erit totius belli præsentis tum inceptor, tum cõfector. Ad ista respòderi rectè posse puto: Nihil illorù quidem viribus opus esse, ad exterminandos veteres terræ incolas, habitatoresque, qui diuinis stratagematis magis, quàm armis superabuntur. Neque verò etiam ideo solum voluisse Moïsem, diuinorum consiliorum interpretem, vt fratribus illi suis adessent, quia Deus, etsi per se ipse satis pollens potensq; est, tamen humanas res opera ferè hominum administrare a solet: sed multo magis: quia antè quàm & victoria bello, & republ. hereditatis diuisione, ac denique religio arcæ collocatione, sacrorumq; rituum factis initiis constituta essent, diuidi populus, absq; magnis flagitijs, nõ potuit. Primum enim ea res mutuos inter se animos plurimum abalienasset, si illæ tribus fortunas suas in communionem magnorum, vt videbantur, periculorum, quæ restabant, conferre noluisent: statuisentq; nullam sibi societatem, communis vtilitatis causa, cū illis esse debere, quorù res nondum satis certæ erant. Ea verò abalienatio sensim legù, & sacrorum

Talmud סנהדרין פרק יו. Obiectio.

Prauis dominis quatenus parendum.

R. Leui Gers.

Talmudici quòd sup. loco. דן

Fortitudo priuata præstantior militari.

Quæstio cuius tribus cis Jordanem trãsire cum fratribus in Chananæ debuerint.

sacrorum



Ecclesia Dei vna est.

Vera religio qua re pouissimum conferuetur.

Contentia peccati aduersis amicitia admittit amorem, aque etiam odium gignit.

Moses omnia sua dicta ad caprum vulgi accommodauit.

facrorum communionem; qua tanquam vnus eiusdem ciuitatis ciues inter se omnes coniuncti fuere, desoluit: porro hæc sublata prorsus distraxisset Ecclesie vnitate; atq; adeo Ecclesiam ipsam euertisset: quippe quæ nisi vna est, nulla est. Deinde cum sacra arca omnino in Chananaam inferri deberet, ob causas quas oportuno loco explicabimus; nõ potuerunt illi eam, tanquam Deum ipsum, deserere, prius, quam locum suu cepisset; in quo sibi Deus vellet sacrificari: cum, quia ipsis quoque nusquam alibi sacris operari fas esset; tum maxime, quia cum vera religio non legibus & iudiciis, sed pietate hominum, & quadam coniunctione, quæ ipsis cum Deo est, optimè conferuetur; si illa tribus, sui comodi causa, Deum, veluti adhuc peregrinantem, & ad suos hostes transeuntem, deseruissent: fieri vix potuisset, quin ea res, quadam neglecti officij opinione, ipsos desertores, paulatim à sacro illo delubro; & proinde à debitis ritibus, & cultu legitimo auertisset. Ita est enim ingeniu hominum, vt quem suo peccato offenderunt, eum minus amare; sæpe etiã fastidire, & porro sensum odisse incipiant. Præsertim si illiusmodi est peccatum, vt eius non facile ipsos possit poenitere. Præter istas autem causas, hæc quoque afferri potest: Verendu fuisse, ne si in transeundo tergierata fuissent istæ tribus, sua illa retractatione locum aperuissent totius populi diffidentia: ex qua deinde noua occupandæ Chananae dilatio, erroresque vel superioribus perniciosiores fuissent consecuti. Quamuis autem hoc in crimine magis poni debuisset illis, qui præ magna fiducia suæ inconstantia, tam facile in aliena culpa fuissent offensi: tamen Moses hac ratione potissimum in istis tribus obiurgandis vt videtur, cum hereditatem sibi cis Iordanem assignari illæ postulant. Nimirum Moses magno studio omnem vbique orationem ad vulgi caprum, popularemque intelligentiam accommodauit. Hæc autem postrema causa quam superiores magis perspicua est; immo verò ex illis, quæ nuper adeo cum omnium malo maximo acciderunt, planè euident; & ante omnium posita oculos. Sed hæc quoque hæcenus.

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM

IN IOSVAM, CAP. II.

Ceterum miserat Iosua filius Nun è Sittim etc.

DIXIMVS superiore capite, planissimam esse historiae seriem; si, quod hoc toto capite refertur, actum esse accipiamus, antè quam Imperator constituisset populo triduum ad traiciendum in Chananaam: edixissetque; vt se ad illud iter compararent. Ea igitur de causa vtimur in his conuertendis, ferè verbis præteriti plus quam perfecti temporis, vt vocant Grammatici. Sed enim mirabile videri potest, quod Imperator speculatores in hostilem terram præmittit: postquam ei Deus tam prolixè certissimam victoriam est recens pollicitus; vt confidere ei, atque in diuinis verbis acquiescere potius debuerit, quam per huiusce generis machinationum procurationem, sua prudentia atque industria niti. Verum enimvero, qui istam Imperatoris sollicitudinè admirantur, haud illi profecto diuina promissa cuiusmodi sint, rectè existimant. Audiuimus autè: Omnem locum, quem calcabit planta pedis vestri, eum vobis dedi. Et rursus: Non consistet quisquam aduersus te. Atqui in ipsis belli principiis videbimus Ierichunta clausam, atque exclusos Israëlitas: Videbimus Imperatorem in agro solum, quasi machinamentum quodpiam, secum meditantem capiendæ vrbs; neque capientem tamen; nisi nouo quodam oppugnandi genere à Deo monstrato: Videbimus Haienses deinde, non nisi militaribus artibus superari. Sed quid multis opus est? Secordis planè, & stulti est animi, quæ à Deo promittuntur, ea hians in cælum; & quod vetere adagio iactatum est; otiosis manibus implorando fortunam, exspectare. Debent illa quidem fide sanctissima, & certissima sperari, vt ab eo, qui fallere nequit. Sed interim nobis quoque sedulo est adlaborandum, vt vbique illius diuinæ voluntatis rationem atque ordinem, pro viribus, sequamur; quibus diuina dona nobis dispensare æterno ipsius consilio visum est. Eò enim præclarissima illa mentis vi, quam rationem vocamus, pollere nobis dedit; tot artibus, tantaque rerum cognitione vitam nostram instruxit; tam multis, & quidem diuinis præceptis gratam sibi religionè nostram formauit; denique in his omnibus libera nos voluntate vt concessit, vt ne otiosa atque supina credulitate omnia ab illius paterna benignitate exspectaremus bona, quasi

Occupatio. Cur Iosua, post promissa diuina, mittat speculatores.

Promissa diuina non debent homines fecordes & supinos efficere. Fortuna nõ est otiosis manibus inuocanda.

Ratione cur prædixit à Deo homo: Cur libero arbitrio.

Nun. 12.

Sup. 2. 4.

Nun. 11, 13.

Deut. 1, 20.

Judic. 6.

quasi ea nobis, aut nihil, aut aliud agentibus, iuxta sint obuentura: sed & actiones nostras omnes, & ipsam in primis nostram voluntatem, congruenter illius diuinæ beneficentiae compararemus; præsertim cum ipse in his omnibus etiam nostros conatus promptè, suo caelesti fauore & gratia, adiuuet. Mittit igitur Imperator speculatores, qui situs habitusque locorum, ad quæ primùm ducendus est populus, explorent; non quod hanc suam industriam promissæ à Deo victoriæ efficientem fore statuatur, sed quod ritè Dei operationi obsequatur, & subséruiat; suoque arbitrio eam quodam modo adiuuet. Sed verò in eo meritò miretur aliquis, non metuisse Iosua pænè domesticum Moses exemplum: cui malè cessit exploratores præmississe. Verum existimandum est; nihil nisi consulto Dei oraculo, hic fecisse Iosua. At instas; Moses quoque, iubente Deo, infelicissimam illam instituisse legationem. Id enim disertè in Numeris scriptum est. Est quidem id illic scriptum; sed non tam vltro iussisse Deum Mosi, vt speculatores præmitteret, quam id importunè postulanti populo concessisse, dilucidè ostendunt ea, quæ in Deuteronomio habentur. Cum enim Moses his verbis pro concione esset vltus: Peruenistis ad montem Amorrhæorum, quem Dominus Deus noster dat nobis. En proposuit tibi Dominus Deus tuus terram; inuade, posside; & quæ sequuntur; populus malè memor, quam præsentem adhuc Deum adiutorem esset expertus in transeundo mari rubro, perdendoque exercitu Ægyptiorum; turpi diffidentia fidem verbis factisque Dei abrogauit; maioremque spem in sua legatione, quam in illius promissis posuit; cum postularet vno ore, vt exploratores præmittere sibi liceret. De qua re consultus à Mosè Deus, annuit ille quidem; sed vt meritas illi pænas suæ diffidentiae darent. At hic nulla neque in populo, neque in ipso duce aperiè cernitur. Sed vrge etiam nunc; Si satis fidente omnes animo erant, nihil fuit opus speculatu. Atqui Deus nostræ nobis imbecillitatis intimè conscius, succurrit vltro; modò vt nosmet nos dociles præstemus. Eius enim rei memorabile exemplum nobis proposuit sacra historia in Gedeone, admodum profecto huic loco consentaneum. Postquam enim illum de victoria aduersus Madianitas certissimum reddidisset Deus, pluribus ostentis, igne è petra excitato, qui madens sacrificium voraret; vellere nunc humido, nunc sicco ab rore; denique nouo atque inusitato bibentiu militum ritu; neque iam dubitaret ille amplius; sed fidenter planè, præter solos trecentos milites, ceteros omnes amitteret; tamen insuper confirmare ipsum amplius voluit; atque ad audienda etiam hostium somnia misit; quibus fieret certissimus, quid illi metuerent. Quid igitur mirum, si post superiora, quæ audiimus, promissa, benignissimus Pater Deus suum Imperatorem, vt hominem, hoc insuper speculatores bono nuntio animare voluit? Ceterum cur duo modò, non autem quot à Mosè, hoc est, duodecim mittantur, causa non longè petenda est. Illi vniuersam regionem peruidere debebant, vrbesque omnes, & loca omnia obseruare. his non vltra pauca stadia est progrediendum. Illi, quamuis multi, facile securos etiam tum incolas fallere potuerunt. Hi ne duo quidem perturbatam metu proximi exercitus ciuitatem latere queunt. Sed hoc sanè obscurius videri potest; Cur eorum, quos Moses mittebat, nomina tribusque prodantur; at hi quinam fuerint, prorsus sit prætermisum silentio. Verum probabile est; quia illic non à solo Mosè, sed à populo tributim creabantur, quibus id negotij mandaretur, ideo nomina ipsa, vt è quaque tribu data sunt, ita ex annalibus in hunc sacrum commentarium relata esse. Hic verò, quos Imperator suo arbitratu, & quantum apparet, clam populo; neque eos, vt est credibile, viros primarios; quales illi fuere; sed è vulgo cautos, & solertes, atque versutos amandat; miru videri non debet, si haud nominentur. Ad hoc, digni erant illi, decem quidem, quorum detestanda inertia, mollitiaque animi; duo verò, quorum egregia fortitudo, & sancta fiducia monumentis annalium proderentur, propagarenturque posteritati. At istorum nullum facinus magnopere vel prædicandum, vel vituperandum apparet. Quid enim aliud, quam mandanti Imperatori suo parent; & quæ à muliercula audiuerant, ea fide bona, vt debent, referunt? Sed quamuis ipsa historia sacra istorum tacuerit nomina, vetustiores tamen Hebræorum scriptores, in commentario, cui ab auctoris siue compilatoris nomine, titulus est, תנחומא, Tanhuma, alioqui autem, תנחומי, Ielammedenu, inscribitur, affirmare non dubitauerunt, alterum Phineen, Eleazaris Pontificis filium; alterum Calebum fuisse. Verum ego illis, cum nullo probabili argumento id conficiant, prorsus non assentior. Verisimilius enim puto, Imperatorem, excitatis, atque intentis iam tum hostium animis, non nisi vulgares aliquos viros summo periculo

Homines suo arbitrio quodam modo adiuuante operationem Dei.

Occupatio.

Mosis speculatores non missi iubente Deo, sed permitte.

Deus vltro succurrit imbecillitati hominum.

Gedeonis exemplum.

Questio. Cur Iosua 12, solos, Moses x 11, speculatores miserat.

Alia questio. Cur Moses speculatores nominati, Iosua non.

Tanhuma. Qui fuerint speculatores Iosua.

periculo obieciſſe. ſed quos tamen aſtu atque cautione verſutos, animoq; forti, & impa-  
 uido præſtantes eſſe ſciet, non molli & ignauro ; quali fuere Moſis exploratores, tameſi  
 alioqui inter ſuos quiſque tribules nobilitate excellerent. Nam qui ſtupido, atque ſeruili  
 ingenio contemptibiles ſunt ſpeculatores, vt Xenophon ſcribit, ij nihil, niſi quod apud  
 omnes eſt peruagatum, ſecire, atque referre poſſunt. at qui ſolertia agendi cogitandiq;  
 pollent, præſertim ſi & dignitatem aliquam rectè ſimulare, & ſimulacra exiſtimationem  
 fuſtinere poſſunt, etiam ipſa hoſtium arcana conſilia ſæpe explorant. Et huc ſanè ſpecta-  
 re putat R. Dauid Kimhi, quod hi noſtri vocantur, חַשְׁבֵּי, hoc eſt, viri. vt ſit pluralis  
 numerus à ſingulari, חָשָׁב, non ab, חָשׁוּב. Sicut enim apud Latinos, vir à vi, ita apud He-  
 bræos, אִישׁ, quod virum ſignificat, ab אִישׁוּת, hoc eſt, à firmitate ; ſiue fundamento, dici  
 videtur. Et LXXXII. νεωτονοους, reddiderunt, quo verbo, audaciam illorum hominum, &  
 ſtrenuitatem potiùs, quàm ætatem iuuenilem ſignificare eos voluiſſe, exiſtimo. Porro  
 quod ſcribuntur miſſi *occuli*, in ambiguo eſt, an ad exſequendum latenter officium ſpe-  
 ciet, an verò clam populo, neque ſciſcente ſpeculatum, miſſos ab Imperatore eſſe, ſigni-  
 ficet. Mihi poſterius placere ſolum poteſt. Nam cum ea ſit omnium ſpeculatorum vel  
 præcipua conditio, vt ſint taciti ; neque eſſutiant, quæ in mandatis habent ; ſed quiduis  
 potiùs ſimulent ; ſuperuacaneum profectò fuerit, ne dicam ineptum ; id monere. Ad hoc,  
 ſi de ipſorum ſpeculatorum taciturnitate ageretur, alia eſſet verborum conſtructio, pro  
 linguæ Hebrææ vſu. Scriberetur enim, חַשְׁבֵּי חָשְׁבֵּי, hoc enim exploratores tacitos ſigni-  
 ficaret. Exiſtimo igitur hoc Aduerbio indicari antitheſin inter hos, qui clam populo, & il-  
 los Moſis, qui populo ſciſcente ſunt eſſiſſi. Sed R. Leui F. Gerſonis longè diuerſam ſen-  
 tentiam aſſert. Ei enim verbum חַשְׁבֵּי, ſignificat cogitationem, animiq; machinationem, aut  
 propositum. Nā verbum חַשְׁבֵּי, ſignificat interdū machinari, atque agitare aliquid animo,  
 vt in Proverb. Ne machineris malū aduerſus amicum tuum. Et rufus: Mifericordia, &  
 veritas iis, qui machinantur bonū. Explicat autē ille hunc locum in hanc ſententiā: Mi-  
 ſi, inquit, Iofua duos viros explorantes cogitationē: hoc eſt, qui dextri eſſent in exploran-  
 diſ iis, quæ animis volebat hoſtes. Nimirum nulla re magis hæſitat milites, quàm igno-  
 ratione conſilioſi hoſtis ; nullaq; rufus animantur, iuuanturq; magis, quàm cognito ad-  
 uerſariorum metu & trepidatione. Atque huic rei argumento eſſe, ait ille, quod nulla vſ-  
 quam exploratæ vrbis mentio eſt, quod nō ſitus locorum, non propugnacula, ſed vnum  
 hoc, quod in obſcuro meretricis gurguſtio didicerant, ciuitatem vniuerſam conſternatis  
 eſſe animis, id ſpeculatores iſti referunt. Nam ſi, inquit, aliud, quàm qua mente eſſent  
 hoſtes, obſeruari illi fuiſſent iuſſi, cum præterea nihil renuntiarent, excuſaſſent ſaltem, ſe  
 ſub noctem ingreſſos vrbem, & paullo pōſt, propter periculum, egredi coactos, nihil aliud  
 obſeruari quuiſſe. Hæc ſerè Leui, non proſus profectò abſurdè. niſi ea nominis חַשְׁבֵּי, no-  
 tio, niſi fallor, exemplo careret, quamuis verbum ipſum חַשְׁבֵּי, ab illa non ſit alienū. Iam  
 verò quod de ſitu vrbis, locorumq; oportunitate, nihil neque referūt ſpeculatores, neque  
 percontatur Imperator ; credible eſt, multa inter illos vtrò citroq; habita eſſe verba,  
 quæ non ſunt hoc commentario perſcripta. Nam ipſa, quæ expreſſa eſt, narratio, aperte  
 abrupta eſt, vt in extremo huius capituli videbimus ; vbi pluriſus iſta explicanda erunt.  
 Et alioqui memorantur omnia ad Imperatorem retuliſſe, quæ ſibi acciderant ; quod mihi  
 videtur ad viſa, auditaq; etiam pertinere. Et verò qui ſe haberent cetera, haud multum  
 referre videbatur ; vnum hoc cum certum eſſet, fractis animis eſſe hoſtes. Nam vulgari  
 verbo, eodemq; in re bellica longè veriſſimo, fertur, Qui animis cadunt, eos excidere  
 omnibus bonis rebus. Alius autem loci huius ſenſus eſt prodiſus iis commentariis, quos  
 nuper, Tanhuma, appellabam. quem, quia inſiſtus atque ineptus mihi videtur, non re-  
 ferrem, niſi à R. R. Solomone & Dauid Kimhi ſerò citaretur. Sic igitur ſcriptū in Tan-  
 huma eſt: Quid ſibi vult illud חַשְׁבֵּי? R. Iuda ait, fabrilia instrumenta habebant in mani-  
 bus, vt fabri putarentur. R. Nehemias ait: Simulabant ſe figulos eſſe, & ſictilia per eam  
 cauſam venalia proponebant, ne alicui eſſent ſuſpecti. Hæc ſcriptores veteres, quos lau-  
 dat Tanhuma, vt ſunt acuti ad comminiſcendas nugæ, quantumuis abſurdas. Nimirū,  
 quia illa poſitio, חַשְׁבֵּי, alia atq; alia ſignificat. Etenim quia ei etiā ſurditas ſubiicitur, exiſti-  
 marūt ſcriptores vetuſti commentarij in hitoriā Ruth, imperaſſe ſuis ſpeculatoribus Io-  
 ſuam, vt ſurditac præ ſe ferrēt, quod, quæ vulgò dicerēt, poſſent, nihil ſuſpecti, percipere  
 omnia. quā opinionem laudare videtur R. Dauid Kimhi, præ aliis, in ſuis radicibus, ſtultè  
 ſanè. quippe quā ipſa verborū cōſtructio, vt de taciturnitate dicebamus, ſatis reflit. Sed  
 mittamus excicatorū hominū ſomnia veriùs, quā iudicia: illudq; videamus, quod quaeri  
 ſolet,

De explorato-  
ri conditione.

R. Dauid  
Kimhi.  
חַשְׁבֵּי, viri, vn-  
de dicitur.

R. Leui Gerſ.

Hoſtium re-  
tum cognitio  
vniuerſa ad-  
terſaria.

Prouerbium.

Tanhuma.

Commentarij  
in Ruth.

R. Dauid  
Kimhi.

Xen. Pãlião  
lib. 6.

Proverb. 1, 19,  
& 11, 21.

Xenoph. Inſti-  
tut. lib. 6.

Hieron. com-  
m. in ſec. cap-  
itulum.

Idem com. in  
Aſich. cap. 6.

Numer. 33,  
v. 49.  
Iſel. ult. v. 10.

Ioſeph. lib. 5,  
Antiq.

3. Reg. 11. v. 3  
Iſel. 18. v. 1.  
2. Reg. 2. v. 10.

Iſel. 18. v. 16.

ſolet: An tantæ probitatis, quanta erat Iofuæ, fuerit, ſpeculatorum opera vti, quæ fraudi  
 affinis videtur, atq; improbitati: ac nō potius aperto Marte, & virtute bellica rem gerere?  
 Habet quidem apud vulgus hominum laudem maiorem victoria, quæ corporis viribus  
 paratur, quàm quæ ingenij. Quippe imperita multitudo, quæ ad corporis robur attinet,  
 facilius æſtimat, quàm ea quæ in animi induſtria ſunt poſita. Sed profectò, vbi iuſtum  
 bellum geritur, ibi non magis hoſtium conſilia explorare, quàm vires viribus frangere,  
 in vitio eſt ponendum. Immo verò, quāto animus corpori præſtat, tanto laudabilius illo,  
 quàm iſto, aduerſarium oppugnaueris. Et quacūque ratione; modò vt ne fidem fran-  
 gas; potiōres tibi partes paraueris, glorioſum tibi fuerit. Nam prudēter Habradates apud  
 Xenophōtem exiſtimabat, *τὸ ἐν πολέμῳ πλεονεξίαν, ἀμὰ σωτηρίας ἐνείμαι, καὶ διναμοσύνην,  
 καὶ εὐδαιμονίαν.* hoc eſt, in bello potiōres partes præoccupari, cum ſalutare, tum iuſtum  
 eſſe & felix. atque vt conſilio valere, ſic ſuas artes tegere; hoſtium verò mentem cogita-  
 tionemq; inquirere, & conſilia callidè præripere, ſumma eſt Imperatorum virtus exi-  
 ſtimata ſemper à viris maximis. Eſtq; illud Antigoni peruagatiſſimum; qui cum roga-  
 retur, qua ratione hoſtis eſſet ſuperandus, reſpondit, *ἡ δόλω ἢ ἐ βίῃ, ἢ ἀμφιδον ἢ κρυφῶδες.*  
 Quamquam dolo malo vti, improborum eſſe ego certe dixerim, etiam aduerſus hoſtē.  
 Porro quis locus fuerit Sittim, vnde mittuntur ſpeculatores; ſue Setim, aut Sattim, vt  
 Græci, & Latinus reddunt; (mirè enim vbique vitiosa ſunt locorum nomina propria,  
 quibus Hebræi vtuntur; propter incertas vocales;) diuus Hieronymus deſcripſit com-  
 mentarijs ſuis in Ioelem. Eſt, inquit, Sittim locus iuxta Liuidem, trans mare mor-  
 tuum, ſexto ab illa diſtans milliario; vbi quondam cum Madianitis fornicatus eſt Iſraēl.  
 Ceterū Liuias locatur à Ptolemæo, trans Iordanem, ſupra Calliroen, memorabilem  
 fontem, ad Septemtrionem verſus circiter x v i. mill. paſſ. Orienti verò propinquior ſerè  
 paſſ: millia quatuor. Idem ille in Michæam ſcribēs, ait, Sittim eſſe locum cognominem  
 celeberrimis illis ſacra hiſtoria arboribus; quæ eius etiam ſæculo per eremum montis  
 Sinæi naſcebantur, ſpinæ, quam vocant, albæ ſimillimæ & colore, & folijs; ceteroqui  
 magnitudine tam grandes, vt latiſſima tabulata (vtror eius verbis) ex ipſis caderentur:  
 materie verò firmiſſima, & incredibilis læuitatis, pulchritudiniſq; . Et tamen, tam præ-  
 tioſæ materiæ arbores nuſquam ſerè colebantur; ſed per ſolitudinem naſcebantur Ara-  
 biæ. Habuit igitur locus iſte nomen hoc, חַשְׁבֵּי Sittim ab illo arborum genere, quarum  
 credible eſt, eum fuiſſe ſeracem. Ceterū quia planities erat, montium Abarim faſti-  
 gio, ad Iordanē verſus, ſubmiſſa, ideo in Numeris appellatus eſt, חַשְׁבֵּי אָבֶל Abel Sittim.  
 Et apud Ioelem חַשְׁבֵּי נַחַל Nahal Sittim, quorum vtrumque planitiem Sittim ſignificat.  
 In ſumma, Sittim fuit iſ locus, ad quem vſque pertinebant caſtra, quæ vltima manſione  
 facta à Moſe fuere in campis Moabiticis: abſuitq; ab Iordane; ſi vera ſcribit Iofephus;  
 ſtadium ſexaginta interuallo, quod ſupra quoque diximus. Sequitur in ſacra narratio-  
 ne: *Ite inſpiciſte terram & Iericho.* Quorum verborum ſententia, vt mihi videtur, aperta  
 ſatis, atque expoſita eſt. qua autem ratione ea præciſus interpretetur R. Leui F. Gerſo-  
 nis, modò diximus. In veſtuſtis illis commentarijs סִפְרֵי Siphre, quæ iam ſemel atque ite-  
 rum ſunt à nobis citata, eſt annotatum, Cum vniuerſè datum illis eſſet in mandatis, vt  
 terram explorarent, addi deinde ſpeciatiq; *& Ierichunta*: nimirum, quia in ea vrbe ca-  
 pienda maximum victoria momentum eſſet poſitum. Talēque etiam illud eſſe loquēdi  
 genus. Rex Solomon amabat multas feminas alienigenas, & filiam Pharaonis. Et illud,  
 Liberauit (Dauidem) Dominus de manu omnium hoſtium ipſius, & de manu Saullis.  
 præterea illud. Deſiderabantur è ſeruis Dauid nouemdecim viri, & Haſael. Nimirum  
 Pharaonis filia præ ceteris amabatur à Solomone, Et Saull inter hoſtes Dauidis, Haſael  
 verò inter eiufdem miniſtros facile fuere primi. Sed nos, quod de terra exploranda præ-  
 cipitur, id de proximorum locorum ſitu ad caſtra facienda, atque ducendum caute po-  
 pulum, dici exiſtimamus: quamquam alioqui non repudiemus quod è Siphre eſt prola-  
 tum. Nomen, Iericho, nos Hebræum ſecuti, per i literam conſonantem ſcribimus; Et  
 cum Stephano Bizantio aſpirationem literæ Heth, vrcunque per, ch, repræſentamus;  
 Nam literæ, K, ſonus qua Strabo vtitur, parum illi Hebræorum literæ conſentaneus eſt;  
 ne dicam planè aduerſarius. Incertum eſt autem, an à lunæ naſcentis forma; qua illa plani-  
 ties eſt, quæ Ierichuntem vrbem habet, atque etiam Iericho interdum appellatur, nō  
 ſolum in ſacra hiſtoria, ſed à Strabone quoque; an verò à balfami ſuauiſſimo omnium  
 odore, impoſitum illi hoc nomen ſit. Certè balfamo, & palmetis apud ſcriptores aded  
 ſolet.

Quæſtio.  
Speculatu vti  
an ſit hone-  
ſtum.

Vulgus cor-  
poris quàm  
animi indu-  
ſtriam magis  
admiratur.  
Laudabilis eſt  
animo quàm  
corpore hoſte  
oppugnare.

Sittim.

Liuias vrbs  
Calliroe.

Sittim arbor-  
es.

Abel Sittim.  
חַשְׁבֵּי אָבֶל

Nahal Sittim  
נַחַל חַשְׁבֵּי

Siphre,  
סִפְרֵי

Iericho.

Balfamum in  
quibus locis  
creſcat.

d

eſt

Celestria.

Iosephus.

Beth. sin. Vallis Illustri.

Motes Engadi.

Quarantana mons.

Fons Helizai.

Talmud מוסר יוסף

Parafanga. R. Solomon interpret Talmudic.

Prompta civili obedientia vultissima est ad conservandam temp.

est nobilitata, ut Plinius ei soli balsamum concedat. Quamquam Dioscorides, & nostri quoque sæculi homines, qui ea loca peragrarunt, affirmant, Aegyptum etiam id genus arbutulas ferre: Et Strabo Cauam quoque Syriam; quæ inter Libanum, & Antibanum iacet, non nulli etiam maritima Sabæorū loca producere balsamum dicant. Describunt quidem Ierichuntem & Iosephus, & Strabo satis luculenter; ille libri quinti de bello Iudaico capite i v. hic libro x v i. Verum cum sit locus etiam euangelica historia nobilissimus, facere non possum, quin breuiter de eo quædam in medium afferam. Sita fuit Iericho, in planitie, ut Iosephus ait, longa spatio stadiorum circiter l x x: lata verò x x, fertilitate atque amœnitate tanta, quanta non facile alteram toto terrarum orbe conspicias. A septentrione enim (persequor Iosephi, ut oculati testis, sententiam) oppositum habebat motem, qui inde ad Scythopolitanos agros, hoc est, prope urbem Beth. san vsque porrigebatur; nimirum eum, qui vallis, quam vocant Illustrem, obiectus ab occidente, montes excipit Ephraimiticos. Versus austrum verò spectabatur ab Ierichunte mons, vsque ad lacum Asphaltiten, siue mare mortuum, protensus: Immo verò hinc ulterius propè ad desertum Maon vsque. Nam montes En. gadi tam longo iugo producti, occurrunt à tergo Ierichuntis illi monti, quem ei à Septentrione oppositum fuisse modò dicebam. Ab oriente, hoc est, qua Iordanis rectà petitur, liber sic satis prospectus erat. Itaque ab ea parte, ille quem dixi lunæ orbis, qui fortasse vrbis nomen dedit; non coit; sed sua, quasi cornua distendit. Nam, quos illic Iosephus commemorat montes, longius absunt trans Iordanem, in ipsa Arabia. nimirum quos vocamus, Abarim, Phasga, Nebo &c. de quibus erit suus dicendi locus. In pede eius montis, qui ab occidente Ierichunti propè adiacet; vulgus Quarantanam vocat, à Christianis data appellatione; propter dies x l. quos in eo Christus memorabili suo ieiunio consecrauit: in eius, inquam, montis pede, qua parte orientem spectat, scaturit fons ille ab Helizzo nobilitatus, mutatis aquis deterrimis in salubres. Erat autem is quidem etiam olim extra veterem urbem, ut ipsa docet sacra historia, quæ vatem egressum memorat, cum emendatum fontem iret: verum propius multo aberat, quam nunc ab illis abest ædiculis, quæ pauca, in exigui pagi modum substructæ, pro Ierichunte visuntur. Est autem ille aquis tam huber, ut molam impellar. decurritque exiguo alueo versus orientem, præteriens Galgala à dextris; hoc est, à meridie: ac tandem à Iordane excipitur. Sed olim ab incolis in varios Paradisos per elices deriuari solebat, & penè totus absumi. Præstantissimos enim, ut testatur Iosephus, & densissimos locus ille hortos præbebat; palmetaque educabat nobilissima. Nunc loco deserto riuiulum vix vllus interpellat hortus. Abesse scribit Iosephus Ierichunta ab Ierosolymis centum quinquaginta stadia: ab Iordane verò sexaginta. sed hæc via æquabilis facilisque est; illa accliuitate multa, & decliuitate etiam, difficilis & molesta. Sed Talmudici eo libello quo de die, quem propitiationis vocant, tractant, longius interuallum ab Ierusalem ad Ierichunta statuere videntur; si mendosi non sunt libri. Dicunt enim esse decem מוסר יוסף parafangas dicas. Parafangam autem definit R. Solomon, Talmudis explicator apud Iudæos primarius, quatuor millibus passuum. quantum spatium nostræ milæ germanicæ ferè continent. Græcis tamen videntur aliquanto breuiores fuisse parafangæ; atque stadia dumtaxat continuisse x x i x, & insuper aliquot pedes; si quis ea expendat quæ apud Xenophontem sunt, libro quinto, de Cyri iunioris ascensu in Persidem, si modò Xenophon eius historiæ scriptor est. & rursus in eius operis extremo. Sed neque stadia Græcis Latinisque paria sunt. Quare non pergam ista disputare acutiùs. Nostri sæculi homines certè consentanea Iosepho magis, quam Talmudicis, de eo spatio ad nos referunt, postquam ea loca religionis ergò inuiserunt. Si quis autem plura de Ierichunte aueat scire, is illos, quos nuper dicebam scriptores in primis, Iosephum dico, & Strabonè, ipsos audiat. Porro in sacro contextu sequitur: *Et profecti venerant in domum mulieris meretricis, &c.* Nihil publici consilij principibus ad rem communem vel rectè constituendam, vel benè constitutam conservandam est vtilius, quam si iis quos sub imperio habent, ex animo parentibus vtantur. Qua. in re Iosviam nostrum, ut vbique, ita hic quoque apparet mirificè fuisse felicem; cum duo isti viri promptè capitalibus se periculis obiciunt, simul atque ab Imperatore seorsim sunt moniti. Neque enim homines cordati, & perspicacis ingenij; quales speculatum mitti solent; potuerunt non existimare, intètissimos esse hostes, ad quos properabát; ut ne quis ab aduersario exercitu, præsertim recentibus duorū Regū maximorū euersionibus terribili, suas ipsorū res exploratum impunè

4. Reg. 2. v. 21

Speculatores Iosvæ fidi & cauti.

Catullus.

meretricis.

Iudæorū sententia refellitur. Chaldaus interpret, cur Rahabam hospitam vocant.

Talmudicis

Talmudicorum de Rahab commenta. Salmon abatus Davidis an fuerit maritus Rahab.

Speculatores cur ad meretricem diuertint.

שכב

2

Principum oculi & aures, pace & bello.

ωπαυσα, & κατόπτας ωπαυσα, κατωπαυ.

impunè veniret. Et tamen videmus illos ne hircere quidem aduersus imperatoris iussa. sed & cautè, & fideliter, quod in mandatis acceperant, exsequi. Fidem enim ex ijs, quæ reuersi exponunt, perspicere licebit. Ad cautionem pertinet, quòd se in obscurum abdunt locum, & ab hominum frequentia remotum. Hærebat enim domus Rahab ipsi mœnibus vrbs; aut potius inædificata muro mœnium erat. Et solebant ganæ, receptis vnis amatoribus, liminis obserata tabella, ut Catullus testatur, haud parere alijs. Quare facile illi se latituros inibi sperabant, vsque eo, dum aliquid rescirent earum rerum, quarum causa venissent. Nam quod Iudæorum plerique hoc loco vocabulum זונה Zona, non meretricem, sed mulierem hospitam interpretantur, valde profectò falluntur, dum se id Chaldaeo auctore putant facere. Conuertit quidem ille, פרוקתא quasi πανδουκλια, aut πανδουκλιαν, dixisset. (vtuntur enim sæpe Chaldaei græcis vocibus) sed vt impurum meretricis nomen vitaret modò, pudicifque parceret auribus; non vt rem ipsam dissimularet, atque pro muliere meretrice, tabernariam induceret. Nam plerisque etiam alijs locis idem ab illo, verecundiæ gratia, factum esse, constat. Vt enim hic, פרוקתא, ita alibi, נפרת נרא, quasi dicat prostantè, & quæ se intra aedes cõtinere nequit, sed continuò pro foribus est: alibi נעויה vagam, oberrantem; Interdum מנעויה fallacem, solet pro Hebræa voce, זונה Zona, dicere. at זניתא Zanita, hoc est, meretricem, vix semel, iterumque. Ceterum meretricem fuisse Rahab, testatum satis nobis est sacris literis. Neque ipsa, dum suis omnibus necessarijs, atque familiaribus salutem paciscitur, mariti meminit. Quin ipsi etiam Talmudici totis quadragintã annis, quibus Israelitæ, post relictam Aegyptum, oberrarunt in deserto; corpus illam quaestui habuisse, prodiderunt; & quidem ex quo annos nata fuerat decem. Iam verò quinquagenariam tandem meliora consilia cepisse. Cuius rei fides penes illos sit. Certè si Salmoni aliquando nupsit Davidis abauo; quod nostrorum quidam opinantur; sed nominis sola similitudine, coniectura non satis bona, ducti, vt multo natu minor fuerit est necesse. Sed enim cupiunt, opinor, Iudæi, dum à prostibulo abhorrent, vel speculatores famæ consulere; quos turpe fuerit, diuertisse in ganæum; vel ipsam Rahab, tanta prudentia, animique fortitudine ornata feminam, ab illa tali infamia vindicare. Atqui haud illi suæ libidinis explendæ causa, sed eius quod sibi datum erat negotij conficiendi, fornicem subierant: ista verò clementissimi Dei gratiam omnibus sæculis tanto illustriorem reddidit; atque etiam ipsos cælestes choros eo maiore gaudio exhilarauit, quanto vitia impuriora cum virtutibus maioribus commutauit. Sed de Rahab mox plura. Illud & cubauerant ibi significat ipsos illuc diuertisse, tamquam pernoctandi, quietisque capiendæ causa. Aut eò spectat, quòd sub lino iacentes, ad somnum se composuerant. Verbum enim שכב & iacere, & quiescere significat. Illam sententiam secuti videntur l x x i i; qui interpretati sunt κατέλυσαν ἐνεί, vt habent boni atque emendati codices. hoc est, illuc tamquam in diuersorium se receperant. Quamquam κατέλυσαν, quod in vulgatis libris habetur, haud absurdum est, si absolute, pro ἀναπαύεσθαι, putemus esse scriptum. Neque enim illi interpretes admodum sunt religiosi in verborum græcorum vsu. Est quidem שכב concumbendi aliquando verbum; verum in alia verborum collocaione iunctioneque.

Et dictum fuerat Regi Ierichuntis. &c.

BONI atque industrij principis est, quouis quidem tempore passim habere suos oculos, suasque aures; non modò vt eorum quæ scire opus sit, certior fiat, & tamquam Deus aliquis, omnia circumspeciat, intelligat, animoque, & cogitatione expendat, & proinde omnia gubernare melius rectiusque possit: verum etiam vel multo magis, vt omnes vbique parentes, illum quasi præsentem, reuerentur; neque aliquid vel dicere, vel patrare audeant, quod publicæ rei sit damnosum, eo cuncta tamquam vidente atque audiente. Sed in bello illud est cum primis necessariū, quâdo non minus ab intestinis proditoribus, atque ab externis speculatoribus periculū esse sæpe solet. Verum hoc interest; quod, pace quidem, illiusmodi emissarij, quos Græci ωπαυσα, & κατόπτας ωπαυσα, vocant, nisi priuata principis liberalitate parentur, & certa præmij proposita spe, haud ferè multi, neque ij satis fidi, certiq; inueniantur. Nolim enim existimet aliquis, me de improbis calumniatoribus loqui: quos magna profectò pœna dignos cenfeo; tantum abest, vt Principis beneficentia sustentandos, aut inuitandos putem. At bello; quia communis ciuium aut pernicijs agitur, aut salus; pro se quisque vltro, quæ suspecta vel videt, vel

d 2 audit

audit, ea ad magistratum studiose diligenterque refert. Non est ergo, quod Jerichuntij Reguli laudemus hinc industriam; quem ne in abditissimo quidem recessu latere diu poterint hi speculatores nostri. Credibile est enim ipsum, ut Balthazarem illum Babylonium, in consuetis delitiis etiam tum, per summam vecordiam, securè versantem, caelesti decreto, atque impendenti sibi suisque exitio minimè obstitisse: sed continuo magis magisque Dei aduersus se iram prouocasse: illos verò à ciuium trepida sollicitudine proditos esse. Nam si quid in Rege ipso sanæ mentis, aut vigilis curæ fuisset, profectò dispositis custodibus, nulli suspecto aditum permisisset ad urbem; cum ex professo Chananæis infensus exercitus, præsertim multis tum victoriis, tum miraculis formidabilis, tam prope abesset. Deinde etiam flumen transeunti multitudini suas, sociorumque; suorum copias opposuisset. Nuntiantur autem noctu aduenisse: quia credibile est, sub noctem tandem, aliquo indicio cognitum esse ipsorum aduentum; atque euestigio quidem rem ad Regem fuisse delatam: sed huius socordia, quam modò dicebam, euenisse, ut Rahab illos occultandi tempus haberet; cum ipse in medio luxu iterum atque iterum interpellatus, vix tandem, ut apud Rahab quærerentur, suis satellitibus, & ministris mandaret.

*Educito viros venientes ad te, qui venerunt in domum tuam.*

3

LXXII interpretes, prius illud, *venientes ad te*, ut vitarent, opinor, *πυλῶνας*, omiserunt. Ego suspicor id à superbis aulae ministris, & contumeliosis, vel ab iratis etiam ciuibus, de venereo congressu dici; atque in mulierem, ceteroqui famosam, ingeri. Sic enim veniendi verbo vtuntur Hebræi. Talis namque etiam est illa oratio *כי מהו שאתה באה אל* quare venisti ad concubinam patris mei? & aliæ non pauca in sacra historia. At obiicis mihi ipsam Rahab; quæ mox iisdem verbis respondet: venerant ad me viri. neque enim est verosimile eam, quamuis meretricem, tam aperte turpitudinem fateri. Atqui cum ambiguum, ut dixi, verbum veniendi, apud Hebræos sit, muliebris verecundiæ erat, quod à petulantibus nebulonibus turpiter dictum fuit, simulare ut non turpiter dictum se id accepisse. Si quis tamen existimare malit, vilitatem alioqui in sacris literis, *ταπεινωσιν* esse, non contendam contra. Nam Participia illa, quæ Hebræi vocant *בנותים* Benonim, cuiusmodi est hinc *בַּיִם* Baim, venientes, sæpe nominum vicaria sunt; nullaque præsentis temporis significatione determinantur, ut iam hoc loco pro, *venientes ad te*, reddere, hospites tuos, possis.

*Sed acceperat mulier ipsos duos viros, &c.*

4

IPSA narrationis series non obscure indicat, exploratores, paullo postquam ad Rahab diuertissent, fuisse ab ea subductos in tectum, atque occultatos sub lino. Quippe mulier, vel ex mustitantibus vicinis, vel alio indicio, coniciens delatione, cum metueret inquisitionem, eos viros ex quorum salute suam quoque, & domus suæ vniuersæ salutè pendere, caelesti impulsu permota augurabatur, conseruandos sibi aliqua esse ratione statuebat. Itaque cum impendens periculum ipsis patefecisset, facile persuasit, ut in solarium subirent; instratòque lino tegi se paterentur. atque interea se confirmat ipsa, cõminisciturque, quo actu fallat inquisitores, si veniant. Sed cur non ilico mittebat per fenestram? Neque enim alià quibat extrudere, iam tum obseratis vrbs portis. Responso expedita est. verebatur ne subito inquisitorum interuentu oppressa, priusquam demitti ambo possent, & sibi, & illis certissimum crearet exitium. Ceterum, accipere, Hebræi sæpe, pro, secum ducere, dicunt. Id ergo hinc est, *acceperat*, quod paullo post, *subduxerat*. Quod reddidi, *occultarat utrumque*. est Hebraicè, occultarat ipsum. Eum autem numerum singularem putat R. Solomon & mulieris in occultando festinationem, & loci, quo abdebantur, angustiam significare. R. R. verò Kimhi & Leui, non eodem vno illos loco, sed seorsim quemque collocatum esse; ne vel ambobus instratarum linum exstaret altius, essetque suspecta ipsa eminentia: vel simul ambo detegerentur. Quam sint ista firma, iudicet lector. hoc certum est, huiuscemodi numerorum *ἑναλλαγὰς* sacris literis esse vtitas; & plerumque ab Hebræis interpretari solere, de vtroque eorum, quorum mentio est. Nam quod commentario, quem Tanhuma diximus vocari, proditur, iudaicum est somnium. Nempe, ut Calebum abdidisset mulier, alterum Phineen ad illam dixisse: Ego sacerdos sum. Sacerdotes verò, quippe angelorum similes, si volunt, aspectabiles sunt; si nolunt, non cernuntur. itaque illum solum, non

Rex Jerichuntis focora.

David, v. 2. & Iosua 2. v. 5.

venire quid.

1. Reg. 3.

Participia apud Hebræos pro nominibus possia.

Accipere.

R. Solomon.

R. David Kimhi. R. Leui Gerf.

Numerorum enallage vtitas in sacris literis.

Tanhuma Iudaicè somnium.

non autem hunc ab ea abstrusum esse. Sed expendamus cautissimum, summoque artificio contextum mulieris responsum; quo & inquisitores elusit, & sibi, hospitibusque suis vitam seruauit. Primum, *Ita est*, inquit, *venerant ad me viri*. Simpliciter, & aperte, nihil tergiversata, nihil secum dubia mussas, aut perplexa hæsitans (nam dubitatio cogitationem significasset mendacij fraudisque, id quod intelligebat se conscijs suis vicinis negare non posse, fatetur: eaque tam liberali, ingenua, promtaque confessione fidem sibi maximam præstruit, ut ea quæ deinde est dictura, persuadeat facilius. Iam verò quod addit, *Sed nesciebam vnde essent*, non proditorum atque delatorum hospitem culpam, cum primum ad se fuissent ingressi, ab se amolitur. Nam hostium, & maleficorum hominum receptatores, occultatoresque; iure illorum crimina sustinent: sed ita demum, si cõscij fuere. Quid enim illum culpes, qui probum virum quem putabat, excepit improbum? aut quem amicum, hostem? Postquam verò & clara veritatis professione fidem, & cõscientiæ dissimulatione ciuis probæ opinionem de se illis fecit, pergit audacter ad cetera, in quibus totius cardo actionis versatur.

*Cumque*, inquit, *claudenda esset porta in tenebris, viri illi egrediebantur.*

5

FACILE intelligebat, illos, in nulla tā angusti gurgustiolii sui parte, diu latere posse, si quærerentur. hoc igitur agit, ut ab sua domuncula inquisitionis periculum amoliat. atque hinc ne vicinorum redargui possit testimonijs, suam tenebris inuoluit, obtegitque fallaciam. Et verò quid credibilius dici queat, quam viros speculatores è medijs se hostibus per tenebras proripuisse? Sed enim illud obseruandum est, quod ambigè dicit, egresos esse. neque addit, an sua domo, an vrbe. ceterum temporis claudendæ portæ mentionem facit; ut quæritorum animis opinionem afferat; vrbe illos profugisse, ad suos versus. Cur autem ista sic dicat mulier cautissima explicabo; vbi admonuero; Latinum non satis aperte, ut videtur, conuertisse. Cum porta clauderetur in tenebris: in quo secutus est septuaginta interpretes. Neque enim hoc dicit Rahab, tum illos exiuisse cum porta clauderetur. Sic enim in ianitores, qui claudebant, incidissent. Verum, vbi tempus claudendæ portæ adesset; ut explicatè Chaldæus est interpretatus. Iam verò pergit Rahab, aitque; *Verum non noui quò abierint viri*. hinc igitur patefacit, cur ambigè dixisset, egresos esse. Perseuerat enim quod antè dixerat: *Sed nesciebam vnde essent*: hoc est, se illos ne per suspicionem quidem pro speculatoribus, aut Israelitis habuisse; ut quos neque pro foribus suis, ne dum ad vrbs portam vsque sit profecuta oculis. Nam in quos talium rerù suspicio conuenit, eorù solemus actiones, vialq; omnes obseruare. Ad hoc, credibile est, ut est istius feminæ acumen admirabile, vel ideo quoque; incertos relinquere eam voluisse inquisitores, quò illi se conuertissent; ut eo facilius simul omnes ab sua domo ablegaret; dum diuisi, alius huc, alius illic Hebræos insequerentur. Tandem verò tuam fallaciam eo fine concludit, quo non aptior vtiliorque alius excogitari queat, cum ait, *Insequimini celeriter ipsos: comprehensuri enim estis eos*. Nulla enim ratione alia se melius omni societatis, & conscientiæ suspitione absoluere, atque expedire poterat, quàm si captos, ut communes patriæ hostes, cupere vehementer se simularet. Neque acrioribus stimulis quæritores procul à suis ædibus abigere, quàm si illorum assequendorum comprehendendorumque spe incenderet. Atque hæc quidem fuit cautissima astutissimæque feminæ ad eos, qui ab Rege missi erant, responsio; per quam responsione in an & proditoris, & mendacij culpam in se admiserit, disputare paucis non erit abs re. Videtur enim eos, per mera mendacia oculere, quos patriæ ciuibusque suis exitium machinari non nescit. Sed proditoris quidem accusari meritò posse, mihi certè, non videtur; quæ nihil aliud, quàm quos exceperat hospites, eos, non ut patriæ per iniuriam noceant, sed quo salui ad suos queant reuerti, non dedendos Regi, sed dimittendos sibi statuit, cum intelligeret, illorum ut neque vitam exitio, ita neque mortem salutis patriæ futuram: quippe caelesti afflatu præfagiens vrbs excidium, quod ei impendebat, quidquid tandem istis hominibus fieret. Hoc enim illud est quod dicit; Scio quòd tradiderit Iehoua, hoc est, verus Deus; vobis terram. Immo verò si hospites istos suos illa indicasset, turpique tyranno obiecisset, tum certè proditoris culpa grauissima se deuinxisset. qualis Moabitæ acerbè accusat Deus apud Isaiam; dum *ἑπρονιῶς* ad illos huiusmodi verba facit: Absconde eos qui expelluntur. profugum ne prodas. maneat apud te exules mei. ô Moab esto illis latibulum aduersus populatorem. Cum enim iam tum sciret, certaque esset, gentem suam à Deo

Rahabæ verba expensa.

Receptatores maleficorum C. de his qui latrones l. 1.

Questio an Rahab prodiderit patriam, & mentita sit.

Isaie 16. v. 2. 3.

d 3 ipso

Nullius ho-  
minis gratia  
peccare licet.

De mendacio  
Rahab.

ipso esse proscriptam; atque Israelitis cum suis possessionibus deditam; non debuit, neque potuit etiam, nisi improbe, vel patrocinari causæ iniustæ, vel iustæ aduersari. Neque enim vllum necessitudinis vinculum esse tam magnum potest, quod aduersus probitatis officia peccare virum bonum rectè cogat. Aliud esset statuendum; si illa mercedis gratia eos hostes suo Regi, ciuibusque suis eripuisset, quos patriæ intellexisset fraudem moliri: neque tam bonæ causæ, Dei que voluntati, quam suis commodis subseruiuisset. Tantum de prodicione: à qua ego Rahab tam abfuisse longè censeo; vt si contrà fecisset, ciuium que suorum causam, quam malam esse sciebat, iuuisset, tum verò ei crimini obnoxiam fuisse dicerem. Ceterum mendacium, quo viam esse perspicuum est, plerique vt officiosum excusant. in quo Liranum, post Origenem, à se habet. Sed quia hic locus est à diuo Augustino prolixè, & accuratè explicatus, atque pertractatus; quæ sit eius tanti viri sententia expediam eius ipsius ferè verbis, sed contradiis atque astrictris. Illud, inquit, vtum sit aliquando pro cuiusquam salute mentiendum? cum quæstio sit, in qua soluenda etiam doctissimi fatigantur; longè illarum muliercularu, (de obstetricibus Hebræis in Aegypto, & de nostra Rahab loquitur) in illis populis degentiu, & illis moribus assuetarum, excedebat ingenij modum. Itaque hanc earum ignoratiam, Dei patientia sustinebat. Nam Rahab, cum illud officium, pro eius vitæ conditione laudabile, exploratoribus præstabat, nondum erat talis, vt ab ea exigèretur illud. Sit sermo vester, est, est: non, nõ. In obstetricibus autè illis Hebræis, quamuis nondum reipsa, at tamen spe iam atque indole animus erat laudatus, qui non nisi eo proposito meriebatur, vt prodesset alicui, noceret autem nemini. Sed cum quæritur, Siue boni hominis, aliquando mentiri; non de eo quæritur, qui adhuc ad Aegyptum aut Ierichuntem, vel Babyloniam pertinet; aut ad Ierusalem terrenam, quæ seruit cum suis filijs; sed de ciuitatis illius ciuibus, quæ libera est mater nostra in cælis; Respondereturque; omne mendacium non esse ex veritate; atque de filijs huius ciuitatis scriptum esse, Non est inuentum in ore ipsorum mendacium. Itaque hos filios, si quando ipsi, vt hominibus, obrepat qualecumque mendaciū, poscere humiliter veniam. Ceterum neque illas obstetrices, neque Rahab, quia mentitæ essent, ideo beneficij esse affectas à Deo; sed quia in Dei seruos fuissent misericordes: neque fallaciam, sed benignitatem esse mercede compensatam. Neque iniquitatem mentientium, sed liberalitatem mentium. Hæc fere Augustinus, & plura alia, eo opere, quod ad Consentium scripsit, prope totum huius argumēti. Rursus quæstionibus in Exodum, de obstetricibus, & ipsarum mendacio verba faciens, In conferuandis, inquit, infantibus opus misericordiæ exercuerunt; at mendacio pro se utebantur, vt ne noceret ipsis Pharao. quod potuit, non ad laudem quidem, sed tamen ad veniam pertinere. Neque hic auctoritatem mentiendi propositam puto ijs, de quibus scriptum est. Non est inuentum in ore ipsorum mendacium. Quorundam enim vita longè inferior, quam pro sanctorum professione, si habeat ista mendaciorum peccata, prouectu ipso, & indole, feruntur; præfertim si adhuc circa terrena occupantur. Quorū autem conuersatio est in celo, non existimo eos linguæ suæ modum, quantum ad veritatem attinet, illarum obstetricum exemplo debere formare. Fuit igitur, vt mihi videtur, Augustino ea opinio, vt existimaret; hominem perfectè probum nullo mendacio vti debere. omne enim mendacium esse in vitio ponendum; cum Deus ipsa sit veritas. Et tamen, quia officiosè mentiri; hoc est, vt per mendacium prois alicui, noceas nemini; maximam habet probitatis speciem, quam facilè humanus animus misericordia permotus, sibi sequendam statuit; præfertim quando ex contraria veritate certum cuiquam periculum, aut incommodum iri creatum videt; ideo facilè à Deo ignosci, ijs maximè, qui ad consummatam virtutis illius exactissimæ sapientiam nondum potuerunt pertinere. Aduersus hanc acutissimi simulque sanctissimi viri sententiam, etsi nihil dicendum putem; tamen variæ illæ artes, quibus religione pietateque insignes homines sæpe in sacra historia vfos legimus, aut ad Dei voluntatem exsequendam, aut ad pietatem exercendam; nullam verò cuiquam mortalium iniuriam inferendam comparatæ, neque veri doli, neque mendacij nomine, mihi quidem certè, videntur appellandæ: quandoquidem sincera simpliciter veritati que vsque adeo non aduersantur, vt planè ad has ipsas virtutes vindicandas, obrinendasque, nullo fallendi quemquam animo, vsurpentur. Dum enim eorum, quibus cum res est, eiuscemodi est animus, vt ad id quod rectum est, non possint directò induci; si ipsos nemini noxia circuitione, atque anfractu, aut ad rectum perducimus, aut certè à prauo auertimus; non intelligo, qui magis aduersus simplicitatem

August. ad  
Cōsent. ca. 15.  
Tom. 4.

Matth. 5. 20.  
37. & Iacob.  
5. 21.

Apo. 14. v. 5.

Item que. in  
Exod. lib. 2.  
cap. 1.

Apo. 14. v. 5

simplicitatem veritatemque peccemus, quam si incuruatam arborem, in partem diuersam reflectamus, vt deinde recta euadat. Et profectò illis talibus artibus ita plerumque sanctos homines simpliciter, καὶ ἀφελῶς, vfos esse videmus, vt dubitare non possis, quin cælesti impulsu ad eas sint adducti. Quod autem Deo auctore suscipitur, id cum ipsa veritate, probaque simplicitate pugnare non potest. Quale illud est, quod Israelitæ commodati speciem opponere, atque ita Aegyptios sua suppellectile spoliare iubentur: quam tamen fallaciam omnium detestabilissimam esse apparet. Sed de mendacio, doloque hæctenus. Nam exempla passim in sacris litteris obuia sunt.

At ipsa illos subdlexerat in solarium, & occultauerat ipsos. &c.

Matth. 10. 2.  
27. & Act. 10  
v. 9.

ÆDES illis regionibus ita fuisse constructas, vt solario integerentur; quale apud Italos vulgo *altana* vocatur; perspicuum est etiam ex euangelij historia. Græcè δαμα id dicitur etiam hoc loco à Λ x x i. Hebraicè גג. In ea igitur domus parte Rahab sua lina ad solem exposuerat, quibus iam contegit hospites. Talibus enim vsibus commodè partes illæ ædium seruiunt. Sed quæ vocentur lina ligni, non est satis certum. Fortassis enim id linum sic appellatur, quod crudum adhuc, & lignosum est: hoc est, de quo cortices & stipulæ nondū sunt stupario malleo, atque carminatione decussæ δεπεξαός. Solent enim lina, antè quàm tundantur, in solari. Nam & Λ x x i. vocabulo λυοναλαμ quò hic vtuntur, linum à suo calamo nondum detusum, videntur significare voluisse. Quod enim Latine, *linum*, non linum ripsum, sed in ripsis, hoc est, in operibus, vno foris, proci. Non enim scripsum est, quod per quod Latine reddidit: hoc est, lignum leui. sed lina ligni. Neque enim cortices etiam sunt operari, sed in cibonias de huiusmodi, vt ait Plinius. Verum neque illud absurdū sit, si ad linum significari existimemus; quod xylum, quasi ligneum dicas, vocatur. Certum est enim eo frutice Syriam, Assyriamque abundare, quem alij gossipion, alij xylum appellant. vt ait Plinius. Sed vt est, haud mirum videri debet, si nomen, γλ, lino attribuat. aut alijs plantulis, quæ in culmū modò ascendunt; neque arborescunt; quando ipse etiam iuncus aliquando arboris vocabulo appellatus est, vt ait R. Dauid Kimhi in radicibus: Et hyssopus, qui nascitur in parietinis, inter ογγ hoc est, ligna aut arbores nominatur, in Regum historia. Ceterum iste versiculus, quod strictim quarti versus initio dictum fuerat, id explicat dilucidius.

Itaque viri illi insecuti fuerant ipsos. &c.

Plinius lib. 19.  
cap. 1.

3. Reg. 4. v. 13

NON indicauerat quidem Rahab, an vrbe, nedum qua porta exiuisent sui hospites; veruntamen ita inquiturum animos spe illos assequendi incenderat, vt nullam sibi interponendam putarent moram, quin persequerentur; cum vrbe profugisse, ex eo, quod illa indicabat, tempore, conijcerent, atque ad suos versus reuertisse. Erat autem, quantum appareret, fluminis certus locus, ad quem traiciebant, qui vltro citroque commeabat inter Ierichuntem & campos Moabiticos. Chaldaeus pro, *Versus traiectum*, reddidit, vsque ad traiectum. Idque approbat R. Dauid Kimhi: contenditque τὸ βῆ interdum Vicarium esse, τδ, γλ. Quod vt verum sit, non tamen satis ab illo adductis exemplis confectū puto. Est interim credibile, ad traiectum vsque esse insecutos, vt vel illic tandem ab nauibus imparatos assequerentur. Quod sequitur, *Clauserant autem portam*, stultè Dauid Kimhi; vel ipsi speculatoribus, vel familiaribus Rahab attribuit. Cur enim illi portam claudent, quibus ea re nihil posset accidere incommodius? Est igitur hoc absque vlla persona dictum, quodam loquendi genere Hebræis vsitato: rectèque cum à Λ x x i, tum à Latino, per verbum patiendi reddidit. Nimirum emissis aulae ministris qui persequerentur, clausa obserataque est porta à ianitoribus. Ceterum quia id constructionis genus, quod est in, פתח פתח, Id autè est postquam, insolens est; ideo Aquilas Ponticus sic interpretatur, vt suggerat pronomen, quasi quod desit in Hebræo, post illud, פתח. Sic enim conuertit hunc locū. καὶ τὸ πύλων ἐπέλασαν ὀπίσω αὐτῶν, ὡς ἐξήλθον οἱ κατὰ δὲ κωντες ὀπίσω αὐτῶν. &c. Verum R. Isaias, vir sanè doctus, literam, ς, Caph in, פתח superuacaneam esse censeat; Et, vt opinor, rectè. Nam nugas, quas Dauid Kimhi adfert in medium, piget referre. Spectat autem hæc occlusæ ilico post egressos persequentes portæ mentio, ad insecuentem de fenestra narrationem. Nihil enim opus fuisset ijs angustijs, si tota nocte patuissent vrbis fores. Simulque illustrat Rahabæ fidem sanctam, qua eius muliebris alioqui animus sustentatus, etiam tum, vt apparet, nihil perturbabatur. Expediuerat quidè feliciter primam, si ita fas est dicere, fallaciam: atque inquisitionem eluserat, quam sibi propositam habuerant Regis allegati: verum ita, vt in multo iam maius inde periculum venisse videri posset, cum neque sibi, neque hospitibus, vllum pateret effugium. Verum

δ δαμα.

γλ

Chaldaeus  
Kimhi.

R. Dauid  
Kimhi.

R. Isaias.

R. Dauid  
Kimhi.

Rahabæ inf  
gnis fiducia.

cordata femina, nihil vllis difficultatibus commouetur: sed vt certissima de illorum hominum salute, quos Deo omnipotenti curæ esse intelligebat, suam ab ipsis sibi salutem sedatè, atque ociosè pacificatur. Nam ita habet historia.

Cumque hi nondum dormirent, illa ascenderat ad ipsos.

קַרְיָהּ

VOCULA מִן עֵץ interpretatus sum Nondum. Sic enim sæpe vsurpatur, præsertim cum verbo temporis futuri constructum. vt Genesi, Et nulla planta agri adhuc erat in terra: Nec vlla herba agri adhuc germinabat. Et in Regum historia. Et Samuel nondum agnoscebat Dominum: Neq; adhuc patefactum ei fuerat verbum Domini. ceteroqui solet reddi, prius quàm, vel Græcè, ὅτι οὐκ ἔστι. Diximus ad quartum versiculum, existimare nos, in solarium esse subductos à Rahab speculatores, paullo post, quàm ad eam diuertissent; cum illa iam tum præfagiret impendens periculum. videntur ergo illi omnium adhuc ignari, quæ cum Regis ministris mulier egerat, sollicitè euentum expectare vigiles. Eos igitur illa, ne diu sinat esse in metu; simulque ne rei maturè gerendæ occasionem amittat, atque à recurrentibus in urbem quæstionibus opprimatur, ilico adit, demissura, in tempore, per fenestram, nocte intempesta. Non facit quidem historia narrantem illis Rahabam quæcunq; acciderant. Sed quis non intelligit multa insuper alia esse omissa? Certè illa verba, Quia vsa sum erga vos pietate, rectè significant, rem actam omnem; atque adeò ipsum etiam demittendi consilium illis fuisse iam tum ab ipsa explicatum. Nam historia orditur apertè à medio sermone, cum sic habet.

Dixeratque ad ipsos, Scia quòd dederit Dominus. &c.

Rahabæ fides.

CONTINENT enim ista mulieris verba causam rei ab ea actæ. ac si dicat. Iam verò quòd ego Regis mei, meorumque ciuium partes deseruerim; vestramque vitam cum meæ vitæ summo periculo tutata sim; id eo est à me factū, quòd meos populares mala, vestros bona causa niti, certissimis indicijs cognouerim: quippe cum nos ab ipso vero Deo, qui cæli terræque Dominus est, proscripti simus: vos contra, nostris possessionibus donati. Sed enim obseruanda est mulieris sancta fides, pietasque; cum Dei singulare illud in Israelitas beneficium donatæ illis Chananææ, tanta animi firmitudine complexa agnoscat, quanta ipsi Israelitæ vix vnquam potuere; quamuis certissima doctrina à maioribus ad se propagatum, atque tum à Deo, tum à Mose toties inculcatum. Neque enim cum Lirano sentio, qui verbum, dederit, per temporis enallagen, pro, daturus siue traditurus sit, positū esse putat. Porro reliqua huius versiculi parte affert Rahab causas duas, cur ita credat. hoc est, donatam esse Israelitis terram, proscriptis Chananæis: cum inquit, Et quia metus, siue, formido vestri incidit nobis. Et quia dissoluti sunt. &c. Earum prior ab ipsis Israelitis potissimum, posterior à Chananæis sumta est. Ac si dicat. Quia vos diuinitus terribiles; nos contra pauidi sumus. Diuinitus enim ista accidere, facile erat ex vitium vtriusque partis comparatione existimare cuius, nisi stupidissima fuissent turpissimorum & sceleratissimorum hominum mentes. Quæ enim alioqui causa esse potuisset, cur Chananæi, gens & numerosissima & ferocissima, atque in locis munitissimis habitans, Hebræos homines extorres, omniumque rerum egenos; & quadraginta annorum miserijs insuper fractos, atque eneetos timerent? Nimirum illuderat, quod apud Mosen dixerat Deus; Terrorem meum mittam ante te; & perturbabo omnem populum, in quem venturus es, &c. Eum autem Dei terrorem diuino afflatu illustrata mentis acie videbat Rahab: neque eam caelestem gratiam aut per vecordiam negligebat, aut per impietatem repudiabat, aut denique per stultitiam, vel Pani Deo, vel Fortunæ adscribebat: Sed rectè apud suum animum inde colligebat, ratiocinabaturque; cuius numinis vi atque potentia Israelitæ tanto essent gentilibus suis Chananæis terrore, quàmuis armis viribusque longè præstantibus, vt se ipsi per metum, quasi quodam præiudicio iam condemnarent, eiusdem numinis consilium voluntatemque esse, vt hi possessionibus suis cedant, illi potiantur. Sed verendum profecto est, ne ad Dei tribunal illud potestremū egregia ista Rahabæ fides multos condemnat impietatis aduersus Deum; qui ne per sacrosancti quidem Euangelij præclarissimum lumen satis cernere, atque apud suū animum statuerè possunt; fortunatum suarum omnium & lætum, & aduersum successum, ex Dei arbitrio pendere: qui cum sit terræ cælique Dominus, omnium possessiones in sua manu habet: proque suo nutu iuste alijs largitur, alijs aufert; atque omnino vt aeterno suo consilio visum est, dispensat: Cumque solus in hominum etiam animis dominetur, alios fiducia erigit, alios metu prosternit. Et proinde quidquid acciderit, in illius esse diuina voluntate acquiescendum.

Rahabæ fides multo con- demnabit impietatis apud Dei tribunal, qui Dei dispensationem non sicut agnoscut.

Exod. 11, v. 27.

27.

28.

29.

30.

Andiuimus

Andiuimus enim quòd exsiccauit Dominus aquas maris rubri. &c.

IO

DVO hic commemorat Rahab, quæ tantus ille popularium suorum metus est consecutus; alterum, siccatum mare rubrum: Et hoc quidem, quia naturæ modum excefferat, Deo apertè adscribit; non quidem ex eorum Deorum numero cuiuspiam, quos gentiles sui colebant; sed Iehouæ; hoc est, vero Deo, à quo pendet rerum omnium, vt sic dicam, essentia. Hoc enim nomen proprium Dei, יְהוָה Iehoua, significat, cum respectus ad res creatas habetur. ceteroqui Deo ipsi impositum est; quia is vnus per se ab æterno existit; ipseque sibi essentia est. Alterum, deuictos delectosque duos Reges Amorrhæorū, Sehonem & Og. Sed hoc Israelitarum viribus attribuerè videtur quidem; verum re ipsa etiam Iehouæ assignat, cum eum esse Israelitarum Deum; & in cælo terraque dominari profiteretur. Atqui dicebamus modò, Rahabam animaduertisse, gentiliū suorum animos diuinitus fuisse consternatos metu: Iam verò videtur non arcanam quandam, & à Deo effectam mentium permotionem, sed conspicua miracula eius tanti pauoris causas afferre. Verum commemorat quidem mulier, quæ propalam facta fuerant miracula, tanquam principia, & antecessiones quasdam, atque etiam, si ita vis, quadam ex parte causas illius animorum consternationis: sed quis non intelligat ex ijs, quæ proximo versiculo facit, verbis, eam sentire, vnà cum illarum rerum gestarum fama, insolitum quendam, & mirificum, longèque quàm pro illo nuntio, & pro Chananæorum strenuitate atque fortitudine, vehementiorem timorem animos omnium perculisse tota regione? quippe ex quo non solum conciderint, verum vsque eo prorsus tanquam liquefacti diffluxerint, vt colligere se denuo, sibi que constare non possent. Erat quidem res illa, quas commemorat hoc loco, maximæ: & quæ meritò hostibus terrorem afferrent, magnum quidem illum, at non prorsus implacabilem; qualem describit Rahab. Nam nisi simul diuina quædam vis illorum mentem intus arcano metu tanquam stupore quodam non solum labefecisset, sed etiam abiectam pertinaciter tenuisset; multa erant quibus se colligere, metumque tantum aut prorsus deponere, aut certè moderari quibant. Nā quod ad siccatum mare attinet; in quo natura ipsa ab aduersarijs superata videri poterat; quàm facile homines omnibus dæmonum superstitionibus, atque artibus assueti, & exercitati, hoc miraculum Magi cuiuspiam precationibus attribuerè potuerunt: aut existimare, Ægyptiorum deos vel tum non ritè placatos, vel Hebræorum dijs forte quadā inferiores fuisse; atque interim in suis dijs Baalim, Astaroth, Dagone, Chamos, alijs huius farinae commentis; quæ plurima colebant; bonam spem collocatam retinere; ac proinde Ægyptiacæ illius cladis exemplo parum permoueri? præsertim cum eius memoria annorum xl. interuallo prope exoleuisset. Quin etiam, si metus istius diuini ratio rectè subducatur, haud potest ille ex miraculo siccati maris natus videri: quippe qui post annos demum circiter triginta octo post illud, sit ortus, cum fluuium Arnonem transmitterent Israelitæ. His enim tum verbis apud Mosen vsus legitur Deus. Hoc ipso die incipiam immittere formidinem tui & metū tui in gentes. &c. Nam quod Rahab etiam illud miraculum repetit, eo hominum morem repræsentat, qui simul atque metu vehementiore conturbantur, eum sibi conquisitis vndiquaque causis siue falsis, siue remotissimis, ipsi augent. Iam verò plures etiam fuerunt humanæ ratiocinationes, quæ ipsis illorum duorum Regum subuersionem, etsi recentem, minùs tamen reddere poterunt terribilem. Nam sunt in omni bello momenta occasionum varia. Et qui victis fauent, quamuis potius victoriæ causam, qua eam eleuent, ipsi fingere sibi solent, quàm hostium virtutem admirari. Verum enim uero maius quiddam erat, diuinus ille terror, quo Chananæorum omnium mentes stupebant, quàm vel ex maris siccati, vel captæ Galaaditidis auditione nata formido. Si enim Israelitas, vt victoriosos, & proinde acerrimos hostes, timuissent modò; cur Iordanem traicientibus non opposuissent obstaculum? Immo verò disertis verbis narrabitur, in capitis quinti initio, tum demum serio metuere ab Israele Chananæos cœpisse, cum flumen illi transmisissent sicco alueo. Nā antè, vt miseros, imbelles, profugos, quantum certè apparet, contemserant; neque existimauerant vnquam fore tam audaces, vt se in illas Iordanis mediterraneiq; maris angustias conferrent. Et interim tamen, caelesti quodam pulsū agitabantur ipsorum mentes: afficiebanturque desperatione mirifica rerū omniū, quoties de Israelitis serio cogitabant. Eumque animi motum sola Rahab, qualis esset, quidque sibi veller, & quorsum esset euasurus, rectè expendit; eoque inducta est, vt crederet, Iehouam Israelitarum Deum, esse Deum cæli & terræ. vt mox explicabimus. Mare rubrū vocant Hebræi יַם סוּף, Mare Suph

יהוה Iehoua.

Occupatio.

Terror diuinus inuasi Chananæos tandè post quàm Israel transiit Arnonem.

Mor hominū qui metu corripuntur.

Diuinum terrorem qualis esset sola Rahab agnouit. Mare rubrum cur vocetur, יַם סוּף Et cur rubrū.

4. Reg. 17.

Deut. 1. v. 25.

Suph, à cuiusdam herbæ generè, qua litora illius abundant. Nam quod diuus Hieronymus putat, קט rubrum significare, ego vt refellere nolo, ita approbare nequeo. Stephanus qui de vrbibus scripsit, citat Vranium, scriptorem Punicum, dicentem, idèd rubrum illud mare vocari, quòd montium, quibus cingitur, præcipuum ruborem; quem radiorum solis obiectu reciprocatur vndæ excipiunt; repræsentare videatur: atque insuper defluentem cum pluvia montes eos ablucante colorem, re quoque ipsa, bibat, indeque rubescat. Neque ab Vranio longè videntur dissentire nostri homines, qui per illa loca vagati, referunt, per intervalla rubram ex litore arenam maris conspici; ijsque fere locis Curallium quoque reperiri. Et certè Curallium in eo sinu gigni auctor est Plinius. Sed hæc hæcenus. Historia de letorum duorum Regum repetatur ex Deuteronomio, quamquam à nobis quoque post de illis multa erunt dicenda. Ceterum verbum, קרם quod conuerti, delere, ferè id significat quod Græcis ἀναθεματίζω. Nam interdum est, Deo consecrare, vt Leuitico. Omne anathema, quod quis consecrauerit Domino &c. Aliàs, omnium detestationi, execrationi, iniurijs deuouere atque exponere: & planè, quantum fieri potest, occisione occidere, prorsusque abolere. Quare Chaldaus hoc loco rectè est interpretatus, קרם קרם, perdidistis omnino. Translatio cordis liquefacti, & spiritus siue animi non constantis, quæ à cera sumitur, aperta satis est, atque etià ab alijs interpretibus explicata. Nam L X X I I pro, liquefactum est cor nostrum, dixere, mente nostra emoti sumus. Et Chaldaus, Latinusque, pro, constare, reddiderunt, manere, aut reliquum esse. Illud porro, propter vos, est Hebraice מַכְרִים לְפָנֶיכֶם, hoc est, vestra causa, vel propter vestram præsentiam. Non quidem quòd ipsorum præsentia, vt hominum, tam esset Chananæis genti fortissimæ formidabilis: sed quia is Deus, quem colebant, & à quo diligenterentur, esset Deus in cælo, & Deus in terra. In cælo quidem, vt qui caelestes hominum animos pro suo nutu regat; dum alios pauore consternat, alios audacia atque fortitudine firmat. In terra verò, vt qui terrena omnia pro suo arbitrio dispenset, alijs auferat, alijs assignet. Hæc enim est diuina illa Rahabæ sapientia, hæc fides; qua cum eiusdem illius Dei potentiam, maiestatem, benignitatem denique sic complectitur, vt non solù ipsum, sed eius etiam cultores ex animo amet: & qua potest pietate caritateque, prosequatur, meretur incredulorum hominum numero calamitatemque; eximi, vt ait diuus Paullus: atque in Abrahamitis referri. Nam Abrahamo etiam ante prædicatum Christi euangelium, nata per fidem ex gentibus soboles est. quales numerant Talmudici feminas nouem. Hagar, Afeneith, Sefhorá Mosis vxorè, Sefhoram obstetricem, Phuam obstetricem, Pharaonis filiam, Rahab, Ruth, Iael. Erat procul dubio etià ceteris Chananæis, si, nõ omnibus, at certè multis, magna opinio, de vnus summi Dei in cælo terraque imperio, vel ex ipso naturæ instinctu nata. Nam legimus aliarum quoque gentiũ illiusmodi sententias, qualis ista Rahabæ videtur esse, cum dicunt, כַּאֲשֶׁר אָמַר אֱלֹהֵינוּ. Et, o qui res hominumque Aeternis regis imperijs &c. Verum illi, vt Apostoli verbis dicam, cum Deum cognouissent, non vt Deum laude, animique pietate proferebantur: sed eam ipsam, quam videbant, veritatem, sua iniustitia impediabant. Dixerat Petrus; inquit diuus Augustinus; Tu es Christus filius Dei viui: audiuitque; ilico à Domino, Beatus es Simon. Dixerant & daemones: Tu es filius Dei, & tamen nõ pronuntiabatur beati Quare? quia hi dixerant præ timore, ille amore. Daemones ergo, inquit, habuerunt quidem fidem, sed non eam qua iustus viuunt; hoc est, quæ per dilectionem operatur, vt ait Apostolus ad Galatas. Hanc enim habent soli serui Dei, soli fide filij Abrahamæ. E quorum numero fuisse Rahabam diximus. Itaque cum neque illud naturæ lumen; neque audita de Israelitarum Deo miracula, neque denique angor ille conscientie, quo diuinitus omnium animi exagitabantur, illos à sua impietate abstinere possent: nec amorem pietatemque aduersus verum Deum mentibus ipsorum ingenerare, nihil eis profuit illa opinio. Sed quanto æternam Dei potentiam atque diuinitatem propius cognoscebant, tato maiore supplicio digni euadebant. At Rahab & cognitum Deum gloriose prædicabat, ijs quæ nunc tractamus verbis; Et qua adhuc potuit ratione, caritatis officijs fidem suam ornabat, fructuosamque præstabat; cum receptos ad se illius nuntios, alia via emitteret, vt ait Iacobus. Chaldaus hunc locũ παραφραστικῶς sic reddidit, Eo quòd Dominus Deus vester sit Deus, cuius diuinitas est in cælo suprâ, Et dominatur super terram subter. Sed eadem vna est sententia; qua Rahab fictitijs diuis omnibus omnem cuiusuis beneficentia facultatem detrahit: omnemque illorum cultum, atque etiam opinionem prorsus pessundat; & vnum Iehouam, hoc est, verum Deum, & rerum omnium parentem, pro

Curallium.

קרם קרם

מַכְרִים לְפָנֶיכֶם

Deus in cælo, & Deus in terra.

Rahabæ fides viua & per caritatem operans.

Fide Abrahamæ gentes, etiam ante euangelium sunt amplexæ. Talmudici. Comparatio fidei Rahab, & opinionis aliarum gentium de Deo.

Rahabæ fides fructuosa.

Plin. lib. 32. cap. 2. Deutero. 2. & 3.

Leuit. 27. v. 28.

Hebr. 11. v. 31.

Rom. 1. v. 27. Iacob. 1. v. 8. August. lib. 17. sermo. Homil.

Galat. 3. v. 6.

Iacob. 2. v. 23.

pro Deo agnoscit, & cæli terraque domino: qui bonos præmio, malos pœna remuneret. Qua fide atque professione quid ipsa promeruerit, diximus Apostoli verbis. Veteres Hebræi autem in vetustis commentarijs in Exodum, quæ Mechilta vocant, scriptum reliquerunt, hoc promeritam esse, vt octo prophetæ & sacerdotes ex eius stirpe procrearentur: Ieremias, Helcias, Sarias, Maasias, Baruch filius Neriaz, Hanameel & Sellum. fuit autem iste Hanameel filius Sellum, patruelis Ieremiaz propheta. Quin & Ezechiel, & Huldæ quæque vaticinatione celebres viros referunt ijdem illi in album posteritatis Rahab; Eamque aiunt quinquagesimo demum vitæ suæ anno, per hanc sacram professionem, Iudaismo nomen dedisse, cum abdicato turpi quæstu, quem adhuc à primis pueritiæ annis corpore fecisset, veniam à Deo flagitaret, & ante actæ vitæ flagitia, per contrarias virtutes emendaret. Antè enim exceperat impuros amafios: nunc veri Dei cultores, & nuntios. Antè occultauerat alienos maritos: nunc diuini consilij procuratores. Antè ad se mœchos funibus per fenestram subduserat. nunc fune per eandem Chanaanica turpitudinis vindices emittit. Sed hæc hæcenus.

Mechilta. Veterum Hebræorum diuina de meritjs Rahab.

Antiphæses operum Rahab.

Per solũ Deum iurare fas est, & cur.

Rahab Dei consilium fidei sensu intueatur.

Rahab aliena ab exprobratione.

Rahab de suis quam de se magis sollicita.

R. Daud Kimhi.

Societas quæ arctissima.

Anima, pro vita.

Iam igitur iurate obsecro mihi Dominum, &c.

Exod. 23. v. 13. Et Deut. 6. v. 13. & 10. v. 20. &c. Iosua cap. 22. v. 22. & cap. 23. v. 7.

Cicero offic. lib. 1.

Cicero offic. lib. 1.

SVPERIORI præclarissimo illi elogio, quo professa est Rahab, Iehouam esse verum, & quidem solum Deum, planè est consentaneum; quòd eum ipsum iurari velit. Nam, præter Deum, iurare rem vllam quæ vsquam sit; siue in cælo; siue in terris, nefas esse, lege diuina sancitum est. Nam quidquid deieras, ei diuinum nomen vel imprudens; attribuis. Sed hoc alio disputabitur prolixius loco. Ceterum quàm certa fide statuerit Rahab, vt antè diximus, donasse Deum Israelitis Chananæam, eosque iam in possessione missum ire; ex ijs perspicuum sit, quæ nunc sibi ab exploratoribus ipsa depaciscitur, non aliter quàm si illi in re iam præsentem versentur; oppidoque portiti, in ciues vitæ nequæ exercent potestatem: cum interim illorum salus in ipsius manu adhuc esse magis videri possit. & credibile sit, eos etiamnum trepidos, vsque ad eò se non iactasse, vt etiam supplices mulieri fuerint. Verum ipsa haud quaquam præsentem hospitem suorum fortunam corporis oculis; sed Dei consiliũ fidei sensu intuebatur; in quo cum toto animo acquiesceret, ipsum iurari poscebat, vt certissimum vindicem futurum, si illi fallerent. Atque vt hoc iusurandum impetret, suum illis ponit ob oculos in ipsos beneficium; sed modestissimè, vt ab exprobratione aliena. Bono enim viro nefas est, beneficium reddere: si modò reddere possit sine iniuria: vt ait Cicero. Neque vllum est officium referenda gratia magis necessarium; præsertim si hæc magna fuit. Fuisse autem Rahabæ in illos maximam, nemo negauerit: quippe quæ cum præsentissimo vitæ suæ periculo illorum vitæ consulebat. Sed tamen modestissima femina verbulo nullo officij sui magnitudinem effert; sed admonet modò simpliciter. Deinde, vt singularem ipsius pietatem agnoscas, non tam sui capitis, quàm parentum, fratrum, sororum denique curam habet. Nam inepta est, meo iudicio, argutiuncula Dauidis Kimhi, existimantis; de se nihil ipsam dicere, quia id officij ius postulabat vt eam seruarent, à qua essent seruati ipsi. Melius fortasse dicatur, de suis eam necessarijs fuisse sollicitam maximè, quòd sciret, illos nondum in eo Deo, qui solus posset seruare, spem habere collocatam. Sed illud notandum, de marito nullam esse mentionem, neque de prole: quorum prima alioqui habenda videbatur ratio. Nam prima societas, vt rectè dixit Cicero, in ipso est coniugio; proxima in liberis; deinde tandè in vna domo, quæ in nos solos spectat, neque aliud vllũ potest habere refugium. Verum, quod antè quoque est à nobis dictum, mulier corpore quæstũ facere consueti, neque maritũ habebat, neque liberos. Porro pietatè, siue benignitatem qua se vsam dicit; ego non solùm pertinere a utumo ad elufos Regis allegatos & inquisitores; verum ad ipsam quoque euadendi rationem, iam tum ab ea illis commonstratam atque promissam; vt nuper existimabamus. Perexiguam enim aliòqui illud officium videri potuisset; cum ipsi adhuc clausa vrbe hostili, quasi carcere, retinerentur. Nomen קָמַר in sacris litteris frequens, quod clementiam, pietatem, benignitatem interpretatur, Iudæi dicunt significare officium, quod planè gratuito fit: vbi scilicet nulla sunt merita. Signũ veritatis, siue certũ signũ, vocat tessera, qua in vrbe excidio, quod sibi per fidem quasi ante oculos statuebat, & rerum omnium perturbatione, ac promiscua clade, ipsa se suosque aduersus victoris militis insolentiam, & temerarium inconsideratumque furorem, posset tutari. Porro illud; Et quidquid habent, ad fratrum sororumque liberos etiã pertinere, constat ex versiculo xxix. capitis sexti. Anima verbũ, vt apud Græcos & Latinos, ita & Hebræos, pro vita accipi satis certũ est.

Viri verò ad illam dixerunt: Anima nostra pro vobis, &c.

Hæc est iurifurandi formula, qua exploratores, coram Deo ipso, in eam se obligationem deducunt, illumque obtestantur, ut à se iuris peierati poenam capitalem sumat, si sefellent in eo, quod Rahab est stipulata. Insulsa autem est, meo certe iudicio, interpretatio R. Davidis Kimhi, qua sic locum hunc explicat. Nos nosmet trademus interficiendos pro vobis, iis qui vos volent occidere. Non est quidem in ipsa formula sacrum Dei nomen, Iehoua, scriptum. Nimirum satis erat illud in Rahabæ stipulatione fuisse, cui plenè perfectèque respondent viri. Ad hoc, religio est piis viris, sacrosanctum Dei nomen in illiuscemodi detestationibus, ut sic dicam, adhibere. Atque ob eam causam, si illud positum est, ipsa illa malè ominata, & dira verba in talibus iurandi formulis subtrahuntur. Velut in illis. Sic faciat mihi Dominus, & sic addat. Viuit Dominus, & quæ sunt his similes. Et verò quis in vulgi etià verbis, cum dicunt, Emoriar, peream, male sit mihi, nisi hoc, illud præstitero, non continuo intelligat, Dei vindictam eos imprecari sibi, si fraudem committant? Pronomen *Vobis* ad Rahabam, & familiam ipsius paternam spectat. Porro illud, *Nisi detuleritis hanc rem nostram*, siue, hoc verbū nostrū, si significat, ut RR. David Kimhi, & Leui F. Gersonis autumant, neque tesseram, quam sint daturi, neque colligendæ in Rahabæ ædes familiæ paternæ consiliū prodi debere. Nam ista si rescuissent ceteri ciues, in ipso rerum discrimine, quorquor in manibus habitassent, similibus fuissent signis vti: alij in ædes Rahab irrupissent. Sanè id mihi hac exceptione videtur velle speculatores: facturos se planè quod illa petit, nisi eius ipsius prodicione obstaculum sibi opponatur. Nam se speculatum venisse, sciebant minimè iam esse clam Rege populòq;: ut stultè hoc celari postularent. Verum enimvero admonemur ista illorum exceptione, ut ne ad iurandum, nisi summa cum cautione, atque religione deduci nos patiamur, postquam diligenter explorata vsquequaque omnia habuerimus, an etià præstare iurata possimus. Quod porro sequitur, *Et futurum est, ut quando tradiderit nobis, &c.* illud ipsum est, quod iureiurando promittitur. Nam exceptio, quam modò explicauimus, per interpositionem dicta est. hoc verò rectè continet, quidquid proximo versiculo mulier est stipulata. Ceterum vti pietate, vel beneficentia, aut clementia erga aliquem, & simul veritate, est optima fide beneficiū, siue benignū, aut piū in quempiam esse. Itaq;: רב, רבך pietas aut beneficentia ad ipsum beneficiū: רב, רבך hoc est veritas, ad præstadi beneficij certam fidem spectat. Sæpe autem duo ista sic coniunctè posita in sacris literis reperias. Nam, ut vnum locum ostendam; Abrahæ seruus in Geneti ad Deum hæc facit verba, Benedictus Dominus Deus heri mei Abrahæ, qui non prohibuit suam beneficentiã & veritatē ab hero meo. Et paullo post, ad Rebecca parentes. Iam verò si vrimini beneficiã & veritate erga herū meum, facite me certiorē, &c. R. David Kimhi verò existimat רבך eo differre, ab רבך quòd illud sit gratuitum beneficium; hoc verò, quod iustum æquumq; est ut præstetur. Itaque illud spectare parentes cognatosque Rahab, quorū nulla erant in exploratores merita, hoc verò ipsam Rahabā, cui æquum erat salutē pro salute repēdere.

*Itaque demiserat illos sine per fenestram, &c.*

Hic versiculus, & proximus videntur non suo positi loco esse, sed ad vice simū primū locum vsque differendi. Neque enim credibile est, nondum data tessera demissos esse à Rahab exploratores. Neque insolens est in sacris literis, perturbata confusaque narrationum series. Dicit tamen posset, sic ista esse accipienda, quasi Rahab se iam comparet quidem ad demittendos; atq; cum ipsis de tota effugij ratione disceptet, nondum tamen demittat. Quo loquendi genere Iosua memorabitur ad Galgala reuertisse, profligatis ad Gabaonē hostibus, multo antè quàm reuera reuertit. Sed dices. Si nondū demittuntur, quid est, cur mox dicant: Textū sili coccinei alligabis fenestraz, per quam nos demissisti? Verum facilis atq; expedita est responsio; temporum enallagen esse vtitatissimā apud Hebræos, itaque demissisti, pro demiseris, positum esse, aut demittere paras. Sed neque illud fortassis absurdè dicatur; sollicitissimam de hospitiū salute mulierem, sola iurifurandi religione contentam; salutis verò illud suæ signum commodiore tempore expectantem, properè illos vrbe emississe: ipsos verò iam securiores, ea quæ proximis versibus memorabuntur verba, pro mœnibus ad illam fecisse, cum per fenestram auscultaret; ut quod dedissent iurifurandum, id plumbus atque explicatioribus cautionibus exceptionibusque circumscriberent; quo ostensa ratione omnis rei conficiendæ simul & illam de sua suorumque salute certiores facerent, & se ab errore atque culpa remouerent. Sequitur porro in sacro texto. *Nam ipsius domus erat in muro mœnium.* Nam alioqui ex priuata mulieris domo non potuissent vrbe emitti, clausis vndiquaque portis. Quippe solent

R. David Kimhi refellit.

Iurandi formulæ plerumque curtz sunt.

R. David Kimhi. R. Leui Gersonis.

Santè iurandum esse.

רבך & רבך coniunctè posita.

R. David Kimhi.

Temporū enallage vtitata in sacris literis.

Genf. 14, 26. 27. Ibidem. v. 49.

Infra cap. 10. v. 15.

solent in oppidis populosissimis, qualis erat in primis Iericho; fortunæ tenuioris ciues; & præfertim, qui artibus quæstum faciunt ab hominum frequentia abhorrentibus, ædículas habere, in ipsos inædificatas immolitasve vrbes muros: aut etiam in mœnium fornicatis habitare parietibus. Quomodo cum habitaret Rahab, essetque eadem vna & mœnium & eius gurgustij fenestra, qua extra vrbe spectabat, cum illac emissi essent viri, liberum ipsis erat abire quouis. Parum ergò consideratè Iosephus, contra atque sacra verba habent; domunculam Rahab, non in muro, sed prope murum vrbis locat. Vocatur autem hoc loco, רבך, ipse muri ambitus, quem mœnia, à munienda vrbe dicimus. Veteres enim mœnire, pro munire videntur dixisse. quod verbum in vetustis Fabij exemplaribus ego scriptum reperi. קיר, verò ipse est murus. Sed ista vocabula sæpe confunduntur.

*Dixeratq; ad ipsos: Ad montem abite &c.*

ERICHVNTEM & ab Aquilone, & ab Austro montes habere, qui vtrimque versus Iordanem porrigitur, diximus. vtros horum subire iubeantur, neque certum est, neque scire refert. Hoc enim modo suadet Rahab, ne rectum iter teneant traiectum versus, neque citò se illuc recipiant: sed totum diem proximum abditi iaceant in monte quopiam, dum persequentes in vrbe reuersi, tutum iter reliquerint. quod postero die futurum conuincit ex vsq; spatio: quod ab vrbe ad traiectum vsque erat circiter quinque milliū passuum, vt Eusebio placet: aut paullo longius, vt alijs. Nam etià multo maius eundo redeundoque conficere potuissent illi nocte dieque continuo itinere: præfertim cum eos gratiæ Regis ambitio incitaret; tamen inquisitioni non parum quoq; temporis deputandum erat. Neq; enim rectè redituros esse, sed passim dumeta, recessus, latebras omnes rimaturos facilè cogitabat prudens femina. Neque abs re. Nam ita eos fecisse constat ex versiculo xxxii. De triduo enim, quod ad latendum statuit, id ita esse accipiendum, vt etiam dies in rationem veniat, quo die speculatores ad illam diuerterant. (nam eam notis partem, quæ ante somnum captum agitur, solet vulgus præcedenti diei adscribere,) perendinus verò dies, hoc est, tertius, excludatur; eoq; abire integrum sit, antè est à nobis explicatum. Talmudici verò, quos, vt solet, sequitur R. Solomon, opinantur, Rahabam, non coniectura, triduum hoc præscripsisse, sed diuino afflatu, quod neque nos refellendum putamus. In commentarijs, quæ Genesis magna vocantur, vbi hic locus est à veteribus Hebræorum magistris tractatus, scriptum legimus, tribulationes & res aduersas sæpe triduo definitas esse in sacris literis. vt in illo, Restituet nos vitæ post biduum; tertio die suscitabit nos, & viuemus coram ipso. Et in illo, Ait ad ipsos Ioseph die tertio; hoc facite & viuētis. Et in illo, Fuit Ionas in visceribus piscis triduum. Et in illo, Factum est die tertio, vt vestiret se Ester regali veste. Ceterum eam tertij diei velut prærogatiuā adscribunt, partim mysterio eius diei tertij, quo lex è cælo data proditur: alij illius, quo Abraham sacrificaturus Deo filium, memoratur oculos suos sustulisse. Sed nos, quibus Deus ipse, pro aterna sua misericordia, certissimam diuinorum mysteriorum veritatem per vnigenitum Filium suum seruatorem nostrū patefacere dignatus est; quidquid eximium & singulare tertijs diebus in sacra historia attribuitur, id omne ad festam illam & auspiciatissimam lucem tertiam, qua vita nostra Christus reuixit, referendum iure statuimus. Quod conuertimus, *Ne forte occurrant vobis, rectè etiam reddatur, Ne forte incurrant in vos, aut vos inuadant.* Nam hac quoque sæpe notione vsurpatur verbum, פגע. In verbo modi infiniti פגע, posita est quarta vocalis loco quintæ. In verbo verò, נהקתם, desideratur tertium positionis elementum, siue illud sit Aleph, quod est vtitatius, siue He. successitque in prima syllaba Patah, in locum Hireck, propter literam Heth; quæ ex intimo gutture est pronuntianda.

*Viri verò dixerant ad illam: Nos innoxij ab hoc &c.*

Hic ego explicatiùs dici puto illud ipsum, quod decimusquartus versiculus breuiter & strictim continebat. Nam ex diuersis composita annalibus sacra historia; vt alibi à nobis disputatum est, sæpe fit vt rem eandem iterum atque iterum repetat, alijs alijsque verbis, & narrandi modis. Sin autem quis malit existimare, illa ab exploratoribus nondū per fenestram emissis, hæc verò demissis esse dicta, non pugnabo. Cauent autem, prouidentq; illi his verbis, ne se periurio obstrinxisse videri possint, si quid, non sua culpa mulieri, aut eius propinquis eueniat mali; cum ea non fecerint scilicet, quæ ipsi præscribunt. Est autè oratio illa, *Nos innoxij ab hoc tuo iureiurando*, curta, debentq; suggeri ista aut similia verba:

Iosephus refellit.

Hom. קיר קיר

16

Talmudici. R. Solomon.

בראשית רבך Res aduersæ triduo definitæ ferè sunt.

Mysterij diei tertij.

פגע Page.

17

Vnde earundem rerum repetitiones nãtæ sint in sacra historia.



Esse volumus. Est enim sententia verficuli; Nos planè præstare volumus, ne periurij crimen faciamus; atque idèò hisce conditionibus, quasi cancellis, nostram obligationè circumscribimus. Monemur autem hac tam accurata istorum virorum cautione atque protuisione, non solum, colendum sedulò esse grati animi officium, cum ingrato nihil detestabilius sit; verum etiam, non temerè, neque prolixè iurandum esse; sed summa cum religione, & præcisè: vt ne plus affirmatè, Deoq; teste promittas, quam rebus omnibus diligenter consideratis, effectù te posse dare cognoueris. Maxima enim fuit semper apud omnes gentes iurifurandi religio. Eiusq; rei vel vnus Cicero testis est satis locuples; cuius hæc sunt in Officiis verba: Nullum, inquit, vinculù ad astringendam fidem maiores nostri iureiurando arctius esse voluerunt. Id indicant leges in XII. tabulis: indicant sacra; indicant foedera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides; indicant notationes animaduersionesq; Genforum, qui nulla de re diligentius, quam de iureiurando iudicabát. &c. Quin credidit antiquitas, non eum solum qui peierasset, daturù Deo pœnas, verum eius etiam posteritatem tantum scelus luituram esse. Vnde est illud Hesiodi:

Non temerè esse promittendum iurando. Ingrato nihil detestabilius. Iurifurandi religio semper maxima fuit.

Cic. off. l. 3.

ὅς δ' ἐκε μάρτυρίσιν ἐκὼν ἑπιόρουσιν ἠμύσας  
 ἰδύσεται, ἐν δὲ δύνῃ βλάψας νήμασιν ἀάδῃ  
 τῆ δ' ἐτ' ἀμαρτυρία γενεὴ μετόπισθ' ἐλέειπται  
 ἀνδρὸς δ' ἄορμα γενεὴ μετόπισθ' ἀμείνων.

Hesiodus.

Et illud Iuuenalis de Spartano quodam, qui periurium animo conceperat modò, re ipsa nondum admiserat:

Iuuen. sat. 13.

Spartano cuidam respondit Pythia vates,  
 Haud impunitum quondam fore, quòd dubitaret  
 Depositum retinere, & fraudem iure tueri  
 Iurando; quarebat enim quæ numinis esset  
 Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.  
 Reddidit ergo metu, non moribus: & tamen omnem  
 Vocem adyti dignam templo, veramque probauit,  
 Extinctus tota pariter cum prole domoque;  
 Et quamuis longa deductis gente propinquis.  
 Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.

Sed est de iureiurando & periurio dicendi campus amplissimus: atque argumentum hoc à multis est tractatum copiosè. Et Deus ipse testatus prolixè est, quam iniquè ferat, temerè sacrosanctum suum nomen à mortalibus vsurpari. Quare de his hæctenus. In verbo, נִשְׁבַּעְתָּ, positum est sub litera Tau, vocalis Kametz, pro Zere, propter accentum, qui solet vsuum finem occupare, vt opinor. Est enim secundæ personæ generis feminini, vt loquuntur Grammatici. Est & generis quoque enallage in illis verbis, תָּנָה נִשְׁבַּעְתָּ. Nam demonstrationis pronomem masculinum iungitur nomini feminino. Ceterum iurandi hoc verbum putant Cabbalists à septenario numero dictum esse: nimirum, quia ea affirmatio tam rata certaque esse debet, quam si coram testibus septem esset facta. Et hanc notationem, atque insuper alia, de hoc verbo profert Bahaius commētariis suis in Genesim, cum de Abrahæ iureiurando differit; quo se ille, in sacra historia, omniù primus obligabat Abimelecho. Sed ista nos alio loco explicabimus oportuniùs, si vita suppetet.

Exod. 20, 7.  
Deut. 5, 11. etc.

נִשְׁבַּעְתָּ vnde dicitur.

R. Bahaius.

Gen. 21, 24.

En intrantibus nobis in terram &c.

18

PRO, in terram, reddiderunt LXXII. εἰς μέρος τῆς πόλεως, in partem ciuitatis, volentes, opinor, significare, cum primùm irruptio fieret in urbem, illa procurari debere. Sed terrā fortasse dicunt, vicina vrbi loca, ex quibus illa circumsidebatur. difficile enim fuisset, capta vrbe, in tanta omnium trepidatione & perturbatione, cognatos omnes in vnam domunculam conuocare. Vocabulum, נִשְׁבַּעְתָּ, quod cum Iudæis, textum interpretamur, sæpe spem fiduciamq; significat: vt non absurdè quis existimare posse videatur, per translationè sic appellari hoc signū, in quo salutis spem omnè, humano more loquendi, mulieri erat collocata. LXXII. & eos secutus Latinus, atq; etiā Aquilas, & Symmachus, signū sunt interpretati, magis opinor pro sensu orationis, quam vocabuli notatione. Ceterum quid Chaldæum mouerit, vt נִשְׁבַּעְתָּ, hoc est, fimbriam, cõuerteret, quæ Hebraicè נִשְׁבַּעְתָּ, vocatur in Exodo, non possum satis assequi coniectura. Neque enim, נִשְׁבַּעְתָּ, fimbriam, aut vestis oram significare vsquam alibi existimo. Rabbi Dauid Kimhi putat, hoc dicere voluisse Chaldæum, Conspectam fortè in mulieris domuncula fimbriam è filis coccineis contextam alligare fenestræ: illos iussisse. Sed hoc diuinare est. R. Isaias à positione, נִשְׁבַּעְתָּ, quæ collectionis habet notionem, deductum nomen, נִשְׁבַּעְתָּ, funè significare censet; quòd in

נִשְׁבַּעְתָּ quid sit.

Chaldæus.

R. Dauid Kimhi.

R. Isaias.

Exod. 28, 31.

in fune multa fila contorta componantur. Mihi verò verbū, קָנָה; quod Chaldæis textorem significare animaduerti, persuadet, vt credam, קָנָה, Hebræis, non solum colligere, verum etiam contexere, olim significasse. Sunt enim ceteræ Orientis linguæ ex Hebræa natæ. Ab eoq; verbo & קָנָה, lineam, funiculum, & hoc nostrum קָנָה, descendere. Porro ambiguum est in Hebræo, an dicant, Per quam fenestram; an verò, Per quem funiculū, siue textum, nos demissisti. Aptè tamen cadere videtur, vt quo fune mulier suos hospites seruarat, eodem ipsa quoque ad salutem vtatur, præsertim propter arcanū sensum, quem multi adumbratum hac re esse censent: vt explicabimus oportuno loco.

קָנָה textori. Lingue Oriētis hæc sunt ex Hebræa.

Isf. c. 6. in ex. 11. etc.

Illius sanguis sit in caput ipsius, &c.

19

Math. 27, 25.

In huiuscemodi orationibus, sanguis, culpam fusi sanguinis significat. quod Chaldæus hoc loco explicatissimè dixit. Iudæos igitur & se, & suam posteritatem impia & nefaria Christi cede obstrinxisse intelligimus, cum immani voce in clamarent: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Itaque exploratores hîc sese extra omnem culpam ponunt, si quid patiantur, qui se intra fornicem illum non continuerint; eamq; auertunt in ipsos. Et rursus, non solum mortis, verum etiam, omnis damni, incommodi, iniuriæ, quæ iis acciderint qui intus manserint, sese, vt capitalium rerū, faciunt reos. Plus ergo promittit, quam stipulata fuerat Rahab. Vitā enim modò sibi, suisq; seruari, nō etiam pugnos ceterasve id genus iniurias prohiberi illa poposcerat, cum sic diceret: אֲבִי אֶתְּרִיתִים, cõseruabitis in vita patrè meum, &c. nisi si putemus, verbū אֲבִי, perfectā vitæ incolumitatem significare, vt sanè videtur. In summa, apertè ostendit hac tam accurata, tamq; præcisa officij sui explicatione, cum propter datū iurandū, tum pro referenda gratia, summa se cupiditate studioq; salutis Rahabæ, & eius familiarū teneri. qua re proculdubio eius animum singulariter cõfirmant. Nam quanto quis id, quod se facturum recipit, pluribus cõditionibus atque exceptionibus præcidit, tanto plus sibi curæ esse, ne fallat, ostendit. Qui enim temerè multa promittunt, iis plerumq; nihil pensū est, vt promissi munus conficiant; sed vani; futilesq; homines nullo vnquam honesti sensu, cogitationève tanguntur.

quid significet.

Promissā qualiæ certiora.

Et responderat, vt verba vestra, sic esto &c.

21

ACCIPIT mulier conditiones, quibus sua illi promissā circumscripserant; quippe æquissimas. Sed obseruandum est hîc scriptum esse, dimiserat illos, non autè demiserat. Est enim verbum מִשָּׁלַח, hoc loco positum, quod sæpe, pro valedicere, atque à se dimittere vsurpatur. Suprà verò erat, וָיָרֶחַ, ac si dicas, fecerat descendere, hoc est, demiserat, siue submiserat, aut deorsum miserat. Putat ergo Rabbi Dauid Kimhi, iam valedicere mulierem exploratoribus, eosq; dimittere, cum superiora verba ex inferiore loco pro mœnibus fecissent, antè demissi fune. De qua re nos suprà satis multa diximus. Nihil enim aliud affirmare hîc possumus, nisi sententiam & opinionem nostram: immò vix eam, in re incertissima. Porro quòd iam mulier memoratur alligare signum suæ fenestræ, id per prolepsin accipit idem Kimhi, quasi narretur id quidem hoc loco; vt intelligamus, minimè ab illa esse neglectum; ceteroqui tum demum factum ab illa fuerit, cum vrbem hostis obsidione cinxisset, verum ego nullam satis probabilè video causam, cur non illico id facere mulier sollicita potuerit.

שלח

R. Dauid Kim.

Prosceliā, peruenierant in montem, & manserant illic triduum &c.

22

DE triduo satis multa sunt à nobis suprà disputata. Sed quis latentibus significabat persequentium in urbem reditum, post quem conficere iter reliquum perrexerint? Neq; enim credibile est, Rahabam tanti periculi rem internuntio credidisse cuiquam. Sed fortasse eiusmodi locum in monte ad latendū ceperant, vt inde possent vltro citroq; comeantes obseruare. Verum ego existimo, Rahabæ coniecturā secutos; præstitutū tempus latuisse: ac deinde iter cõtinuasse. Porro illud, Vestigauerant autè per totā viam etc. muliebri consiliū vehementer cõmendat: quo vno factū est, vt nō sint speculatores deprehēsi, cum de yia in montē secessissent: & simul periculi magnitudinē illustrat: quod quo maius illi euasere, tanto fiducia maiorē rei bene gerendæ animo cõcipere Imperator debebat; cum secū reputaret, Nulla hominū studia, conatus, machinationes aduersus Dei consiliū valere quicquā, nullaq; esse posse pericula tam præsentia, è quibus mediis nō facilè suos Deus cripiat. Reuerterant itaque duo illi viri &c.

Nullæ hominū machinationes aduersus Dei consiliū valent.

23

DECLINAVERANT, vt diximus, ab recto itinere; redire ergo in viam, traictū versus oportebat. Ceterum quod Imperatori exposuisse memoratur omnia, quæ sibi acciderant, hoc est; quæ perceperat, in magna speculatorū hominū laude ponendū est. Nā, vt sunt res bellicæ, in minimis sepe, & vt videntur, relatu indignis rebus, momenta versantur maxima;

Speculatores officium.

Prudentis Imperatoris officium in audientibus exploratoribus. Confidentia & metus multitudinis mala in bello.

Formidinis exemplum.

Confidentie exemplum.

R. David Kimhi.

Comparatio exploratorum Moſis & Iosue.

Anagoga.

de quibus Imperatoris, & ducum debet esse exifumatio, iudiciumque, no exploratorum. Quare prudentis Imperatoris est, suos ipsum exploratores seorsum primum audire, & de tacendis dicendisq; ante monere, quam in concionem producat: ne & variis ingeniis anceps mobilisq; & iudicio præceps multitudo, temere ex illorum relatione maiorem quam oportuit aut confidentiam, aut metum concipiat: quorum illa animorum elatione intolerabilem, hic stupidum pauorem parere solent, cum magnas hominum copias inuadere. Quæ animorum perturbationes in exercitu iuxta vtræque solent Imperatoribus accidere intractabiles, atque implacabiles. Et de formidine quidem extat clarum & memorabile exemplum in Numeris. Simulatque enim, auditis propalam speculatoribus, trepidare atque in motu metus esse cœperat multitudo, vsque adeo nihil Moſis, Aharonis, Caleb, Iosue denique verba apud eam efficere potuere: vt nisi subito Deus suam declarasset omnibus præsentiam, per immensum gloriæ maiestatisque suæ splendorem, monitores illi lapidibus obruti pro salutari consilio poenam capitalem perturbato atque estuanti populo dedissent. Ita enim ferè fit, vt quanto maiore conatu, pluribusque rationibus consternatam multitudinem à metu reuocare, fiduciamq; afferre niteris, tanto illa se in maioribus positam esse periculis putet, tantoque confusione trepidatione concitetur. De confidentia verò, si ea exercitus animos occupauerit, quantà etiam ipsa secum perniciem facile trahat, monebit nos Haiensium excidium. qui cum ex felici euentu nuperæ victoriolæ temeraria audacia immodicè exultaret, obliti omnis militaris disciplinæ, tam cæca persequendi hostis cupiditate simul omnes vrbe effundebantur, vt eam omni nudatam præsidio, aduersariis proderent. Credibile est ergo prudentissimum Imperatorem Iosiam, speculatores, quos non conscio, nedum scisciente populo emiserat, seorsum etiam ad se reuersos audiuisse: atque ad vtrumque spectare voculam רַחֵם: de qua diximus multa ad versiculum primum huius capituli. Certè illi hîc iam narrantur ad Iosiam filium Nun reuertisse. Iosue omnia exposuisse. Populi verò nulla est mentio. contra atque in Numeris fit. vbi qui emissi fuerant, non modò ad Moſen, & Aharonem, sed ad vniuersum cœtû Israëlitarum reuersi locutiq; memorantur.

Dixeruntq; ad Iosiam: Nam Dominus tradidit in nostram manum &c. 24

Hæc narratio curta est, quod etiam R. David Kimhi annotauit. Multa enim præmissa videntur, quibus respondeat illa particula, נַי, Nam. Efficit enim ea, vt apparet, totius hortationis extremam partem. Verum tamen negari non potest, vt Græcis οὐκ, ita Hebræis נַי, sãpe superuacaneum esse. Sed quando addunt: Atque etiam liquefacti sunt omnes incolæ &c. planè videntur alias quoque antè exposuisse facilis victoriæ coniecturas, quibus hæc insuper adiiciant, quam didicerant à Rahab. & quæ longè omniũ certissima erat. Nã vt est verè ab Euripide dictum, τὸ δὲ τὸ σαρπηγιὸν ἐγὼ κρίνω καλῶς γινώσκαι τὸ ἐθρὸν εἰ μάλα δὲ ἀλώσιμος: Sed enim videmus quàm sit istorum exploratorum dissimilis oratio ad illos, quos Moſes, aut populus veriũs, emiserat, à Cades-barne. Illi enim clamabant: Non poterimus inuadere populum, hoc est Chananaeos, quia fortior nobis est. Hi verò clamant: Tradidit eum Dominus in manum nostram; planè enim iam animos despondet. Et tamen illi nulla passi pericula memorantur, quæ istos præsentissima circumuallarant. Nimirum est illud longè verissimũ quod Paullus Romanis scribebat, iis qui Deum diligunt, quidquid accidat, id cedere in bonum. Itaque isti, quanto maiora discrimina euaserant, tanto certiore sibi suisque opem diuinam aduersus hostem pollicebantur. Neque enim suas, vt illi, vires cum aduersariorum viribus contendunt, sed quid Deus possit, quidque velit, id verò expendunt atque considerant: cum aiunt, Dominus dedit illos nobis, qui admirabili formidine omnium animos prostrauit. Labet hîc paucis iam auditam de Iosua historiam ad verum Iosiam nostrum, hoc est, Iesum Christum, ab illo, vt diximus, adumbratum, κατ' ἀναγωγὴν, accommodare. Igitur Dominus, & seruator mundi Iesus Christus, traducturus per Iordanem, hoc est, baptismi sacramentum, populum suum in beatissimam illam terram viuentium, emittebat duos exploratores, id est, tum Apostolos, tum qui hos secuti sunt, sacri verbi doctores, in Ierichunta, perditissimum vitis omnibus mundum. quos cum excepisset Rahab meretrix, hoc est, profanus gentium populus, qui variis se deorum simulacris prostituera; est tum à consuetâ illa sua turpitudine abductus, tum in populum Dei ascitus & conseruatus; & quidem per pendentem è cruce, tanquam sublimi fenestra, & totius mundi specula, funem coccineum, ipsum Iesum Christum; qui torcular illud omnium laboriosissimum cum calcasset solus, rubebat indumentum, id est, corpus ipsius. Verum cum mystica ista à multis sint piè pertractata;

Numer. 13, 6

Numer. 13, 17

Numer. 13, 21

Rom. 8, 28

Luc. 11, 17

1. Cor. 13, 26

Isaias

Gul. 3, 13

Is. 11, 31

Aug. in Psal.

non persequar ego longius, vbi addidero, illud meo iudicio etiam aptissime in Euangelicam historiam cecidisse, quòd pauperula Rahab in suum gurgustiolum Iosue nuntios exceperit, non sapientes, non potentes, vel claro genere nati Ierichuntij. Similiter atque Iesu Christi nuntius accidisse, monet Paulus, apud Corinthios. Atque insuper nomen Rahab, quòd latitudinem significat, mirificè congruere typo Ecclesiæ Christi; nò modò, quia hæc infinitis partibus dilatata est, præut fuerat Moſis Ecclesia: de qua re præclare vaticinatus est Isaias capite XLIX. & LIV. verum vel multo magis, quia, vt ait D. Paulus, prius quam veniret fides, custodiebamur sub lege conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat &c. Homines enim sub Moſis lege viuentes, & necdum per fidem in Iesum Christum consecuti promissionem Spiritus: hoc est, nondũ adepti caritatem, & iustitiam, lege illa nò aliter atq; carceris cancellis circumdati coarctabantur, & tanquã a pædagogo prohibebantur ab iis agendis, quæ maximè cupiebant. Verum vbi per fidem in Christum consecuti sunt à Spiritu sancto caritatè, per quam fides operatur: atq; inde iustitiam; nò iam cohibentur legis suæ cancellis, siue minis, à vitis; sed per amorem, vt filij, obseruant aterni Patris mandata animo prompto, soluto, libero; hoc est, corde dilatato, per caritatè scilicet, quam in id Spiritus sanctus infundit. Quod diuinus vates his verbis cecinit: Per viam mandatorum curram, cum dilataueris cor meum. Nam, vt ait D. Augustinus, dũ hunc sacri poetæ locum tractat, cordis dilatatio, iustitiæ est delectatio: quod munus est Dei, vt in præceptis eius, non timore poenæ coarctemur, sed dilectione dilatemur. Sed ista attigisse leuiter satis est; piusque animis earum rerum iucundissima meditatione fese exercendi, quantulamcunq; occasionem dedisse. Porrò cuius rei sacrum sit symbolũ, quòd Rahab intra suos parietes cõtinere debet, quos saluos cupit, audiat lector ex D. Cypriano, cum ad Magnum scribit. Et rursus cum aduersus Nouatianum tractat de simplicitate Prælatorum. Ego enim, etsi sic sentiam, nullam anagogam, quæ salutarem doctrinam explicet, animosque nostros secum in cælum subleuet, esse repudiandam; etiam si longiusculè petita atque accersita, pro sacrorum verborũ notatione, videri possit; cum meminerim Paullum dicere, Omnia ea quæ Israëlitis olim euenerunt, typos fuisse, easq; adumbrasse res, quibus hæc postrema mundi ætas, hoc est, אחרית הימים, & Christi regnũ institueretur ad salutem. Et simul quædam eum ex Moſe ad certas doctrine Christianæ partes, scitè, atque adeo diuinè accommodare, quas tamen illa minimè adumbrasse alioqui existimes: etsi, inquam, sic sentiam, tamen constitutum habeo, anagogas, quoad eius facere possum, parcissimè tractare, conscius & mihi met ipsi meæ mediocritatis ingenij, & plerisq; doctis hoc sæculo sui ipsorum fastidij, si paululum à sacris verbis digrediare.

Rahab cur Ecclesiam significet.

Anagoga non sunt repudianda.

אחרית הימים

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM

IN IOSVAM, CAP. III.

Igitur Iosua surrexit diluculo &c.

EX HVIVS versiculi parte postrema apparet, noctem modò vnã esse transactam apud Iordanem, ante traiectionem. Nam Latinus, quod ipse sentiret, non quod esset in Hebræo, expressisse videtur. Fuit ergo, vt ego certè opinor, dies iste, nonus mensis Nisan, siue primi; hoc est, illius nuper præfiniti tridui postremus, cuius dubia adhuc luce cum surrexisset Imperator, castra è Sittim promouit ad Iordanè, sexaginta stadiorũ spatio, teste Iosepho, vt postridie, i. finito triduo illo, populũ omnem transponeret in Chananaea. Existimant quidem R. R. David Kimhi, & Leui F. Gersonis, exploratores, pridie huius diei, hoc est, octauo die Nisan, reuenisse ad Imperatorè; perceptaq; exposuisse: & his animatũ eum surrexisse postridie bene manè. nimirum, quia ipsa narrationis series; si capituli superioris postremos duos spectes versiculos; hunc sensum præ se ferre videtur. Verum, vt antè est à nobis explicatum, atque etiam Iosephi testimonio comprobatum; nihil vetat dicere, illos antè reuersos fuisse, quàm Imperator per suos apparitores populum traiectionis præmoneret ad triduum; atque cum Rubenitis, Gaditis, & Manassensibus seorsim, de traiciendo vnã cũ fratribus ageret. Sed sunt ista prolixè à nobis disputata capite superiore. Cur autè illud, בַּבֶּקֶר, diluculo, interpretatus sit Latinus, de nocte, nò satis intelligo. Certũ est enim, בַּבֶּקֶר, lucè significare; sed primã diei, à, בַּבֶּקֶר, quærèdi verbo, vt volũt Hebræi, sicut בַּבֶּקֶר, extremã, atque à vicina nocte caliginosã. Significat ergo illud, non noctè; sed matutinũ crepusculũ, vt hoc, vesperinũ: quibus duobus teporibus, illo quidè domo

R. David Kimhi. R. Leui Gerson.

בַּבֶּקֶר, mane

Mechilta.

Mane surgendum esse.

Iosue vigilantia.

Boni Imperatoris virtutes.

pernoctare

R. Leui Gersonis.

Pavor multitudinis non facile sedatur.

procedendum esse, hoc verò domum reuertendum, monent veteres Hebræi in commentario Mechilta, multis ex sacra historia propositis exemplis; adduntque illud, מן־שׁוֹמֵרֵי בְּנֵי־אֶרֶץ־יִשְׂרָאֵל, hoc est, *Et surrexit diluculo*, quia de Patriarchis, Prophetisque, Abrahamo, Iacobo, Mose, Iosua, Samuele, aliis sanctis viris scriptum exstat, qui actiones suas omnes secundum Dei voluntatem instituerunt; confici argumento à minore ad maius, reliquis mortalibus idem esse faciendum; & talium virorum exemplo suum quemque torporem ad virtutum officia obeunda debere discutere: præsertim qui publicæ rei procuracionem habet. Sic illi. Certè mirificam illis verbis proponi nobis Iosue vigilantiam, dubium non est; atque ostendi, magis eum actuosa, quàm imperiosa sollicitudine populares in officio continuisse; neque minus exemplo, quàm iussibus Imperatorem egisse. Surrexit ergo ipse diluculo, vt nemini suorum excusacionem ignauiæ vllam faceret reliquam. Quippe Imperator præstantissimus somno utebatur, non ad corporis voluptatem, sed ad naturæ necessitatem; cuique non parebat ipse, sed per vitæ actiones imperabat. Dispiciebat enim nocte, quæ factò opus forent cum dies esset: suosque non mollitie, sed tolerantia excellebat. Porrò illud, *Ibi pernoctarunt*, posset quidem etiam reddi, ibi manserunt. Sic enim sunt interpretati L. X. I. I. Nam verbum, נָחַ, ferè illud est, quod Græci παραλειν, dicunt, verum quia est, vbi præcisè, pro, pernoctare, positum est, in sacris literis; & hic vnus modò noctis moram significare videntur illa quæ adduntur, verba; *prius quàm traicerent*, volui ego pernoctandi verbo hanc sententiam representare. Monco autem ista, vt intelligat lector, Latini translationem; etsi is, de suo, tridui mentionem addiderit, non temerè, quasi absurdam prorsus, esse repudiandam, quod quidam gloriosi ostentatores nimis libenter, & temerè facere solent, vt Hebraicè scire videantur. Finitum iam quidem erat, inquit Leui Gersonis, illud triduum, incipiente ista nocte; quæ ad diem mensis decimū cum pertineret, præstituta videri poterat traiectioni. verum lucem esse expectatam, inquit, monent nos ista verba: *Et ibi pernoctarunt, prius quàm traicerent*. Cur autem in lucem dilata sit traiectione, has fere affert causas. vt hoc tam insigne traiectionis miraculum, ab omnibus, tam Hebræis quàm hostibus, clarè perspectum exploratumque fieret, & illis quidem religionem pietatemque maiorem aduersus Deum, & reuerentiam erga suū ducem Iosuum, his verò pauorem vehementiorem incuteret. Tum vt vel vnam noctem haberet populus ad expiandum sanctitatis cultu quodam diuinum numen, pro felici traiectione, belli que auspicio. Denique vt ipsa hac expiatione permoti omnium animi attentiores essent ad considerandum expendendumque, quod factum ibatur, miraculum. Hæc ille. Sanè si per tenebras transpositus in Chanaanam fuisset populus, præterquam quòd nemini satis perspecta fuisset siccari fluminis ratio, & consistens aquarum incredibilis moles; illa quasi furtiua, & præ hostis metu tenebris tecta traiectione, nò dubium quin plurimorum animos consterneret. Semel autem in motu metus posita multitudo, mirum quàm difficiliter sedetur, confirmeturque; rursus.

Post finem verò tridui transibant monitores &c.

2 3

L A T I N V S de eo triduo dici ista existimauit, quod post mota à Sittim castra, ad ripam fluminis sit tritum: nos verò, qui putamus, hic vnus modò noctis moram ad traiciendum esse interpositam, dicimus, de illo agi triduo, cuius facta mentio est versiculo vndecimo superioris capituli; de quo satis prolixè disputatum à nobis illic est; vt & de verbo, מַשְׁמֶרֶת, quod interpretamur monitores. Ceterum narrationis ordo admodum perturbatus, meo certè iudicio, est hoc loco. Nā est vero simillimū, quæ à versu septimo, ad decimum quartum vsque narratur, ea omnia esse acta prius, quàm ista edicta, quæ tertius versiculus, & quartus continent, promulgarentur. Dico credibile esse, Iosuum primum à Deo certiorè esse factū de transmittendi fluminis ratione: id quod versu VII. & VIII. explicatur. deinde verò ipsum, quā à Deo acceperat traiectionis rationem, eam populo patefecisse: vt memorare videntur versiculi nonus, X. XI. XII. & XIII. ac tum demum esse populo edictum, vt simul atque viderent præferri sibi arcam, sequerentur: vt habet tertius & quartus versiculus. Moxque iussos esse sacerdotes, sublata arca, præire populo, quod sextus versiculus narrat. Atque deinceps eam succedere narrationem, quæ vers. XIII. inchoatur. Nam quintū versiculū, nò ad hunc decimum diem mensis Nisan, quo traiectionis in Chanaanam, sed ad nonum, hoc est, hesternum, pertinere, ipsi sacris verbis explicata res est. Si quis tamè contendat, neque sacerdotibus præituris, neque subsecuturo populo, immò verò ne Imperatori quidem ipsi, nisi tū demum, vbi omnes ad traiciendum in procinctu constitissent, patefactū à Deo esse inusitatum illū, quo transituri essent, modū; sed expectatione mirandi euentus

Num. 20, 29.

Num. 16, 31. Iud. 1, 36.

Psal. 14.

Iob. 1, 3.

Deut. 4, 7.

euentus, in tantā omnium rerum nò difficultate modò, sed plana desperatione, si res humanas spectes; suspensos omnium simul animos, sola Dei fiducia sese sustentasse, & promissis, equidem non repugnabo: sed vehementer laudabo præclaram fidei constantiam in populo; præter fuerat maiorū eius mira, atque adeò detestabilis diffidentia, sub Mose. Eam enim fidem esse sanctissimam, quæ prodigiosissima est, quæque; verbis Dei habetur, iis, quæ quod prorsus fieri non posse videtur, id tamen aut fieri, aut fore posse dicunt. & ipsa nostra salus Iesus Christus docuit, cum ambiguam Thomæ fidem castigaret; & D. Paulus. vt memorabile illud Abrahæ, aliorumque; sanctissimorum hominum exempla omittam. Atque vrinā hoc nostro sæculo nulli infinitam Dei potentiam cum eo quod ipsis sua dicitur humana ratiocinatio, contenderent; neque; nimio plus quàm oportuit curiosè inquirerent, qui fieri possint ea, quæ ipse Dei filius fieri, disertè atque explicatè pronuntiauit; immò verò scelerata audacia, fieri ea posse negarent. Sed reuocetur oratio ad sacra verba, vnde huc declinauit, Arcam vocari fœderis certum est, à lapideis duabus tabulis Dei digito scriptis; quæ iædus, quo sibi ille populum apud montem Sinæum obligarat, continebant: eam enim tabulæ in illa capsâ seruabantur. Et quia hoc fœdus interdum appellatur testimonium, hoc est, מַשְׁמֶרֶת, quippe quod testimonem voluntatis diuinæ sempiternam contineat; ipsa etiam arca, testimonij arca est nominata sæpe. Ceterum epitheta illa, *Domini Dei vestri*, idèò adiecta sunt, vt venerationem arca maiorem habeat apud populum; eoque; lubentius is illam sequatur. Est enim ac si Deum ipsum præsentem, viamque; aperientem ostendat; quippe ille ex hoc suo sacrario tam perspicuè suam sæpe præsentiam Israëlitis declarare solebat, vt viri sanctissimi ipsam capsam, quasi Deum, affari non dubitauerint. Sicut Mose, cum nunc promouendam alloquitur his verbis: Surge Iehoua, hoc est, Domine Deus, & dispergantur hostes tui. Nunc reponendam istis: Reuertere Iehoua ad myriadas millium Israëlitis. Sicut David, cum piis votis optans illam aliquando in sacram aliquā adem inferri, nominat Regem gloriosum, Deum fortem: Deum validum, Deum Zabaoth. Non illi quidè, quasi à simulacrorum cultu nò essent alienissimi. Ne eos quoque; tanti criminis insimulent nostri εἰκονολάτραι, sed vt presentissimū Dei numen significarent apud arcam esse: eaque; re populi animis religionem offerrent maiorem; qui cum Deum in solo versari cælo facilè statuit; ibique; tanquā otiosum obambulare; nec per tantū intervallum, & quasi ex caligine, vt ait Iob, iudicare res humanas, aut etiā cernere, neque vllā ad illum pietatē adhibet. Neque; aliqua religione à quouis scelere atque maleficio impeditur. Sed cur ad capsam illā voluerit Deus à superiore illa Ecclesia præstò semper esse existimari magis, quā aliis in locis quibusuis; nò obscuræ sunt rationes. Primum enim volebat ipse fœderis à se scripti cultus videri, quod in illa seruabatur. Magnam enim auctoritatē & pondus id ei legi adiungebat, cuius obseruationi perpetuā Israëlitas dare operam iusserat. Ad hoc, cum mirifica semper esset Hebræorū propensio ad idolorum cultū, more ceterarum nationum; instituit ille hoc veluti sanctum illis fanū, apud quod externo, vt vocant, cultu religionem exercerent: & diuinā potentiam presentissimā experirentur. vnde est illud Moysis: Quæ enim gens vlla magna est, quæ habeat deos sibi tam presentes, quàm est Dominus Deus noster (nobis) quoties ipsum inuocamus? Itaque hac veluti sacra sua æde populum electum prorsus à gentium ceterarū omnium multifariæ, & nefariæ religionis communionem seceuit, auertitque; & simul vt ne ipse inter se diuersis colendi Dei ritibus scinderetur, sed vniter eandem religionem retineret coleretque; effecit, cum ad hoc vnicum sacrarium; è quo solo, tanquam suo operto, responsa dare, & potentia suæ signa potissimum patefacere volebat, omnium spem bonam, quasi affixam, retineret: non quidem tanquam arca ipsa aut beneficij, aut damni dandi facultate polleret; aut per se venerationem illam ipsa haberet; cum ex qua esset composita materie testatum consignatumque; antè sacris literis esset: sed vt se Deum, tanquam qui inibi præstò semper esset, illic præcipuè adirent; illic cultus, honores, preces ipsi ritè adhiberent. Habet enim profectò mortalium animus, tantisper dum hoc terrenum corpus ei cælestium rerum veluti caliginem offundit, opus illiusce modi aspectabilibus adminiculis, & ceremoniis externi, vt appellant, cultus, quibus subinde admonitus, atque etiam adiutus, se & facilius, & studio maiore in cælum vertat; atque vel ipsa permotus pompa, Dei verbum, & sacramenta maiore cum reuerentia obseruet, penitusque in ea suam aciem intendat. Denique, quia in priore illa Mosaica Ecclesia, quæ agebantur, pleraque omnia typi erant, eaque; adumbrabat, quæ in hac Christiana sunt deinde re ipsa expressa, idèò benignissimus Deus suæ diuinitatis præsentiam luculentissimam in illa voluit patefacere capsâ,

Fides est sanctissima quæ prodigiosissima.

Arca fœderis.

Arca Dei nomine vocata.

Cur Deus sua presentia apud arcam declarauerit.

Cultus externus quid efficiat.

Arca typus Christiana.

capla, vt ea re nobis personam vnigeniti filij sui Iesu Christi, quam culturi essemus noua lege, quadam tenus representaret. In hac enim habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, vt ait diuus Paulus. Hac de arca eò sum persecutus hoc loco longius, quia crebra eius erit mentio. Ceterum accuratissimam eius fabricationem explicauit Moses in Exodo, vnde peti facile potest. Quod sequitur in ordine sacrorum verborum: *Et sacerdotes Leuitas.* vt LXXII. ita & Chaldæus copula interposita legit, & sacerdotes, & Leuitas: Verum haud rectè, ni fallor. Hærent enim inter se illa nomina, ea verborum compositione, quam Grammatici, appositionem vocant: rectè quæ expressit sententiam Latinus, cum diceret, Sacerdotes stirpis Leuiticæ. Erant quidem sacerdotes nulli, nisi Leuitæ: verum quadragies quinquies modò in sacra scriptura hoc adiectiuo esse appellatos sacerdotes obseruatum est in libro, quem Genesim magnam vocari diximus. Fucrat quidem Cahatitibus hoc munus assignatum, vt arcam baiularent. ij verò non erant Sacerdotes, sed Leuitæ solùm. Verum propter miraculi magnificentiam, & pompam, quod factum ibatur, non Cahatitibus, sed Aharonitibus, hoc est, sacerdotibus, hoc iam onus imponitur, quod ter omnino esse, diuersis locis, temporibusque factum, annotarunt Talmudici, in סוטה Suta, dum de vxore ad alienum virum diuertente disceptat: Hic, & in oppugnanda Ierichunte, & in reportanda à Dauide, Absalonè fugiente, in urbem arca, sed R. Dauid Kimhi quartum addit, quando in exadificatam, & iam dedicandam ædem Solomonis illa inferebatur è ciuitate Dauidis. Illud porrò, *Sequimini ipsam, non facite omnia quæ fecerunt patres vestri in terra*, Sequimini præcedentes. Non enim Sacerdotes, sed arcam sequi iubetur populus, nimirum quæ, vt dixi, Christum adumbrabat. Quanquam enim Sacerdotes sint administri verbi, & sacrorum Dei mysteriorum interpretes, tamen haud quaquam in illos ipsos, sed in munus quod sustinent, est nobis intendendus animus. Ceterum Talmudici, quo nuper dicebam loco, obseruarunt etiã, longè diuersum in promouendo exercitu ordinem nunc, atque antè, institui. Nam adhuc, viuo certè Mose, columna nubis de die, ignis de nocte itineris duces fuere populo: arca verò mediam occupauit aciem, in locum recepta tutissimum. At nunc, imperante Iosua, hæc, nube remota, omnibus præit, nempe non iam oberrantibus per inuium, senticosum, inhospitale desertum, sed rectà se in promissam patriam inferentibus. Postquã enim populus Dei, vt paucis eam, quæ se ipsa offert, *אני ה' אלהיך* explicem, diu multumque in horrida duris præceptis lege Mosæica oberrasset: neque ad caliginosum, & fumo multo mixtum illud nubis lumen, quod sacri vates subinde præferebant, satis certam salutis viam, qua in celestem patriam euaderet, inuenire potuissent: tandem vera illa arca Iehoua, hoc est, Iesus Christus, & homo, & Deus, discussa caligine, populum suum ipse ducere, atque iter certissimum per Baptismi sacri Iordanem non solum monstrare, sed facere dignatus est. Meminerimus igitur, hanc nos quoque arcã perpetuis animi nostri oculis obseruare, & vitæ actione, quoad certè possumus, sequi debere. Neque fas esse, vt aliò spectemus, aut alia ad beatissimam illam terram compendia, vel alios duces, quæramus. Nam simul atque illa nostræ mentis obtutù non amplius relexerit, in summa viæ vitæ ignoratione vt versetur necesse est. verendumque ne mox rapidis aquarum vorticibus, hoc est, huius mundi procellis implicati, prono cursu in mare mortuum deferamur. Sed ista hætenus. Mandatur ergo, in summa, hoc versiculo, vt populus omnis, cum viderit arcam à sacerdotibus, è medijs castris, vbi quiescebat, auferri, atque gestari ad flumen versus, relicto ilico tugurio, se quisque ad iter comparet; illamque suo ordine locoque sequatur; nemo verò præcedat, vt antè fieri solebat per desertum, cum diuisis tribus, aliæ præire, subsequi aliæ iussæ essent. vt scriptum est in Numeris.

*Sed esto interuallum inter vos, & inter illam &c.*

Vt Israelitis arca, sic nobis Christus sequendus est in terrâ promissâ cõstendibus.

VNICIA erat populo illi Hebræo transiendi in terrâ promissam ratio, si eam teneret viam, quam sacra arca ostendisset, quamque ipsa illis aperuisset, & præuisset. Nobis quoque vna sola ratio constat in celestem patriam nostram euadendi, si arcæ nostræ Iesu Christi, in quo habitat absoluta diuinitas corporaliter, vt ait Paulus, insistamus. Frustrà illi, nec sine certo suo exitio, vel propria natandi peritia, vel portitoris alicuius opera freti, transimittere flumen fuissent conati. Frustrà nos, & perniciosè, vel nostræ, vel aliorum hominum iustitiæ plus quam oportuit confidentes; neque vnus Christi iustitiæ omni fiducia pertinaciter inhaerentes, huius vitæ vndis superatis, in beatam illam viuentium terram euadere studebimus. Illos Imperatoris edictum longo interuallò à præcunte arca se iungebat. nos nostræ carnis infirmitas multo longius abesse à Christi vestigijs

Sacerdotes Leuitæ quoties dicti in sacris literis.

כַּהֲנָנִים רַבָּה

Sacerdotes cur. Arcã hic gestent. & quoties hoc factum. Talmud.

סוטה פ' י

R. Dauid Kimhi.

Arca sequenda est, non sacerdotes.

Talmud loco quo supra.

Arca præit populo sub Iosua.

Anagoge.

Admonitio. Christi ducti esse obseruandum.

Coloff. 2,9.

Exod. 25.

Num. 3, 15 & 10, 21.

Num. 10.

Coloff. 2,9.

Rom. 10, 3.

stigijs, quæ sequimur, facit. Sed ista hætenus. Ad sacra verba quod attinet, videtur hoc præscripsisse Imperator duorù circiter millium cubitorum interuallum, vt ne quis fe in fluminis aluueum inferret, prius quam arca ad ripam vsque aduersam, per medium fluiuium, tralata, vadum vniuersum, quã futurus erat transitus, exsiccaffet; iterque patefactum oculis omnium subiecisset; ne quis temerè aliã contenderet. hoc enim, præterquam quòd omnium animos à viæ rectæ liberabat errore; ipsis etiã miraculum istud maximum, quod omnibus fiduciam certissimã de præsentia, atque potentia Dei afferre debebat, euidentius, perspicuumque magis faciebat; cum ante oculos aquas superiores incredibili mole pedetentim suspensi, quatenus sacerdotum humeris portata progrediebatur in aluueo arca; inferiores verò continuo delabi, vadumque siccum relinquere, viderent, prius quam aliorum hominum quisquam aut pedem intulisset, aut machinã ullam admouisset. Nam circiter duorù millium cubitorum spatio patuisse tunc redundantis fluminis latitudinem, bona coniectura, etiam ex eorum hominum relatione, qui nostro sæculo illa loca videre, potest capi. Ceterum de eo agi interuallò potissimum, quo arca in ipso aluueo eos præcessisse debebat, qui ex ordine proximi subsequerentur; est à R. Dauide Kimhi rectè annotatù; atque ipsa quoque dicitur castrorù ratio; quæ in fluminis iam ripa facta cum essent, arcam non nisi trans flumen sequi potuerunt. Sed enim, non fuerit fortasse insulsum planè atque ineptum, dicere; Circiter bis mille cubita, quæ præstituentur à Iosua, adumbrare annos circiter bis mille, quorum interuallò ille tum populus à vera diuinitatis arca Iesu Christo aberat. Sed ad institutum. Literam, מ, Caph in verbo, קָמַלְפִּים, nos *circiter* sumus interpretati. LXXII. & Latinus, quã certã definit mensuram, accepisse videntur. sed illa eius magis propria notio est. Et probabile est, non tam definite spatium illud præscribi potuisse, quod oculorum modò coniectura, non cubitis erat metiendum. Ceterum illud מְנַסְרָה, *In mensura*, videntur & LXXII. & Latinus, vt superuacaneum, præteruisse: nisi illos eius loco legisse putemus, עָקָר, cum reddat, שְׂרָעָה; quanquam fieri certè potest, vt hoc de suo addiderint, vt sæpe alia solent, rerum explicandarum gratia. Equidem facere non possum, vt hic non prodam veterum Hebræorum commentationem, quam ipsis iniicit demonstrationis pronomen, in verbo, בְּיָדֵי, per vocalem eam, quæ pluralis est numeri, scriptum. Quod enim nos conuertimus, *inter illam*, si pronominis vocalem inspicias, dicendum erit, inter illas. Commentati sunt igitur illi, duas fuisse arcas, vnã incedentes; alteram diuinitatis, alteram Iosephi. Equidem putarem Iosephi arcam hinc vocari ab eis, in loculos, quibus condita Iosephi ossa ex Ægypto asportabantur in Chananzam; vt in sacra istius historia extremo dicitur. Verum quia non solù stultitia, sed etiam impietas fuerit, eos loculos, ex æquo cum Dei sacratio, hoc est, diuinitatis arca, vt illi appellant, incedentes facere; suspicor cõmentum hoc illi geminũ planè esse, quo duos Messias fecere; Dauidis filium victoriosum alterum, alterum Iosephi, occidendũ ab hoste. Nimirum vel imprudentes ex sacris literis docti, Messiam & Deum, & hominem fore. diximus enim, sacram arcam, Christi prorsus typum fuisse. Eum autè Iosephi esse filium existimabant Iudæi. Ceterum vetus traditio, quam, מסרת, appellant, bis omnino in vniuersa scriptura sacra, verbum hoc, בְּיָדֵי, literis quidem quæ numerum singularem, sed vocalibus quæ pluralem præ se ferunt, esse scriptum, prodidit: id quod in alijs quoque verbis sæpe factum in sacra historia videmus, cum de Deo agitur. vt apud Hofeam, לֹא יִירָדוּ עִיבֵי לֹא יִירָדוּ עִיבֵי, Et contumeliam ipsius reddet ipsi Domini sui, pro Dominus tuus. Vt apud Isaiam, כִּי בְעֵינֶיךָ עָשִׂיתָ, Quia heri tui factores tui, pro herus tuus factor tuus. Sed sunt huiusmodi tam multa, vt superuacaneum sit omnia persequi. Quæ ego haud temerè sic esse scripta arbitror; quando nullus apex frustra positus est in diuinis literis: sed partim ad sacrosanctam Trinitatem, alia ad duplicè Christi naturam spectare. Sequitur in ordine verborù: *Et sciatis viam eam, quã cõstitit ituri.* Nimirum longo promissæ terræ desiderio incensi omnes & incitati, studio admirabili alius alium anteuertere conati fuissent; ægreque passi sacerdotes decoro incesso cum arca præcedere. Nunc autem patefactam antè viam, & perspicuè videre, & ex ordine tenere omnes potuerunt. Illud porrò, *Ab heri & nudius tertius*, idem est, ac si dicas, pridem, aut nuper. Chaldæus plerumque conuertit, ad heri & antè. Planè nimirum est Græco illi Homericò geminum, ἄνωθεν καὶ ἀπὸ νῦν, quo vates vitur de plurium etiam annorum tempore, cum ait: ἄνωθεν καὶ ἀπὸ νῦν ἄκουσεν ἄνευ Αὐτοῦ ἡνὲς Ἀγαμέμνων Ἡγεμὼν Τροίας: iam tum enim nouè circiter annos circumfederant Troiam Græci, cum ea verba faceret Vlysses. Et nescio an non alludant ista nostra verba, ad illud iter,

Latitudo Iordanis redundantis.

R. Dauid Kimhi.

Bis mille cubita, cuius rei mysteriũ sine.

Veteres Hebræi duas arcas fuisse dixerunt, & duos Messias.

מסרת

Verba numeri pluralis de Deo scripta.

Heri & nudius tertius.

Talm. סוכה hoc est, de festo tabernac. c. 5. Et Galatinus de arcan. cath. vers. 1, 3, c. 2.

Hof. 12, 2, c. 5. Isai. 44, 2. Iud. 3, 3, c. 2.

Hom. Iliad. 2.



Imperatoris industria sine inultum obedientia vana est.

Obsequium subiectorum vnde patetur.

Deus procurat ut nobis sua beneficia fruamus.

Sed, vt quæ mox subiicitur caussa, & quæ explicatiùs etiam versu XIV. scripta habetur, patefacit; pertinent ista ad parentium obedientiam, atque obsequium: sine quo obsequio nihil efficere potest vel maxima cuiusquam Imperatoris virtus, & industria. verissimè enim apud Xenophontem Chrystantas dixit, τὸ περιπαρρηθῆναι μέγιστον εἶναι ἀγαθὸν εἰς τὸ κατα- Xen. l. infir. 8  
 ἄρδασθαι τὰ ἀγαθὰ, καὶ εἰς τὸ διασωθῆναι. hoc est, nihil esse præstantius ad res magnas aut parandas, aut conseruandas, subiectorum obedientia atque obseruantia. Nihil autem est quod homines efficiat suis Principibus obsequetiores, quàm si ipsos intelligat se esse meliores; atque ad ea prospicienda, procurandaque, quæ sint salutaria, prudentiores. Quomodo autem ille Imperator non omnium optimus atque prudentissimus existimetur, cui Deus in rebus omnibus prestò adesse perspicuè cernitur? Eo igitur spectat ista amplificatio, vt cõparetur Imperatori præclara, & sancta apud suos ciues existimatio. quippe quæ intelligant, à Deo veluti in sinu gestari, & continuo alio atque alio dignitatis suæ fructu cumulari. bona verò existimatio reuerentiâ obsequiumque pariat. Etenim similiter Deus, quos noua Lege lata, populi sui magistros ad Euangelij doctrinam propagandâ esse voluit, eis optimam existimationem per varia miracula cõciliauit: & per ostenta declarauit, muneris, cui illos præposuisset, veritatem atque constantiam. vt in actis Apostolorum est perscriptum. Et cum vnigenæ filij sui mandata & imperium nobis quàm commendatissima efficere vellet, tum Spiritu sancto corporata specie demisso, tum cælesti voce testificabatur, eum esse filium suum carissimum, quo mirificè delectaretur. Nimirum admirabili bonitatis, atq; amoris abundantia benignissimus Pater noster Deus gratuita sua beneficia, vt nobis fructuosa sint, talibus modis efficere conatur. Ceterù loqui videtur hic Deus, de exsiccando redundantis fluminis alueo; quasi in gratiam Imperatoris id faciat. Planè enim eadè ratione Moſen antè amplificauerat, populi ducè nuper factû, exsiccato maris rubri sinu. Quamquam libenter opinor, arcano etiam modo illum à Deo in populi oculis angustiores esse redditum: similiter atque Homerus suum Vlyſsem fingit, à propitia Pallade, formosa & illustri, ac prope diuina specie subinde esse informatum. qui etiam Reges alios quodâ maiestatis splendore à diuino numine decorari existimat, cum sic scribit, οὐρανὸς ἑὸς βασιλῆος ὃς τὸ ζῆν κῆδος ἐδραυν. Nam & suos sic sacerdotes se despiciatos apud populum reddere velle ait Deus apud Malachiam, cum minatur, se stercore festorum conspersurum facies ipsorum. Hoc enim profectò occultam aliquam efficiendi contemptus rationem significat. Fuerat quidem Iosua pridem, atque etiam num viuo Moſe magnis honoribus diuinisque donis auctus à Deo; vt cum simul cum Moſe propalam è nube tabernaculo circumfusa ipsum alloqueretur. cum Moſes huius iussu, ipsum manu imposita consecraret, suæ gloriæ participem faceret, Spiritu sapientiæ imbueret. Verùm si ipsam Imperij functionem spectes, iam nunc primùm admirabilis illius transfusionis gloria coloneſtatur à Deo. Quare illud rectè dictû est, Incipiat te magnum facere. Posthac enim non solum sapientiæ, atque amicitie Dei gloria, verùm aliis atque aliis Imperij, & amplitudinis suæ fructibus continuò amplificatus ab illo, florebit. Porrò illud, Vt sciant me tecum esse & cet. interpretatur Chaldeus, Vt sciant sicut verbum meum fuit auxilio Moſi, ita verbum meum esse auxilio tibi. Cuius interpretationis explicata à nobis suprâ est ratio.

Xen. l. infir. 8

Act. 14, 3.

Matth. 3, 16.

Malach. 3, 3.

Deut. 34, 11.

Syr. c. 1, 54.

Tu verò imperato sacerdotibus baiulis arcæ faderis &c. 8

AVDIVIMVS versu sexto, Iosua sacerdotibus imperantem, vt arcam præferrent populo: iam igitur vt intelligamus, eum id, non ostentatione imperij gloriosa, sed magna ratione fecisse, explicatur, qua auctoritate, quaq; fiducia eis illud imperauerit. Est autem existimandum, plenè hic Deum edocuiffe rem omnem, vt esset agenda. Nam de XII. saxis, quæ ex Iordanis alueo sumi, & ad Galgalâ ferri voluit, madata eum dedisse Imperatori, patefaciet versiculus octauus proximi capitis; cuius tamen rei nulla apparet vsquam mentio. Ad hoc, ipse Imperator, inter Dei verba, quæ mox populo referet, traiectionis modum omnem explicabit. Non igitur hoc loco verba Dei quæ ad Imperatorè fecit, plenè perscripta sunt, sed ea modò particula, quæ præ ceteris necessaria videbatur, vt ex qua constaret, Imperatorem hædquaquam sua, sed Dei auctoritate iussuque Sacerdotibus sacræ caremonie modum præscripsisse. cetera verò, quæ ad narrationis filû contextendum pertinet, ea hinc inde colligi facile possunt. Quæ narradi ratio sæpe sanè in vtriusque testamèti libris est seruata. Porrò de extremitate Iordanis, quod ait, sic puto esse accipiendum, ac si dicat, vbi ad ripam vsque aduersam pertigeritis, emensi tota fluminis latitudinem, tum in alueo insistite, neque euadite in continentem, vsque eò, dum iussero.

קנה

iussero. Nam ea arca mora cohibendus erat aquarum cursus, & suspendendus, tantisper, dum omnes traicerent. קנה enim & extremitatem siue oram significat, & partem. Sed de his mox plura. LXXII. pro, קנה, & tu, legerunt, קנה, & nunc. Ain pro Aleph.

Dixeratque Iosua ad filios Israel: Accedite horsum &c.

EDOC TVS à Deo Imperator, vt superiore versiculo vidimus, omnem ratione transponendæ multitudinis in Chananæam, euestigio eam patefaciebat populo, atque sacerdotibus. Hactenus enim satis explorata fuerat & probata Deo omnium fidei constans modestia: qua, etsi ab rebus omnibus ad traiciendum essent imparatissimi, tamen neque de Dei promissis atque potentia desperauerant, neque in eius consilium curiosè inquisuerant; sed Imperatorem suum vsque ad fluminis ripam obedienter secuti, adhuc expectauerant religiosè, quo tandem modo immensâ Dei potestas multitudinem tam numerosam, & cuius, vt est credibile, pars longè maxima erat infirma puerorum & feminarum turba; trans rapidum, & turbidum flumen; qualia sunt quæ nouis vndiquaque aucta aquis redundant, in terram hostilem esset portatura. Sunt igitur ista cum versiculo secundo sic aptanda, vt cum ipsa pro concione ab Imperatore exposita essent, monitores deinde per media castra edixerint illa, Cum videritis arcam, & quæ sequitur in tertio quartoque versiculo. Neque enim vnus hominis vlla vocis contentio tanta esse potuit, quæ per amplissimam multitudinem ab omnibus exaudiretur. Nam ad concionem quod attinet, cuius hoc versu mentio est: probabile est, permissum quidem fuisse cuius inter- esse, verùm solos senatores, & insuper ex vnaquaque tribu delectos à tribulibus viros quosdam primarios esse citatos. de qua re alio loco plura, si volet Deus. Ceterum illud Horsum, siue Huc, locum ostendit, opinor, in quo sacra arca stabat posita in medio agmine. Erat enim soleme, cœtus ad tabernaculum conuocare, vt nihil, nisi Deo veluti spectante, & conscio, agi cum populo existimaretur. Et sanè qui in sacris concionibus verba vel faciunt, vel audiunt, deberent non minore id religione agere vtrique, quàm si præsentem, animosque ipsorum penitus perspicentem Deum oculis cerneret. Quod autem dicit Imperator, Verba Domini Dei vestri, tum attentam cupidamque facit audientiam, tum fidem conciliat iis quæ dicturus est, ab auctoritate simul, & potentia, benignitateque personæ Dei. Nam si sunt verba Domini, hoc est, Iehouæ, & summi numinis, non possunt non esse & certissima, & de rebus auditu dignissimis. Si autem Dei vestri, hoc est, qui vos sibi peculiarem populum delegit adoptauitque, & qui vestri curâ semper, vt benignissimus pater filiorum suorum, gessit maximam: qui que, vt pote Deus, facile quod vobis commodum atque vtile sit, præstare queat, fieri non potest, quin sint, in hac omnium rerum summa difficultate, vestraque tanta sollicitudine, omnis consolationis plenissima, & planè rebus vestris peropportuna. Ceterum, quòd ea quæ diuino afflatu intellexit, aut ex sacro edita oraculo percepit, tam planè Deo, vt debet, adscribit, non autem quasi profecta ex sui animi perspicacitate atque prudentia, iactat, id animi eius in summa potestate moderationem singulariter commendat: nobisque exemplo esse debet, ne propter abundantioris Dei aduersus nos benignitatem, nosmet effera- mus, aliisque præferamus, sed candidè, quidquid est, quo ceteros mortales excellimus, illi acceptum referamus; nostræ laudi non assumamus.

Ios. 3, 14.

Cœtus conuocabatur ad tabernaculū arce sacræ. Conciones quales esse debeant.

Deus vestri.

Ios. 3, summa moderatio in amplissimo imperio. Monitio.

Per hoc cognoscetis, quòd viuat Deus fortis in medio vestri &c.

10

IAM his quatuor deinceps versiculis exponit Iosua Dei consilium in transponendo populo, quod ab illo perceperat: sed capita duntaxat narrationis cõmemorata sunt sacris verbis, vt nuper quoque factum ostendimus. Pronomen Hoc demonstrat id, quod parè, versibus vndecimo & XIII. indicatur miraculum. q. d. ex hoc tam admirabili ostento, quo vestra causa modò Deus ipsam rerum naturam, ceteroqui perpetuam, fixam, stabilem, commutabit, intelligere potestis perspicuè, ipsum omnipotentem vobis præsto adesse: & eum quidem viuum: hoc est, non ociosum, & veluti lentum, languidum, segnem, nihilque magnopere curantem; sed planè vegetum, aciem, intentum in omnium earum rerum procurationem, quæ vobis vtilis sint & commodæ: atque ad ea omnia præstanda conficiendaque, quæ vobis antehac sæpe est pollicitus: vt iam nulla dubitatio hæsitatio in vestris animis reliqua esse debeat, quin sit profligaturus ante vos eas gentes, quarum ditionem occupatum nunc pergitis. Cum enim diuinorum miraculorum omnium, præsertim insignium & inuisitatorum, ea sit vis atque efficacitas, sicut & scopus quoque, vt mentibus hominum religionem afferant maiorem: istud autè miraculum

Deus viuus, cur.

Miraculorum scopus & efficacitas.

f miraculum

Humanæ mentis stupor maximus in rebus diuinis.

Obiectio.

Solutio.

Fides augere potest.

Epitheta Dei.

In fide Israëlitarum cardo læti successus ipsorum verte-  
batur.

potens, pollens.

viuus.

miraculū & maximū fuerit, atq; admirabilissimū, & profusū accommodatum ad summā eorū promissorū, quæ antehac Deus Israëlitis sapissimè promiserat, de obtinenda terræ Chananæ possessione, fieri profectò non potuit, ut neque debuit etiā, quin ex ipso statim plerique omnes intelligerent, Deū sibi adesse præsentē, & ea iam effectum ire, quæ toties pollicitus fuerat. Sed quamuis sua cuique ratiocinatio superiores illas Dei pollicitationes cū hoc admirando opere conferenti persuadere facilè potuit, ut ista apud suos animos sic statuerent, iudicarentque, tamen cū mirifica sit in nostris mentibus semper stupiditas, tantisper dum carne sumus circumdati, & humi strati, ad æstimandam obseruandamque, quo ille consilio nostram salutem procurat, idè haudquaquam superuacanea fuit ista Imperatoris admonitio; immò verò planè opportuna; ut excusso illo mentium torpore, omnes ex hoc tam miro faustoque auspicio certissimam animis spem conciperent, facilis aduersus Chananæos, acerrimos, ut videbantur, hostes, victoriæ: non aliter atque si Deum omnipotentem illa manu, qua incitati fluminis aquas sublimè suspendentem visuri sunt, hostes quoque illos suos sternentem conspiciant. Nam aliqui facilè euenire potuissent fortasse, ut in tanta hominum turba, ex aliquorum peruersis cogitationibus, rumores sinistra improbi que dissipati, increbrescerent, Iordanem transmittere, gentem que fortissimam adire, vndique mari, montibus, fluminibus circumdatam, vnde nullum pateret se mel victis effugium; nihil aliud esse, quam se in potestatem hostium dedere. Qui rumores quantas subito daturi fuissent turbas, ex ea animorum imbecillitate atque desperatione æstimare licet, quæ capite septimo memorabitur; cū semel vel minimum quid aduersi, paucis è populo apud Hai accidisset. Sed enim videntur ista parum esse consentanea præclaræ illi fidei, quam superioris versiculi initio tantopere laudabamus in populo. Si enim ex ipso tandem miraculo cognitari sunt, Deum à se stare, hostes que profligaturum esse; effici videtur, adhuc ipsos dubitasse. Immo verò minimè id conficitur. Iam enim id eos re ipsa esse cognituros dicit, quod adhuc sola fide persuasum sibi habuerunt. Deinde, potest istud de fidei augmento dictum accipi. Nam pauci, opinor, nostrum, ne dicam nulli, eò perfectionis in fide progressi sumus, ut nò sentiamus, vel maximos vltra progressus nos continuò facere posse, si Deum ritè pergamus precari, cum Apostolis, ut fidem nobis adaugeat. Denique in numerosissima illa turba probabile est fuisse non parum multos, qui partim hæsitarent, alij etiam planè diffiderent; tametsi communem multitudinis disciplinam factis colerent, & fidem specie præ se ferrent. Iosua autem indiscriminatim loquitur. Nam qualescunque antè fuere, certè non potuit fieri, ut hoc tanto miraculo ipsorum animus non vehementer permoueretur; & qui antè planè crediderant, plurimum confirmarentur; ceteri diffidentiam cum fidentia commutarent. Sed iam expendamus ipsa sacra verba. Illud, *אֱלֹהֵינוּ*, cognoscetis, ita accipi potest, quasi sit Futurum modi finiti, pro mandatiui, cognoscitote; aut modi potentialis, ut vocant, cognoscatis. Sed ista aut nullam aut minimam adferunt ad sensum variationem. Illa autem Dei epitheta, *אֱלֹהֵינוּ*, El Hai, hoc est, omnipotens, siue fortis, & viuus, vel viuus, ad præsentem locum sunt accommodatissima. Erat enim Imperatori hac oratione propositum, fidem & spem populi affirmare de victoria aduersus septem, quæ enumerantur, gentes obtinenda. quippe in qua persuasione & fide, cardo omnis læti successus verte-  
batur. Quæ causa est, cur id tanto studio ab omnibus, qui aliquando apud Israëlitas cum imperio tuere, inculcatū ipsis sit. Etenim quotiescunq; toto animo in Dei ope & præsidio illi acquiescebant, eiusque & potentia & benignitate freti hostes suos inuadebant, toties victoriam reportabant lætissimam. at quando suas ipsorum vires cum hostium viribus contendebant, vel turpiter cædebantur, vel fœdas perniciosasque pactiones cū illis facere cogebantur, quibus deinde obstricti, paullatim à proba religione ad cultum fal-  
lorum deorum abducebantur, eaque impietate sua moram moliebantur, quantum in se erat, cū ceteris omnibus lætissimis Dei promissionibus, tū generis humani etiā salutis dispensationi; victoria autem parari solet fortitudine: est ergo aptissimū illud epithetum, *אֱלֹהֵינוּ*, El, fortis, potens, pollens. Sed quado frustrà est omnis potentia, si desit præpta voluntas, atq; industria, additur, *אֱלֹהֵינוּ*, Hai, viuus, siue, qui viuus (perinde enim Verbum atque Nomen est) quod agilem Dei industriā, atque actuosam providentiā curamque significat, qua semper opè maturè suis fert, succurritque, in tēpore ipsorum salutis. Vita enim, ut ait Aristoteles, actio est; atque ex motu potissimum cognoscitur. Et quorum nulla actio motusque apparet, ea mortua, aut certè languida torpentiāque esse censentur. Deus igitur cū sua efficiantia gubernet

Aristo. de animo.

Ps. 127, 3, 4.

Act. 17, 22.

Act. 13, 19.

Gen. 15, 18.

Sup. 1, 13.

gubernet modereturque omnia: & in primis suorum cultorum sollicitudini subueniat, rectissimè, *אֱלֹהֵינוּ*, viuus, agilis, vegetus appellatur. quod diuinus vates significabat, cū caneret: Non permittet, ut pes tuus labascat, non dormitabit, qui custodit te; ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israël. Nam etsi ideo quoque viuus, immò vita ipsa rectè nominetur, quia per ipsum omnia viuunt, & mouentur, & existunt, ut ait Paulus; tamen ea, quam dixi, notatio præsentem loco seruit. Multa disputata sunt etiā ab Hebræorum Philosophis, quos Cabbalistas, quasi qui à maioribus traditam per manus doctrinam acceperint, appellant, de istis Dei nominibus, *אֱלֹהֵינוּ*, El Hai, cū multis in locis aliis, tum in eo etiam libro, quem Porta lucis inscripserunt. Hic enim scribunt, *אֱלֹהֵינוּ*, Iehouam, quem nos Deum Patrem dicimus, inuocatum appellatumque; hoc nomine, *אֱלֹהֵינוּ*, El Hai, largiri per, *אֱדֹנָי*, Adonai, hoc est, per Dominū, quem nos appellamus Filium, benignissimè cū cetera, quæ opus sunt, tum vitam incoluemem, & ab hostibus tutam. adduntque; ideo Imperatorem Iosua, hoc loco nomen istud, *אֱלֹהֵינוּ*, vlturpasse, ut suorum animos eius commemoratione redderet de ferocissimis hostibus, quos adibant, securos. Sed reuertatur ad contextum. Illud, *אֲנִי הָיוֹרְדָן*, quod conuertimus, *in medio vestri*, rectè etiam reddatur, apud vos. Nam, *אֲנִי הָיוֹרְדָן*, à verbo, *אָרַב*, propinquitatem propriè significat. Quæ porro sequitur verbi geminatio, *אֲנִי הָיוֹרְדָן יוֹרְדָן*, *expellendo expellet*, continuatas alteram post alteram victorias promittit. Est autem obseruatum, verbum hoc, *אֲנִי הָיוֹרְדָן*, si subiicitur ei, *אֲנִי הָיוֹרְדָן*, hoc est, à facie, siue è conspectu, tum significare, possessione depellere atque deicere: ceteroqui verò, possidere, aut si forma Hiphil inflectatur, mittere in possessionem. Sed enim ista de expellendis septem gentibus Dei promissa esse aliquando ad rem collata, docet hoc nostrum commentarium, & testatur Paullus, cū Antiochiæ Pifidiæ sic loquitur pro concione: En deleris septem gentibus in terra Chananæa, heredes terræ illarum fecit ipsos (Isrælitas.) Sed dicat aliquis, Abrahamo promiserat Deus decem gentium possessiones: non ergo promissorum munus plenè conficitur expellendis gentibus septem. Verum expedita est responsio. Iosua de iis agere possessionibus, quas ipse esset Israëlitis distributurus: hoc est, quæ vltra *אֲרִבְתָּי*, Labo Hamath, non iacebant. At in illis liberalioribus promissis loca omnia esse, ad Euftratē vltque. de qua re memoria repetat lector, quæ sunt à nobis prolixè disputata ad versiculum quartum capituli primi. Præterea septem istæ gentes aliquando pluribus, aliquando paucioribus nominibus significantur: ut suis locis monebimus. Nam in populosissima regione familias habitasse diuersas plurimas, est credibile. Neque verò easdem semper iisdem esse appellatas nominibus, certum est. Qui enim in Abrahamico fœdere dicuntur, *רַפְחַיִם*, Raphaim, videntur à Iosua iam vocari *חַזְעִי*, Hæuei. Quarum appellationum rationem alibi explicabo, si vita suppetet.

Deus viuus.

Cabbaliste.

Porta lucis.

אֲנִי הָיוֹרְדָן

אֲנִי הָיוֹרְדָן

Aditus ad Hamath.

En arca fœderis, Dominus vniuersæ terræ præsit &c.

II

L A T I N V S Græcos secutus, ut solet libenter, conuertit hunc locum sic: Arca fœderis Domini vniuersæ terræ. Quin Aquila quoque, & Symmachus casu gignendi sunt vsi: ille enim, *αρχὴ τοῦ θεοῦ*, hic *ἀρχὴ τοῦ θεοῦ*, reddidit. verum appositiuè, ut loquuntur Grammatici, hæere nomen, *אֲרוֹן*, Dominus, cum præcedentibus, patefacit accentus, aut interpunctio, *אָרוֹן*, Zakeph, insistens verbo *אֲרוֹן* fœderis, lectionis que cursum sistens. Habet enim inter eos accentus, qui Regum nomine dignantur, vim pausæ maximam, post Soph-pasuc, & Athnachtam. Neque verò insolens esse, ut arca sacra Deus vocetur, satis multis est à nobis antè confectum. Veruntamen si quis Latinum, & Græcos sequi malit, is cum Dauide Kimhi existimet, nomen *אֲרוֹן*, Aron, hoc est, Arca, *אֲרוֹן כֹּהֵן*, repetendum esse; quasi sic scriptum sit, *אֲרוֹן אֲרוֹן הָאֲרוֹן*, *אֲרוֹן אֲרוֹן הָאֲרוֹן*, Ecce arca fœderis, arca Domini vniuersæ terræ, aut si mauult, putet verbum, *אֲרוֹן*, esse ipso sensu iterandum, Arca fœderis, quod fœdus est Domini vniuersæ terræ. Quamquam tanti esse nobis accentus non debent, quos præcis temporibus nullos fuisse etiam Iudæi fatetur, ut veterum interpretum, bonas alioqui, & probas sententias, verbisque sacris consentaneas satis reselant. Ceterum appositiuè ad rem nominat Imperator Arcam, Dominum vniuersæ terræ; ut penitus omnem ex animis populi non dicam diffidentiam, sed hesitationem eliminet. Quis enim dubitet eum, qui omnium rerum Dominus est; omniaque habet in manu, atque gubernat, & moderatur, posse ipsam quam condidit aquæ naturā, quamque ei imposuit legem, ad breue tempus, vel mutare, vel certè suspendere?

Accentus Zakeph.

R. David Kim.

Accentuum quanta sit habenda ratio. Arca vocatur Dominus vniuersæ terræ.

Nunc ergo legit vobis duodecim viros, &c.

HIC versiculus interruptit narrationis miraculi ordinem cursumque. essetque illa dilucidior, si proximum is versiculus sequeretur. Significat autem, Deum, cum Imperatori patefaceret traducendi populi rationem, simul id iussisse quoque, quod initio proximi capitis memorabitur explicatius.

Et futurum est, ut simulatque quiescent planta pedum &c.

SYRA dixit arcam, siue Deum, quem arca, ut aspectabile signum, representabat, praetura in Iordanem populo. Iam vero quid tum postea futurum sit, exponit, nempe simulatque arcam portantes humeris sacerdotes institerint in aquis; eas quae infra sunt, excisum iri, hoc est, ablatum ex alueo, siue, defecturas. Nam superiores subsistent in aceruum collectae, & tanquam vtre contentae. Itaque dum inferiores pronu cursu labentur in mare mortuum, necesse erit vada ilico nudari. De inferioribus enim accipienda sunt illa verba, Aquae Iordanis exsiccantur, siue deficient. Copula autem, quae verbo עָקְרָר, praeposita est, sensu ipso collocatur ante nomen, עָקְרָר, aut est, ut opinatur Rabbi Isaias, superuacanea. Eset quidem, ut videtur, haud incommoda interpretatio loci istius, haec, Aquae Iordanis descendentur, aquae, inquam, illae, quae ex supero descendunt, & subsistent cumulo vno. Idem enim prorsus efficitur, nempe alueum inferiorem excicari. Nam dum superiores aquae, tanquam mole opposita, diuiduntur ab inferioribus, haec vero libero cursu defluunt in Asphaltitem; plane consequens est, ut inde a subsistentibus superioribus, ad lacum vsque denudentur vada. Verum verbum, בָּרָת, hic non fecari, aut discindi, sed excicari, hoc est, auferri, perdi, aboleri, siue deficere, vt reddidit Chaldaeus, significare, ostendit versiculus decimus sextus; apud quem de his plura sumus dicturi.

Factum igitur est, cum discederet populus de tentoriis &c.

QVAE post versum sextum adhuc dicta sunt, quasi interpositio quaedam, interrupterunt narrationem. ea autem iam continuatur, ad hunc modum. Cum sacerdotes, recepta in humeros arca, per mediam multitudinem sese conferrent versus ripam Iordanis, populus, vt erat iussus, relictis suis tuguriolis, sese comparabat ad sequendum, suo quisque ordine, arcam, fluuiumque transmittendum. Vbi porro illi cum arca ad fluuium peruenissent, qui id temporis plenissimo alueo inundabat, simulatque pedes mergere in aquas coepere, quatenus procedebant, eatenus illae quae supra erant, quasi aggere cohibita, fistebantur, atque vsque eo coaceruabantur, vt magno cumulo retro, ad urbem Adam vsque exstarent. Quae vero intra erant, ea facili & prona fluxione abripiiebantur in mare salsum. Itaque paulatim euadentes sacerdotes prope ad oppositam ripam vsque, sensim superiorum aquarum sistebant cursum; & delabentibus inferioribus, vada paulatim exciccabant. Ac tum denique, cum illi, quam late patebat alueus, vada, pedetentim progressi, denudassent, & iuxta oppositam ripam institissent, iamque circiter bis mille passibus populum praecessissent, hic, quo solebat ordine, iter facere per desertum, subsequi sacerdotes per siccum flumen coepit: atque in Chananam transire: & quidem e regione vrbis Ierichuntis, hoc est, qua erat ad Ierichuntem ab Iordane breuissima via. Solent quidem plerique; & iniis etiam Talmudici, opinari, sacerdotes, qui arcam sustinebant, constitisse apud eam ripam, ex qua in flumen descenderant: quidam etiam progressus fecisse ad medium vsque alueum, atque ibi institisse. Sed nobis, quod modo diximus, & similibus vero, & vniuersae narrationi congruentius esse videtur, cum ob alias causas, quae proximo capite afferentur, tum maximè, quia illi praecedere populum circiter bis mille passuum intervallo iussi fuerant: quod de aluei latitudinis spatio esse accipiendum: supra conficere sumus conati. Ceterum hic sese factis ostendit egregia illa sacerdotum, fides, quam ad versiculum sextum laudabamus; cum non dubitant, plenum rapidumque amnem pedibus tentare, sola promissorum Dei fiducia; quae non quidem ipsi audierant; cum ex oraculo sacro ederentur; sed ab Imperatore modo relata perceperant. Simul etiam, quale sit sacerdotum non ignauorum munus, declaratur: nempe arca fcederis diuini, est, caeleste illum thesaurum sacrae doctrinae, & verbi Dei, praefere profano populo, cum sincera interpretatione explicationeque, tum probae vitae exemplo. Neque ab his rebus agendis deterreri vllis quantumvis altis aquis; hoc est, rebus tristissimis, atque tribulationibus: sed obsecula omnia fortiter perripere, diuinarum promissionum fiducia. Et populo via ad caelestem hereditate ad eundem patefacere. Porro illa interpositio, Iordanis autem inundat super totas ripas

R. Isaias.

Talmudici, sacerdotes est arca vbi constituerint in Iordane.

Sacerdotum munus quale.

suas per omnes dies mensis, cum miraculum ipsum, tum eam, quam modo dicebam, sacerdotum fidem constantiamque; non modocriter amplificat, atque illustrat. Nam quod altiora sunt flumina, eò & rapidiora, & turbidiora fluunt: ac proinde difficilius vllis machinamentis cohibentur, periculosiusque ipsorum vada caeca, & non aspectabilia tentantur. Sed Dei consilio vis nulla obistere potest: & sancta fides in turbidissimis rebus sese sustentat, atque in obscurissimis maximè illucet. Dies mensis cum primo mense incipiunt: quod propter ille, חֹדֶשׁ הַקָּיִץ, mensis spicae maturefcentis, vocatus est in Exodo. Nam in Paralipomenis scriptum exstat, Iordanem mense primo inundare solere super ripas suas. Voco autem mensem primum, quem Hebraei appellant, נִסָּן, Nisan, hoc est, eum, quo Pascha cotannis celebrare, ob felix auspiciu relictæ Aegypti, sancitum lege diuina erat. Eum enim mensem Deus ipse pro primo, & anni initio habere iussit, vt sanctior esset memoria beneficij, quo ille Israelitas e durissima seruitute Aegyptiaca asseruerat in libertatem: quae libertas ipsis quasi vitae initium esse videbatur, cum ante seruitutem vel ipsa morte grauiorem seruiuisset Barbaris. Ceteroqui primum mensem vocant Iudaei, qui ab hoc septimus est; cum eum putent conditi orbis fuisse principium. Vnde & verbo Chaldaico, תִּשְׂרִי, Tisri, eum appellant. est enim, Tisri, Chaldaeis, initij vocabulum, a verbo, שִׂיר, Inchoat autem mensem Nisan noua luna ea, quam nos Martio nostro attribuimus: Tisri vero, quam Septembri. Ceterum Martio mense calidioribus illis regionibus maturefcere solere fruges, testata sacris literis res est. Iubetur enim populus, in Leuitico, cotannis, dum Pascha facit, messis aruis, nouarum spicarum offerre manipulum sacerdoti: veraturque ante frugibus hornis vesci, quam iis primitiis oblati, atque coram Deo religiose a sacrificio agitati, vniuersè fruges omnes, quasi communicata cum omnibus primitiarum illa consecratione, Deo veluti dedicatæ sint. Sed cut eo tempore inundare solitus sit Iordanis, credibile est, liquefcentes, verno tepore, in vicinis montibus niues in causa esse. Nam idem Euphrati Tigridique accidere, in scriptis reliquit Iesus Syrach. Porro obseruandum est, pro eo, quod versu decimotertio dicebatur, Simulatque quiescent planta pedum sacerdotum in aquis Iordanis, hoc loco scriptum esse, Dum mergerentur pedes sacerdotum in extremo aquarum. Nimirum illic seniel, & stricim, atque vna complexione ob oculos ponebantur & nudatum inferius vadum, & tanquam obice vno repulsæ e supero affluentes aquae, cum iam tum constitissent iuxta ripam vltiorem fluminis sacerdotes: hic vero, vt paulatim a proxima ripa in aduersam vsque superiores aquae in cumulum cogi, inferiores vero curriculo auferri, vadaque exciccari coeperint, quatenus proximam quamque fluminis partem pedetentim procedentes illi pedibus suis contingerent, describitur. Illud porro, Aceruo vno, aliter redditum ab aliis est. Chaldaeus enim, vtre vno, dixit, atque etiam Symmachus ἄκρωμα εἶς, quasi scilicet ab inflato distentoque vtre similitudo ducatur, aut ita coactæ aquae constiterint, tanquam magno vtre fuissent conclusæ. Sed mihi ista positio, cum vtreim significat, per quartam ferè vocalem scribi vis est, נֹד, Nod. Cum autem cumulum, per secundam, נֹד, Ned. Quamquam non ignorem esse, vbi, נֹד, Ned. Lxxxi. ἄκρωμα sunt interpretati. Sed illi vocalium obseruationi operam nullam dedisse videntur, quarum fortasse nullæ erant eo tempore notæ. Quod sequitur, Longo admodum tractu ab Adam vrbe, sita ad latus Sarthan, siue, in Adam vrbe. (Nā vtroque modo in exemplaribus scriptum inuenitur, סַרְתָּן, & סַרְתָּן) id hanc habet, meo certè iudicio, sententiam. quod repulsæ ab Apcæ Dei præsentia aquae e supero affluentes, tanta mole coaceruabatur, cum continuè nouæ prioribus superuenirent, vt ea moles ad vrbem Adam vsque, quae prope Sarthanam sita erat, hoc est, ad vsque Genesaram continuo tractu exstaret. siue, quod perinde est, ab vrbe Adam, vsque ad hunc traiectionis locum. Sed aliter interpretantur Iudaei, Chaldaei, vt libenter solent, securi. nempe aquas, eas quae supra erant, ita in cumulum vnū, proximè ad eū locum, vbi traiciebant Israelitæ, fuisse collectas, vt procul inde ab oppido Adam, vicino Sarthanæ, remanerent: neque propius illud alluerent quam tum, cum visitato cursu intra alueum suum delaberentur: quod oppidum alloqui facile, tanta mole restagnantes; inundassent, si non cumulatim congestæ constitissent, sed pro liquidi natura, diffluxissent. Atque ab hac sententia haud abhorre videtur tractatio Lxxxi. interpretum, nisi, quod ea longū constituat inter vrbes Adam & Sarthanā intervalum; quas vrbes Hebraea verba inter se vicinas collocat, atque adeo Adā, vt ignobile

Dei consilio vis nulla obistere potest. Sancta fides in rebus turbidis luculentissima est.

Mensis primus est.

Mensis mensis Iudæus.

תִּשְׂרִי Tisri.

Inundatione Iordanis causata.

נֹד & נֹד

Septuaginta vocales non obseruatur.



oppidum, Sarthana confinio designant. Nimirum illi interpretes pro voce, סרן, quæ urbem significat, videntur legisse סר, cum, סר, hoc est, vsque ad, reddiderint. Nam motis vocabulum סרס, quod apud eos quoque nullo sensu, legitur; equidem opinor olim ab homine non minus temerario quam imperito in margine scriptum, qui putabat priorem syllabam verbi, סרן, montem significare, tandem librariorum errore in ordinem sacrorum verborum esse relatum. ~~Difficilius est in his punctis, arguere quosdam, qui ad eam locum, & colunt, etiam in Sarthana, & Bethan.~~ Atqui aquas è supero adlabentes non confurrexissè in altissimam vnam molem quasi in montem angustum, aut murum in caelum exadificatum; quæ moles proximè ad traiciendi locum exstiterit modò, atque inde quàm longissimè spectabilis fuerit, vt opinatur Latinus, aut procul abfuerit ab vrbe Adam, vt Iudæi putant, sed inde repulsas auersasque retrò per arcæ sacræ presentiam, sensim creuissè vsque ad Genesaram lacum; prope quem sita erat vrbs Adam: sic tamè, vt quauis altè supra riparum crepidines exstarent vndæ, tamen nõ dispergerentur; sed tanquã gelu concretæ coactæque, non amplius quàm aluei sui spatium occuparent, atq; ita fuisse vnam continuam aquarum molem, non quidem latam, sed longam, à loco, in quo traiciebatur, vsque ad oppidum Adam, cum ipsa verborum simplicissima, eoque verosimillima compositio ostendit, tum sacri vatis est verbis consentaneum; quibus canit Iordanem auersum retrò esse. Ceterum Adam esse Tiberiadi stagno vicinã urbem, ostendit Sarthana, apud quam collocatur. Erat enim Sarthana in vltimis finibus agri Bethsanitici, aut Scythopolitani, qui fines ad Tiberiadem pertinebant. Nam in Regum historia, vbi in Bana, filij Ahiludis præfectura describenda limites Scythopolitanæ ditionis vndiquaque designantur, opposita est Iezrael Sarthanæ. Iezrael autem Scythopoli erat ab occidente. conficitur, ergo eidem Sarthanã fuisse ab oriente. iam verò quòd lacus ille Scythopolitanam regionem ab oriente terminauerit, aperta res est. Sed adscribam ipsa ex Regum historia verba quam potero explicatissime, sunt enim alioqui obscuriora. Bana, inquit, filius Ahilud (hic suggere, præfectum agebat in) Taanach & Megiddo, atq; per vniuersam Bethsanis regionem, quæ porrigitur vsque ad Sarthanam, ex eo loco, qui est sub Iezrael; & rursus à Beth-san vsque ad Abel Meolam, & vsque vltra Iecmaam &c. Erat igitur Scythopolis veluti media inter Iezrael ab occidente, & Sarthanam ab oriente, atque inter Abel-meolam meridiionalem, & Iecmaam aquilonarem. Sed de istis vrbibus erit alius differendi locus. Quid autem in mentem venerit illis viris, qui sacra biblia in Germanicam linguam traduxerunt, & Lutheri nomine inscripserunt, vt verbum, סרס, hic non urbem, sed homines significare existimarent, nescio. Certè per Grammaticorum leges id illis minimè licebat. Sequitur porrò in sacra historia, quid factum sit illis aquis, quæ traicientibus sacerdotibus erant à sinistris: nimirum ille cum prono alueo decurrerent in mare mortuum, aut salum, neque ex supero vllæ succederent in defluentium locum, mox profus absorptæ atque ablatae sunt in illum lacum; & quidè, vt ego certè opinor, celerrimæ; cum earum cursus naturalis diuina potentia, ob arcæ presentiam, vehementer incitaretur, atque id significatum etiam esse verbo illo, *excindi*, arbitror. tam enim eas subito defluxisse, vt quasi terra dehiscente absorptæ atque ablatae viderentur. Ceterum illud תַּיִם הַיַּרְדֵּן, quod nos traduximus, *mare planitie* cum Chaldæo, interpretatus est Symmachus, *Mare solitudinis*, hoc est, תַּיִם הַיַּרְדֵּן, cumque secutus est Latinus. at Lxxii. & Aquilas Hebraicam vocè Araba, quasi propriam loci appellationem retinuerunt. Potest autem à planitie nomen habere, quia quæ nunc occupat loca, fuisse olim campi amoenissimi, & quæ cum Paradiso Dei poterant comparari. A solitudine verò, quia post memorabilem omnibus sæculis quinque vrbium deflagrationem, loca circûquaque vicina, tetro virosarum aquarum vapore & halitu, quali illæ perpetuò fumant, ita continuò inficiuntur, vt penitus sterilia, atque hominibus simul & pecudibus alèdis infesta, sola maneat. Mare autem salis, vel salum dicitur, propter salilaginem, quam gustata habet. Nam igneum illum imbrem, quo Dominus sceleratas ciuitates perdebat, non ex solo ardente sulfure, verum etiam admixto sale compositum fuisse, sacris literis proditum est. Legimus enim in Deuteronomio: Et videbunt clades terræ illius, atque morbos, quibus ipsam afflixit Dominus: sulfur, & sal vrens per vniuersam terram. Non seminabitur, neque proferet quidquam, aut vlla herba in ipsa exsurgit: qualis fuit euersio Sodomæ & Gomorrhæ &c. Et verò vxor Loth, dum viciosa curiositate pluuiam illam non effugeret, in salis statuam est conuersa. Si quis tamen existimare malit, à fodinis salis,

Adam vrbs.

Sarthana vrbs.

Schytopolitana dicitur Iezrael.

Abel meola, Iecmaam.

Mare planitie, & mare solitudinis cur.

Mare salis.

Qualis pluuiæ Sodomæ.

Vxor Loth.

Is. 11. 1.

1. Reg. 4. 11.

Gen. 11.

Deut. 17. 17.

Gen. 19. 17.

Sophon. 2. 6.

falis, quæ illis locis mansere, mare ipsum, falis esse vocatum, non pugnaero contra. Nam memini vatem Sophoniam dicere: Quoniam Moab vt Sodoma erit, & Ammonitæ vt Gomorrha: promptuarium spinarum & fodinæ falis, vastitasque æterna, &c. Sed de huius lacus magnitudine & natura, cum multa scripserint multi, tum in primis accuratè & diligenter Iosephus de bello Iudaico, lib. v. cap. v. Et Tacitus Annalium libro XXI. Nonnulla etiam Strabo libro v. i. apud quem tamen in vulgatis certè libris Sirbonis, pro Asphaltite, librarij errore, legitur. Et nobis quoque erit alio loco de isto siue mari, siue lacu differendum. Quapropter hoc vnum modò monebimus, ex istis sacris verbis apertè refelli eorum dicta, qui Iordanem negant laudatissimas suas aquas cum foetidis huius lacus commiscere: antè enim sub terram se condere, tam insuauem coniunctionem confusionemque, dedignatum. An autem subterraneis meatibus se rursus inde subducatur, atque in Elaniticum rubri maris sinum penetret, quod à nonnullis proditum est, equidem obscurissimum esse puto, & cognitionem habere difficillimam. Certè propalam non effluere, id argumento est, quòd eum Israëlita, cum ex Cades versus torrentem Iared contententes, inter Elaniticum sinum & Asphaltiten iter facerent, nusquam transiisse memorantur. Sed reuertamur ad miraculum exsiccati fluminis, idque cum diuisi maris rubri miraculo conferamus. In Exodo scriptum est, per mare rubrum Israëlitis iter paruisse, cum excitato ab Oriente vento vehementiore eius aquæ fuissent diductæ atque dissectæ. at hic nulla flantis venti mentio est. Neque enim diuidere fluminis vndas opus erat, cum cohibitis superioribus, inferiores suapte natura delaberentur. Illic (nondum enim habebatur sacra arca) extenta, quam Deus Mosi dederat, virga aquas à dextris & sinistris altis molibus, tanquam fluxæ suæ naturæ oblitus, cogebar consistere, & veluti suspendebat, neque dilabi, nisi transmissio populo Dei, patiebatur; hic sacræ arcæ presentia solas eas, quæ à dextris erant, sistebat cohibebatque; alteras, cum per se ipsæ cederent, per declinem alueum decurrentes, tum celeriore cursu incitatas subito & raptim remouebat. Sed vtrobique non quæ oculis aspectabilia erant virtutis Dei instrumenta, verum ipsa illius diuina potentia, nobis est consideranda, & grato animo amplectenda bonitas, quæ tam benignè nos per illiusmodi ostenta, ad se admirandum, amandum, colendum, hoc est, nostræ ipsorum felicitati & saluti consulendum, inuitat & allicit. Et sanè nisi mirificè nostra nos vitiositas occæcaret, & quibusuis rebus potius, quàm Dei operibus perpendendis iudicandisque distringeret; animaduertere coridie nihilo illis minor miracula, quæ nos meritò ad suspiciendum, reuerendumque cælestem nostrum parentem inducerent. Ecce enim cotidie suspensas sublimè in æthere aquas videmus; nec nisi guttatim destillantes; nimirum vt terram fecundent, non obruant. Cotidie vastissima mole mare impetu fremente litus ferit humile, neque id firmum, atque solidè compactum, sed ex arena modò tenuiter leuiterque congestum: & tamen tanquam à presentis Dei numine frænatum, ibi in se ipsum reciprocatur, quantumuis furens, atque tumultuans, sistiturque. Sed, quæ nostra est vesania, facilius ista naturæ ipsi, quàm naturæ parenti atque opifici Deo adscribimus. Sequitur in ordine sacrorum verborum: *Traiciebat autem populus è regione Ierichuntis.* Nempe postquam sacerdotes cum arca ad ripam vsque aduersam progressi essent, iamque patefacta per aquas, quàm latus erat alueus, via, institissent; cœpit populus subsequi, inque Chananzam trans siccatum flumen ire, vt proximo versu dicitur explicatius. Lxxii. interpretes, pro *traiciebat*, reddiderunt, *stabat*. nimirum illi aut pro verbo, עָבְדוּ, quod traicere est, legerunt, עָבְדוּ, quod, stabant, significat; literarum quadam similitudine errantes. aut, quod ego credere malo, traicere, pro intentum ad traiciendum stare, acceperunt; eò quòd animaduertent, ipsum traiectum proximo commemorari versu. Ceterum illud, *è regione Ierichuntis*, significat traiecisse populum omnem per eam Iordanis partem, quæ proximè erat Ierichunti obiecta. quam equidem partem opinor deinde appellatam esse ab hac traiectione, בֵּית עַבְדָּרָה, Beth-abara, nimirum vbi diuus Ioannes baptisabat: mendosè enim Beth-ania, locus ab aquis remotus, in quibusdam exemplaribus, meo certè iudicio, scriptus est. Et profectò aptissime in rem ceci disse existimandum est, neque sine nutu consilioque diuino, vt quo loco facer Baptismus primum, isto traiectu, fuerat adumbratus, eodem quoque primum perficeretur. Memorantur autem ideo traiecisse Israëlita: è regione Ierichuntis, vt intelligamus, quamuis vada inde ad mare mortuum vsque delapsis aquis nudata fuissent, tamen multitudinem omnem, non tumultuosè & temerè, vbi cuique lubitum esset, verum seruato ordine transiuisse, quæ arca præcesserat.

Iosephus, Cornel. Tacitus, Strabo.

Collatio maris rubri exsiccati cum Iordane.

In miraculis considerandæ Dei potentia & bonitas est.

Cotidie miracula Dei maxima ante oculos Iuda.

Beth-abara. בית עבדרה

Baptismus quo loco primum adumbratus, eodem est primo perfectus.

Itaque sacerdotes baiuli arcae federis Domini stabant in sicco &c.

NON satis erat viam fuisse patefactam, nisi aperta mansisset, vsque eò dum vniuersi traiecissent. Igitur iste versiculus ostendit, baiulos arcae sacerdotes, cum suo, vt diximus, progressu à proxima ripa ad oppositam vsque aquas superiores suspendissent, atque delapsis inferioribus, alueum vsque ad mare mortuū exsiccaissent, tum intra ipsam alucū, iuxta ripam aduersam, instittisse; neque in eam conscendisse, prius quàm multitudo vniuersa euasisset in Chananaeam. Nimirum tatisper dum in fluminis alueo arca manebat, allabentes ex supeto vnda, tanquam Deum praesentem conspexissent, retrò cedebant, vt canit facer vates. simulatque verò flumine illa fuit elata, quasi remoto obice, redierunt ad naturam, consuetamque fluxionem: vt proximo dicitur capite. LXXII. & Latinus sic interpretantur illud Hebraicum verbum קָוֶה, quasi in medio Iordanis institerint sacerdotes, in traiectu. atqui קָוֶה Hebraeis, non mediam rei partem significat, sed quod intus in re ipsa est, siue in medio, siue in ora aliqua, atque extremitate hæreat. Talmudicos verò, qui iuxta priorem ripam mansisse cum arca sacerdotes somniant verius, quàm iudicant, proximo capite resellendi locus erit. Porro illud *Parando*, est ac si dicat, parando multitudini commodam traiectionem. Sua enim illi mora, vt diximus, refranabant superiores aquas. Sumus autem infinitum verbum קָוֶה sic interpretati eò lubentius, quòd proximo capite planè eam habeat notionem. R. Isaias, vir sanè doctus, interpretatur, figendo, pedes suos videlicet. nec absurdè. at ceteri Iudæi, Chaldaeam, vt solent, sequentes, quasi patiendi illud verbum sit, explicant in hanc sententiam, stabant fixi firmique, & certa stabilique ratione dispositis pedibus nisi. Aquilas quoque, & Symmachus ἄσπις conuerterunt, hoc est, parati: quos videtur imitatus Latinus, cum, accincli, diceret. Nam à LXXII. est illud verbum ommissum. Atqui insolens est, vt forma tertia, quam Hiphil vocant, patiendi notione verba afficiat. Quod subiicitur, *Donec finiissent omnis gens irascere Iordanem*, hæret verbo *Stabant*. Latinus, nisi mutilus est hic locus, hoc planè præterit. quod sanè minimè oportuit. Efficat enim, vt intelligamus, ex tanta hominum multitudine, nullum vel infimæ atque abiectissimæ fortis, quique Israëlitarum nomine vix dignus censeri posset (hoc enim קָוֶה, hoc est, gentis vocabulum significat, opinor, quod alioqui haud temerè de Israelitis solet dici) nullum, inquam, omnium esse relictum: sed patientissimè omnes ab arca, quasi Deo ipso, esse expectatos, ne ab incurrentibus Iordanis vndis cuiusquã transitus in optatissimam felicissimamque terram impediretur. Quippe tantus est Dei erga humanum genus amor atque benignitas, vt nullum omnium perire velit; sed omnes saluos esse cupiat; Neque alacres modò conatus adiuuet nostros: sed etiam admirabili patientia nostram fœcordiam ignauiamque toleret. Quapropter tam longa saltem, & proluxa patriaque indulgentia inuitatos pudeat aliquando nos neglectæ propriæ salutis. Properemusque, dum traiciendi in terram uiuentium via nobis patet: dum tempus est *ὁ καιρὸς δευτερον*, vt vocat Paulus: hoc est, dum nos Deus benigne adhuc respicit; & dies durant salutis. Ne ille nostram tandem moræ pertaxus, benignum vultum suum subducat: & suo simul discessu, suspensas adhuc maximas, grauissimasque peccatorum nostrorum vndas in nos ingruere sinat: quibus deinde mersi atque obruti in fœditissimum inferorum lacum abripiamur. Sed enim operæ precium est, hic paucis explicare, quàm luculenter in ista Iosua historia adumbratus sit Iesus Christus. Mortuo Mose lugent Israëlitarum dies triginta. Nempe cum iam tempus adesset vltimorum dierum, hoc est, אַחֲרֵי הַיָּמִים, vt vocant sacrae literæ, & Messia tempus, vt interpretantur Talmudici; Mosisque lex, quæ Mosis nomine sæpe significatur, tanquam sepulta, iaceret; negligenterque, neque ferè alia doctrina, quàm humanæ traditiones, & ineptissimæ משפחות, hoc est, *δυσπεποιστος*, in Ecclesia Dei audirentur, lugebat populus Dei, nullius sacri vatis consolatione recreatus; donec tandem miseris suæ Ecclesiæ clementissimus Pater Deus, Filium suum vnigenam surgere iussit, & ducis Iesu persona sumpta, populum vnà secum per Baptismi Iordanem in promissam caelestem patriam traicere. Tum mox Ioannes diuinus præco, & monitor populi strenuissimus, omnes vt se compararet ad transeundum cum Iesu Iordanem; hoc est, omnes ad eum baptismum, quo Iesus per spiritum suum sanctum ipsos erat baptisaturus, hortabatur. Porro triduo deinde præconij Ioannis elapso, Iesus ad Iordanem à Deo patre honore tanto, in oculis vniuersi Israëlitis amplificabatur, vt intelligeret omnes, eum cū ipso esse; & quidè multo coniunctius quàm fuisset cum Mose: cum sic eū alloqueretur è caelo,

Talmud.

R. Isaias, eöm. in Ios.

Benignitas Dei erga homines in toleranda nostra se-

Anagoge.

אחריית דיימים Talmudici.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Io, Tu es filius meus carissimus, quo vnice delector. Quamuis enim diuina gloria ex æquo cum Patre abundasset ille ab æterno, ante conditum orbem, tamen oportebat eam gloriam nostra etiam causa patefieri, vt ipsius imperio atque præceptis essentiam obsequentiores. vt de nostro Iosua quoque diximus. Itaque per eius arcae praesentiam, in qua habitabat tota diuinitas corporaliter, consecratae deinceps aquæ, aditum cuius ad promissam illam caelestem hereditatem dederunt, quem modò Iesu imperio parentem, traicere illuc non pigeret. Sed hæc hæctenus. Facile enim erit pijs Philosophis ab his rudimentis profectis commentari meditarique prolixè cetera eodem pertinentia.

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM  
IN IOSVAM, CAP. IIII.

Iamq; absoluerant omnis gens traiectionem Iordanis, &c.

Hoc capite commemorantur ea, quæ post traiectionem, cum apud Iordanem, tum in Galgalis, vbi castra sunt posita, gerebatur vno illo ferè die. Et primò quidè de sublatiis è fluminis alueo duodecim saxis agitur, quæ re mirabiliter ætæ æternæ memoriæ madaarent. Mox de aliis XII. quæ in illorū locum in ipso alueo sunt posita. Deinde sacerdotum exitus è Iordane, & aquarū ad suam naturā reditus describitur. & interim in totam narratione confunduntur ea, quibus Imperator populi animos religione atq; pietate aduersus Deum perfundere laborat. Iam verò ne monumentum illud XII. lapidū in Galgalis ponendorū, quasi inani quadā superstitione, aut gloriæ ambitu constitutū ab Imperatore videri possit, exponitur initio, eius rei agendæ auctore fuisse Deum, vt qui Iosua, cum eū cetera, quæ ad traiectionem attinebant, edoceret, id simul in mandatis dederit. Existimādum est igitur, cum Imperator traiciendi ratione modumq; populo explicasset, atque hoc etiā, de lapidibus consiliū Dei exposuisset, delectos ilico esse viros duodecim, à suis quemque tribulibus, simul Imperatore approbante, qui hoc munus exsequerentur, cum iussi ab Imperatore essent, cuius deberet nutū ad eam re expectare, atq; obseruare. Cur autè suus cuiq; tribui lapis statueretur, nō est obscurū. suam enim quamque tribū statuere trophæū, de superato mirabiliter flumine erat vtile. vt vnaqueq; ad suos posteros rei memoriā tanto certius posset propagare. Ad hoc erat illud monumentū, quasi scriptura quædam, quæ tribus omnes & singulæ heredes terræ Chananaeæ scribebatur à Deo. aut, si mauis, singuli lapides tanquā diuinæ illiusmodi scripturæ figilla. Qua ratione Moses quoq;, cum sacras leges diuinitus in monte Sinæo accepisset, conscriptasq; iam populo recitaret, atque imponeret, duodecim statuebat saxa, quibus scilicet, quasi sigillis, tribus singulæ leges illas ob signabant, cōprobabant, fanciebant, & tanquā iurabant in ipsas. Quamquā enim duabus tribubus & dimidiæ sua hereditas obuenuisset citra Iordanē; tamen sicut eadem vna omnium tribuū communis manebat religio, ita & hereditatis quoq; cōmunicatio atque societas minimè per interlabentē fluiuium interrupta censeri debebat. Quis enim vnquā existimauit, illas tribus promissionū diuinarum fructu prorsus caruisse, quæ promissiones Chananaeæ hereditatē electo populo pollicebatur. Sed an Galaaditis ad Chananaeā pertinerit, & actū supra paucis est, & copiosius disputabitur à nobis alio loco; si vita suppetet. Porro קָוֶה, statio, hoc est locus, in quo stabant pedes sacerdotū, vocatur, procul dubio hic, nō ipsa vestigia, quibus sacerdotes institebāt. credibile est enim eos magna religione se nō mouisse loco, vt semel fixissent pedes, vsq; dum efferre arcam iussi essent, ne proximè impendens ceruicibus aquarū illa ingens moles moueretur etiam ipsa. Ad hoc, videbimus mox Imperatorē alia saxa in eorum, quæ ablata fuerant, loca supponentem; quæ sanè sacerdotū plantis subiicere non potuit, nisi scrupos potius, quàm saxa fuisse putemus. Statione ergo pedum sacerdotū vocat sacra narratio, non quem locū pedes illorū circumscribebant vestigijs, sed propinquum; intra alueum fluminis tamen.

Igitur Iosua vocauit duodecim viros, quos paraerat &c.

Cur cuique tribui situs statutus lapis.

Moses cur saxa duodecim statuit ad Sinai.

Occupatio.

Facul. 2. 7. 4.

Hic luculenter apparet verbi illius, קָוֶה, de quo nuper multa, notatio. Significat enim, non figere, aut figi, sed parare. Parauerat autè eos duodecim viros Imperator, quia paratos adesse iusserat ad suum nutum, vt diximus, cum eos tribules ipsi designassent: vel quia eas designationes ipse approbasset, & quodammodò vnà designasse videri poterat. Iam, vt diximus, emensierant omnes flumen, euaserantq; in oppositam ripam, hoc est, in Chananaeam; præter baiulos arcae; cum Imperator, memor iustorū Dei, illis viris mandat, vt redeuntes in alueum apud arca, quisq; lapidē iustollat in humeros, atq; inde asportet. Hæret igitur iste quartus versiculus narrationis filo, cū primo: secūdus verò tertiusq; paren-

R. David Kimhi.

parenthesis sunt; quod à R. Dauide Kimhi quoque est annotatum. Epitheta illa, Domini Dei vestri, rursus religionis causa dicta sunt; ne rem non maximè seriam agere se existiment delecti isti viri. Eodem spectat illa quoque clausula, pro numero tribuum filiorum Israel. Intelligunt enim, se reipub. totius munere fungi, in quo sacrum aliquod mysterium versetur. Piget me profectò referre Talmudicorum nugas, de lapidum istorum magnitudine, quos Rabbinos quosdam suos esse dimensos fabulantur, eo libro quem תנ"ך vocant. Quid enim hoc aliud est quàm in rebus seriis pueriliter ludere? Illud certum est, non maiores eos fuisse, quàm quos viri singuli asportare inde ad Galgala vsque possent.

Ut sit hoc signum apud vos: quando interrogabunt &c.

Dei immensa benignitas in excitanda nostra fœcordia.

EXPLICATUR iam quæ fuerit asportandorum, atque in Galgalis ponendorum lapidum causa, sed paucis, atque præcisius: quippe potissimum ad duodecim viros modò. prolixius autem pleniusque in huius capituli extremo. Sed lubet admirari, hoc loco, immensam Dei erga humanum genus benignitatem: qui cum nostræ nos salutis, quæ in ipso agnoscendo, amando, colendo tota est posita, plurimis cotidie, maximisque beneficiis admonet, atque ad se animos nostros reuocat, ad eò ut nisi essemus mente obstinatissima, atque in carnis nostræ voluptatibus affirmatissima, nunquam aliò cogitationes nostras auerteremus; insuper etiam adminicula monstrat vltro, quæ præclarissima quæque sua in nos beneficia, nobis ne negligentissimis quidem excidere patiantur. Erat profectò tam insigne hoc transfusionis beneficium, quo perpetuam naturæ legem perfrigerat, ut populo suo commoditatem crearet; ut meritò absque aspectabilibus monumentis, ad sempiternam posteritatis memoriam grato animo propagari debuere. verum ille conscius suis, humanæ incuriæ atque vecordiae, iubet rem tantam duodecim notari faxis, quorum cotidianus aspectus ab obliuione eam vindicaret saltem. Sic pro memorabilissimo illo fœdere recordando cogitandoque, quod post orbem submersum, cum humani generis reliquiis inibat iam tum placatior, arcum suum in nubibus obseruare iussit. Monumentum sacrosanctæ pactionis, quam cum Abrahamo fecit, circumcisione esse voluit. Liberationis Ægyptiacæ ne quando Israëlitas caperet obliuio, sacrum Pascha instituit. Sed ne vetera persequar; sunt enim plurima; ab eadem causa esse profecta existimandum est, quæ sacrosancta, atque amabilissima nostra mater Ecclesia nobis proposuit, siue in anniuersariis festis, siue in imaginibus, & statuis, atque simulacris Christi Iesu, & reliquorum sanctissimorum hominum monumentis. Nempe ut quæ ille salutis nostræ gratia & fecit, & passus est, ea assiduo & grato animo recolentes, ipsius amore inflamemur magis magisque, & tanquam vnicum salutis nostræ auctorem adoremus. Quæ verò diuorum quisque per virtutem, & in Christum fidem patravit obseruantes, ad eorum exemplum vitam nostram instituamus componamusque. Quapropter in nefario crimine potendum ego certè existimo, quod quidam ista sacrarum rerum monumenta, non religiosè, sed rabiosè, non pie sancteque, sed petulanter & proteruè è sacris ædibus non remouent modò, sed cum contumelia & ludibrio eiciunt. Quod facinus quanta in moribus licentia, in Deum impietas, aduersus magistratum rebellio; & vt semel dicam, in omni genere deformatio reipublice consequatur, non solum ipsa experientia acerbum & triste, sed cogitatione etià luctuosum est piis, & antiquè probitatis hominibus. Sed est ilico in ore Ezechias à pietate atq; religione laudatus Rex, qui æneum serpentem, à Mose diuino constatam consilio, confregit. Atqui id ille faciebat, vt sacra narrat historia, quia Israëlites ei serpenti adolebant, barbaro ritu, proque Deo cum colebant; quem Nehustan, quasi aheneum Deum dicas, nominatim compellabant. at idè ille à Mose ipso, à Iosua, à Dauide, ab aliis sanctissimis Imperatoribus & principibus viris, non contractus, sed conseruatus fuerat. Quare similiter id cautum potius etiam nunc, per sacras conciones admonitionesque oportuit, ne bene, & pro reipublice salute constitutis rebus, pauci quidam malè vterentur, quàm in còmune omnibus tam commoda pietatis adminicula, tanta cum petulantia, nulla auctoritate bona, irè ereptum. Sed reuocanda est oratio ad institutum. Particulam ך interpretatus sum, Quando, quod etiam LXXII. fecerunt. Possit tamen æquè commodè accipi, vt causam ostendat ponendi monumenti. quo sensu esset retinenda exprimendaq; Coniunctio, quæ in proximi versus initio est scripta. Nam ea alioqui, vt superuacanea, potest omitti. Aduerbium Cras, vt hoc loco, ita alibi sæpe, omne tempus quod futurum est, significat Hebræis, אחריתו. q. d. quandocunque posteris temporibus interrogaturi sunt, qui è vobis nascentur.

Et dicetis

Ezechias exemplum.

particula.

Cras.

Et dicetis illis, quia defecerunt aque Iordanis &c.

Hæc doctrinæ ratio, qua præclara Dei opera parentes inculcent filiis, legumque & constitutionum, atque caeremoniarum sacrarum rationes ipsis exponant, atque expli cēt, tam crebrò in sacris literis iussa legitur, vt locos indicasse nullum sit operæpretium. Nimirum cum nihil mortalibus debeat esse antiquius vera religione, quæ sola ad immortalitatem aditum dare potest, & beatos efficere; nulla potest à parentibus hereditas potior vtiliorque liberis relinquere, quàm si ipsos proba religione ac pietate aduersus Deum informari, sanctisque colendi numinis ritibus institui curent. Vt neque contrà, vilius rei melioris exheredes facere filios suos, aut ipsos negligere perniciosius illi possunt, quàm si istarum rerum expertes educari sinant. Obseruanda est autem hoc loco sanctissima Iosue pietas; dum gratissimum animum suum, in Dei maiestate, simul & beneficentia; qui sua præsentia flumen exsiccauerat, ita defixum habet, vt iterum iterumque repetitis verbis rem tantam commemorando, magna sua uitate recordationis perfundi, seque vix fatiare posse videatur. Quæ ratio in sacris literis, vt à Iosua, ita & Iosua, clarè ostenditur, repetitio, etiam in ista oratione non est nouissima, sed liberatio obliuionis. Quod porro lapides dicuntur monumentum fore Israëlitis, vsque in sæculum, significat eam tam insignis beneficii Dei, quo Patres affecerat, propagationem ad omnem posteritatem, vsque in sæculum, esse veluti vinculum quoddam, quo vniuersum Israëlitis genus, quotquot per omnes futuras ætates essent nascituri, coniunctos se atque consociatos esse beneficentiarum Dei communionem intelligere possent; atque ad numerum filiorum Dei; quos ille semel gratuita benignitate adoptasset; se pertinere. Rectè ergo Augustinus monet, illud, vsque in sæculum, aut, vt ipse ex LXXII. conuertit, vsque in æternum, ad rem per lapides significatam pertinere, cum ipsi æterni non essent. Quamquam certè ך ם הוּי, Olam, Hebræis non semper æternum est, vt neque Græcis αἰών; sed sæpe sæculum, atque etiam temporis spatium sæculo breuius significat.

Itaque filij Israel fecerunt vt iusserat Iosua &c.

FILII Israel vocantur, per Synecdochen, duodecim illi viri, ad ferenda duodecim saxa delecti: quia suam quisque tribum, à qua fuerat designatus, representabat; ac proinde simul omnes, populū vniuersum, quæ filios Israel solent sacræ literæ nominare. Sed cur LXXII. interpretes illa sacrorū verborum cōprehensionē, לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל, hoc est, ad verbum, Pro numero tribuum filiorum Israel, sic redderent, ם הוּי ן סנרלעף תִּשְׁ דּוּבֵלֵסוֹס תִּשְׁ הָוִוִּן יִשְׂרָאֵל, hoc est, cum absoluerent traiectionem filij Israel, ego certè causam iustam nullam videre possum. Nam vt demus, ipsam traiectionem, veluti recensionem quandā populi fuisse; atque idè pro verbo, ן סנרלעף, quod alioqui numerum significat, illos reddidisse דּוּבֵלֵסוֹס, traiectionem; certè Deus ista non mandarat Imperatori, postquam absoluisset, sed prius quàm auspiciati essent Israëlitas traiectionem. Sed referunt, dices, illi interpretes eum verborū ambitū, non ad id tempus, quo Deus mandata illa Iosue dederat, sed quo viri ea conficiebant, conficiebant autè peracto traiectione. Atqui nuperrimè, versu v. scilicet, rectè conuertentur, ן סנרלעף תִּשְׁ הָוִוִּן תִּשְׁ הָוִוִּן תִּשְׁ הָוִוִּן תִּשְׁ הָוִוִּן תִּשְׁ הָוִוִּן, eadem pro suis verbis. quæ ergo erat ratio, cur nunc ea sensu tam diuerso interpretarentur, quæ minimè sunt ambigua? Sed ego existimo, quod semel dictum fuerat, neque alioqui magnopere dictum necessarium videbatur; cum res ipsa per se satis esset perspicua; id ab illis interpretibus hoc loco esse præteritum; & pro eo aliud redditum, quod narrationem faceret dilucidiorum. nempe, tum demum sublato asportatosque à viris esse è Iordane duodecim lapides, cum vniuersa multitudo traiectionem absoluisset. Ego verò de his prolixius iam disserui, quàm instituta ratio mea postulabat: sed volebam ostendere, eos interpretes non nunquam certo consilio, non errore, aliud quàm Hebræum habet, reddidisse. Id enim cōpluribus in locis, ab illis esse factum, visus mihi sum animaduertere. Ceterum an delecti illi, simulatque suum quisque lapidem in humeros sustulissent, depositum onus ad Galgala properarint; quam R. David Kimhi opinionem habere videtur; an verò arcæ pompam, suo quisque ordine locoque profecturi sint, quod ego esse verosimilius puto; neque satis explicatū est, neque scire magnopere refert. Sed Imperatorem saxa in Galgalis spectabili situ statuisse, & veluti dedicasse, id verò ad versiculum vicissimum ostendemus.

Duodecim item lapides statuit Iosua intra Iordanem &c.

QUIN à Deo mandatū istud habuerit Imperator, equidè dubitare neminè debere, arbitror; cū in rebus omnibus ab ore Eleazaris Pōtificis, tanquā interpretis, & administri Dei, totus pendere semel iussus fuerit. Sed mirum profectò videri potest, quorsum isti

Parentes docere filios res factas iubentur.

Hereditatis loco quid potissimum relinquere maiores posteris debeant.

Iosue pietas.

Aug. quæst. in Iosua.

ם הוּי

LXXII. interpretes sæpe nō errore sed iudicio discedunt ab Hebræo. R. David Kimhi.

Lapides x. i. cur in Iordane collocati.

in fluminis fundo lapides! Scitè quidem, vt videtur, Augustinus, sepultos illos per Baptif-  
 mum Iordanis, interpretatur, veteris esse legis Patriarchas: asportatos verò, atque in Gal-  
 galis feruatos, legis nouæ Apostolos. Sed quando præter anagogen, ipsa, quam sacra ver-  
 ba præ se ferunt, historia quoque rationibus non absurdis conseruanda est: equidem exi-  
 stimo notatum istis saxis esse, tanquam æterno monumento, locum, in quo insitens sacra  
 arca, inundantem rapidumq; amnem sua præsentia interruptit. Institisse autem eam in  
 extrema aluei ora, diximus suprâ. Itaque in ea extremitate, quæ rarè, nisi inundantem flu-  
 mine, aquis obruebatur, saxa illa plurima anni parte fuisse aspectabilia. Nam cum illud  
 flumen altius quàm latius fluat, quod referunt oculati testes, quis existimet vel in medio  
 lapides illos fuisse positos alueo, vbi nunquam apparerent, vel tam fuisse magnos, vt su-  
 pra profundissimi fluminis aquas extarent? Neque enim penitus latuisse, argumento est  
 ille, qui subicitur, verborum ambitus: *Et fuerunt illic vsque ad hunc diem.* Iam verò illud  
 quàm est absurdum, quod tamen Iudæis quibusdam placet, situ quidem ipso obscuro  
 fuisse, sed fama nobiles? atqui quem admoneat monumentum quod appareat nunquam?  
 aut quid omninò opus sit, si sola fama memoriam rei posteris abundè prodat? Porro illa  
 verba: *Et fuerunt illic vsque ad hunc diem,* sic interpretatur quidem diuus Augustinus, quasi  
 id modò significent, eo esse proposito à Iosua collocatos in flumine lapides illos, vt per-  
 petuò inibi manerent. Sed ille ea verba Iosua esse existimat, qui sua ipse gesta conscripse-  
 rit; quod est profectò longè fectus. Quis enim eum audire posset, qui cum aliquod mo-  
 nimentum statueret, simulq; eius memoriam literis consignaret, diceret id suo statu man-  
 sisse vsque ad eum diem, quo statuisset? Sed sunt ista à nobis aliis locis disputata.

Iordanis altius  
quam latius  
fluit.

Vsque ad hunc  
diem  
Augustinus.

R. David  
Kimhi.

*Ceterum sacerdotes sustinentes arcam stabant intus in Iordane &c.*

10

QVÆ iusserat Deus Imperatorem loqui ad populum, ea erant, inquit Rabbi David  
 Kimhi, quæ ad bis duodenos lapides, alteros asportandos è fluminis alueo, alteros ibidè  
 reponendos attinebant. In iis autem iussis fuisse etiam, vt ad populum concionaretur de  
 tanti beneficij memoria ad omnem posteritatem propaganda, est credibile. Nihil enim  
 neque fecisse, neque locutum esse Iosua, diuinum planè virum, existimo, nisi cælesti af-  
 flatum Spiritu. Sed illa, qua præceperat Moses Iosua, cuiusmodi tandem fuerint, non perin-  
 de facile explicatu esse videtur. Nusquam enim commemoratum est, Mosen verbum  
 vnum fecisse, Iosuaq; edocuisse, de traiectione ratione, aut lapidum vel asportandorù vel  
 ponendorum modo. Igitur idem ille R. David Kimhi, ea dici Mosis madata existimat,  
 quæ de statuendis XII. saxis calce oblitis in monte Hebal, scripta sunt in Deuteronomio;  
 nimirum nullo iudicio secutus Talmudicorum errorè, qui in תורה, scriptum reliquerunt;  
 ea omnia, quæ capite octauo huius commentarij, post deletam vrbem Hai, memorabun-  
 tur, acta esse hoc ipso traiectionis die, qui fuit mensis Nisan decimus. Verum hoc quàm  
 fit, non modò absurdum, sed stultum, ostendemus suo loco. Neque verò est, quòd Kimhi  
 excusès, quasi opinantem; sacerdotes non mansisse quidem vsque eò intra alueum, dum  
 longa illa cæremonia defunctus esset populus apud Hebal, sed donec eam verbis populo  
 exposuisset Imperator: cum illud, ער תם כל-הדרך, de rebus ipsis confectis, non de verbis,  
 etiam Kimhi interpretetur; vt nos. Quare mihi probabilius videtur, nulla hinc singularia  
 Mosis iussa significari. sed ea monita, quibus ille Iosua sub extremum vitæ actum ad  
 se vocatum erudiebat vniuersè, ad morigerandum magna animi fortitudine præcunti  
 Domino; qui se nunquam esset deserturus. vt huiusmodi sit istorum verborum sensus:  
 Iosua fortiter executum esse ea omnia, in traducendo populo, quæ à præsentè Deo ac-  
 ceperat esse facienda: planè vt Moses eum magno esse animo iusserat, cum Deum ef-  
 fet habiturus in rebus omnibus monitorem, præmonstratoremq; Sed enim laudaba-  
 mus suprâ sacerdotum fidem, qui amnem profundum, turbidum, rapidum tentare pe-  
 dibus, sola verbi Dei fiducia nisi, non dubitarunt. Hic verò prædicanda etiam proponi-  
 tur illorum incredibilis patientia; cum æquissimo animo sustinent, non solum maximæ  
 multitudinis diutinam traiectionem; verum etiam lapidum deinde tum excipiendò-  
 rum, tum subiiciendorum cæremoniam: & insuper Imperatoris conciones: neque vel  
 euadendi vnà cum ceteris in Chananæam desiderio, neque impendentis suis ceruicibus  
 immensæ aquarum molis metu dimouentur ab officio. Neque verò dubium est, quin  
 præclarissimum sacerdotibus omnibus exemplum in istis sacra arca baiulis statuere vo-  
 luerit Spiritus sanctus; quanta debeant patientia vti, vt omnium saluti consulant. Cuius  
 etiam vel maximè insigne illud exemplum est, quod optabat Paullus anathema esse,  
 atque

Aug. serm. de  
temp. 106.

Deut. 17.

Talm. תורה  
67.

Rom. 5, 3.

Sacerdotum  
manus.

atque abalienari à Christo, pro suis fratribus. Quod sequitur in sacrorum verborum  
 ordine; *Populus verò festinarant, & transierant;* R. David Kimhi præcisè accipit, de  
 XII. viris delectis. Opinatur enim ille, Imperatorem cum istis mansisse cis flumen,  
 tantisper dum ceteri omnes in Chananæam transiissent: ac tum demum ipsis im-  
 perasse, vt in alueo progressi ad arcæ vsque stationem, saxa inde tollerent. Hocque  
 ab eis properè festinanterque esse factum. Sed populum vniuersè dici, patet qui  
 insequitur versiculus. Quare superiorem nostram sententiam tenendam censeo. Fe-  
 stinarant igitur omnes euadere è fluminis alueo, quàmuis sicco, in continentem:  
 quia verebatur pro se quisque, ne horrificum illum aquarum montem à dextris ex-  
 stantem non satis citò subterfugeret. Nam etsi fide transirent Iordanem, vt antè  
 rubrum mare; quod attestatur Apostolus; tamen quàm solear mutare fides nostra,  
 præsertim in manifestis discriminibus; neminem esse opinor, qui in se ipse non  
 sæpe experiatur. Et verò etiam Petrus, cum per fidem aquas Genesaræ calcaret, si-  
 mul atque ventum flare vehementius animaduertebat, cœpit hæsitare & mergi. Pro-  
 perem igitur etiam nos fratres. Neque improbo aut diffidente animo abstitamus  
 ab eo, quod nobis noster Iosua, siue Iesus Christus proposuit, itinere. Sed exhortemur  
 incitemusque nos mutuam, dum durat dies hodiernus; quo patet via; tantisper vide-  
 licet dum nos exspectat intra huius mundi alueum arca illa, in qua habitat ipsa  
 diuinitas corporaliter. Neque dum fluxa corporis nostri moles dilapsa dissolutaque nos  
 à progressu arcuit. Festinemus inquam intrare in terram illam nobis promissam, ter-  
 ram felicem & beatam; quam Deus ipse suam vocat requiem, apud sacrum vatem,  
 ad præsentem narrationem alludentem; ne dum obstinatè ad carnis nostræ ductum  
 nos applicamus, prætermissa intrandi occasione, frustrati in posterum, concidamus per  
 diffidentiam, vt Israelitæ olim; prostratique in horrida illa & tenebrosa infernorum  
 solitudine, perpetuò pereamus.

Hebr. 11. 29.

Math. 14.  
Hebr. 3.

Psal. 95. 5.  
Hebr. 4.

Talmud.  
תורה  
מפ. 7.

Sup. cap. 1.  
v. 14.

*Cumq; absoluisset omnis populus traiectionem. &c.*

R. David  
Kimhi.

Fides nostra in  
manifestis pe-  
riculis infirma  
est.

Admonitio.  
Properandum  
est dum salutis  
ianua patet.

11

VIDENTUR quidem ista in hanc sententiã dicta, Sacerdotes cum arca iuxta prio-  
 rem illam ripam, è qua flumen primo attigerant, adhuc institisse in fluminis alueo.  
 nunc verò demum per transuersum euadere in Chananæam. Vnde natum est Tal-  
 mudicorum commentum, quod illo, quem nuper citabam, loco scriptum relique-  
 runt: cum iam vniuersus populus transiisset in Chananæam, Sacerdotes retulisse  
 arcam in eam ipsam ripam è qua primùm in aquas descenderant; cum proximè ad  
 eam institissent. cumque subito diffusa aquarum illa mole, quæ adhuc fuerat arcæ  
 præsentia cohibita, repletus fuisset alueus; tum demum tranauisse, per interlabentes  
 aquas, arcam in Chananæam; spectante ex aduersa ripa populo; atque suos baiulos  
 secum transuexisse; vt iam ipsa portaret à quibus fuisset nuper portata. Sed insul-  
 sum hoc commentum, etiam Kimhi exagitat. Nimirum isti homines quiduis po-  
 tius comminiscuntur, quàm vt patiantur se non ineptos videri. Atqui arcam & sa-  
 cerdotes transire ante populum; non est, flumen traicere; sed eos, qui adhuc fixis  
 vestigijs institerant, è fluminis alueo iam in continentem ascendere, atque in Chana-  
 næam transire. Sed illud, *Ante populum,* anceps est. commodè enim sic interpretetur, vt  
 significet, arcam se denuò itineris ducem præbuisse; atque per expectantem apud  
 transmissum flumen populum, ad principia penetrauisse. Rursus non minùs aptè, vt  
 ante populum, sit, populo spectante. Nimirum vt intelligamus, multitudinem populi  
 oculis obseruasse atque norasse, aquas euestigio cursu consueto fluere iterum cœpisse,  
 cum ex alueo exportaretur arca. Id enim miraculi non minima pars erat; atque ad  
 amplificationem gloriæ Imperatoris mirificè erat vtile; vt mox explicabimus. Nam  
 illa Kimhi interpretatio, Sacerdotes, & vnà arcam, qui ante populum, primique in  
 alueum descenderant, vltimos excessisse; quàmuis quod res est dicat; extorta tamen  
 est; neque sacris verbis satis consentanea. Atque hinc rursus proborum Antistitum mu-  
 nus quale sit, ostenditur. debent enim illi in procuranda communi salute populi, &  
 primos se atque antesignanos præstare; & stationem locumque suum non deserere,  
 nisi à Deo iussi, alioque vocati.

*Transierant etiam Rubenita, Gaditaj, &c.*

12 13.

QVÆ ad hanc narrationem attinent, ea sunt à nobis pertractata capite primo. Si  
 quis tamen; aliter atque nos; existimare malit; istas duas tribus & dimidiam in prima

R. David  
Kimhi.

Probi Antistit-  
tes.

g acio

Chaldeus.

לפני יהוה  
hoc est, coram  
Domino, quid  
sit.

קריבה

Iosua cur  
honore ampli-  
ficauerit Deus.

Imperatores  
debent suis  
popularibus  
augustiores  
videri.

Venerandus  
magistratus  
singulare Dei  
donum est.

Precatio pro  
prudente  
Principe.

acie fuisse; reliquamque multitudinem omnem procedendi ordine anteuertisse; is verbum, וַיַּעֲבֹד, reddat per prateritum perfectum, & transierunt, siue processerunt Rubenitæ &c. Illud verò, *ante Dominum*, interpretetur cum Chaldæo, ante populum Domini. Neque enim probabile est, illos proximè ante arcam incesisse. Ego tamen in mea sententia maneo: atque hoc, *Ante Dominum*, siue coram Domino, (Est enim Hebraicè, לפני יהוה, ac si dicas, in conspectu Domini) planè eo sensu accipiendum arbitror, quo illud de Nemrod, וַיִּהְיֶה יְהוָה צֹדֵק לְפָנָיו יְהוָה, robustus venator coram Domino. nimirum vt, וַיִּהְיֶה אֱלֹהֵי מִלְחָמָה, insignis præstantia roboris, & militaris alacritatis illorum sociorum commendetur. aut, si id malis, spectabilis ordo, aciesque instructissima, qua illi procedebant, notetur. quod Latinus sensisse videtur, cum diceret, per turmas, & cuneos. Neque enim alioqui cuneorum, aut turmarum vlla est in sacris verbis notatio. Et in Regum historia Gabaonitæ narrantur, suspendisse septem Saullis nepotes in monte יהושפט coram Domino. quod profectò est, ac si dicatur, illustri loco, & excelso atque celebri. Porro quod nos conuertimus, *campus*, est Hebraicè עֲרִבָה. De quo verbo disseruimus ad versiculum xv. Aquilas rursus, vt loci proprium nomen, non mutat. Symmachus verò, vt antè, solitudinem, hoc est, וַיִּהְיֶה אֲדוּמָה, conuertit: sed absurdè profectò. Neque enim vllus, opinor, locus tota Chananæa erat amœnior Ierichuntis agro; quamuis etiam tum aquas haberet insalubres. Ceterùm in planicie atque æquabili loco sitam fuisse eam urbem, diximus antè. Theodotion autem, cur pro campis, redderet πόλις, urbem, nullam, opinor, iustam causam ipse afferre potuisset.

*Illo die magnum fecit Dominus Iosua in oculis, &c.*

14

IAM videmus, quæ causa Deo fuerit, vt Iosua honorem amplificaret. Nemp, vt eum honore crederet auctoritas apud populum. Cum enim Deus in gubernandis suis, atque ad ea quæ sint suo diuino consilio consentanea, ipsis verò salutaria, dirigendis, hominum administratorum opera vtatur; pro admirabili sua benignitate eos ministros augustiores omnium existimatione reddit, quo his illi lubentius obsequantur, tamquam se melioribus; quibus alioqui suæ vtilitatis gratia spontè morigerari, vt ad felicitatem ducibus, deberent. Tanta enim vecordia hominum mentibus insidet, vt pauci aliis hominibus, quantumuis iusta, æqua, vtilia, salutaria momentibus, parere animum facillè inducant. Quare prudenter Cyrus censebat, Non satis esse si Imperatores re ipsa essent parentibus meliores; sed debere insuper affectato cultu elegantiore, quasi præstigiis quibusdam, curare, vt augustiores videantur. Sed sanè quouis cultu efficacior est sancta illa veneratio, quam illis diuina conciliat occultè prouidentia. Ceterùm quantopere interfuerit reipublicæ Israelitarum, vt Iosua, cum hoc miraculo, tum aliis deinceps rebus gestis, & in primis arcana illa maiestate, qua ipsum afflauit diuina benignitas; tam esset vniuerso populo venerabilis, perspicuè declarant res turbulentissimæ, & tempestates maximæ, quæ mox vt ille è vita excessisset, sunt consecutæ. Vt in huius sacri commentarij extremo audiemus. Quare summæ beneficentiæ loco amplecti populus debet, & tamquam ex singulari erga se Dei amore profectum existimare; si sibi contingat venerandus grauitate, atque maiestate verendus magistratus. Eumque vt singulariter sibi à Deo commendatum, meritis honoribus, & debitis, atque omnis obsequij cultu profequi. Contrà verò, si vel lenitate inepta, vel secordi negligenteque ingenio, vel prauis moribus, vel rerum imperitia atque imprudentia, aut totius denique vitæ cultu contemptus & despectus detur gubernator; debet quidem eum, vt à Deo sibi præfectum; reuereri: sed interim apud animum suum existimare, iudicareque; eam Principis sui secordiam, cælestem iram, magnumque communis rei infortunium portendere. Ac proinde assiduis precibus diuinum numen placare, orareque, Sapientis illius exemplo. O Deus patrum & misericors Domine, qui hunc populo tuo præfecisti, & iudicem filiorum tuorum, filiarumque constituisti, manda è sancto cælo, & à folio gloriæ tuæ assistentem tibi sapientiam; vt illi præsto adsit laborum socia; eaque illi suggerat quæ tibi sint grata & accepta, nobis verò salutaria: & omnino ipse actiones prudenter dirigat, quò grata tibi fiant opera ipsius: nosque tuum populum iuste legitimeque gubernet. Imbue illum, Domine, sanctissimo tuo atque cælesti Spiritu, vt nostros mortalium mores corrigat: quo edocti

Gen. 10. 9.

1. Reg. 21. 9.

Xenoph. in ista lib. 8.

Sapientia 9.

Supra cap. 1. v. 17. & cap. 4. v. 7.

edocti quæ tuæ sint voluntati consentanea, seruemur per tuam, qua illum informaueris, sapientiam &c. Cetera quæ ad hunc versiculum explicandum pertineant, sunt à nobis dicta, partim ad versiculum decimum septimum, primi capituli; alia ad septimum huius.

*Dixerat enim Dominus ad Iosua hæc verba, Iube Sacerdotib. &c.*

15 16 17 18.

HIS quatuor deinceps versiculis explicatiùs narratur, quod vndecimo versiculo inchoatum fuerat. Quoniam autem minuscè illustrat miraculum, quod Imperatoris iussu sacerdotes, vt antè ingressi in aquas; subito eas diuisere; ita egressi rursus committunt: similiter atque in traiectu maris rubri, Moses sua virga vt aquas antè diduxerat, ita eadem cum vellet, denuò coniungebat; idè copulam sumus interpretati quasi causalem coniunctionem; *Enim*. Quippe non dubitamus, quin idè, vt antè in aquam pedes mergere, atque in alueo insiltere; ita nunc egredi disertè à Iosua esse sacerdotibus imperatum memoretur, quo res tam admirabiles; dico aquas refranatas atque cohibitatas, & rursus laxatas; ipsius auspiciis adscriberentur; tamquam diuino nutui consentaneis: ac proinde ipsum omnes, vt Dei consiliarium atque administrum reuererentur. Nam tum quoque demum Israelitas credidisse Deo & Mosi, narrat sacra historia, cum hic denuò, protensa manu, aquas maris, quas antè diuiserat, consociasset. Nisi enim & illic rubri maris, & hic fluminis vndæ; quorum nutu repressæ coactæque aduersus suam ipsarum naturam in cumulos constiterant, pro eorum rursus arbitrio solutæ vísitate more fluxissent, ingrati homines, & ad detrahendum Dei, ministrorumque eius laudibus, & gloriæ nimis proni, facillè rerum illarum euentum, vel ad fortuitum casum; vel ad occultas quasdam naturæ causas retulissent potius; quam ad Dei immensam potentiam, & erga suos munificentiam, studium, prouidentiam. Nam cum in fretis etiam, marinisque æstibus accessus, & recessus aquarum, admirabilitatis maximæ fieri videamus; quos tamen idè non vehementer miramur, quia vísitati sunt, statalque obseruant vices; in istis nouis quasi æstibus, causarum ignorationem, & rei nouitatem fecisse mirationem dixissent. At nunc erepta cuius omnis calumniæ ansa videri debet; posteaquam in vtriusque manu fuisse cognitum est, vt diducere aquas, ita, quo visum esset momento, rursus contrahere. Ceterùm ponitur hic iterum nobis ante oculos, & sacerdotum, & Imperatoris Iosue consultissima modestia; dum neutri temere properasse; sed hic Dei, illi principis sui iussa patienter expectasse memorantur. Cur autem arca vocetur וְיָצִיא הָאָרְצָה hoc est, arca testimonij, diximus supra. L X X I I. interpretes vberius hunc locum reddiderunt *αὐτὸν δὲ ὁμοθυμῶν τὰ ἱερὰ πνεύματα*, arcam testamenti, siue fœderis, testimonij Domini: quia, vt ait diuus Augustinus, ipsa Moïsis lex, quæ ea capsâ seruabatur, testimonium erat iustitiæ Dei, quæ per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes credentes successit. Porro illud, *Ascendentibus sacerdotibus*, siue, dum ascenderent sacerdotes, explicatè redditum à Chaldæo est, dum vellent ascendere sacerdotes. nimirum vt diuinum momentum in sacerdotum pedibus positum, qui arcam sustinebant, exprimeret apertius; à quibus vt vix dum contactæ aquæ substiterant antè, ita nunc vix ab iisdem liberatæ, profluunt. Siccum autem, cuius hic est mentio, continentem significat; hoc est, eam terræ extremitatem, quæ alueo proxima, ab inundante flumine non obruebatur, tegebaturque. Nam alioqui in ipso etiam alueo insilterant in sicco; vt supra vidimus. Sed enim, quando iubentur iam sacerdotes, relicta statione sua, ascendere è Iordane; non autem transire Iordanem; quis non videat, ipsos in extrema Chananæi lateris ora stetitisse; vt vel primo passu prolato, primoque facto vestigio nouo extra alueum in Chananæa euaderent? quod antè contendebamus. Porro cum dicuntur *reuertisse aqua in locum suum, atque fluxisse, vt antè, alueo pleno*, verosimile est, ita moderatum esse Deum immensam illam cõgestarum aquarum vim, vt ne cum impetu prolaberentur; sed vel paulatim decrescente illo ingente cumulo, vel alioqui Dei nutu sensim euanescente, aut per occultos terræ meatus diducto, nulla admodum maior copia apparuerit, quam ante inchoatum miraculum. Etenim si semel tanta moles laxata prorupisset, seque profudisset, proculdubidè minimè contenta fluminis alueo, omnia longè lateque loca obruisset. Quod autem dicuntur *reuertisse aquæ ad locum suum*; significat, eas per prona vada descendisse ad Asphaltiten versus. eò enim tendere antè

Laxate iterum aquas, non minus quam antè conuulsi, pertinet ad miraculum.

August. quæst. in Iosua.

solebant. Nisi existimare malis, hoc dici; prius retrorsum actas ab arcæ præsentia; quod Dauidem canere diximus; nunc prorsum illuc, quo suapte natura dicebantur, reuertisse.

*Porro populus ascendebat ab Iordane decimo mensis. &c.*

19

Hoc est; populus, cum traicisset vniuersus, relicto Iordane secutus est arcam vsque ad Galgala, atque ibi castra fecit, eodem illo die decimo primi mensis, quem diximus Nisan vocari. Quod commodum sanè accidit Dei prouidentia, vt tempus superesset quo se ad Pascha faciendum, per circuncisionem compararent, quod festum die decimoquarto eius mensis agere diuina lege erat sancitum: Nefas enim fuit, non circuncisos Pascha facere; & , nisi sacris illis ritibus expiato numine, bellum Chanaanicum auspicari, vt proximo capite dicemus. Ad hoc, agnus ad paschale sacrificium erat hoc decimo die deligendus è grege: quod per iter fieri vix potuisset. De mensè primo multa sunt à nobis disputata supra, quibus hoc modò addam, ad primi istius mensis rationem, omnia, quæ sacra lege sancita sunt, festa celebrari solere, atque etiam num à Iudæis celebrari, quæ quidem celebrantur in exilio: præter Iubilæi, & anni septimi caremoniam. Nam vt temporum omnium rationem supputant ad mensẽ, quem, ab hoc septimum, Tisri vocant; vt diximus supra; quòd eum conditi orbis fuisse initium putent; ita & Iubilæi quoque; & anni septimi: quod quæstus & compendij causa est à Talmudicis sancitum. Nam si Iubilæus, & annus septimus, terræ quieti dicatus, à Nisan numeraretur, necesse esset multos frugum duorum annorum prouentu multari: quando in plerisque regionibus ante eum mensẽ, quo tempore metenda esset messis anni sexti, illæ haud essent maturæ; septimo verò toto anno neque metere, neque sementem facere fas esset. Solebant autem veteres Hebræi nulla habere mensium suorum nomina; sed eos ex ordine, primum, secundum, tertium, atque ita deinceps, dicere. Sed quibus nunc ferè vtuntur Iudæi nominibus, ea à Persis, Medis, Babylonis in exilio accèpere. Quæ causa est, vt in sacris literis nusquam, nisi in eorum historiis qui post memorabile illud exilium celebres vixere, noua ista nomina appareant. vt apud Zachariam, Daniele, Ezdram, Esther. Galgala locus erat ab Iordane versus occidentem remotus stadiis quinquaginta; vt ait Iosephus: decem verò citra Ierichuntẽ positus. Erant ergo Galgala, vt est in sacris verbis, *in finibus orientalibus Ierichuntis*. Mansere autem illic castra multis annis, vt sæpe dicitur. Erat enim locus perappositus, & aquis, ob vicinos vndiquaque montes, atque etiam Iordanem; & fructibus, abundans. Nomen autem, Galgal, vnde loco manserit, audiemus proximo capite. Nunc enim per anticipationem sic appellatur. vt Lauina litora, à Poeta.

Festa Iudaica pident à mense Nisan.

Iubilæus & septimus annus à Tisri numerantur, Talmudicis auari.

Mensium nomina è Babylone sunt asportata.

Galgala.

*Statuitque Iosua in Galgalis duodecim lapides illos. &c.*

20

TERTULLIANVS opinatus est, lapides istos in ipsa sacra arca conseruatos esse. His enim vsus est aduersus Marcionem verbis. Et duodecim, inquit, lapides ab Iesu de Iordane lectos, & in arcam testamenti conditos deprehendo. totidem enim Apostoli portendebantur. At R. Leui F. Gersonis existimat, apud arcam quidem perpetuò esse asseruatos; vt cum ter, vt minimum, Israelitæ corannis ad eam conuenirent; hoc enim lex iubebat; memoriam rei gestæ monimenti præsentia omnibus renouaret. ceteroqui in ipsa arca apud Manna, & Abaronis virgam minimè fuisse locatos contendit. Neque enim id dicere sacram narrationem; neque etiam consentaneum fuisse, vt ista monumenta consimili cum illis Mosaicis honore dignarentur, omnium diuinissimis. Ad hoc, in manna, atque illa virga perpetuum fuisse miraculum; cum illud nulla solis vi aut temporis diuturnitate dissiparetur, aut computresceret, hæc semper amigdalidis fecunda esset. at lapidibus nihil miratione dignum ipsis quidem accidisse, sed admirabilis rei monumenta eos fuisse modò. Denique maiora fuisse illa duodecim saxa, quàm pro sacre capæ spacio. Sic ferè Leui Gersonis. Ego verò, quia statuisse eos Imperator memoratur in Galgalis, non apud sacrarium Dei; puto esse verosimillimum, in Galgalis positos mansisse, vt loco & celeberrimo, & flumini vicino, ad quod illa maximæ admirabilitatis res, cuius ipsi memoriam conseruare debebant, patrata à Deo fuerat. Et verò diuus Hieronymus in Paullæ Epitaphio dicere videtur, eos etiam tum in Galgalis visi solere. Et quod vnum satis magno debet esse argumento; perspicuè apparet ex sacris verbis, illos non temere esse in Galgalis depositos

Psal. 114.

Exod. 12. 7. 48.

Exod. 12. 7. 3. Mensis primum supra 5. 1. 6.

Supra cap. 3. 13.

Virg. Aenid. 1.

Tertull. 1. 4. contra Marcionem.

R. Leui Gersonis. Lapidibus ad Galgala portati vbi manserunt.

fitos modò ex humeris baiulorum; sed ab ipso deinde Imperatore statutos; nimirum spectabili quodam situ; quali statuas statuere est moris; atque vt primo quemque aspectu admonerent, insignis alicuius se rei notas esse. Quin religiosam quoque veluti dedicationem consecrationemque esse adhibitam, probabilis coniectura ex concione dicitur, quam Imperator, cum illos statueret, habebat ad populum. Sequitur enim in sacro texto.

*Et ait ad filios Israel dicens: Quando interrogabunt. &c.*

21 22 23.

ETS I non dissimilis sit ista cõiunctura, à superiore illa, quam versiculo sexto, & septimo commemorari audiuius; diuersa tamen est. Nam illa, dum tollerentur lapides; & potissimum ad ipsos duodecim baiulos habebatur. Hæc verò cum ab Imperatore illi statuuntur, & ad populum vniuersum. Sed quando vtriusque adhortamenti eadem vna est sententia, nihil opus est explicare denuo. Vetat quidem sacra lex, statuas ponere. sed ita, vt diuinam apud populum habeant venerationem; eamque ille ad ipsas adhibeat reuerentiam, quæ vni Deo debetur; & adoratio à Theologis vocatur. Sed de sacrarum rerum monumentis satis multa diximus supra. Ceterum ex iis verbis, quæ ad populum facit Imperator, apparet; saxa ista, præcipuè quidem exsiccati Iordanis; propter similitudinem tamen atque conuenientiam, siccati etiam maris rubri fuisse monumenta; cum huius ostenti, quod tamen omnibus sæculis esse celeberrimum oportebat; nullum extaret vsquam aliud signum; nisi illud signum, quod Moses diuino suo carmine posuerat: quo sanè nullum neque illustrius, neque diuturnius cuiusquam hominis industria potuisset efficere. Cur autem nullum apud mare illud saxum poneretur monumentum, diximus, nisi me fallit memoria, antè. Nempe illa loca erant mansura sola. cum Aegypti etiam nomen deberet Israelitis triste ac detestabile videri. nedum vt illuc sæpe redirent. Porro quod de mari rubro ad præsentem loquitur illis verbis, *quod nostra causa*, siue, à facie nostra, *exsicauerat, donec transuissemus*, quorum, vt credibile est, pars longè maxima non transmiserat exsiccatum mare rubrum; cum post nati essent in deserto; illi verò qui transmiserant plerique concidissent, nefario rebellionis crimine obstridi; quod, inquam, sic loquitur; id eò facit; quia intelligebat diuinus homo, Dei beneficia non ad eos solos pertinere, qui illorum temporum æquales iis præsentem afficiuntur. verum ad omnem ex æquo posteritatem. Hoc enim ita esse, quis non videat, cum iubet populum his vt olim verbis apud suos nepotes: *Exsiccauit Dominus Deus vester aquas Iordanis, propter vos, donec traicissetis?* Neque enim nondum nati, nisi in parentum lumbis, vt alibi in sacris literis est, traicere potuerunt. Ea igitur ratio est, cur nullo discrimine, nunc primæ personæ, nunc secundæ vtatur Pronomine. Parum enim plenè, mihi certè, sensa sacre scripturæ videntur exponere, qui censent, de Iordanis traicctu dictum esse *vestra causa*, siue propter vos; de rubri maris verò, *nostra causa*; quia Iordanem siccatum transmiserant omnes, ad quos ista verba fiebant: Mare verò rubrum, patres; in quorum numero is erat, qui verba faciebat. Sed pergamus.

Status ponere prohibens lex, quo sensu accipiendæ.

Lapides non solum Iordanis sed etiam rubri maris siccati monumenta fuerunt.

Cur Moses apud siccatum mare rubrum non posuerit saxa.

Dei beneficia ad posteror quoque ex æquo spectantur.

*Vt agnoscerent omnes populi terræ manum Domini. &c.*

24

DVPLICE M ostendit diuini consilij, in patrandis miraculis, atque ostentis, scopum. alterum, vt omnes mortales agnoscant propius, veri Dei inuitabilem potentiam; eoque; ad credendum in illum inducantur: alterum, vt credentes religionem, pietatemque adhibeant ad illum maiorem. In vtroque autem abundantia duarum præcipuarum Dei virtutum cernitur; misericordiæ, & iustitiæ; quæ in diuina illius procuracione salutis hominum primas partes agunt. Nam quòd omnes homines ille cupit, agnita veritate, saluos fieri; est id quidem eius diuinæ misericordiæ. Sed cum eam veritatem, atque adeò semetipsum, quatenus quidem à mortalibus cognosci potest; hoc est, sempiternam suam potentiam, diuinitatemque, omnibus semel patefecerit, per contemplacionem videlicet huius rerum vniuersitatis; quam & condidit, & deinceps certis, & perpetuis naturæ legibus gubernat, eoque satis magnam sui amandi, colendique (in quo absoluta iustitia, & radix immortalitatis, atque omnino beata vita est posita) ansam omnibus dederit; non potest profectò non censerì summa misericordiæ abundantia; quòd insuper vsitato illo, & perpetuo conditarum à se rerum cursu subinde mutare, aut flexo, secordes mortalium animos excitare; atque ad suspiciendum vel sic tandem in cælum compellare ipsos dignetur. Iam verò ex contrario: cum ignoracionis excusacionem non habeant, qua meritas pœnas effugiant ij, qui

Deus miraculum facit ob duas causas.

1. Tim. 2. 4.

Rom. 1. 9.

Sapient. 19. 6.

ex illa mundi creatione, gubernationeque cognitum Deum, non digna ipso gloria, grataque pietate profequuntur, sed quos creatori debebant honores, eos rebus ab illo creatis reddunt, quomodo non longè iustissimæ eius iræ supplicium dare eos existimabimus, qui ne per huiusmodi quidem inusitata, & insignia miracula, atque ostenta experge facti, insipientis sui animi cæcam caliginem discutere, Dei que cognitione illarectè vti, in animum inducunt? Neque verò non eadem ratio est eorum, qui afflatu, atque illustratione Spiritus sancti, bonum Dei verbum sunt iam fide semel amplexati. Nam etsi eius verbum viuum sit, atque efficax, & omnino eiusmodi, vt per occultam, quæ in eo est, celestis spiritus efficientiam, ipsum abundè fatis esse illis deberet, ad affirmandam stabilendamque fidem in Deum: (hoc enim illud est quod canit sacer vates, Profitebor te sincera mente, cum didicero leges iustitiæ tuæ) tamen inusitatis sæpè prodigiis, atque miraculis insuper sua illa effata comprobare, & credentium fidem fulcire, atque adaugere non desinit. Nimirum vt pro immensa sua clementia illos sibi arctius atque arctius coniungat, obligetque. Sin autè ista etiam tam paterna benignitate sperata, aut certè neglecta, fidem fallant, iustiore iudicio damnentur. Porrò quod reddidi *Timoritis*, est in Hebræo præteritum modi finiti *תירסו*; hoc est, timuistis. Sed talis enallage & temporum, & modorum frequens est in sacris literis. Timoris autem vocabulo, cultum omnem atque religionem aduersus Deum significari in veteri testamento, alibi à nobis explicatum est.

Enallage temporum & modorum frequens in sacris literis. Timor omnem cultum significat.

Hebra. 6. v. 4.

Psal. 119. v. 7.

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM IN IOSVAM CAPVT V.

Porrò factum est, vt cum audirent omnes Reges Amorrhæorum.

CA PITE secundo, ad versiculum decimum audiuius, Rahabam meretricem cum diceret, omnium animos fuisse præ metu liquefactos, simul atque allata esset fama exsiccati maris rubri: & profligatorum deinde duorum Regum Galaaditidis annuntiata clades: Et tamen neminem vidimus arma ad Iordanem traicientibus hostibus opponentem. Nimirum, quamuis non solum tantarum rerum auditione perterriti, verum multo etiam acrius, diuino quodam terrore occultè percussi ipsorum animi mirabiliter intus vexarentur: tamen insatiabiles voluptates in iis tam potenter regnabant, vt sanis consiliis nullus esset locus: tantaque liquecebant stuebantque mollitia, vt non facilè vilius periculi cogitatione ad virilia possent reuocari: aut potius mentis suæ vitii omnibus occæcata, stupore, pericula quamuis vicina non sentirent. Cum porrò ne nunc quidem se mouent, postquam hostis Iordanem transmisit, neque vicinus modò est, sed ipsi inhæret ceruicibus, quis non intelligat admirabilem Dei erga suos benignitatem, atque beneficentiam; cuius numine non modò vires aduersariorum superantur; sed omnes planè motus conatusque tantisper prohibentur, dum illi in regione, alioqui prorsus incognita, paullulum consueta, & captæ etiam, nullo defendente, vrbis vnus victoria confirmati, auderent hostis conspectum ferre, pugnaque cum eo decertare? Ceterum Chananae gentes omnes duobus hic nominibus subiectæ sunt; quæ capite tertio septè appellationibus distinguebantur. Nam cum illa inter Iordanem, & mare mediterraneum, à septentrione ad meridiem versus, obliquo tractu in longum porrecta angustè iaceat, Amorrhæi nunc vocantur, quicumque propius absunt ab Iordane: Chananaei verò, qui mari sunt viciniore. Etenim illo, *trans Iordanem versus mare*, siue, versus occidentem; vt Latinus, & Chaldaeus exponunt; excipiuntur modò ij Amorrhæi, qui cis Iordanem, in Galaaditide habitauerant, atque nuper, cum suis regibus Sehone & Og, fuerant debellati. Vltatum enim est, Chananaicum Iordanis latus istis verbis significare, vt Galaaditicum dicere, trans Iordanem ad orientem. Sed enim Chananaeos esse vocatos peculiariter eos, qui oram illam maritimam habuerunt, quæ etiam est Phœnicia dicta; consicitur ex speculatorum Moïsi relatione, cum dicunt; Chananaeus habitat iuxta mare. quod propter L X X I I. interpretes hoc loco, pro regibus Chananaeorum, reddiderunt, reges Phœnicia. Eademque ratione mulier, quæ apud Matthæum Chananaea, apud Marcum est Syrophœnissa vocata. Nam vt profani scriptores Phœnicum vafritiam, atque industriam in mercatura navigatione faciendâ celebrant, ita sacrae literæ Chananaeorum. Homerus enim scriptum reliquit.

Dei benignitas in Israëlis.

Chananaei situs.

Amorrhæi.

Chananaei.

Phœnicia.

Chananaeorum & Phœnicum mores idem.

Numer. 13. v. 30.

Matth. 15. v. 22.

Marc. 7. v. 26.

ἐν δὲ τούτῳ

ὁ δὲ ἵσθι

ἐν ταύτῃ δὲ φωνίμας ναυσίηλυτοι ἠλυθον ἀνδρες τρώκται, μὲν ἄροντες ἀθύρματα τῆς μελαίνης. δὴ τότε φωνίμα ἦλθεν ἀπὸρ ἀπατήλια εἰδὼς τρώκται, ὅς δὴ πολλὰ καὶ ἀνθρώποισιν ἐώργα.

Et alibi:

Ofca 12. v. 7. Isaiæ 23. v. 8. Proverb. vlt. v. 24.

Chananaeus in manu habet trutinam fallacem: amat iniuriam facere. Et Isaias testatus est, negotiatores Tyri esse principes, Chananaeosque eius, esse viros in terris præclaros; hoc est, Tyri mercatores. Denique Solomon mulierem frugi laudans, Linteum, inquit, fecit, ac vendidit; & cingulum tradidit Chananaeo, hoc est; mercatori; aut negotiatori. Quin, vt planè intelligas vtiusque vocis inter se notationis conuenientiam, Sicut apud Hebræos præcisè sunt Chananaei, maris accolæ illi qui supra Palæstinos, hoc est, supra τῆν πηλῶν recedunt ad septentrionem, sic apud Græcos φωνίμας, Rursus vt interdum apud illos Palæstini etiam, vsque ad Aegyptum, subiiciuntur Chananaeorum nomini, veluti in Genesi cap. x. Et in præsentè etiâ, opinor, loco: sic Græci τῶν φωνίμαν ad Aegyptum vsque producunt aliquando. Dionysius enim Afer Gazam in Phœnicia locare non dubitauit, Neque Moïses in Chananaea. Estque hoc etiam à Strabone scriptum libro x v i. Est igitur prorsus eadem vna gens, si propriè loquamur, Chananaeorum apud Hebræos, & Phœnicum apud Græcos, faciendâ nauicularia, καὶ ἐμπορικῆ τέχνη celebris, propter portuosum mare, quod accolunt. Sed progrediamur ad reliqua. Reges vocantur singularum ferè ciuitatum domini. Priscis enim illis temporibus, cum nõdum ex orbe terrarum profligata esset modestia, cuius imperio se quæque ciuitas ob præcellentioris prudentiæ opinionem, submiserat, is eam suo dominatu tenere contentus, in ipsa sola regnabat: sed moderatior ille temperantiorque dominatus deinde gloriæ, ne quid peius dicam, facibus inflamatus; exardescere cum occæpisset ad latius regnandi cupiditatem; mox circumquaque vicinos etiam hominum cœtus corripuit; Regesque non vrbium modò, sed regionum cœpère dici: ac tandem etiam prouinciarum; cum non ad vicinos solos, sed ad exteros quoque protulisset homines imperium immensa dominandi libido. Cor vocata est ea pars animi, in qua fortitudo atque constantia est posita. Spiritus verò, hoc est, τῆν animi illa vis, qua sapimus; & quid agendum, quid omittendum dispicimus, deliberamusque; hoc est, τῆς ποιότητος, καὶ ἐπιποικίλων διεργαστικῆ δυνάμεως; quam L X X I I. nominat φρόνησιν. Nã corde liquefcete, videlicet cum per metum labascit fortitudo, perturbari simul & sapiendi facultatem necesse est. Ceterum iterum atque iterum gratia Israëitarum esse facta ea quæ contigerunt; commemoratur; vt illustrior appareat benignitas Dei, & studium, vt prouidentia, qua suos complectitur, tutatur, amplificat: dum ipsorum causa naturæ perpetuam cursum interruptit, ordinemque; inuertit: & ipsorum humilitatem, vt sic dicam, celsissimæ aliorum dignitati atque amplitudini reddit formidabilem.

Chananaei qui

Phœnicis qui

Dionysius de situ orbis Strabo.

Reges quales olim.

Cor. Spiritus

τῆν

φρόνησις

Eo tempore aiebat Dominus ad Iosvam; Fac tibi gladiolos. &c.

2 3

Id tempus significatur, cum primum ad Galgalam esset peruentum. Nam pauci admodum dies; neque plures quatuor, supererant ad eum vsque diem, quo Pascha fuit faciendum: Et debebat interea circumcisionis plaga sanari. Cohærent ergo ista cum iis quæ extremis versiculis superioris capitis, sunt narrata: illa verò de regulatorum omnium maximo pauore, per digressionem sunt interposita. Sed prius quam sacra verba exponamus, duæ sunt pertractandæ quæstiones, quæ plerosque interpretes hoc loco exercere solent. Earum altera est. Quæ causa esse potuerit Israëlitis, cur totis triginta octo annis, aut eo pluribus, circumcisionis cæremoniam omitterent, sancta lege sic sibi imperatam diligenter, vt capitalis pœna esset, intra dies octo non obtemperasse, aut capitali pœna longè grauior, exemptio nominis de tabulis diuini fœderis: Obtemperasse autem, præmium Chananae possessio. Nam vt pœnam omittamus, qua sæpe non satis deterrentur flagitiosi homines à peccando, cum iam rectâ in possessionem promissæ terræ proficisci se intelligerent; debebant profectò eius ritus obseruationi operam in primis dare, in quo diuinæ illius promissionis cardinem versari non ignorabant, ex pacto, & fœdere Dei cum Abrahamo inito. Altera est. Quid sibi velit illud, circumcidere Israëlitas secundò: quâdo neque ipsa rei natura, neque diuina religio permittit, vt idem homo circumcidatur iterum. Neque enim præfectum semel præputium succrescit; neque sacramentum hoc sine flagitio iterari potest. Quod ad priorem attinet; equidem existimo, eam omisissæ circumcisionis veram esse causam, quæ vulgò afferri solet. Nempe quia ad Dei nutum, quem nube mota ipse annuebat, proficiscendum continuo esset, nullius certæ

Gen. 17. v. 14.

Gen. 17. v. 8. & 9.

Quæstio. Cui circumcisio omisita per desertum.

Alterâ quæstio. Quid sit circumcidere secundò.

Responsio ad priorem quæstionem.

quietis spe. Atque hanc causam opinor ipsi quoque Deo probatam sic fuisse, vt in crimine illis non poneret præputium. Nec enim posuisse memorat vsquam sacra historia. Neque verò illi negligebant circumcisionem; sed profectiois continuę necessitate ab eā excludebantur: retinebantque interim circumcidendi propositum, cum prima oportunitate data. Ad hoc: quod filij non circumciderentur, pœnæ species fuisse videtur, quā Deus non tam ipsos plectebat filios, quā impiorū parentum vrebatur animos; cum viderent liberos suos sacrosancti fœderis simbolo carere. Huc enim, mihi certè, videtur spectare illa in Numeris Dei verba, cum dicitur: *Vestra ipsorum corpora cadēt per desertum istud. Filij verò vestri erunt pastores in deserto annis quadraginta; & ferent pœnam defectionis vestræ, tantisper dum vos consumpti fueritis in deserto. q. d. Quia abdicatis vos à mea familia per rebellionem, filij quoque vestri adoptionis nota carebunt, quā diu vos in viuis eritis. Quia ipsum etiā Pascha, non minus seuera rigidaque lege mandatum, atque circumcisio, vt statuto die cotannis celebraretur ab omnibus, differre tamen licuisse, itineris faciendi causa, respondit ipsum Dei oraculum, à Mose consultum.*

*Sed obiiciat nobis Mosen quispiam, qui in vitæ periculo incidit, cum filium non circumcidisset per iter, & quidem non eius ipsius voluntate, sed Dei iussu institutum, atque susceptum. Atqui dudum antè oportebat circumcisum esse à Mose filium, quā iter illud inuaderet. Neque enim tum natus ei recens fuerat Eleazarus, vt videtur. Et vt fuerit ille non ante dies octo editus; certè nulla Mosen Deus festinatione vsque ad eò urgebat, vt non posset vel triduum circumcidendo curandūque infanti dare, cum esset absurdissimum, Legislatorem atque Imperatorem populi futurum, ne in exigua quidem familia sua diuinæ religionis iura coluisse. Sed quid opus multis ipsa verba sacra, cum quoties ferè omittitur circumcissionis, toties & itineris faciunt mentionem, satis apertè causam videntur attribuire continuę profectiois. Neque verò dubitans dixerim; in statuis illis ad montem Sinæum; in quibus, cum ob legem diuinitus accipiendam, tum ob construendum sacrarium Dei & tabernaculum, fuit morandum diu; vt Pascha de more agitarunt Israelitæ, ita & circumcidisse quoque suos liberos, quotquot vel illis quadraginta septem diebus, quibus ex Aegypto illuc peruenerant, vel interea dum mihi hærent, fuerant editi in lucem. illa verò verba, quæ memorant, neminem fuisse circumcisum inter proficiscendum ab Aegypto per desertum, præcisè accipienda esse de ea profectioe quam auspicati sunt die vicesimo mensis secundi, anno eo qui ipsis fuit à libertate adepta secundus; cum monte Sinæo relicto ad nubis momentum sunt profecti ulterius. Quamquam alioqui illud, *inter proficiscendum; & rursus illud, in itinere*, non patiuntur sanè ista verba cum nostra sententia pugnare. Nam quod in statuis est actum, neque inter proficiscendum, neque in itinere, actum censeri debet. Dignum profectò Talmudicis; hoc est, ad tractandas literas sacras absurdissimis hominibus; est commentum, quod tractatione de iure Leuiti scriptum ipsi reliquerunt. Per omnes illos quadraginta annos non spirasse boream, ventum nubibus inimicum; ne illa sanctuario familiaris nubes dissiparetur scilicet, atque idèd abstinuisset Israelitas à circumcissione; cum eum ventum sibi putent obseruandum; vt qui plagis medeatur. Sed nugacissimas istas nugæ silentio tegebam, nisi R. David Kimhi bene multis verbis eas esset persecutus, cuius commentarij sunt in omnium manibus, putavi enim locum esse indicandum ex quo ille tam præclaram doctrinam scilicet accepisset. Posset fortassis suspicari quispiam, homines præfractæ ceruicis; postquam per flagitiosum illud rebellium, quo, auditis speculatoribus, reditum in Aegyptum fuerant moliti, indignos se promissis Dei fecissent; atque propalàm ab eo iudicati damnatiq̄ue fuissent; præ impietatis obstinatione, sanctum illud fœderis diuini monumentum, cum sibi deinde prodesse non posset, etiam posteris suis inuidisse: ideoq̄ue eos non circumcidisse. Sed profectò ea immanior fuisset prauitas, quā quæ in populo Dei tam diu hæsisse existimari debeat. Et, vt antè dixi, filiorum præputium dolori illis, non voluptati fuisse videtur. Ad hoc, scelerati parentes illi ante transmissum torrentem Zared perierant omnes; & tamen neque suos liberos postmodum natos circumciderunt illi; quantum certè sacra verba præ se ferunt; qui minores, aut certè non maiores annis duodeviginti Aegyptum cum reliquissent, neque rebellionis scelere obligati, neque à Deo damnati fuerant; nisi nunc demum per otium in Chananæa. Sunt quidem magnæ apud me auctoritatis scriptores, qui statuunt; circumcissione opus non fuisse, quam diu solitudo*

Numer. 14. 7. 33.

Numer. 9. 13.

Exod. 4. 24.

Numer. 10. 11.

Deut. 1. 9. 16.

Danscm. lib. 4. cap. 16.

Obiectio. Responsio. Moses cur ob non circumcisum filium periculum sit passus.

Israelite ad Sinai circumcisit.

Talmudici absurdi homines. Talmud וברכות cap. 8.

R. David Kimhi.

Theodoretus Quæstionib. in Iosiam.

solitudo ipsa populū Hebræum ab alijs populis satis secernebat. Sed mihi sanè probari id non potest; qui persuasum habeo, ponendi præputij insigne, non solum ad segregandum populū selectum à reliquis gentibus; inter quas versaretur; institutum à Deo fuisse, in prisca illa Hebræorum ecclesia; vt neque sacri Baptismi ritum in nostra: verum in primis, vt corruptæ deprauatæque ab ipsa origine hominum naturæ mysterium, simul & expiatio esset: moneretque, opus esse ad salutem alio diuino quodam nascendi modo, quem regenerationem vocant sacrarum rerum scriptores; Deinde verò, vt gratiæ diuinæ, sacræque professionis & religionis proba signum esset, quo adpratus gratis à Deo ad caeleste regnum peculiaris populus, ab alijs dignosceretur nationibus. Sed sunt ista alterius loci. Progrediamur ergo ad alteram quæstionem; Cur secundo circumcidere Israelitas iussus sit Iosua. Certa, & sacris verbis explicata res est, Eisdem virositerum circumcidi non debere: sed illos qui antè circumcisi non essent. Est enim in sacro texto, *liberos ipsorum substituerat in eorum locum: hos circumcidit Iosua, cum essent præputiati*; eo quòd non circumcidissent ipsos in via. Illud igitur videndum est, quò spectet Aduerbiū, *secundo*. Memoratum est in Genesios historia, Abrahamum, cum iussus esset masculos omnes suæ familiæ, liberos, seruos, vernas, emptitios circumcidere, euestigio eodem illo die circumcidisse simul omnes. Erat autem tum vniuersa peculiaris populi Dei, hoc est, Ecclesiæ, vt vocamus, summa in vna Abrahami familia posita. Semel igitur tunc vniuersè populus Dei est circumcisus ab Abrahamo; cum hoc insigne, tamquam pignus certissimum promissæ possessionis Chananæ, à Deo institueretur. Nunc verò secundo circumciditur populus Dei vniuersè à Iosua, cum promissa illa; quorum circumcissionem fuisse pignus diximus; ad rem à Deo conferuntur: hoc est; cum idem ille, origine quidem, populus; at ob extinctam nuper vniuersam patrum multitudinem; quodam modo nouus, in possessionem Chananæ mittitur. Dicam, si potero, explicatius. Deus olim per circumcissionis insigne, peculiarem sibi cœtum, siue, vt appellamus, Ecclesiam, constituerat. is cœtus cum fuisset continua parentum & sobolis successione, eorundemque rituum & sacrorum obseruatione, ad Mosen vsque propagatus; nunc tandem; occisis semel omnibus, quorum in solemnibus recensionibus ratio habebatur: ceteris verò qui totis triginta octo annis editi fuerant, non circumcisis, illa consociationis atque conciliationis ratio quodam modo intercidisse videtur. Imperat igitur Iosua Deus, vt eam denuò instauraret. Et verò præsentem populū, quasi cœtum nouum, videri; atque consociationis communionisq̄ue illud vinculum circumcissionem, tanquam intercidisse nunc, ex illis potest perspicue intelligi verbis, quæ superius commemorabam. præsertim si paullo altius repetantur. ex istis dico, *Omnis populus egressus Aegyptum, masculi omnes, viri bello apti, obierant in deserto: verum liberos ipsorum substituerat in eorum locum. hos circumcidit Iosua, cum essent præputiati, &c.* Credibile quidem est, vixisse etiam tum plurimos, qui in Aegypto nati circumcisiq̄ue fuerant. Neque enim flagitiosæ illius rebellionis crimen, quod anno, qui à libertate Aegyptiaca secundus erat, apud Cades-barneam admisum, labem illam maximam, & perniciosam reipub. Israeliticæ intrulerat, ad eos pertinuit, qui annum vicesimum nondum attigerant. Et eximunt ab eadem culpa Iudæi tribum quoque Leuiticam vniuersam. Sed ex eorum conditione æstimatur populus, qui eius pars longè maxima erant. Nam simpliciter, periisse in deserto masculi omnes Aegypto egressi, qui quidem militari erant ætate, memorantur: Et tamen certo certius est, si non alios plurimos, at Calebum, Iosua, Eleazarum saltem non periisse. Sed vnum est huic nostræ, quam modò explicauimus, sententiæ acriter, vt apparet, aduersarium. Non enim Abraham olim filios Israel semel circumciderat; cum ne natus quidem tum fuisset Israel. haud ergo possunt à Iosua circumcidi secundo filij Israel. Verum est profectò expeditissima responsio: Non insistere Spiritum sanctum in Israelis appellatione. Sed filios Israel vocari simpliciter, cœtum atque Ecclesiam Dei; cui hoc nomen, post Iacobi ætatem, ad Christum vsque, datum ferè est in sacra historia. Præterea, si hic argutijs in arguendo locus est, hoc quoque argutè responderi possit: filios Israel per Abrahamum fuisse olim circumcisos, similiter atque Leuitas decimatos fuisse, vt sic dicam, à Melchizedeco, scripsit Apostolus. Sed enim diuus Augustinus, nihil, re ipsa, opinor, à me dissentiens, iterationem istam excusat schemate, quod Synecdochen vocant. Populus enim, inquit, antè circumcisus erat; quia non nulla eius pars carebat præputio: vt Calebus, vt Iosua, vt Eleazarus, & fortassis

Circumcisio cur instituta.

Responsio ad secundam quæst. Quid sit circumcidere secundo.

Leuitæ non fuerunt rebellionis apud Cades-barneam.

Obiectio.

Responsio.

Augustin. quæst. in Iosua.

Gen. 17. 23.



R. Leui Gersonis.

Itaclaras in Aegypto neglectam circumcissionem. Terrull. contra Iud.

R. David Kimhi.

שְׂכֵרֵי שָׂנֵה

Talmudici multa teste dixerunt, quae si explicentur, bonam doctrinam contineant.

Nonna & mirabilis ratio secundae circumcissionis.

משוּכָּרִים qui.

Bar-Chuziba. Bitter vrbs.

Epiphani.

fortassis Leuita omnes, & qui apud Cades-Barneam nondum fuerant viginti annorum. Circumciditur autem populus iam iterum; quia eius maxima pars circumciditur. R. Leui F. Gersonis autem, cum plerisque Iudaeis, hunc locum sic exponit, vt existimet, Moſen, cum in Aegyptum reuertens, futurus gentilium suorum dux, periculo suo didicisset, quam aegre ferret Deus adoptionis illud insigne negligi, ilico multitudinem vniuersam circumcidisse, quae durissimae atque laboriosissimae seruitutis causa iam diu id facere non curarat. Neque enim Pascha celebrare, non deposito praepotio, potuisset: neque in possessionem Chananae proficisci; quae circumcisis fuerat promissa. Cum porro, quos ille sic in Aegypto circumciderat; longo errore per iter essent plerique omnes extincti; & qui interea editi fuere, non circumcisi, iam opus esse iterum circumcidere multitudinem vniuersam. Haec fere ille, & multi quoque cum eo Iudaei. Fuisse autem in Aegypto neglectam circumcissionem, & a Moſe illuc reuerso inſtaurata opinatus est etiam Tertullianus noster. Vitur enim aduersus Iudaeos his fere verbis. Prouidens, inquit, Deus, quod hanc circumcissionem in signum, non in salutem esset daturus populo Israel: idcirco filium Moſis ducis futuri instigat circumcidi, vt cum coepisset per eum populo dare praeccepta circumcissionis, non aspernaretur populus; videns exemplum istud in Iudicis filium iam celebratum. Sed R. David Kimhi longe aliud est commentus effugium: verum acutius argutiusque, meo iudicio, quam factorum verborum simplicitati, & vſitatae significationi congruentius. At enim, verba illa שְׂכֵרֵי שָׂנֵה quae iterationes significant, non ad ipsam circumcissionem, sed eius procurationem spectare: idque mandari Iosuae, vt iterum atque iterum, vltro citroque per castra commeans, omnemque & singulos adiens curet, ne quis omnium maneat praepotiat. Positionem enim שָׂנֵה a qua illa formantur, non bis modo, sed saepe iterare aliquid, significare: Itaque שְׂכֵרֵי non, secundo, sed, crebro, esse conuertendum. Sed hoc profecto est extorquere scripturam; atque ad suam interpretari sententiam. Denique Talmudici, eo quem nuper indicavi loco, & prolixius quoque in Capitulis Eleazaris, non inſulſe modo, sed etiam impie; si ipsorum nuda verba intinere; fingunt, non absolutum circumcidendi praepotij ritum fuisse Abrahamo traditum a Deo: & proinde illud, secundo, ad caeremoniae perfectionem, quae iam tandem Iosuae doceatur, pertinere. Hunc enim eos etiam qui Abrahami ritu ante fuerant semel circumcisi, debuisse curtare secundo, perfectiore modo. Verum ista fortassis a veteribus Hebraeis recte dicta sunt, qualia in Talmude multa passim reperias; non de adumbrato Iosua filio Nun, sed de expresso, Iesu Christo; a quo vetus illa circumcisio perfecta est, cum homines per eum circumciderentur circumcissione non facta manu, & quae praepotium carnis solum deponeret; sed quae peccatorum exueret corpus: quippe Spiritu perfecta, non literis descripta. qua quidem circumcissione eos etiam debuisse circumcidi, qui Abrahami ritu semel fuissent initiati, quid attinet ostendere rationibus, quando satis est Christi exemplum. Afferunt Talmudici illic alias etiam secundae circumcissionis causas & rationes: sed quas, vt verecundis auribus parcam, consulte praetereo. Facere tamen non possum, quin earum vnam proferam: quia puto rem in hominum eruditorum vulgus non esse peruulgatam. Aiunt enim, illis temporibus fuisse multos, qui, etsi a suis parentibus fuissent in tenella aetate rite circumcisi; tamen iterum circumcidi debuerunt, si modo sacrorum communiione confociari ceteris Iudaeis vellent. Nimirum, qui immanitate Aegyptiacae seruitutis pressi, arte quadam medica, subducta atque distenta pellicula, nouum sibi praepotium comparauerant, glandemque eo iterum contexerant. Appellunt autem eos tales Talmudici משוּכָּרִים quasi משוּכָּרֵי שָׂנֵה dicas; ab attracta pellicula scilicet: Similiter, inquit, atque cum Romani rerum in Iudaea potiti, templum funditus iterum euertissent, plurimi Hebraei hostium iniuriis exagitati & vexati, eadem illa ratione religionis suae professionem dissimularunt: qui Bar-Chuziba iussu postea denuo sunt circumcisi, cum ille occupata vrbe Bitter, annis duobus & dimidio apud eam gentem dominaretur: & maxima libertatis spe omnium animos excitauisset. Erat autem id nomen impudentissimae audaciae nebuloni: qui Messiae sibi nomen assumebat atque arrogabat, cum suo appositissimo nomine בר-חוזיבא Bar-Chuziba, mendacij filius diceretur. Sed dedit miser temeritatis suae poenas Aelio Adriano, qui, expugnata Bitter, quadragies centena Hebraeorum millia cecidisse memoratur, apud Talmudicos; vbi de libellis repudij disserunt. Et ne quis fidem Talmudicorum dictis nullam puret adiungendam; planè illis consentanea sunt, quae Epiphanius Constantiae

Exod. 11. v. 24. Gen. 17. v. 8.

Talmud. יבמות טז. א. Et in Capitulis Eleazaris.

Coloss. 2. v. 11.

Talmud. יבמות טז. א.

1. Cor. 7. v. 18.

Exod. 4. v. 25.

Morib. Neuedina parte 1. cap. 16.

1. Cor. 10.

stantiae Cypri Episcopus, doctor singularis, scripta reliquit, cum de sacrarum literarum interpretibus Graecis differeret. Affirmat enim illic, quifquis Iudaeorum ad Samaritanos, aut horum ad illos deficeret, eum nouo praepotio comparato, noua circumcissione initiari solere. idque Symmacho quoque, cuius inter Graecos sacrae historiae interpretes celebre nomen est, inter alios, accidisse, Imperatore Seuero: cum ob affectatum regnum ille apud suos Samaritanos odio maximo laboras, se ad Iudaeos contulisset; atque his nomen dare constituisset. Et quis non existimet Paullum quoque illam creandi praepotij rationem spectasse? cum diceret; ad Corinthios suos, περιτετυμμένους τις εαλήθη, μη εβραϊσθαι. εν αμφοτεροις τις εαλήθη, μη περιτεμνέσθω. Hoc est, vocatus est aliquis a Deo, cum esset circumcitus; ne paret sibi attractione praepotium. Vocatus est aliquis praepotiat; ne circumcidatur. Sed iam nimis multa de secunda circumcissione fortassis. Addenda tamen est paucis, scita sanè, & sacris sensis perapposita anagoge: qua hanc narrationem ad nostram religionem accommodat Iustinus Martyr apud suum Tryphonem. Memoratur, inquit, Iosua populum circumcidisse altera circumcissione; & quidem lapideis gladiolis. nimirum, ea res praenuntia erat huius circumcissionis, qua ipse Iesus Christus circumcidit nobis faxeas statuas, aliaque idola. Sunt enim ea praepotia: hoc est, mundi huius deliramenta, amputata lapideis gladiolis, Iesu Domini nostri verbis; & passim coaceruata in cumulos. Et paullo post. O beatos, ait, nos, qui lapideis gladiolis sumus secunda vice circumcisi! Ad vos enim, (Iudaeos alloquitur) pertinebat prior circumcisio, quae ferro fiebat, atque etiam num fit. Duri enim pertinacesque manetis. At ea circumcisio, quae secundum vestram illam est instituta, nostra est. haec acutissimis lapidibus, verbis videlicet lapidis angularis, & sine manibus caesi, Apostolorum opera per orbem terrarum diuulgatis, abstulit a nobis omnem cultum idolorum; & planè omnem improbitatem. Sunt enim a nostris mentibus sic amputata vitia, vt praegaudia gestiamus si vel mors oppetenda sit pulchri illius atque amabilis lapidis gratia, ex quo lapide vitalis aquae effuse profluunt in pectora eorum, qui per illum ducuntur in amorem parentis rerum omnium: potumque praebent affluenter omnibus qui bibenda aquae viuae desiderio tenentur. Haec diuinus ille Philosophus. Sed reuertamur ad sacra verba. Illud חרבות ערוי quod nos conuertimus gladiolos faxeos, interpretatur Chaldaeus, acutos gladiolos, aut nouaculas. Eumque sequitur vulgus Iudaeorum, vt solet. At veteres, גלבי רשירי. Id est, nouaculas faxeas, dicendum esse putauerunt, in eo commentario qui Genesis magna est appellatus. atque ille Chaldaeus qui Moſis libros conuertit, quem Onkelum vocant, illud ערוי quo Moſis vxor filio praecidebat praepotium ערוי שירי, hoc est, silicem conuertit, non aciem. Quin ego affirmare ausim ערוי, nusquam in sacris literis aciem significare; sed silicem, aut saxum vbique. Nam, vt dem in illo Dauidis versu, ערוי חרבו, aciem esse ערוי, tamen dicam id translaticia significatione, a silicis duritie, non ex vi eius verbi propria intelligi. Neque verò aut Graeci, aut Syri, aciem ibi sunt interpretati, cum Iudaeis; sed auxilium. Saxum enim, & rupem, siue silicem saepe dicunt sacrae literae propugnaculum, & auxilium. Sed & Moſes Maimonius quoque singularissimus apud Iudaeos doctor, duris silicibus vsus esse Iosuae, non acutis gladiolis, opinatur. Et verò non praecidi etiam modo praepotia, sed amputari etiam posse testes ipsos acuto silice, proditum a scriptoribus profanis est. Catullus enim, in elaborato illo carmine de Berecynthia & Arti, scripsit de Cybeles sacerdote. Deuoluit ipse acuto sibi pondera silice. Et Iuuenalis Satyra sexta, de similis vesaniae sacrificio dixit: Mollia qui rupta secuit genitalia testa. Ego verò hanc sententiam, & verbi ערוי notionem, eo pertinetius tutandam mihi putavi aduersus Iudaeos, propter scitam illam atque aptissimam anagogen, qua Petra Christus dicitur. pro verbo ערוי, videntur ל x x i i. interpretes legisse ערוי, cum pro, iterando, reddiderint, Sede. quamquam ערוי, etiam aliàs non nusquam confunduntur, vt solent simillimae inter se positiones. Collis praepotiorum dictus est locus ille hic per anticipationem. Ex re ipsa enim hoc tandem nomen accepit. In commentario antiquo, qui inscribitur חקרא רבה hoc est, Leuiticus Rabbae, scriptum est, ex veterum Hebraeorum sententia, tantam fuisse abiectionem in locum vnum copiam praepotiorum, vt collem representarent loco ceteroqui plano, & aquabili. At Chaldaeus existimat, colliculum qui ante fuit, ex re ista nomen hoc accepisse. Nam conuertit ille Hebraica verba explicatius: Et circumcidit filios Israel in colle,

Anagoge. Iustinus apud Tryphonem. Iudaeorum.

Genesis magna. ערוי quid sit.

Catullus. Iuuenalis.

ערוי & ערוי confunduntur. Collis praepotiorum.

חקרא רבה.

in colle, quem nominauerunt Collem præputiorum. Sic enim habent boni libri.

*Omnis populus egressus Aegyptum, masculi omnes, &c.*

De iis agitur, qui ante rebellionem illam; quæ in tertiis castris, post relictam solitudinem Sinai, accidit; annum vicesimum ætatis attigerant. Hæc enim ætas bello primùm apra censebatur. Neque alij rebellionis à Deo sunt damnati. His enim vitur ille verbis in libro Numerorum. In solitudine ista cadent corpora vestra. Et quotquot vestrum numerati estis, per vniuersam multitudinem, ætatis annorum viginti, & suprà: qui murmurastis aduersus me. &c. Et si autem vniuersè, dicantur, omnes illi periisse; debet tamen, vt suprà probaui, id de iis solis accipi, qui illo rebellij & defectionis scelere se astrinxerant, auditis exploratoribus.

*Nam fuerant quidem circumcisi omnes quotquot erant egressi, &c.*

Rebus aduersis crescit pietas. Eo ferè ingenio sumus mortales; peruerso sanè; vt in malis, religionis diuinæ rationem pietate colamus maiore, quàm cum res secundæ sunt. Neque dubium est, quin nonnulli, quanto duriore seruitute opprimebantur in dies ab Aegyptiis, tanto ardentioribus votis exorandam sibi esse diuinam misericordiam statuerent; tantoque celandum religiosius illud fœdus, quo Chananææ promissio sancita fuit; vt antè dixi, id est, ipsam circumcisionem. hoc enim satis luculenter, opinor, testantur illa verba. Exaudiuit Deus gemitus eorum, qui in Aegypto intolerabili seruitute oppressi gemitabant: & recordatus est fœderis sui, quod pepigerat cum Abrahamo, Isaac, & Iacob. Verùm fuisse omnes sacræ illius legis tam obseruantes, vt suos liberos circumciderent, antè quàm rediisset Moyses ex Madian cum imperio; nuntiasseque adesse iam libertatis tempus; speque certiore hereditatis promissæ omnium animos excitasset; id verò minimè est credibile, neque grauissimis aliis sceleribus consentaneum, quæ Aegyptiorum consuetudine infecti admiserant multi. Nam vt sunt qui cœlestibus plagis emendantur; ita rursus inuenias qui callum obducant; & tamquam asini, verberibus affueti, contumaciores reddantur; tandem que aut detestabili diffidentia, omnem felicioris vitæ spem abiiciant; aut certè à proba religione cultuque Dei se ad alias superstitiones facillè traduci patiantur. Quare probabilis videtur ea sententia, quam suprà exponebam; Moyses tandem admonitionibus & iis, quæ per eum fiebant, prodigijs inductam esse populi partem maximam, vt in tam propinquæ libertatis expectatione, se, suosque liberos compararent per fœderis Dei illud inigne, ad possessionem felicissimæ terræ, sibi olim promissæ. Porro an per desertum, ista tanta pietate subito cum maiore impietate commutata, circumcisionem neglexerint contemtim, an verò fas ipsi fuerit, ob iter differre fœderis symbolum; similiter atque anniuersariam Paschatis cæremoniam, disputatum satis est à nobis suprà. Vbi hoc etiam constituebamus: Neminem per desertum fuisse circumcisum post relicta statua montis Sinai: hoc est, post duodecima castra; in quibus & Pascha celebratum fuerat, & lex è cælo data; arca item, tabernaculum, cetera vasa sacra fabrefacta.

*Quadragesima enim annis ambulauerant per solitudinem, &c.*

DESERTVM istud, quasi suo nomine, appellant LXXII. interpretes, *מדבאר* *midbar*. fortassis vulgus eo sæculo, quo hi scripsere; hebraum verbum *מדבאר* Midbar, quod desertum significat, ei solitudini, vt proprium eius nomen, attribuerat, quodam loquedi vsu, nisi imperiti hominis audacia adscriptum hoc nomen olim in illa editione græca putemus. Iidem interpretes supra quadragesima annos, addunt duos. Nimirum habuerunt, vt videntur, illi eam opinionem, vt existimarent; eos quadragesima annos, quos Deus in Numeris præfiniebat soboli impiorum parentum agitanos in deserto, ab illo ipso funesto die numerandos fuisse. Iam tum enim duos à relicta Aegypto, & insuper pauculos menses, in solitudine egerant. Et profectò, si quis illa Dei minacia, & fatidica verba simpliciter intueatur; hæc dico. Filij vestri erunt pastores in solitudine annis quadragesima: pro numero dierum, quibus speculati estis terram; singulis diebus in annos singulos relatis; hoc est, annis quadragesima feret pœnam defectionis vestræ; si quis, inquam, ista per se, neque curiosè legat, facilis in eam illorum veniat sententiam. Atqui quadragesima, non amplius, annos computat ipse Moyses, ad campos vsque Moabiticos: nisi putes eum non à relicta Aegypto, sed à progressu è Sinai supputare tempus. Sed erit de his

Rebus aduersis crescit pietas.

Plagis Dei alij emendantur, alij contumaciores fiunt.

Israëlites an fuerint in deserto annos 72.

Numer. 14. v. 29.

Gene. 17. v. 9. Exod. 12. v. 23.

Numer. 14. v. 33.

de his disputadi locus etiam capite vndecimo, ad versiculum XVIII. Porro animaduertendum est, scelestos illos, & defectionis reos, non populum; sed gentem, hoc est gentem hoc loco vocari, verbo odioso scilicet, & quod plerumque profanos homines, atque ab Abrahami sacro illo fœdere alienos significat. Meritò sanè, vt qui se per detestabile flagitium ab eo fœdere abalienassent. Nihil enim profuit ipsis esse circumcisis, cum Deo neque fiderent, neque morigerarentur. Nam, vt diuus Paulus rectè Galatis scripsit; Neque circumcisio aliquanti est, neque præputium; sed fides, quæ per caritatem operatur, & noua creatura. Sequens verborum ambitus; hunc dico: *Quibus iurauerat Dominus non offensurum se ipsis eam terram; & quæ eodem pertinent cetera; ea, inquam, verborum complexio implicatio est. habet autem hanc sententiam: Quos dico periisse per desertum his annis quadragesima, quia non obtèperassent voci Domini; illi ipsi sunt, quibus iureiurando Dominus affirmauerat, propter ipsorum flagitia, se non daturum ipsis beatissimam illam terram, lacte melleque affluentem; quam alioqui olim semini Abrahami, Isaac, Iacobi iuratus promiserat, se concessurum: quorum illi semen quidem & filij fuere; sed ipsi sibi per sua scelera obstitere, seque abdicauere, & promissis illis indignos fecere: ac proinde prius per desertum extincti passim sunt, quàm ad illam terram possent pertingere, nedum in possessionem eius ingredi. Latinus hoc loco minimè expressit, quod est in Hebræo: si quidem integra superest scriptura, & nisi coniectura fallor, à priore verbo *יורש*, iurauerat, errore transiit ad posterius. Ceterum personæ mutatio, qua dictum est, *Daturum se nobis*, pro, daturum se ipsorum semini, explicandæ antitheseos gratia videtur facta esse; quæ est inter eorundem patrum eos posteros, qui ab illis per vitia degenerant, & eos qui illorum vestigijs insunt, virtutemque & pietatem imitantur. Quippe gratuita Dei adoptio, qua Abrahamæ genus facta est gens sancta, ad eos non pertinet, qui se ipsi suapte voluntate abdicauerunt, beneficiumque diuinum repudiarunt. Quo minus mirum est, si cum ceteris filiis paternam hereditatem isti non adeant. Atque hac ratione exagitat Christus Iudæos apud Ioannem, cum se de sanguine Abrahami iactarent; ceteroqui verò eius facta non imitarentur, sed Diaboli cupiditatibus libenter operæ darent. Ceterum sacræ narrationes, quæ hoc loco attinguntur; altera quidem de exitu rebellium, cum in Numeris, tum in Deuteronomio; altera verò de diuinis promissis passim in Genesi scriptæ sunt.*

*Verùm liberos ipsorum substituerat in ipsorum locum, &c.*

S V N T ergò isti, qui in promissam terram introducuntur, tamquam nouus populus; vt antè diximus. qui cum essent plerique præputiati, circumcisio quasi de integro instituenda fuit. Illustrat autem hic locus veritatem atque constantiam verbi Dei, cum ea iam esse facta memorat, quæ facturum se promiserat Deus in Numeris, cum diceret; Paruulos vestros, quos dixistis prædæ futuros, introducam: noscentque terram illam quam vos contempsistis: sed vestra ipsorum corpora concident in deserto isto. Sed enim mysterio non vacat; vt cum à multis aliis, tum à Theodoro est annotatum; quod circumcisi sub Mose patres, per suam ipsorum diffidentiam perierunt, impingentes in lapidem ad offensionem positum. at ipsorum successores, non à Mose, sed à Iosua, siue Iesu, circumcisi, sunt potiti diuinis illis promissis. Quis enim non intelligat, adumbratum esse ea re; quod gentes olim in Hebræorum successuræ essent locum, duce Iesu, cum ille promissum Dei filium; in quo æternæ hereditatis fructus est positus, amplecterentur per fidem; isti verò repudiassent. Sed ista sunt à diuo Paulo multis locis luculenter explicata & pertractata.

*Porro cum iam circumcisa omnino esset gens vniuersa, &c.*

R V R S V S appellat eos qui circumcidebantur, *גוי*, gentem: nimirum quia adhuc barbarorum modo præputiati fuere. Magno autem ex circumcisionis vulnere affici homines dolore, exemplum maximè in igne est clades illa vniuersæ ciuitatis Salem à duobus solis patrata viris. Quo magis mirum est, ne per hanc quidem tam commodam occasionem mouisse Chananæorum Regulos arma aduersus iam intrò receptos, & vndique cinctos, atque insuper etiam grauissimè saucios hostes. Sed diuino percussæ metu illorum mentes stupebant; atque à nocendi Israelitis consilio, tamquam Dei manu, prohibebantur. Discamus ergò nullius, vel maximi periculi, nedum leuium rerum metu atque expectatione adduci ad ea omittenda, quæ nobis sunt à Deo imperata. Ea que dum exsequimur, securè recumbamus in huius tutela, illo Davidis nobis ipsi occinentes. Dominus à me stat, nihil metuum quid faciat mihi homo: Dominus lux mea,

Galat. 5. v. 6. & 6. v. 15.

Leu. 24. v. 39.

Numer. 14. v. 31. Deut. 1. v. 14. & 15. Genes. 12. v. 13. 15. v. 16. & alij loci.

Numer. 14. v. 28.

Rom. 9. v. 30. & 31.

Gen. 14. v. 25.

Psal. 118. v. 6. & 27. v. 1.

71 Gens.

Latinus.

Adoptio generis Abrahamæ ad quos pertinere.

Verbi Dei veritas.

Anagego.

Dolor ex circumcissione.

Deus suos retinetur.

& salus mea; à quo metuā? & quæ sequuntur in eam sententiam. Sed enim moueri hoc loco potest difficilis quæstio. Cur nō potius in campis Moabiticis, vel Israelitæ celebrādam à se esse hanc circūcisionis cæremoniam ipsi statuerint: vel Deus, vt illic celebrarent, iusserit, vbi deuicis duobus potentissimis Regibus, otium & securitatem satis comoda nacti fuerāt: præsertim cū religioni & sancto fœderi cōgruere atq. cōuenire magis videretur, vt in sacra terræ possessionem, nisi antè circūcisi, pedem nō ponerent. Equidē Israelitis causam fuisse opinor eandem, quam per solitudinē fuisse satis iustam diximus. Semper enim in expeditione atque itinere fuerunt, incertiq; quantulam essent vsipiam habituri moram; tantisper dum traiecissent Iordanem. Quod verò ad Dei cōsiliū atinet, quod nulla humana mētis acies cōiectura satis certa consequi, nedū explicare vquam potest; præstituerat ille annos quadraginta, quibus ferrent filij pœnā defectionis parentum in solitudine; vt anni respōderent dierum numero, quibus diebus impij Speculatores versati per Chananæam fuerant: Solitudinē autem vocabat, vt videtur, loca quæuis, quæ inter Ægyptū & Chananæam iacebant: quippe in quibus, tamquā in alieno solo, viuendū ipsis esset. Tantisper igitur dum expiata nōdū esset illa defectionis culpa, circūcisio celebrari nō debebat, quæ erat gratiæ diuinæ reconciliatio quædā. Ad hoc, cōsentaneum erat, vt, cū iam de integro esset veluti instituenda circūcisio, id in Chananæa fieret, terra omnibus sacris cæremoniis dicata; in qua & prima circūcisio fuerat diuinitus instituta celebrataq;. Præterea sic melius adumbratio cū perfectione cōgruebat; cū Iosua in Chananæa, nō Moses in campis Moabiticis, secundam istā circūcisionem faceret. Verus enim Iosua, qui fuit Iesus Christus, populum suū, cū Imperator & dux factus esset, initiare coepit circūcisionem nō manu factā, intra Chananæā. Quod autē dictū est, nō circūcisos religione prohiberi debuisse à terræ sacra possessione; est id quidem verissimum. Nam, vt ante diximus, promissio tam beatæ terræ ex circūcisionis fœdere pendebat. Atqui Chananææ possessionē tum demum vsurparūt Israelitæ, cū, facto Paschate, eius terræ frugibus vescerētur, vt mox sumus dicturi explicatius. Sed in iis quæ modò diximus, Rubenitas, Gaditas, & Manassensium dimidiam tubum excipio. Istos enim instaurasse circūcisionē credibile est, cū primū suas adepti peculiare possessiones, extra solitudinē atq. etiam reatum illum esse iudicarentur. Nisi, si quis existimare malit, illorū res ex ceterorū rebus planè pependisse; cū Moses ea conditione possessiones illas ipsis attribuisset, si fratribus suis vsq. eò adessent, opemq; ferrent, dum etiam ipsi in suis sedibus quietè fuerentur. quod alio loco, si vita suppetet, exponemus pluribus. Vnum superest hoc loco, nō prætereundum, vt videtur, silentio; sed quadam tenuis explicandum: Quid illis factū sit, qui cū nō essent circūcisi, neq. defectionis scelere obstricti, è vita exierunt prius, quàm in Chananæam peruenissent; circūcisiq; potuissent. Sunt enim explicatissima Dei verba, cū ait; Cuius masculi præputiati caro nō fuerit præcisā, excindetur eius anima è populo suo. Nihil ne ergò ad horum salutē pertinuit profuitq; quod Abrahami sanguine nati essent: Sed tāquā alieni à populo selecto, exclusi sunt à gratuita Dei beneficentiā? Equidē sic existimo: Nō esse quidē cōtinuò filios Dei, si qui ex Abrahami sanguine orti sunt: sed si promissionis simul sint filij, vt ait Paulus. Ceterū ad illos tales, cū vel suapte voluntate, si adultiores erant; vel parētū, si per ætatē ipsi nō sapiebant; in circūcidendi proposito manerēt; desideriumq; sincero animo, simul cū ea fide; in qua totius cardo salutis vertebatur; & cuius ipsa circūcisio erat veluti sigillū, retinerent: Neq. negligentia, nedū cōtemtu, sed cōtinuæ profectiois necessitate rē differret, ad eos, inquam, diuini illius decreti rationē, quæ ei cōtinuò subiuncta est; hanc dico; Quia pactū meū irritū fecit; accommodari nō debere: neq. enim pactū violasse is rectè dicatur, qui cur minus pactas leges præstitisset, paciscētis imperio fuerat impeditus. Quamquā credibile videri potest, taliū virorū neminē per desertū obiisse mortē; nisi si quis propria culpa exitium sibi peperit: cū Moses memoret, ad eò nullis incommodis esse affectos, per eos quadraginta annos, vt ne vestes quidē, aut calceamēta cuiusquam obsoleuerint. Et Dauid canat, valetudine tam firma fuisse omnes, cū Ægypto relicta iter ingrederentur, vt in nulla tribu quisquam omnium labasceret.

Quæstio cur Iosua non circumcidit Israelitem in campis Moabiticis.

Responsio.

Cōsiliū Dei inexplicabile.

Qui per desertum obierunt non circumcisi, an damnati fuerint.

Opprobrium quid.

*Dixitq; Dominus ad Iosvam, Hodie deuolui opprobrium, &c.*  
 DE VOLVERE opprobrium ab aliquo, est, probro atq. dedecore eū liberare, suamq; ei dignitatē reddere. vt apud Dauidem, cū ait, Deuolue à me opprobriū & contemtum. Sunt quidam qui ipsum præputiū dici opprobriū hoc loco putent: vt quod sic fit appellatum à filiis Iacob, cū respōderent capto Dinæ amore Sichem, Non fas est, vt demus

Numer. 14. v. 33. & 14.

Iosua v. 12.

Numer. 11. v. 20. et. decepti.

Gen. 17. v. 14.

Rom. 9. v. 7.

Rom. 4. v. 13.

Psalm. 105. v. 37.

Gen. 34. v. 14.

Numer. 13. v. 1.

Ezra. 8. v. 26.

vt demus sororē nostram viro, qui habet præputium; est enim illud apud nos opprobriū. Verū ego hoc sic potius interpretandū reor: Effet enim ea res nobis opprobrio. Sed vt demus præputium non ineptè opprobriū vocari; quid tādē est, cur Ægypti opprobriū vocetur, cū nulla gens, præter Hebræos, præputia circumcidere soleat? Neq. enim R. Leui F. Gersonis, qui alioqui non malè existimat, libidinem refræandam significari circūcisione; coniecturam affert satis bonā intemperantiæ singularis Ægyptiorū. Quia Deus in Numeris leges cōnubiorū instituturus præfatur; Non esse Israelitis sic agendū, vt Ægyptus soleret agere. Aliud est enim intemperantē esse, aliud sanguinis atq. affinitatis futurē in connubiis non habere; id quod illic Chananæis similiter atq. Ægyptiis à Deo in crimine ponitur. Nimirū quia Israelitæ; quibus leges ille dabat; nuper Ægyptū reliquerant: atq. ad Chananæos ibant. Sed profert Leui alterā quoq. sententiā: Fieri potest, inquit, vt Ægyptij conuiciis cōsectati fuerint Israelitas, quasi eductos à Deo vt malè perderentur, non vt possessione Chananææ locupletarentur. quibus conuiciis cū iam Indies magis magisq; vgerentur, post tot frustra cōsumtos per desertū annos, planè nūc eos liberabat Deus, cū certum faceret ipsis, per imperatam circūcisionem; breui omnino futurū, vt in possessionē Chananææ mitterentur; quam præputiatis vsurpare nefas erat. Quin, vt est copiosus scilicet, addit & tertiā sententiā; quam ex cōmentariis vetustis, Exodo Rabba, vt vocant; eum cōpilasse video. Ea est. Probrū Ægypti, esse improbam Ægyptiorū religionem; à qua iam Deus populi sui animos prorsus auertit, cū ad faciendū Pascha eos admittit, per circūcisionē. Hoc enim festū aduersus Ægypti superstitiones potissimum inde ab initio esse institutū, idq. hac ratione. Colebant, inquit, Ægyptij in primis, arietē. Eumq; Deū igne armatū credebant, quo se à contemtu vindicaret. Itaq. Deus, vt palam faceret, quā essent illa vana religionis ludibria, iussit suis, selectissimos arietes passim maclare; eosq; suis ipsorū armis, hoc est, igne, percoquere, atq; deinde etiā deuorare solidos. Insuper postes quoque sanguine oblinere. Id autē cū fecissent illi non solum impunè, verum etiā & cū suo cōmodo, & cū cultorum taliū deorū maximo malo, nullus potuit nisi prorsus insanus, putare Ægyptiorū diis ceteris aliquid inesse numinis, aut facultatis. Huic cōmento non admodū dissimile est, quod Nehmānus scriptum reliquit. Ideò iustos esse Israelitas arietem maclare, & deuorare hoc primo mense medio; quo Ægyptū relinquebant, vt intelligerent, se Dei prouidentia, nō astrorum efficientia esse liberatos; cū id sydus summa affecissent ignominia, quod eo tēpore in cælo obtinebat principatū. Hæc, vana quidem, at non prorsus inscita cōmenta, eò lubentiū adscripti, quòd ad proximū versiculū erit explicanda Paschatis instituti ratio. Sanè Ægyptios coluisse oues pro diis, ostendit Moses, cū diceret ad Pharaonem: Non possumus in Ægypto sacrificare. Nam abominationē (hoc est deos) Ægyptiorū debemus sacrificare Domino Deo nostro, &c. Et peruagarū est illud Iuuenalis de portentis, quæ demens Ægyptus colere solebat. Lanatis animalibus abstinet omnis Mensa; nefas illic fœtum iugulare capellæ, &c. Sed insulsißima est fabula quæ veteribus Hebræis attribuitur in eo cōmentario, qui vocatur, Leuiticus Rabba, à R. Solomone autem Mossi concionate ri, quæ Hadarsan vocat. Putat enim ille hunc eius cōmentarij esse scriptorem. exponam tamen, vt potero, paucissimis; quia Lirano placuisse videtur. Obnuntiat, inquit, Pharao, cū esset astronomus, abituris Israelitis cruentum fatū & cladem, ex affectione syderis cuiusdā, cui, כְּרִי, hoc est, malo, nomē fuit. Ea q. de causa Moses, cū peccasset populus cultu vituli, his interpellabat Deum verbis, Cur dicent Ægyptij כְּרִי, hoc est, in malo, eduxit ipsos, vt occideret in montibus. q. d. cur conferent Ægyptij in nos prædictionē Pharaonis, vt ipso euentu cōprobatā? Deus ergò, misertus suorū; illud impendens ex mali astri affectione fatum cruentū in salutarem circūcisionis cruorē vertit; eoq. consumpsit, atque exhaust. hoc igitur est, inquit illi, quod ait, se deuoluisse ab ipsis Ægyptiorum opprobriū. Quasi verò ceteroqui non plurimū sanguinis Hebræi per solitudinē fufum sit; ac non meritò posset astrologus ille insultare ipsis, vt aduerso cælo profugis; si astris, ac nō potius ipsorū sceleratæ voluntati, culpā assignare fas esset. Sed concedamus Pharaoni astrologiam. Vidit ille quidē cladem maximā, sed suo & popularium suorū capiti imminere eā, id verò videre nō potuit. Sed omisfis aliorū sententiis, hæc mihi, vt simplicissima est, ita verissima esse videtur; idcirco euolutos infamia & opprobrio Ægypti Israelitas dici: quia adhuc Ægyptij magis quàm Hebræi potuere videri; cū per annos plus quàm ducentos in Ægypto morati, eorumq. hominū moribus prorsus assueti; toto, procul dubio, vitæ cultu, Ægyptios referrent; & nec dum circūcisi nulla ferere ab illis secerni possent. Iam verò per circūcisionē, quod Hebræorū

R. Leui Gersonis.

אלה שמות דבורה

Pascha quomodo institutum contra superstitionem Ægypti.

R. Moses Gerundenis.

Iuuenalis.

ויקרא רבה

Liranus.

Vera opprobrii ratio.

infigne erat, quasi ex Aegyptiis, gente profana & probrosa, Hebraei de integro facti videtur. Spectant autem huc ista Dei verba, ut meminerit populus Aegypti desiderium, post hac penitus ex animo delere: ac vitiosis flagitiosisq; illius populi moribus relicis, vitam suam ad praescriptam sibi à Mose normam dirigere, & instituire. Sunt inter Hebraeos, atq; etiam nostros, qui putant, ablatum Aegypti opprobrium ab Israelitis per circumcisionem esse, quia illi hac nota vindicari à Deo in libertate pristina, nullo posthac iure poterunt ab Aegyptiis in seruitute afferi. Atqui ne ante quidem ullam vniquam iure seruitutis debuerat Aegyptiis. Melius sanè Theodoretus seruitutis ratione, si omnino opprobrium illud ad seruitutem pertinet, explicasse videtur, cum diceret: hodie Israelitas liberatos esse opprobrio Aegypti; quia missi per circumcissionem in Chanaan possessionem, iam promissae terrae dominifunt, qui nuper fuerat Aegyptiorum serui. Neq. enim Abrahami, Isaac, Israelis deniq. legitimi filij, ac proinde promissae ditiohis heredes ceteri potuerunt, nisi cum essent circumcisi. Sequitur in ordine sacrarum verborum: *Et vocatum est nomen loci illius Galgala.* Verbum Galgal deuoluere, & amouere significat. inde formatum est hoc loci nomen, גלגל, Galgal. Solet enim in verbis, quorum posteriora duo elementa gemina sunt, saepe primū repetitū interponi inter illa: & alioqui propria hominum locorumq; nomina crebro non plane referunt eā vnde deriuata sunt positionem. Exempla sunt נב à verbo, נבב, vbi vna litera est abiecta. אבאב, אבבא: vbi vna est ascita. Sed nō est opus pluribus. Sunt enim vbiq; obuia. Nescio quid Iosepho in mentem venerit, vt Galgal libertatē significare diceret. Sed sunt eiusmodi apud eū virū, ceteroqui magnū & doctissimū, sexcenta, ex quibus intelligas, quāta fuerit illo saeculo Hebraicae linguae incertitia atq; ignorantia. Pro גלגל, hoc est, & vocauit, nomen dedit, dixi, *vocatum est.* Nā sic saepe hoc verbū, absq. persona cui haercat, positum est in sacris literis. Quid porò illud sibi velit, usque ad hanc diem, exposuimus alibi satis multis. *Igitur dum castra haberent Israelitae in Galgalis, &c.*

Diximus nuper, circumcisionis caeremoniam distulisse Israelitas per desertū, cum assidue aut esset proficiscendū, aut proficiscendi necessitas expectaretur. Et hoc cōsequens erat, vt anniuersaria Paschae caeremoniam differret quoq. Neq. enim hanc fas fuit agere, nisi circumcisos, vt semel iterumq; ostendimus. Nā qui putat hanc legē in Exodo scriptā, ad alienigenas modò pertinere: eaq. solutos fuisse Israelitas, audet iudē, cū Pelagianis, sacrū baptismū ei nō esse necessariū dicere, qui ex Christiano sanguine sit ortus: cum ipso sit ortu sanctus, vel Paulo teste, qui ait: alioqui filij vestri impuri essent, cum nunc sint sancti. Atqui idē Paulus eodē prope hiatu dicit, virū, ceteroqui nō initiatū, fieri sanctū per vxorem; & vxorē per virū, nū obsecro sic, vt eis baptismus nō sit opus? O inerudita, incepta, absurda, atq. aliena à Paulli sententia cōmentā. Sed religio est istis scilicet, Israelitas tārā socordiae atq. negligētiae, ne dicā impietatis, damnare; quasi sanctissimā, & nuper adē, tantū nō in omnium mētes incisam à Deo ipso legē, de Paschate cotannis obseruando, tam citò violare ausos. Atqui si Paschatis omīssio in crimine aliquo ponenda illis fuisset, cur nō in multo maiore, circumcisionis, cum hāc caeremonia ad sacrosanctā adoptionē & foedus, illa ad memoriā dūtaxat liberationis durae seruitutis pertineret? Sed id est cur tātopere per desertū fecisse illos pascha cōtendat, quādo de faciēdo cōstituta atq. inculcata lex, ad solā terrā promissam spectare videtur. Est enim ea omniū Hebraeorū sententia, ipsi etiam sacris verbis testata, vt apparet, quibus, illi suā legē Deus tāquam praecisione quadā, cōcludit inquitens: Cum peruenieritis in terrā, quā dabit Dominus vobis, sicut praedixit, obseruabitis cultum istū. Nam quod etiā ad motū Sinā fecerunt, id singulariter iussū à Deo fecerunt. nō lege, sed priuilegio; vt honorē facerent Dei sacratio, quod tū recēs cōpositū cōsecratur. Neq. enim profectō nouo iussū illiusmodi opus fuisset, si lege etiam illic fuissent astricti. Nō enim mandat Deus simpliciter, vt Pascha faciāt modò; sed accuratē, quasi de integro omnes illos praescribit ritus obseruandos, qui alioqui satis priore lege fuerāt sanciti. At verò certū est, aiunt, Israelitas per desertum ceteris sacrificijs, quae lex praescripserat, vfos esse: nō ergò, quamuis praeputiati, vt immundi, prohibebātur ab atrio Dei: quare neq. à Paschate faciēdo. Equidē certē, nō profus pro immūdis fuisse habēdos existimo, qui assidue profectiois necessitudine, nō voluntate, aut socordia diferebant, nō vilē habebant circumcisionē. Sed tamen nōdum fuisse tam mundos puto,

vt aduersus Dei sanctionē, praeputiati cum essent, de agno Paschali gustare possent. Et verò quod vsq; adē certū esse illi affirmant; nescio quibus fidei scripturis, nullas enim laudant: id negare profus videtur diuinus vates Amos, cum ait: Numquid sacrificia, & oblationē obtulistis mihi in deserto per annos quadraginta ó domus Israel? Nam illi de statuis ad montem Sināum non loquuntur; cum in illis Pascha esse factum aperta res sit: sed non à praeputiatis; vt autē diximus. Igitur, vt ad propositum redeat oratio;

Theodoretus  
quaestioibus  
difficilib. in  
Iosua.

Galgal.

Nomina prop-  
ria saepe à  
sua positione  
diueria sunt.

Iosephus no-  
tante.

An nō circū-  
cisi Pascha ce-  
lebrant. Pe-  
lagiani.

Lex Paschatis  
ad solam ter-  
ram promissā  
pertinebat.

An sacrificijs  
vsi sint, et de-  
seruū Israelitae.

Exo. 12. v. 48.

1. Cor. 7. v. 19.

Exo. 11. v. 15.

Numer. 7. v. 24.

Exo. 12. v. 48.

Amos 4. v. 15.

Sicut

Sicut paulò antè, circumcidendi ritum, ita nunc Paschatis caeremoniam instauratā esse memorant sacra verba. vt intelligamus sanctē, & religiosē auspiciatos esse Israelitas possessionem terrae promissae: quo maiore studio atque obseruantia nobis similiter esse faciendū statuamus, cum nosmet comparamus, in mundi huius statuis ad proficiscendū in possessionem illius caelestis nostrae hereditatis. Ceterum locus & tempus nominatim expressa sunt, vt constet, eos nusquā extulisse pedem è castris, vsq. eò dū sacris istis fuisset operati. Tempus autē alioqui illud planè obseruatum est, quod à Mose, atq; adē ab ipso Deo passim fuerat lege praescriptū. Sed de Paschatis mysterio nō est huius loci prolixè differere: & res est à plurimis pertractata accuratē; atque à diuo etiā Paulo scitissimè explicata. Quare id solū monebimus, duas esse res, quarū potissimū repraesentandarū gratia Paschatis sacrificiū est à Deo institutū. alterā, quòd sanguis agni, superliminaribus & postibus aedi illius saluti fuit omnibus, qui se intra eas aedes cōtinebāt. alterā, quòd populus ea re ab Aegyptiaca seruitute in libertatem est vindicatus. Harū autem vtramq; ad sacrificiū illud, vniuerso mundo salutare, quo se Christus obtulit in ara crucis, pertinere satis constat. Sed à priore nomen ei festo est impositū. vox enim פסח, id est Pascha, vt à nostris mollius redditum est; saltū significat, qualem Germani *huff* dicunt. nimirum, quia angelus ille exterminator, qui Aegyptiis vltimā cladem inferebat, domos sanguine agni notatas, veluti transfiliens, seruabat. Philo Iudaeus *διαβασον*, interdum etiam *διαβαρηια*, est interpretatus. Iosephus *καταβασιον*. Symmachus pluriū numero *καταβασεις* dicere maluit. Posterioris verò multo crebrior in sacris literis est cōmemoratio: vsq; adē, vt quinquagies Israelitarū animos ad summi illius beneficii memoriam esse reuocatos, sit obseruatum. Et si enim, sanguinē agni fuisse saluti Israelitis, aduersus grassatoris angeli plagas, angustius fuerit mysteriū, atq; adē infecuta libertatis, & transitionis in promissam terrā causa; tamen quia occultius erat, ipsa verò illa libertas apertissima, vt quae omnes grauiissimae & intolerabilis seruitutis leuatione suauissima affecterat; idē huius potius, quā illius, crebra cōmemoratione excitare rudem illū populū, vt religiosā pietate gratū se praerberet, voluit Spiritus sanctus. Porò in hoc Paschatis sacrificio tantum inesse mysteriū, vt eo primū Deus suā diuinitatem quadā tenus cum hominibus cōmunicauerit, Hebraeorū etiam nonnulli rectē existimauerūt. Nam quidā R. Iudas, scriptum reliquit in eo libro quem de disciplina inscripsit: per Paschae sacrificium tam arctē Deum cōsociasse sibi homines, vt in eo, per ipsius diuinū nomen, similiter atque lucernae ellychnium in lumine, inhæreant: idq; occultē illis etiam significatū esse verbis, quae in Leuitico extitit, Ego sum. *אני ה' יהוה*, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt essem vobis in Deum. esse enim hoc ac si dicat; vt meā vobis impertirer diuinitatē. Et istam esse rationem cur tam magnificē toties iactet sacra historia liberationē Aegyptiacam. Atque his consentanea etiam videntur esse illa quae Philo scripsit in eo libro, quem de Caini & Abelis sacrificijs composuit, cum his vteretur verbis, *διαβασον* *ἡ δὲ ἐν δέδον τῷ γέννητῷ ἡ φθαρτῷ τὸ πᾶσα εἶρηται*. Hoc est, Pascha transitio dicta est, quod per se ortu atque interitu fluxum est in Deum euadit. Sed hāc qua fiant ratione, à Christo ipso, eiusque discipulis in sacris Euangelijs, & in primis luculenter apud Ioannem, explicata sunt. Sequitur in ordine texti: *Die decimo quarto mensis in vespera.* Est quidem hoc tempus sacra lege definitum, vt primo Paschati; quia sic se res ipsa tum dabat, ita & reliquis deinceps omnibus celebrandis quotannis. Verū Christiani, propter Dominici diei, quo Christus noster resurrexit, & simul dierum lunae obseruationem; vt diuus Augustinus exposuit; non eodem perpetuò vertētis anni die, nostrum Pascha agere possimus. Nam *τεσσαρεσκαίδεκατος*, quos quartadecimanos vocare licet, olim dānati profugatiq; sunt; quāuis diui Ioannis praecipiones suis nugis conarentur opponere. Sed quanta & qualis fuerit olim inter Ecclesiae principes de Paschatis die contentio, atque controuersia, qui cognoscere volet, is legat Eusebij lib. 111. hist. Eccles. Et lib. 111. de vita Constantini. atque si placet, Lucidum Samosathecū, Paulum Mittelburgensem, aliosq; similes argumenti scriptores. Porò illud, *in vespera* Hebraicè est, *בֵּינָה*; quod tamen in Exodo, atque Leuitico *בֵּין הָעֶרְבָּיִם בֵּין הַבֹּקֶר* scriptum est; ac si dicas, inter duas vesperas. Sed idem tempus vtroque notari certum est ex iis, quae Exodi xvi, & Deuteronomij xvi. scripta habentur. At enim cum illud constet, vespere apud Hebraeos attributam esse diei insequenti; Israelitasq; mastrato agno, cum iussi essent excedere Aegyptio, adē properasse, vrgētibus Aegyptiis, vt farina iam tū madefacta quidē, sed nondū fermētata, nedū coctē, masā secū a sportare in mastris, ad primā vsq; māsonē in Succoth, cogerētur, & tamē

Exod. 12. v. 18  
Leuit. 23. v. 5  
Numer. 28. v. 16.

Exod. 12. v. 26.

Leuit. 23. v. 48.

1. Tim. 6.

Augus. de Trinitate, cap. 19.

Exod. 11. v. 6  
Leuit. 23. v. 5.

Exod. 12.

Israelitas sibi  
est auspiciati  
posse sionem  
sunt.

Pascha res  
duas potissi-  
mum reprae-  
sentare debe-  
bat.

פסח Pascha  
quid significet.

Liberationis  
Aegyptiacae  
memoria saepe  
inculcatae  
Israelitis, cur.

Mysteriū Pas-  
chatis quale  
veteres Iudaei  
prodiderunt.

R. Iuda, lib. de  
disciplina, c. 4.

Philo.

De vespera  
mastrati agni.

Τεσσαρεσκαίδεκατος.

Quaestio.  
Vespera Pas-  
chatis qui pos-  
sit esse diei de-  
cimi quarti.

facra historia memoret, die decimo quinto ipsos discessisse, eumque diem postridie paschatis fuisse, absurdum illud esse videtur, eam vesperam ad diem decimum quartum referri. Neque enim credibile est, ab ea vespera, quæ diem decimum quartum antecesserat, ad eumque pertinuerat, usque ad diem xv. eos morâ; quando omni festinatione properabant; fecisse. Nam & maxima abeundi cupiditate per se ipsi incitabantur; & insuper ab Ægyptiis vehementer ad festinandum urgebantur. Sic ergo statuendum est בֵּין עֶרְבִים וְבֵין עֶרְבִים, hoc est, vesperam, illud dici tempus, quo nondum quidem è nostro orbe finiente excessit sol, sed tamen inclinatissimus propè ab occasu abest. agnumque paschalem maclari solere, die quidem decima quarta; sed eius extrema parte. cum autem maclatus iam deinde esset assandus, cœnaque comparanda; noctem interea aduenisse, quæ ad diem decimum quintum pertineret. Itaque in epulo accubuisse omnes ea nocte, quæ lucem diei decimi quinti cum præcederet, eius diei esse pars censetur. Hoc enim Evangelicæ etiam historię cõsentaneum est. quæ memorat, Christum emisisse duos discipulos ante eam nocte, quæ diei passionis suæ imminebat scilicet; vt agnũ maclarent, ceteraque ad epulum appararent: ipsum autem, cum ceteris discipulis, tandem, ὁ μὴ τις γινώσκων, hoc est, nisi fallor, cum serum esset, solque dudum occubisset, aduenisse, & accubuisse. Nisi si quis malit opinari, in celebrandi Paschatis narratione, noctem insequentem esse attributam diei præcedenti: à qua opinione videor videre R. Mosen f. Nehmanni non fuisse alienũ. Sed Hebræorum sententias mox exponemus. Sanè nostros Evangelistas sic esse locutos fateri cogimur, cum eum diem, quo Christus iubebat suos abire paratum cœnam, vocarent azymorum diem. Decimum enim quintum diem fuisse azymis consecratum res est sacris literis testata: edebantur enim azyma simul cum agno ea nocte quæ ad diem decimum quintum pertinet, decimũ quartum finiebat. Et quid mirum est sic esse locutos Evangelistas, cum Deus ipse iusserit, azymis omnes vesci die decima quarta vesperi; quæ vespera erat reuera diei decimi quinti initium. His enim utitur verbis in Exodo. Primo (mense) decimo quarto die mensis, in vespera, comedetis azyma; usque ad diem vicesimum primum mensis in vespera. Sed iam videamus quæ sint Iudæorum sententiæ: qui non in magna varietate atque diffensione constituti videntur. Plerique enim omnes consentiunt, die xiv iugulandũ esse agnum: nocte verò ea quæ deinceps sequitur, hoc est, quæ diei decimi quinti lucem antecedit, edendum. Ceterum quodnam fuerit maclatus tempus; & cur illud בֵּין עֶרְבִים, inter duas vespervas definitum sit sacris verbis, non est vna omnium opinio. Pars maior quidem statuit, fas fuisse maclandis agnis operam dare, ab hora sexta, hoc est, à meridie diei decimi quarti, usque ad duodecimam horam eius diei; hoc est, usque ad solis occasum. post verò, nefas. Tum enim inchoato die decimo quinto, festũ fuisse agitandum, ac vorandum, cum azymis, agnum. Hæc opinio autem prodita primum videtur memoriæ & literis in eo commentario vetusto, qui Mechilta inscriptus est. Etenim inter alia illic legimus. Dixit R. Nathã, quæ potest afferri causa, cur illud בֵּין עֶרְבִים inter duas vespervas, accipiendum sit de eo tempore, quod à sexta hora ad finem vsq. diei labitur? Ei responsum est. non quidem posse afferri causam: sed ita traditum esse à maioribus. Hæc in Mechilta. Huic consentaneum illud quoque est, quod R. Simeon F. Iohai scriptum reliquit in libro Zohar, & ipse auctor cum primis antiquus; עֶרֶב, vesperam, dici vniuersum illud temporis interuallum, quo sol à meridie in occidentem deueexus fertur; similiter בֹּקֶר id, quo ortus conscendit ad cæli fastigium usque. Diem enim totum diuidi in בֹּקֶר mane, & עֶרֶב vesperam. Ceterum cur illud pomeridianum tempus vniuersum vocetur בֵּין עֶרְבִים inter duas vespervas, hanc affert rationem R. Solomõ. quia id tempus, inquit, inter obscurationem diei, hora septima inchoatam, & noctis obscurationem, quæ noctis est initium, labitur. At Leui F. Gersonis, autumat, בֵּין עֶרְבִים duas vespervas, siue duo crepuscula, significare; crepusculum matutinũ; quod tamen שָׁחַר potius, ab obscuro lumine, appellari solet; & crepusculũ vespertinum; quod proprie עֶרֶב à mixtis confusisque cum luce tenebris, dictum est. Inter illa autem duo crepuscula, inquit, medium tempus est meridies. meridie ergò auspicari maclatũ fas est, at vltra occasum extendere, nefas; cum dies decimus quartus, in quo agnus est maclandus, sole occumbente finiatur. Atque hanc habuisse opinionem Chaldæus Onkelos videtur, qui illud בֵּין עֶרְבִים interpretatur בין שמשא, hoc est inter soles, orientem scilicet, & occidentem. Nehmannus verò suo assensu R. Solomonis sententiam approbat. At Aben Ezras eandem refellens concludit, duarum vesperarum appellatione significari tempus illud quod

Vespera Paschatis quale tempus fuerit.

Agnus Paschalis quo tempore maclabatur.

R. Moses Gerundensis.

Dies xv. est azymorum dies.

Iudæorum sententia de tempore maclandi agni.

Mechilta.

R. Simeon F. Iohai in libro Zohar.

R. Solomon.

R. Leui Gersonis.

Onkelos Chaldæus. R. Moses Gerundensis. R. Abraham Ezdræ.

Numer. 33. v. 3.

Leuit. 23. v. 6.

Exod. 12. v. 18.

quod à sole occumbente ad ipsum vsque tenebrorũ noctis initium intercedit: hoc est, quàm diu solis ex nostro orbe finiente egressi lumen à nubibus repercussum, tenebras auertit; neque prorsus noctem esse finit: quod interuallum, inquit, est ferè horæ vnus, & tertiæ partis horæ. vna enim caligo efficitur cum sole occumbente; altera verò, condito prorsus eo, quod dixi, lumine. Laudat deinde quendam R. Sadaiam, ex inclytorum numero, quos זמנים vocant; què alioqui libenter solet honoris causa nominare. hunc inquam Sadaiam citat, qui scripserit. Traditum quidem esse à maioribus, maclatum paschalis hostiæ fas esse auspicari ab eo temporis momento, quo certi sumus, solẽ superato medio cælo ad occidentem vergere, propterea, quòd ara illa in Solomonis æde; in qua vna Paschales hostiæ iugulabantur; solos quinque cubitos longa, & totidem lata, cum pauculos sacrificos admitteret, à sanguine pecudũ expurgari non potuisset, si tantillo tempore horæ vnus & tertiæ partis, simul omnes agni fuissent maclandi. ceteroqui verò solũ illud tempus à sole occidente usque ad conditos eius radios & fulgores, fuisse legitimum. Illam Aben-Ezdræ sententiam, quam sanè magnis rationibus ipse affirmavit; secutus partim esse videri potest Iacobus Faber Stapulensis, vir doctissimus atque acutissimus, cum scribit, vespervas illas duas explicans; alterã esse quæ cœpta à Solis occasu, durat quàm diu crepusculum; alteram quæ à crepusculi fine ad insequentis vsque diei initium pertinet. in prima maclandũ fuisse agnum; in altera sanctè conuiuandum. Sed non persequar eius sententiam longiùs: est enim ipso luculenter perscripta, & in vulgus peruulgata. Hoc modò monebo. cum vt Aben-Ezdras, ita & Stapulensis, post solis occasum tandem, sed ante noctis tenebras, iugulent agnum; eam temporis partẽ ab ipsis diei decimo quarto attribui debere. quod sane haud esse absurdũ, argumento sunt illa, quæ supra exponebam Dei verba. Quare non facillè statuerim, istorum ne, qui post solis occasum maclandum esse agnum censent, an illorũ qui antè, opinio sit ad veri similitudinem propensior. Sed quod à R. Sadaia proditũ est; ad aram in Solomonis templo maclari debuisse omnes agnos paschales, id verò non facillè illi concessero. Nam quod de Iosã paschate affert, parum firmum esse videtur argumentum, si ipsa narrationis sacre verba inspiciantur; quæ in Paralipomenis scripta extant. Igitur vt rem in pauca consceramus; aut debebat maclari agnus Paschalis ante occumbentem solem diei decimi quarti; vt plerique Iudæi putant: Aut si post occasum maclabatur; vt Aben-Ezdras & Faber autumant, erat hoc tempus, ratione ceteroqui inusitata, decimo quarto diei adscribendum. Nam in Numeris scriptum est, Profectos esse Israelitas è Ramesse mense primo, die decimo quinto mensis, postridie Paschatis: Quod de maclatu; non de ipso festo, esse accipiendũ aperta res est; cum in eodẽ libro scriptum sit; ipso die decimo quinto festum Paschatis esse celebrandum. his verbis. Mense primo, die decimo quarto mensis Pascha esto Domino. Decimo quinto die verò mensis istius, festũ. Diebus septem azyma eduntur. Sed enim illud quoque videndum superest; quĩ possit esse verum; Profectos esse Israelitas è Ramesse die decimo quinto; qui erat postridie Paschatis; & quidem, in oculis; vt habet historia; vniuersã Ægypti, quando in Deuteronomio scriptum est; Sacrificandum esse Pascha, in eo loco quẽ suo nomini dedicasset Deus; non autem in qua quisque habitaret vrbe: Idque vesperi; hoc est, עֶרֶב; siue in caligine; occumbente sole; quo tempore egrediebaris ex Ægypto. Certum est, cum, vel ante solis occasum, in extremo diei decimi quarti; vel condito quidem sole, nondum tamen ablata luce; hoc est, inchoato die decimo quinto, maclatus fuisset agnus; atque multa iam nocte epularentur Israelitæ; subitò tumultuatam esse vniuersam Ægyptum, ob funera fuorum liberorum primigenarum. Ibi, procul dubio, nulla interposita mora, non solum Rex Israelitis discedendi potestatem faciebat; sed pro se quisque, quantum potuit, ipsos à se extrudebat atque exturbabat, penes quos tanti mali causam esse intelligebant omnes. Ea igitur nocte discessum instituere coacti sunt Israelitæ. Apparationẽ ergò hanc vocat historia egressum; vt etiam alibi in Deuteronomio, vbi sic loquitur Deus; Quia mense maturescientium frugũ eduxit te Dominus Deus tuus ex Ægypto, nocte. Nam inepta sunt Iudæorum quorundam commenta, qui vocabulũ מִצְרַיִם, Mizraim, non Ægyptum ipsam, sed vrbem Ægypti primariam; quæ etiam nunc Mezrem vocatur, significare contendunt: quoties sacra narratio memorat, Hebræos nocte egressos esse ex Mizraim. Solos enim Mosen & Aharonem ea nocte clam se subduxisse ex Mezrem, vrbe regia: ne à furente tyranno, propter filij sui casum, occiderentur. Etenim illud Mosis edictum, quo isti ad huiusmodi ineptias cõminiscendas inducuntur; ne quis

1. Paralip. 15.

Numer. 33. v. 3. explicat locũ.

Numer. 28. v. 16. & 17.

Numer. 33. v. 3.

Deut. 16. v. 6.

Deut. 16. v. 1.

R. Sadaias. מִצְרַיִם

Ara in cõe Solomonis vici Mezraim.

Iacob: Faber in 10. ca. 18.

Epilogus dicitur.

Questio que tempore extulserit Israelitæ.

Respon.

Iudæorũ ineptum commentum.

מִצְרַיִם Mezrem.

illa nocte pro foribus domus suae prodiret: tantisper modò obseruandú fuit, dú cædes illa per grassatoré angelú patraretur. Ceterum cum iá luceret, tñ demum denso agmine procedere visi sunt. atq. hoc est, quòd memoratur die decimo quinto postridie Paschatis, è Rameffe egressi esse, manu excelsa, in oculis vniuersæ Aegypti. Vocatur enim lux illa, postridie Paschatis: quia ipse, vt dixi, paschatis mactatus, vel extremo die decimo quarto factus erat; vel insequentis noctis pars decimo quarto diei fuit adscribenda. Sed iam longius ista prosequor quam præfens locus postulare videtur. Quare hoc vnú ad- dam memorabile sanè, quod in Thalmude scriptum reperi, vbi de anni principio dispu- tatur: Celebrè fuisse, & veterè opinionè apud p̄sicos Iudæos, Qui dies vententis anni Israelitis fuisse libertatis Aegyptiacæ initiú: eudè olim ip̄s fore initiú quoq. libertatis, quã essent à Messia recepturi. Quàm id autè pulchrè cū nostræ religionis cõsentiã do- ctrina, nemo nõ videt. Adepti sunt enim illi in Aegypto libertatè mense primo medio; hoc est, cū luna ex aduerso opposita soli toto suo luceret orbe. Christus quoq. eodè illo mense, lunaq; similiter affecta, nobis ex cruce, libertatè sua morte dedit. Sed pergamus.

Talmud  
ראש השנה  
cap. 1.  
Diem primū  
Paschatis fuisse  
diem pas-  
sonis Christi.

Postridie Pas-  
chatis quis  
dies vocetur.

Talmud Iero-  
solymitanum  
תורה  
cap. 2.

R. David Kim-  
hi.

עבור

קלי וקלוי  
R. Salomon.

Talmud  
ראש השנה  
cap. 1.  
R. Levi Ger-  
sonis.

עבור

NON satis certum est, quis dies hoc loco vocetur, postridie Paschatis. An decimus quintus; qui erat postridie quàm mactatus fuisset agnus; vt iam dixi: an verò decimus sextus. Nã toto decimo quinto die festum Paschatis agebatur. Certe quod ad azyrna at- tinet, dubitatio nulla esse potest, quin ea simul cum agno edenda fuerint die decimo quinto; & deinceps per dies septè. At tosta certè ex nouis frugibus nõ potuere edi prius quã consecratæ fuissent messis primitiæ, hoc est manipulus; qui iubetur offerri, postridie Sabbati: id est, postridie eius diei; quantum apparet; qui sacro Paschate festus erat. Fuisse autè decimum quintum festú, nõ decimum quartum, negari nõ potest. Sed adscribam legis verba ex Leuitico. Mense, inquit, primo, die decimo quarto mensis, inter duas ve- speras, siue duas caligines, Pascha Domino. atq. decimo quinto die mensis istius, festus dies azymorum Domino: septè diebus azyma comedetis. Rursus de manipulo, post pau- ca: Loquere (inquit Deus ad Moysen) cū filiis Israel; dicitõq; ad eos; Cūm veneritis in ter- rã quã ego do vobis: messuri messem eius, afferre manipulú, primitias messis vestræ, ad sacerdotem: Is agitabit manipulú corã Domino, pro vestra voluntate; siue; quod vobis faustú sit; postridie sabbati agitabit illú sacerdos. Et Talmud quidè Ierofolymitanú; de placenta, quæ ex quaq. massa sacerdoti debebatur, disputans; quorundã Rabbino- rum opinionè profert, qui hoc loco, diè decimum quintú cõstituebant esse, postridie Paschatis. In eadem etiã sententia est R. David Kimhi. Cūm autè nefas fuerit, vstulatis nouis spi- cis vesci, ante eum diem, quo, vt dixi, consecrabatur manipulus; (sunt enim explicatissi- ma legis verba); & panem, & tostú, & spicas tritas nõ comedetis vsq. ad eú ipsú diè, quo obtuleritis oblationè Deo vestro;) debent, qui hanc habent opinionè, aut Sabbatú superioris legis, accipere de nocte illa, qua agnus edebatur; quæq; lucè diei decimi quinti præcedebat. eamq; superiori diei adscribere, vt decima quinta lux, possit postridie Sab- bati rectè vocari. aut cum Kimhi, ex istis verború angustis alia se ratione facillè expedi- re. Ait enim Kimhi tostú, cuius híc est mentio, nõ esse ex horna fruge. Nã, עבור, superio- ris anni modò frumentú significare. Itaq. vt manipulus nõdú oblatu sit hoc die xv. ta- mē tostus ex veteri fruge vesci licuisse. Et sanè, קלי, aut, קלוי, hoc est, tostas siue vstulatas, aut frixas fruges, nullas apparari solere, nisi hornas; quod R. Solomõ existimare videtur; equidè puto nullis sacræ scripturæ dictis satis firmè cõfici posse. Quare si tosta ista; vt & azyma; ex superioris anni frumentis facta fuisse statuamus, nõ nefas erat, eis vesci, ante oblatú manipulú: hoc est; die decimo quinto mensis Nisan; qui sacro Paschate festus age- batur: Verum Talmud Babylonicú in Mesichta de anni principio; & R. Levi F. Ger- sonis, cū pleriq. aliis Iudæis, existimant de nouis frugibus locú hunc accipiendú esse; qui- bus interdictú erat, vsq. dñ manipulus esset oblatu, postridie festi Paschalis; quí dies erat decimus sextus mensis Nisan, vt isti statuunt. Et in hac sententia fuisse videntur LXXII. interpretes. Nã quod nos, tostú, id ip̄s cõuerterunt תול וקלוי. hoc est, fruges nouas. Etenim quod R. David Kimhi scribit, עבור, præteriti anni frumeta significare, id parú firmú est. Chaldaica enim lingua, nullo discrimine fruges omnes quibus vescimur, vocatur עבירא. quod ex Iosephi historia in Chaldaicã linguam cõuersã luculèntissimè apparet. Sed vtra sententia verior sit, incertú mihi esse fateor. Et proinde rē in medio relinquo. Porro illa clausula verború, *Eo ipso die*, videtur significare; populú auidissimè affectú de gustando fructu terræ promissè, simul atq. fasci fuit, desideriu suú egregiè expleuisse. Nã vsurpare illius

Leuit. 23. v. 5

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

illius possessionem antè, quàm sacris Paschalibus operati fuissent, religio erat. Si verò de hornis frugibus agitur, vesci eis lex ip̄a vetabat, nisi consecrato postridie festi Paschatis manipulo.

Et cessauit manna postridie, dum ederent de frugibus terræ, &c.

Quin de eodè die loquatur hic versiculus, de quo præcedens; siue eum fuisse deci- mum quintú statuamus, siue decimum sextú; mihi nulla est dubitatio. Multi tamen Iu- dæorú existimant, eum iam dici diè, qui fuerit postridie superioris illius diei. Neq. enim potuit, inquit, cessare manna, quo die manipulus offerrebat. Nam etiã cum eo opus habebat populus, cūm frumenta adhuc nulla messuisset. Atqui in huberrima regione vetus frumentú deesse nõ potuit, quo vel ad paucas horas vescerentur; & fortassis ex cá- pis Moabiticis secú asportarant, cūm iussi fuissent viaticum cõparare. Ceterú credibile est, pluuisse quidè perpetuò adhuc manã, præterquã diebus Sabbati; vulgoq; id panis loco fuisse; tametsi, vt erat fastidiosum genus hominú, atq. ad æstimanda Dei dona parú at- tentú iustumq; alio interim pane quoque vescerentur, quibus obtingere alius vsquam potuit. Nã precio cibú illos per viam cõparasse constat ex sacra historia. Verum à frugibus Chananæ religiose omnes abstinuissent, vsq. dum circúcis, Paschatis festú celebra- sent: ideoq; adhuc manna opus fuisse. Nunc porrò pluere desuisse: cūm Deus, quem ob inopiam cibú fuerat benignè largitus, eú oblata alterius cibi copia subtraheret, ne cæle- ste donú fastidio esset ingratu hominibus; quod ne in ipsa quidè summa necessitate satis grato animo habuerat. Sed dices, Moysen attestari, pane non esse vsos per desertum; ergò solo manna. Atqui Moses hoc modo volebat. pane nullo alio eos eguuisse per vastá soli- tudinem: numquã enim desuisset manna. Sed enim eò quoq. pertinet, quod subito ces- sat manna, cūm alius cibus suppetit; vt intelligant omnes, nõ naturali quapiã aëris tem- perie; vt grandinè, rorem, pluuias, niues, cetera quæ ex terræ halitu procreantur; illú quoq. cibum cõcretú decidisse: sed ex mera Dei liberalitate, atq. misericordia, veluti ex aperta cæli penaria cella expromtú in populi fuisse penuriam. Nugantur autem, vt solent, Tal- mudici in auctario Mesichtæ משיכת מן השמים, atq. etiam in cõmentaria משיכת מן השמים Mechilta; cūm di- cunt, Manna desuisse pluere cūm Moses exiret è vita: sed inde cõseruatu in vasis adhuc pro cibo Israelitis fuisse: iam verò tandè defecisse profus. Neq. enim híc nunc memo- ratur defecisse; vt rectè à R. Leui F. Gersonis est notatú; quãquã Latinus; secutus LXXII. vt solet; hoc reddiderit. sed cessauisse: hoc est, pluere desuisse. Quod verò illi cõmentú hoc suú magnoperè ad Moysi gloriam pertinere putant; ineptú est profectò. Neq. enim ex Moysi, sed Dei benignitate sacram illã pendere cælestis cibi pluuiam oportebat om- nibus esse persuasum. Sequitur, Neque habuerunt deinde filij Israel manna; ederuntq; de pro- uentu terre Chananæ, &c. hoc est, post illud tempus numquam deinde pluit manna, pro- uictu Israelitarú. Neq. enim opus fuit, cūm traducti in terrã lacte & melle affluentem; hoc est, fertilissimo solo huberrimã; eaq. hereditatis loco donati à Deo essent. Talmu- dici rursus, eo quem nuper ostendebam loco, statuunt, ista ad manna laudem spectare: quasi memorentur Israelitæ ideo Chananæicas fruges edisse, quia manna caruerint. Si- militè ac si dicam, me pane hordeaceo vesci, quia non habeam triticeú. Quasi verò illi cælestem cibum insolentia atq. contumacia detestabili non pridè fastidierint. At enim facillè cõcedo Talmudicis, singulari quadam suauitate præ ceteris cibis cõditum manna fuisse. Eo enim detestabilior erat populi aduersus diuinã beneficentiam animus ingra- tus; cūm citissimè, nõ tam fastidio & satietate, quàm, vt dixi, insolentia ab illo alienarè- tur: atque Aegypti cucumeres, pepones, porrum, cepas, allium pani angelorum non ve- recundarentur præferre. Ceterum Chananæam híc nominatim vocari terram, cuius deinde fructibus pro cibo vsus sit populus, ideo arbitrantur multi, quòd superioribus duobus versiculis nõ de Chananæa modò frugibus accipienda fuerit narratio; sed magis de iis, quas secum ex Galaaditide, & campis Moabiticis asportarant, cūm iussi fuissent, ante fluminis traiectum, comparare viaticum. Quod additur, in illo anno, haud ferè dif- simile illi est, quod superius dicebatur, Eo ipso die. Nimirum pertinet ad celebrandum æterna memoria faustum illud auspiciu, quo ventum est in possessionem terræ, vt diu desideratissimæ, ita & felicissimæ.

Deut. 2. v. 5.

Nam. 11. v. 6  
Psal. 78 v. 31  
Deut. 19. v. 5.

Nam. 11. v. 5.

12

Talmudici  
משיכת מן השמים  
Mechilta.  
R. Leui Gers-  
sonis.

Talmud, vñ  
suprà.

Accidit porrò cum esset Iosua in Iericho, vt sustolleret oculos.

13 14

Visum, quod hic Iosua obicitur, propè geminú esse ei, quod Mossi in rubo apparue- rat, potest existimari. Par enim vtriusq. ratio, & idè in vtroq. Dei cõsiliú esse videtur: vt vtriusq. Imperatoris animus, in ipso rerum gerèdarú initio, simul & certa fiducia firme- tur, &

visã Mossi &  
Iosua quò  
sp. faciat.

tur, & ab insolente arrogantia prohibeatur; cum intelligant illi, imperia ardua & difficilia quae suscipiunt, Dei consilio, nutu, potentia, non suis viribus, suaque prudentia esse gerenda. ut autem dissimiles ipsis offerrentur species, dissimilium rerum agendarum ratio postulabat. Iosua enim, cui perpetuo inter medios hostes versandum foret, nudato gladio armatum virum fortissimum sibi opportunè adesse praesto vidit. At Moses, cui non tam cum armatis hostibus, quam cum saevo populi domino; atque etiam cum ipsis naturae elementis, in Aegypto, in mari, in vasta solitudine pugnantium luctandumque; tota vita esset, vidit rubum, populū videlicet, cuius ipse esset futurus Imperator, è media calamitatu atque ærumnarū flama incolumè superesse: sed praesente Deo, rubumque; in ipso incendio conservante. Sic enim R. Simeon F. Iohai, scriptor apud Iudæos cum primis vetus, & arcanorum indagator subtilissimus, in libro Zohar; & eū opinor, secutus R. Leui F. Gersonis illud Moysi visum sunt interpretati. Sed enim memoratur Iosua fuisse in Iericho; cum esset non in vrbe; quae clausis portis, custodiisque; ac vigiliis munita, admittebat neminem; sed in planitie in qua illa erat posita. Nam ea quoque illi nomini esse subiecta diximus. Quamquam hoc etiam dici rectè potest; praepositione, in, viciniam significare aliquando apud Hebræos. Nam Iosua alibi narratur, hostes cecidisse in Gabaone; qui Gabaonem cinxerant obsidione. vel; quod R. Leui Gersonis placet; Iosua non re ipsa, sed animi cogitationibus fuisse in Ierichunte; cum de ea capienda secum meditaretur: Similiter atque Daniel scribit, se in Susis fuisse, cum sibi illud arictis visum offerretur memorabile: qui tamen in regia Babylone fuisse tū videtur, si eius narrationis extremū audias. R. David Kimhi putat, iam è Galgalis eductū fuisse exercitū ad obsidendā Ierichuntē; atque castra ante urbem posita: ibique Deum cōstruendi Imperatoris gratia, & simul capiendae urbis ratione edocendi, visum istud illi obtulisse. Atqui satis obfessa videri vrbs poterat ex ipsis stantibus: ut quae decem, teste Iosepho, stadia tantū ab ea abessent. fieri ergo potest, ut, cum Imperator oppugnandae urbi locū opportunū iuisset specularū; aut alioqui in agro suburbano in rerū agendarū meditatione versaretur; iste ei lætus nuntius, & belli inchoandi praemonstrator, atque adeo cōfector sit oblatus; ut fluctuantē rerū difficultate animū ipsius sedaret, confirmaretque. Nimis enim facile hominū mentes, quantavis magna fiducia praeparata, praesentium discriminum metu permouentur: sicut rursus, felicium rerum cursu efferuntur inani fiducia, Deique obliuiscuntur. Sequitur, *ut sustolleret oculos*. Crebrò in sacra historia hoc scriptū est, cum res noua atque improuisa se obtulit. ut de Abrahamo: Et sustulit oculos suos, & vidit, & ecce tres viri stabāt, &c. De Iacobo. Et leuauit Iacob oculos suos, viditque; venientē Esau. De Esau. Et leuauit oculos suos, & vidit mulieres. De Daniele. Et sustuli oculos meos & vidi, & ecce vir quidā indutus lineis, &c. Sed est eiusmodi propè infinita ὑποτιμήσις; qua ego nihil aliud, quàm repentinā, atque insperatā visionē significari existimo. veluti cum quis aliis rebus intentus, forte circumspiciens, rem antè non opinatā adesse cernit. Nā quod quidā putant, sublatis oculis ad caelestium rerū considerationē contemplationemque spectare, non potest ea interpretatio ad omnes personas accommodari. quare extorta esse certū est. At enim illius modi visa semper, cōgruente analogia, eas res quarum gratia apparēt, repraesentare debent. alioqui enim absurda essent. Strictus ergo gladius in viri fortis manu, Dei potentiam repraesentat Iosue: ut is agnoscat verū populi Imperatorē, cuius virtute bellū quod instat vniuersum facile confectū ibitur. Ceterum quod ipse tā audacter contra virum, quē armatū videt, & procul dubio, angusta specie insignem, pergat; iisque affatur verbis, quae planè aut pugnam, aut amicitia decernāt; fortis quoque & fidei animi est. quibus virtutibus egregiè pollebat Imperator praestantissimus. Chaldaeus interrogationem illam: *Num voster tu, an aduersariorum?* explicatius reddidit: Num ut nobis opè ferres venisti, an ut hostibus nostris? Sed cum diuersa duo interrogetur ille cōiuncte, parū aptū videri possit responsū simpliciter datū ab angelo. verum hic falsam ex animo illius opinionē eximere primū volebat. Nihil enim adhuc in mentē Iosuae venerat, quàm hominē esse. Respondet ergo, hominē se non esse, neque Hebræum, neque Chananæum. LXXII. interpretes pro, & videtur legisse & reddunt enim pro negatione, Pronomen *hūwā* non sanè prorsus absurdè. Nā Iudæorū Malforeth obseruauit, quindecies & pro & in sacris libris esse scriptū. Sequitur *Sed sum Princeps exercitus Domini*. Sum, inquit, summus populi Dei imperator, cuius nutu & moderatione ista, quas tu ducis, copiae reguntur, & gubernantur. Aut, ut alij explicāt; Ego caelestis exercitus Imperator sum. Sed ut ut est, cōpertinent magnifica ista verba, ut iis consiliis, aut mandatis verius, atque etiam promissis quae de oppugnanda & capienda Ierichunte exponet angelus proximo capite, auctoritas & fides cōparetur: & simul, quod nuper dicebam; ut Iosuae animus aduersus arrogantiam in futuro

Visorum Moysi & Iosue dissimilitudo.

Rubi ostentū quale.

R. Simeon bē Iohai. R. Leui Gersonis.

In prepositio.

R. Leui Gersonis.

R. David Kimhi.

Homines fiducia fluctuant.

Sustollere oculos quid.

Visa debent rebus esse accommodata. Strictus gladius, quid significet.

Chaldaeus.

& &

Infr. cap. 10. v. 10.

Gen. 8. v. 2.

Gen. 18. v. 1.

Gen. 33. v. 1.

Isid. v. 5.

Don. 10. v. 4.

futuro cursu rerum prospero praemuniatur. Quo vitio vix aliud detestabilius inuisusque Deo concipere homines praecant. Nam si pro maximo scelere habetur fallorum deorum cultus; ut est sanè maximum; non video cur pecces grauius turpiusque; si vano cuiusdam simulacro accepta referas, quae à Deo profecta sunt, quàm si tibimet ipsi. Chaldaeus posteriorē sententiā approbavit. Reddidit enim sic. Ego sum angelus missus à Domino. Esse enim quosdam in caelo principes angelos, cōsentaneū est Danielis verbis, cum ait; Et ecce Michael vnus principū primorū, venit mihi subsidio. Vocantur autē illi principes primi, vt videtur diuo Hieronymo, quos archangelos aliās vocamus. aut fortasse, qui Regnis, nationibusque; à Deo sunt praefecti; quales fuere apud Danielē princeps Persarū, & princeps Graecorū. Iudæi ergo hūc principē angelū statuūt Michaelē fuisse: cui alioqui Israelitarū cura fuit à Deo demadata, teste Daniele. Atque eandē habet Theodoretus quoque opinione. Promiserat enim, inquit, Deus, missurū se suum angelū, qui populo praerit. Ego verò existimo, fuisse quidē hunc eū ipsum angelū de quo Deus ad Moysen verba illa faciebat: Ecce ego mitto angelū ante faciē tuā, vt seruet te per viā; & perducatur te ad locū quē praui. Caueto à vultu eius; & obtēperato voci ipsius. ne rebelles ei Neque enim ignoscet iniquitati vestrae. Est enim nomen meū in ipso. Sed eū angelū esse puero, non Michaelē; verum aeternū Dei filium, & perpetuū principem directoremque; populi Dei. Quāquā enim tū demum propriè nuntius Patris ille factus est, κατ' ἰδιότητα, cum ex beata virgine carnē indutus, planè ad nos accessit; & in terris visus, atque nobiscū versatus est; tamen inde à cōdito lapsū; Adamo, eius perpetua curatio fuit, humanū genus Patri reconciliare: atque Ecclesiae sanctae religionē cōstituere: ut rectè, etiā antè, quàm homo esset factus, Dei angelus sit vocatus; cum per eū Deus Pater de rebus omnibus semper cum mortalibus cōmunicauerit: de qua cōmunicatione supra disputauimus prolixius. Ad hanc praefici parres, viri sanctissimi legationē istā, qua corporatus ad nos ille tandē accessit, quasi iā tum praesentē, & quē re ipsa gereretur, amplectebatur per fidē. Vnde est illud: Abraham vidit diem meū, & gauisus est. Nō ergo mirabile est, quod angelū vocaret etiam tū Dei filiū. Et sanè quod dico, id ab ipsis etiā praefcis Hebraeis, sed occultè, dictum esse videtur. Nam in cōmentario vetusto Tanhuma; quē librū saepe vt laudē, facit varia, quam cōplexus est, doctrina. In eo, inquam, cōmentario, dū locus ille de angelo praeturo Israelitis, qui in Exodo scriptus est, tractatur, hanc legimus. Dicebat Deus Moysi, Ecce ego mitto ante faciē tuam angelū. At Moyses respōdebat, Ego angelū nolo; sed te ipsum volo. Porro Iosua filius Nun cum primū videret angelū, dicebat; Noster ne es, an aduersariorum nostrorū? Tum ad eū angelus; Ego, inquebat, sum princeps exercitus Domini. iam veni: ac si diceret; Ego iam secundò adsum, vt Israelitas in possessionē suā hereditatis ducā. Veneram enim etiā cum Imperator esset Moyses magister tuus: sed ille, cum me videret, nolebat me secū ire, sed à se repulit. Hæc autē simul atque audisset Iosua, procumbebat in faciē; adoransque; dicebat, Quid Dominus meus loquitur ad seruum suū? Hæc praefci Iudæi, quo dixi libro, & his similia plura: quae mihi certè visa sunt alludere ad Iudaici populi Ecclesiam, quae de Moysi magistro se iactabat: & ad eam quae nunc à Iosua, hoc est, Iesu Christo regitur. Illa enim allegatū ad se angelū Christum, vt ipsi ad caelestem hereditatē patefaceret aditū, repudiavit: atque vrbe etiam eiectū cruci affixit. Hæc verò simul atque cum ex doctrina, tū ex miraculis intellexisset, eum à se, non ab aduersario Beelzebub stare, adorauit: eiusque; iussa submissè & obediēter amplexata est. Sed quādo me ad Iudæorum Philosophiam deduxit praesens cōmentatio; adscribam etiā illa, quae de hoc angelo apud R. Mosē Gerundensem Nehmanni filium reperi, virum profectō acutū, & qui in Cabalistarum philosophia exercitatus, non vno loco nostrae redētionis mysteria, quasi per cancellos, animaduertere mihi visus est: tamen si gētili pertinacia ad ipsam vsque veritatem penetrare, & eam amplecti, profiterique neglexerit. Scribit igitur ille de angelo, qui à Moysi in rubo visus est, in hanc ferē sententiā. Ille, inquit, angelus; si rem ipsam dicamus; est angelus redemptor; de quo scriptum est: Quoniam nomen meum in ipso est. Ille, inquam, angelus qui ad Iacob dicebat: Ego Deus Beth-el. Ille de quo dictum est: Et vocabat Moysen Deus de rubo. vocatur autem angelus, quia mundum gubernat. Scriptum est enim: Eduxit nos Iehoua (hoc est Dominus Deus) ex Aegypto. & alibi, Misit angelum suum, & eduxit nos ex Aegypto. Praeterea scriptum est, Et angelus faciei eius saluos fecit ipsos. Nimirum ille angelus, qui est Dei facies; de quo dictum est; Facies mea praebit, & efficiam vt quiescas. Denique ille angelus est, de quo Vates: Et subito veniet ad templum suum Dominus, quem vos

Don. 10. v. 13.

Hieron. in Daniel. cap. 10. v. 10.

Don. 10. v. 21 & 22. Theodoretus in quaestionib.

Ex. 23. v. 20.

Sup. ca. 1. v. 5.

Isid. 8. v. 50.

Ex. 23. v. 10.

Angeli principes.

Quis angelus vnus sit totus.

Angelus Christus, cur.

Tanhuma. Nota.

R. Moses Gerunden. Cabalista.

Ex. 23. v. 21. Gen. 31. v. 13.

Exod. 3. v. 4. Deut. 6. v. 21. Num. 10. v. 16.

Exo. 33. v. 14. Malah. 3. v. 1.

quarta.

Nota admirabilem sententiam Gerundensis. Angelus primus.

quæritis; & angelus fœderis quem cupitis. Et rursus alio loco, ubi illum versiculum exponit, Facies mea præbit, & efficiam ut quiescas, sic scriptum reliquit, ut in pauca conferam. Animaduerte, inquit, attentè, quid ista sibi velint. Moses enim, & Israelitæ semper optauerunt angelum primum, ceterum quis ille esset, verè intelligere non potuerunt. Neque enim ab aliis percipiebatur; neque prophetica notione satis assequebatur. Atqui facies Dei, ipsum significat Deum; quod apud omnes interpretes est in cõfesso. Verum ne per somnium quidem ista intelligere quisquam possit, nisi sit in mysteriis legis eruditus. Et post pauca. Facies mea præcedet, hoc est, angelus fœderis, quem vos cupitis: in quo videbitur facies mea: de quo dictum est. Tempore accepto exaudi te. Nomen enim meum in eo est. Faciamq; ut quiescas. siue, efficiam ut ipse tibi sit lenis & benignus. Neque te ducat per ius rigidum; sed placidè, & clementer. Hæc Gerundensis. quæ quàm sint nostris mysteriis consentanea, nemo, opinor, non videt. Nomen autem Dei, ipsa est Dei essentia. hæc enim nomine יהוה Iehoua quod, ut peculiariter suum, Deus ipse Mosi patefecit, significatur. Esse autem Dei essentiam in Christo, inter nostra mysteria vel primum habetur. Sed quod angeli nomen ad mundi moderationem spectare existimat Nehmannus, haud absurdè id quidem dicit. Est enim æternus Dei filius rector, moderatorq; atque ad eodè architectus mundi; vel Apostolo, & Solomone testibus. Augustius tamen, mihi quidè certè, illud esse videtur, quod nos dicebamus: propterea quod à Patre inde à condito orbe ad nos est destinatus allegatus, idcirco angelum vocari. Atq. eadè ratione etiã facies Dei dictus videri potest; cum in ea legatione, patris sui faciem, post Adæ peccatū humano generi ignotam, in se ipse nobis repræsentaerit. Verè enim ab ipso dictum illud est: Philippe qui videt me, videt & Patrem meum. Sed dimittamus Iudæos. Certū est, Dei faciem præiuisse Israelitis, cum Moses dux esset populi. Eamq; faciem fuisse Deū ipsum. Id enim & Moses, ut fieret, flagitabat, & Deus præstiturū se spondebat. Ad hoc Paulus, apud Corinthios, Christū esse comitatū illos, aperte testatur. qui cum sit imago substantiæ Patris expressissima, propriè profectò facies eius dicitur. Præterea Deū ipsum fuisse, non angelū quempiã ministrū, qui suã in rubo præsentia declarabat, Moses quoq. attestatus est, cum habitatoris rubi fauorem; Hebraicè יְהוָה, Iosepho precaretur. Quis enim non existimet, Dei gratiã, non angeli cuiuspiam; eū illi conciliare voluisse: cum omne donū perfectū descendat à Patre luminū? Cur ergo non idè ille, qui Mosi principatu præibat populo, nunc quoq. obtinente imperiū Iosua, ducè se præstare existimetur? præsertim cum Moses testatus sit, frustra fore omnes populi conatus, frustra progressus in terra promissa, nisi præcat Dei facies; nisi, inquiens, facies tua nobiscū eat, ne nos hinc subducas. aut cur non, ut in rubo Mosi, ita se hic Iosua: Deum, non angelū patefacere credamus? Certè priscos illos Patres Dei angeliq; vocabulo iuxta vros esse, insigne est exemplum in Iacobi diuinis votis, quæ de nepotibus suis Iosephi liberis faciebat. cum diceret, Deus qui pascit me, ex quo ortus sum, vsq. ad hūc diē: angelus qui redemit me ab omni malo, benedicat pueris, &c. Aequè pari enim benedicēdi facultate pollere eum statuit, quem angelū nominat, & quē Deum. Iam verò quis nescit, omnem benedictionē à solo Deo, ut fonte, petendā esse? Angelū igitur appellauit, æternū Dei filiū, cuius in res humanas semper fuisse moderationē intelligebat diuinus senex. Ille ergo idè hic quoq. princeps exercitus Domini vocatur. quippe qui est, non solum moderator, & gubernator Ecclesiæ Dei; sed etiam vniuersi cælestis exercitus princeps, & dominus; atque ad eodè conditor, & effector. Sed iam illud vidēdum est, quonam tandem modo Christus ante sumptā carnem, aut cælestes illi spiritus angeli, patefecerint se, & ostenderint, vel Iosua hoc loco; vel Mosi in rubo; vel Abrahamo ad quercetum Mamre; vel Iacobo ad torrentē Iaboc; vel aliis denique viris sanctis. Verum quando eius rei subtilior, & contentiosior disputatio non solum superuacanea, sed etiã lubrica ad peccandum est, expediam paucis quod mihi verissimillimum est visum. Et de iis quidem visis, quæ vel ipsa sibi intus fantasia format, vel quibus externo aliquo pulsu informatur, cuiusmodi sunt, prophetica visiones, & his similes aliæ; nihil est quod dicam. habent enim illa, qualia sint, cognitionem facilem, & à Phisicis satis explicatam. Sed de illis, quæ corporis sensus mouent; veluti cum angelorum pedes lauaret Abraham. Cum Loth ipsorum manibus eriperetur ciuibus Sodomæ. Cum Iacob luctaretur. Cum Moses rubum videret ardentē. & huius generis aliis. Neque verò etiã subtiliter inquirā de angelorum natura; habeant ne corpora; à qua sententia haud alienus fuisse videtur diuus Augustinus; atq. etiã Plato; & ex recētoribus Michael Pfellus Ephesinus. An verò spiritus

Christus est facies Dei dicitur.

יהוה

Quomodo angeli aut Dei filii apparuerint hominibus olim.

Exod. 33. v. 14.

Hebr. 1. v. 2. Prou. 8. v. 22.

Ios. 14. v. 9.

Exod. 33. v. 14. & c. 17. 1. Cor. 10. v. 4. Heb. 1. v. 3.

Deut. 33. v. 16. Iacob. 1.

Exod. 33. v. 14.

Gen. 28. v. 15.

Tertull. contra Marc. & de eant Christi.

Thom. part. 1. q. 11. art. 2. ad 1.

Sup. ca. 1. v. 5.

Deut. 10. v. 11.

Nizam v. 14.

Dan. 7. v. 22.

spiritus corporum prorsus expertes sint: quod vulgò Theologis rectè probatur. Nam ut habeant illi corpora; & si est id quidem parum probabile; tamen ut habere eos demus; certè Dei filium non habuisse, antè quàm *κατὰ διμορφίαν* fieret filius Davidis, formamq. ferui acciperet Dominus, in cõfesso apud omnes est. Anthropomorphitæ enim iã olim explosi sunt. Ad hoc, nemo, opinor, omnium est, qui angelis eiusce generis, aut modi corpora attribuenda putet, quæ in nostros sensus cadant. Quare nihil Platonica illa opinio ad id, quod modò agimus. Mihi igitur quod Tertulliano placuit, aut verum, aut certè vero simillimum esse semper visum est; cum Dei filium, antè quàm homo factus esset, tum angelos, ita carnè teuera induisse, ad tempus; ut videri, & cõgredi cum hominibus possent; suasq; per illa corpora proprietates, ut sic dicam, nobis ad umbrarent, & quadam tenus repræsarent: neque vllis ea in re præstigiis, sensus nostros fallerent. Ceterum an ex nulla materia ea corpora sumperint: ut Tertullianus affirmare non dubitat. An verò ex aliqua; ut est credibilis: & quanam illa; aëre ne; an alia; hanc quoq. ego disquisitionem in medio relinquam. Neque verò ex iis quæ dixi, confici potest; homines illos fuisse; similiter atque fuit Christus homo verus, cum carnè ex beata virgine sumfisset, factus Davidis nepos. Neque enim sola caro, quamuis in hominis figuram conformata, hominem facit, nisi ei confociata sit per ortum, anima humana; ut ex hisce duabus rebus fiat vna, ut vocant *ὑπόστασις*; atque ut nos dicere solemus, persona. quo modo spiritus illi cum carne, quam ad tempus, ut dixi, sumferant, minimè fuerunt colligati: neque enim cum ea nascendo orti erant. Atq. eam ob rem sacrarum rerū scriptores, cum propriè loquuntur, non homines vocant eos Spiritus, qui sic apparēt; sed similitudines, aut imagines, vel species hominum. Et proinde cum carnem illā rursus relinquerent, mori haud quaquam rectè dici potuerunt. Quid porrò factum illiuscemodi corporibus sit, postquam spiritus excessere, nihil est quod solliciti simus: quando diuinæ potentiæ tam fuit facile illa subitò dissoluere, siue in aerem, siue aliud elementum, quàm antea fuerat cõglutinare atq. conformare. Atqui ex iis quæ dicimus, forsã occurreret illud; hominum oculos falsa specie à Spiritibus illis fuisse præstridos, si homines non fuere, cum esse homines viderentur. Sed hoc non est ita. Ea enim species, quæ videndi sensum mouebat, talis re ipsa species erat, qualis esse videbatur: ceterum opinatio de ipsa rei substantia, ea ad mentem pertinebat; quæ suo iudicio falli potuit. Sed in re admodum obscura; & quæ cognitionem habet difficillimam, sic sententiam atque opinionem nostram affirmauimus, ut facillè passuri, neque moleste laturi simus, si quis nos bonis rationibus refellat, certioraq. deceat. Sequitur in contextu sacrarum verborum, *Modo veni*: siue, iam, vel nunc veni. Id quomodo exponant Talmudici, & prisci Iudæi, supra diximus. Illos sequi videtur, ut plerumq; assolet, R. Solomon. Sed omittis istis; Si angelus idè ille est; qui imperate Mose, dux populi fuit: ipsa Dei patris facies videlicet, & expressa imago substantiæ eius; quid est, cur se modò venisse dicat? qui adhuc in medio est versatus populo; quæque mox post Mosi excessum Deus promittebat non minus Iosue adiutorem fore, atq. antè Mosi fuisset; præsertim, si Chaldæi interpretationem probamus; quæ illic est à nobis exposita: denique qui nuper in traducendo per siccum flumen populo, tam luculenter præsentiam potentiamq. suam declarauit? R. David Kimhi quidem autumat, emphasim habere Aduerbium *עַתָּה* Nunc, modò, iam. nempe ut subitaneo interuentu significet se Spiritum, non hominem esse: cum humana, aliãque corpora non nisi sensim se sistere vllò in loco possint. Satis ille quidem acutè: at parum, ut mihi videtur, firmè. Nam, ut ex aliquot Danielis dictis luculenter apparet, significant ista verba, eum qui sic loquitur, de re quapiam singulari adesse, suamq. præsentiam declarare. ut, in non dissimili huic nostræ, visione; cum vir vestitus lineis sic loquitur ad Danielelem; Daniel vir gratiose, intellige verba, quæ ego loquor ad te; & consistite: quia nunc missus sum ad te. Et post pauca: Ego veni, ut significare tibi, quæ accidet popularibus tuis in vltimis diebus, &c. Et in alia visione, cum Gabriel ad illū hæc facit verba. Daniel, modò egressus sum, ut te erudire informaremq. intelligentia. in tuæ precationis initio res est decreta; & ego veni ut nūtiarē. Es enim gratiofus, &c. Et si igitur princeps iste cælestis exercitus, vel Ecclesiæ Dei, adhuc est Iosua, & populum comitatus; tamen rectè se nunc aduenisse ait; quia de re singulari iam Iosua adit. nimirum expositurus omnē capiendæ vrbis Iericho rationem: de qua re credibile est tunc magnis precibus interpellatū fuisse à Iosua Deum. Sicut Danieli quoq. offerebantur visa illa quæ modò memoravi in precibus. Sequitur, *Ceciditq. Iosua in faciem suā, &c.* Hoc Iosua, eū aliis viris sanctissimis cõm-

Anthropomorphitæ.

Occupatio.

R. Solomon. Obiectio.

Solutio. R. David Kimhi.

Id veni, quid significet.

Cadere in faciem adaudivit Dei oracula.

i ne accidit.



ne accidit. Nam Moses quoque, cum primum loquētis ex rubo audisset Dei verba: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob; occultabat faciem suam: nimirum verebatur obtueri Deum. Et Daniel de se ipse memorat; simul atque audisset vocem verborum viri illius lineis induti, cuius modò mentio est facta, repente, quasi sopore mēs attonita fuisset, pronū se in terram cecidisse. Sed sunt in sacra historia huiusmodi exempla plurima; ex quibus luculenter apparet, quantam habuerint diuina apud prius patres oracula reuerentiam: & quæ contrā, apud nostri sæculi homines, tantæ sit sceleratæ audaciæ ac impudentiæ causa, qua multi in omnia vel abditissima mysteria penetrare conari non verentur: atq. de iis, pro putidi sui corporis sensibus potius, quam pro ipsius Dei oraculis, existimare. Nimirum isti non satis animaduertunt, & illum esse Deum, & se homines humi stratos; atq. ideò tam impudenter in illius arcana omnia, tãquam in res naturæ legibus subiectas, inquirunt. Sed Moses, & Iosua, vsq. eò dum intelligunt, quis sit quo cum ipsis res est, intrepidè accedunt, obtinentur, percontantur, respōdent. Verùm è vestigio vbi diuinum esse numen audiunt, ne attollere quidē oculos sustinent. Quippe quo se Deus viris vera pietate præditis, patefacit propius, eò suam ipsi humillimam conditionem, contrā verò, illius sublimē & diuinam magnitudinē maiestatemq; magis agnoscunt, & reuerentur. Discamus ergo nos quoq. his exemplis moniti, ad Deum adire humiliter, castè, sobriè, pietatem adhibere religiosam, amouere arrogantiam; hoc est, deiicere omnem ingenij nostri celsitudinem, quæ sese effert contra cognitionem rerum diuinarum; quæ sunt à superborum atq. arrogantium hominum intelligentia longissimè disjunctæ; accommodatè verò ad eorum, qui sui despicientes cum sint, in ea doctrina quæ à sacrosancta Ecclesia est tradita acquiescunt; suas verò cogitationes ad auscultandum oraculis Christi, & Ecclesiæ auctoritati mancipant: castoq; timore timent: neq. magnificentius de se ipsi sentiunt quàm oporteat; sed sobriè, pro fidei modo, qui cuiq. à Deo datus est. Illud *Et incuruauit se*: Hebraicè est, *וַיִּשְׁתַּחֲוֶה*, quod verbum honoris est, quo vel Deum, vel homines proni afficimus. Vtriusq. exēpla plura sunt in sacra historia, quàm vt locos ostendere sit operæ pretiū. Quare nihil attinet querere, quæ hic adorauerit Iosua. Nam scrupulus ab Augustino motus; cui se prostrauerit; non video qualis sit. hoc enim fuit perculū formidine subita animi, vt videtur. Et vt fuerit reuerentiæ, libenter enim hoc fatemur; tamen mos fuit semper illi genti, non solum Deo, sed etiam Angelis, sed etiam hominibus se prosternere, honoris causa. Illud enim verbum Hebraicum prorsus respondet Græcorum *προσκύβειν*, quod apud Orientis populos semper fuit solenne & vsitatum; vt ex Xenophonte constat. Quem morem homines illi adhuc obseruant; vt sæpè vidimus, demittunt enim se pronos in terram; eamq; vbi ore attigerunt, rursus se erigunt; & semel iterumq; venerabundi salutantesq; incuruant corpora. Quæ sequuntur verba: *Quid Dominus meus loquitur ad seruum suum*: promissimæ voluntatis significationem ad parendum diuinis iussis continent; quæ voluntas nata est ex diuinæ magnitudinis, & humanæ paruitatis contentione. Nam siue Deum ipsum in filij persona, siue administrum Dei angelum esse arbitrabatur; ea, proculdubio, notione illius animus erat diuinitus informatus, vt planè intelligeret, non inane spectrum, aut cacodæmonem, sed Dei legatum esse. Verum enim verò vt hæc ad nosmet ipsos accommodemus; docet nos hic locus, vt ad percipienda diuini verbi sensa, & ipsius præstantiam dignitatemq; & nostram paruitatem atque inscitiam primū agnoscamus; eoque sensus nostros atque intelligentiam nostri ingenij abiiciamus humi; neque impudenter in illud intendamus, quasi in humanam philosophiam. Deinde verò pio in Deum animo, vt ipse nos fide firma imbutos subleuet; suaq; diuina gratia fulciat ac sustentet; mentemq; nostram illuminet deprecemur. Atque ita demum, quid Dominus noster loquatur ad nos, interrogemus. idq; vt sanctus ipsius Spiritus nobis explicet; qui solus veritatem cordibus hominum suggerit, atque persuadet; cum docili voluntate petamus.

*Detrahe calceamentum tuum de pede tuo, &c.*

**N O N D V M** exponit princeps exercitus Dei, quarum rerum gratia allegatus sit. sed narrationi suæ auctoritatem prius captat, & fidem. Etenim calceamentum exuere, audisq; pedibus insistere iubetur Iosua, vt ipsius mens religione percellatur; permoueturque etiam atque etiam præsentie Maiestatis diuinæ opinione: ac proinde attentior sit ad visionem, tamquam rem diuinam, expendendam cogitatione, & secum diligenter pertractandam: tum verba, sicut Dei oracula penitus percipienda; & vt verissima

15

Calceamentū exuere.

Nostri sæculi temeritas inquirendi in arcana Dei.

A. monitio, Dei oracula submitte percipienda esse.

Adorare quid sit sæpè in sacris literis.

Verbum Dei quomodo eò siderandum.

Exod. 3. v. 6.

Dan. 10. v. 9.

1. Cor. 10. v. 5.

Rom. 11. v. 20.

Augu. in Ios. cap. 3.

Rom. 1. 2. v. 3.

Xenoph. lib. 9. institut.

certissimaq; attplectēda; quæ alioqui vanissimis somniis similia videri, & proinde neglecta excidere faciliè potuissent. Quid enim minus simile vero dici queat, quàm, circumueunte ociosis manibus milite, vrbis munitissimæ muros sponte sua esse collapsuros? Præterea, vt intelligat, Dei gladio victoriam vniuersam esse attribuendam; nihil arrogandum suis viribus; vt qui humi stratus ne suspicere quidem caelestem illum principem audeat. Hanc cæremoniam, vt Moses Gerundenfis prodidit, Iudaici populi sacerdotes, Iosua exemplo, deinceps perpetuò vsurparunt in templo ministrantes; aut sacris operantes. & sanè etiam nunc apud plerasque orientis nationes piaculum est; calceato pedè templorum pauimenta calcasse. Sed enim, si Moses, si Iosua viri sanctissimi & diuini, illius modi cæremonias ad religionem permouēdi fuere; qua quæso sui fiducia multi iam in cultu diuino, summa cum petulantia, immò verò contumelia, cæremonias omnes, quamuis antiquas, quamuis à sanctissimis patribus inde à religionis nostræ cunabulis vsurpatas & traditas rident, damnant, repudiant, profligant? Nimirum isti repente hominem exuerunt: nullis distringuntur humanarum rerum cogitationibus: sed animo libero solutoque cum caelestibus spiritibus per cælum volitant; Deumq; coram intuentur. ò dementiam, atque insaniam! Nihil est, fateor, cur Deo nudi pedes, quàm calceis circumdati; cur resecta capita quàm operta; aut omnino alius habitus gestusue corporis alio magis placere debeat. Sed tamen nostra causa viliter ista instituuntur externæ pietatis, vt sic dicam, exercitia; vt dum iis propalam vtimur, & tãquam rebus diuinis operā damus, animum nostrum rerum humanarum despicientia coerceamus reprimamusq; qui se alioqui perpetuò aliis atque aliis prauis cupiditatibus, quàm diu in his inclusus est cōpagibus corporis, insolenter effert; atque ad pietatem & religionem conuertamus: simulq; etiam exemplo proximos ad laudandum prædicandumque Deum vocemus; atq. inuitemus, secundū illud Christi, Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Dum in genua; dum in facie procumbimus; dum manus in cælum tēdimus; aut palmas, quasi vincas, confociamus; oculos sustollimus; caput detegimus; nudis pedibus ambulamus; humi cubamus; cilicium induimus; ouinas, caprinas pelles, vt ait Apostolus; atque omnino tamquam sordidatos nos sistimus ante Dei oculos; quid aliud agimus, quam nostram paruitatem, & vt sic dicam, indignitatē, cum diuinæ maiestatis magnitudine comparamus? eoq; & nostram, & eorum, qui nos fortè intuentur mentem ad despiciendum res nostras; suspiciendum verò admirandumq;. & expetendum caelestes & diuinas flectimus? Quid crucis signum? quo ipsa etiam antiquitas; vt ait Tertullianus, ipse auctor inter nostros sanè cum primis antiquus; quacumq; illam conuersatio vlla exercebat (vtor eius verbis) terebat frontem. quid, inquam, hoc signum aliud est, quàm ingenua crucis professio; atque adeò vt de glorianda prædicandaq; re, sancta iactantia? Quare illud dum ex animo in omnibus nostris actionibus vsurpamus; atque in te per se probrosa, salutis nostræ memoriam, & imaginem nobis sæpè proponimus, & veluti hoc Christi trophæo, hostē, ne ea quæ aggredimur, impediatur, deterremus; Christum ipsum; proculdubio, nostra tam liberali professione, atq. fiducia, in ea quā ipse nostra causa sustinuit ignominia, vt ea quæ agimus, auspiciatiora faciat, prouocamus. Verùm abesse volo ab his omnibus fictam simulationem; in qua, sicut nec reliquæ virtutes, ita neq. pietas inesse potest. est enim illa in cæremoniis omnibus, cultuq; externo maxima pestis. Debent enim hæc, vt proba sint, neq. gloriæ & laudis cupiditate, neq. etiam magica superstitione exerceri: sed cum animi pietate coniuncta esse, atq. ab ea veluti procreari. Sed neq. salutis nostræ spem atque fiduciam in istis collocatam habere debemus; quæ Christi meritis planè est attribuenda. sed hæc hæctenus. Solent plerique calceamentis significatas esse dicere, prauas corporis cupiditates, siue animale partem; quæ non percipit ea quæ spiritus Dei sunt; vt ait Paullus, semper humi strata, terrenisq; affixa rebus. Eæ enim perturbationes mentis, quo ad eius fieri potest, exuendæ sunt iis, qui diuinas res contemplari, meditariq; volunt. Hæc allegoria etiam à quibusdam est Hebræis prodita. Et fortassis eodem spectat, quod Christus suorum discipulorum pedes lauat, prius quàm eos sacrosancti sui corporis & sanguinis participes faciat. Quin illud quoq. non inscitum est, vt mihi videtur, quod à Cypriano est proditū; si is est auctor librorum ad Quirinum inscriptorum; hoc ritu significari, vnum Christum esse Ecclesiæ verum sponsum; ceteros verò omnes, quantumuis sanctos, Deoq; probatos viros, amicos modò sponsi. Cum vt in Deuteronomio, & historia Ruth scriptum est; qui alteri propinquiori, magisque necessario in ducendæ sponsæ iure cedebat, exuere calceum

R. Moses Gerundenfis.

De cæremoniis.

Crucis signū, Tertullianus.

Hypocritæ.

Calceamentū quid.

Lotio pedum discipulorum.

Mat. 5. v. 16.

Heb. 11. v. 37.

1. Cor. 2. v. 14.

Cyprian. ad Quirin.

lege debuerit. Quidam inter recentiores Iudæorum scriptores celebris famæ, & sanè acutus & eruditus, Isaac Æramæus obseruauit, Mosi dictum esse; Exue calceaméta tua è pedibus tuis; numero plurium : at Iosua, Calceamentum tuum è pede tuo; quia illi duplex cura incumbebat; quarum vtramq. ab se in Deum reicere iubebatur. huic verò vnica. Moyses enim, quàm diu cum imperio apud populù fuit, non solùm Imperatoris officia; sed etiam patrisfamilias, & nutritij facere debuit; cum per vastam solitudinem illi alioqui cibo, potu, veste caruissent. At Iosua in regione omnibus rebus, quæ ad humanos vsus necessariæ sint, affluente, nullam nisi bellicarum rerum curationem habuit. Alius Iudæus in Cabbalistarum philosophia eruditus & versatus, nomine Bahaius, ad vberiore rem rerum diuinarum intelligentiam, qua Moyses præ Iosua informandus à Deo esset: atq. ad altiorem gradum, quo esset propius in illius familiaritatem admittendus, spectare existimat numeri differentiam. Sed hæc argutiora sunt quàm firmitiora. Quod porro sequitur, *Quia locus in quo inlisis, res sacra, siue, sacer est,* (Sæpè enim substatiuis pro adiectiuis, vt Grammatici loquuntur, vtitur Hebræa lingua); causam continet exuendi calceamenti; atq. dilucidius, quid sibi illa cæremonia voluerit, explicat. Nempe, vt præsentia Maiestatis diuinæ opinio, animù Imperatoris magna religione perfunderet, atq. obligaret. quo is non solùm ad ea quæ mox est moniturus Deus, mentè acrius intendere; verùm etiam augustissimi illius ostenti memoria se ipse in posterum subinde confirmaret. Quò enim spectet loci sanctitas; si non ad diuini numinis præsentia? Nam quod quidam existimant, ad vniuersæ Chananæ dignitatè pertinere; vanù nimis est, & ex inconsiderantia profectù. Etenim: locus ille quoq. in quo Moyses ardentem rubù videbat, similiter atq. ille sacer esse dicebatur, quâuis procul à Chananæa abesset. Tù si vniuersæ Chananæ sanctitas istis verbis perhibetur, quid restat, nisi vt omnes simul Israelitæ, vnà cum Imperatore, calceos abiiciant, nudisq. pedibus ambulèt? Est igitur quod ait, huiusmodi: Memineris te corà Deo ipso stare: nisq. quæ & vides, & porro audies cõsiliù voluntatemq. summi numinis tibi declarari. Et si enim Deus vbiq. est; atq. hic mundus omnis, templù domusq. ipsius habetur, neq. certis cõcludilicis eius infinita mensuras potest: tamen nõ perinde vbiq. præsentiam suã declarat: sed prout diuina eius reatù humanarum moderatiõ postulat. Ad hoc, quædam eũ loca singulariter suo cultui consecrata dedicatq. velle præ aliis; tam sæpè ipse est testatus, vt superuacanea sint, si qua proferã argumenta. Et sunt eius rei exempla in primis insignia, sacra arca, & memorabile illud Solomonis templù; in quibus vt se singulariter coleremus, precaremur, veneraremur, voluit. Affert enim ea res religionè vilè populis, ciuitatibus, cõtibus hominù aliis: quippe qui eiusdem loci, precationibus & colendo Deo dicati, atq. eorùdem rituum & sacrorum cõmuniõne arctius inter se cõsociantur, mutuaq. caritate obligantur. Neque enim est, opinor, vllus nostrù, qui non sæpè in se ipse experiatur, pietatè atq. religionem maiorem incesse animum suũ, cum in templa, eaq. loca ingreditur, quæ sanctitatis opinione habent venerationè: præsertim tum, quando in ipsi publicè hominũ cõtibus rebus diuinis operam dat. Rectè igitur locus ille in quo stabat Iosua, sacer à Deo vocabatur; & quia ipse sua eum præsentia reuera consecrabat: & quia Iosua erat vtilis ea sanctitatis opinio; ob causas quas iam attulimus. Nam si res omnes consecratur, vt ait diuus Paulus; per verbù Dei, & sacras preces, quæ ad illas adhibentur; quãto magis per Deũ ipsam; quando se apud ipsas efficienter præsentè silit? Nam vt ex noua quoque lege exemplũ vnũ asserã: an non singulari sanctitate affectam à Deo fuisse piscinã illam putabimus, quæ Ierosolymis בֵּית הַשֵּׁלַח Beth-hesda, hoc est misericordiæ, aut benignitatis locus vocabatur, in cuius aquas ab angelo cõmoras atq. agitas qui primus descendisset, is à quouis morbo curabatur? Sanè in elementi natura tantã in fuisse efficacitatem nemo sanus dixerit. Sed concludam hunc locum diui Augustini verbis, qui in epistolis sic scriptum reliquit. Vbiq. quidem Deus est, inquit, & nullo continetur aut includitur loco, qui cõdidit omnia. Oportetq. eum à veris adoratoribus spiritu & veritate adorari: vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iustificet & coronet. Verùm tamen ad ista quæ hominibus visibilibus nota sunt, quis potest eius consiliũ perferuari, quare in aliis locis hæc miracula fiant; in aliis non fiant? Multis enim nouissima est sanctitas loci, vbi beati Felicitis Nclani corpus conditum est. Et quæ sequuntur plura in eam sententiam. Postrema huius capituli clausula: *Fecitq. Iosua sic,* nobis ante oculos ponit ad imitationem, promptam & alacrem in parendo verbis Dei obedientiam. Nam, vt nuper dicebamus; eiusmodi sancti Spiritus insarui informati Iosua mens intus erat, vt planè intelligeret, diuinam esse

R. Bahaius Cabbalista.

Hebræi substantiuis pro adiectiuis nominibus vtitur. Loci sanctitas

Deus terra loca sibi consecrati cur voluerit.

Beth-hesda piscina.

Iosua obedientia erga verbũ Dei.

R. Isaac Aramæus lib. de calceamento Iosua.

Deut. 29. v. 5.

Exod. 3. v. 5.

1. Tim. 4. v. 5.

Iou. 5. v. 2. 4.

Aug. ep. 137.

esse visionem, non præstigijs aut fallacias cacodæmonis. Discamus igitur & nos quoque Dei verbis, quibus nobis per sacra Euangelia quotidie loquitur; credere simpliciter; vt ipsa Ecclesiæ perpetua consensio ea explicauit. Et si quando humano iudicio nostro illorum sensa non satis probata videntur; ne in animum inducamus calumniando velle peruertere doctrinæ à patribus ad nos propagatæ pulcherrimum consensum concentumq. : sed existimemus, Deum illa nos intelligere noluisse; sed credere. Itaque credamus, neque vllis modis abducamur, vt putemus, sanctissimos illos viros, qui tam longa serie, alij post alios, omnem nostræ religionis disciplinam nobis, quasi per manus, tradiderunt, aut delirasse, aut fallaciter verba sacra interpretatos esse; cum iidem essent verbis quidem docendi; moribus autem, totiusq. vitæ suæ exemplo, rectè faciendi, viuendiq. magistri.

Dei verbo simpliciter credendum est.

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM

IN IOSVAM CAPVT VI.

Iericho autem concludebat, & oclusa erat, &c.

Sic interpretandum esse occludendi verbum hoc loco, vt ego sum interpretatus, eũ ipsa, quibus aliter atq. aliter inflexum est, formæ postulant, tum illud quod subiicitur; *Nemo egrediebatur, aut ingrediebatur,* declarat. Est enim, vt ego autumo, hoc illius *ἐξήγησις* atque explicatio. ac si dicat; tam acribus vigilijs custodijsq. septam munitamq. fuisse urbem, vt & ciues suos ita includeret, vt nemo omnium emitteretur; & hostes sic excluderet, vt ne quã se in ipsam insinuare possent. Cõcludebat ergo suos ciues, præclusa autem erat Israelitis hostibus. Chaldæus vtrique verbo patiendi notionem attribuisse videtur: atque etiam Græci; quos Latinus, vt libenter solet, est secutus. Nimirum existimauere isti, geminationem verbi acriores custodias, vigilias, munitionesq. significare. quod Chaldæus etiam dilucidè explicauit. Reddidit enim totum locum *ἡ ἀποκλεισθῆναι* his pluribus verbis. Erat autem Iericho oclusa foribus ferreis, & obsærata vectibus aeneis, ante filios Israel: Non erat qui exiret ex ea; neque qui intraret in eam. Non erat qui exiret ex ea ad pugnandum; neque qui intraret ad paciscendum de pace. sic enim habet manuscriptum exemplar Complutense quod penes me est. Arbitratus est ille scilicet, suas cuique claudendi verbo claustrorum machinas & obices respondisse. Est autem iste versiculus opportunè admodum interpositus ei narrationi, quæ de illo viso erat instituta. dilucidè enim ostendit, cur noua ista confirmatione eguerit Imperatoris animus. Nimirum recentibus illis Dei promissis; Omnem locum quem calcabit planta pedis vestri, eum vobis dedi: Et, Non consistet quisquam aduersus te; istis, inquam, magnificis Dei promissis parum videtur esse cõsentaneum, quòd hæc tam firmis prima vrbs custodijs & munitionibus operibusq. clausa atq. septa se fortiter tueretur. Etenim quàm facilè humanus animus, quãtavis certa fiducia suffultus labascet despõdeaturq. cum res aduersus expectationem ire incipit, quisque de se conicere potest. Et fortassis compluresculos iam dies obsæsa vrbs, atque oppugnationibus aliquot frustra fuerat tentata, vt esset tanto illustrius Dei subsidium, quod mox audiemus: vtq. planè intelligerent omnes, à Dei gratia atq. potentia Chanaici istius belli successum euentumq. pendere. Nam Iosua animus; quamuis fortissimus esset Imperator, & procul dubio, egregia præditus audacia; parum tamen constantem firmumq. fuisse aduersus incommodos rerũ successus, res ipsa declarabit, apud Haienses infeliciter primũ acta; cum tamen iam tã ex Ierichuntina admirabili victoria animos maiores summissè debuerat. Quamquam illa eius affectio, non timiditas & ignauia; sed sancta quædam sollicitudo fuit, vt suo loco explicabimus. Ad hæc, illustrat mirabiliter istæ tã acres & vigiles vrbs custodiæ, atq. amplificat miraculũ, quò mox, Dei solo nutu capietur. quippe quæ omnè prodicionis suspicionem longè submouent; quando clandestina consilia inter se conferre nulla hostes oppidaniq. possunt. Porro illud, *Propter præsentiam filiorum Israel,* argumentum esse videtur securitatis Ierichuntiorum; qua ante Iordanis traiectum, nõ nisi ingruëtibus tenebris clauderent portas; vt in Speculatorũ historia audimus. Aut significat circũfessum esse iam oppidũ ab hoste. quãquã quæ in Galgalis posita fuere castra, illud obsidione satis arcta premebant. vt ante diximus. erant enim in conspectu vrbs.

Sup. ca. 1.

Sup. ca. 2. v. 5.

1. Cor. 12. v. 6.

Chaldæus.

Fiducia hominum facile labascit.

Idè Deus, nunc Iehoua, nunc angelus vocatur: & cur.

Porro Dominus ait ad Iosua: Vide, tradidi in manum tuam, &c.

Qui se paullo ante Principè exercitus Dñi nominabat, nunc Iehoua, quod diuinæ essentia nomè est, vocatur. Nimirũ idè vnus est Deus, qui & est omnia in omnibus; &

Operationes diuinae per diuina Dei nomina distinguuntur.

וַיִּנְחַל יְהוָה

Vide & Ecce.

Dei auxilium rebus perne desperatis illustrius est, & cur tunc tandem.

Arrogantia grauissimum peccatum.

Deus operationes suas nobis quo modo communicet, & de libero arbitrio.

Deus est effector nostrae salutis, sed tamen fides per caritatem fruenda requiritur à nobis.

Omnis victoria à Deo.

R. Isaias. Ierichuntij si fortes Dei consiliū inuitabile.

omnia in omnibus efficit. verum qua mediatoris personam tenet, hoc est, reconciliandi nos Deo Patri curationem habet; quodam modo administrum se patris esse proficitur, eique sua omnia accepta refert. Atque ad hunc modum diuinæ operationes non raro in sacris literis, per nominum Dei mutationem, occultè tectèque distinguuntur varietate personarum. Nam, vt alterum locum nostro parum dissimilem, exempli causa, ostendam; Deus in Exodo, ad Mosē cum dixisset primum, Sic dices filiis Israel, **וַיִּנְחַל יְהוָה**, hoc est, Is qui perpetuò existit, misit me ad vos; mox subiicit: Sic dices filiis Israel, **וַיִּנְחַל יְהוָה**, Iehoua, Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob misit me ad vos. Prius enim illud **וַיִּנְחַל**, ad diuinam essentiam, qua ab omni aeternitate in se beatus ille existit, spectat. Cum verò deinde se, Deum patrum, Abrahami, Isaaci, Iacobi nominat, euoluit se illis suæ diuinitatis integumentis: atque bonitatis & beneficentiæ suæ inexplicabiles illos thesauros ostendens, quibus gratuito mortales complexus, salutari foedere eos sibi consociauit, filij & mediatoris personam induit. Ceterum si quis cū Iudæis, immò etiam nostris, opinari malit, fuisse è cælitum beato choro angelum quempiam, non Dei filium; qui hic Iosue occurrit aspectabili specie; potest is dicere, aut nomen legantise esse legato impostum, auctoritatis gratia; qua opus erat sanè maxima; vt absurdissimis specie consiliis iussisque fides adiungeretur, atque obsequium: aut illum exercitus cælestis principem, vbi se Iosue tamquam præsentem propugnatores exhibuisset, animosque addidisset, euauisse: ac tum eneestigio hæc effata non auribus Iosue, sed meti inflatu diuino esse illapsa: quo modo antè explicauimus, Deum cum viris piis colloqui sæpè solere. Porro mandatum verbum, *vide*, excitantis est, vt aliàs sæpè, Ecce. Et, nisi fallor, arguit labascentem iam sensum Imperatoris spem atque fiduciam. Videtur enim dare significationem victoriæ, si non profus desperata, at certè insperata, atq. inopinata. Sic enim solet Deus opem atque auxilium suum plerumque in ipso rerū summo discrimine, de improviso, proferre. nempe vt nos aduersus extremam desperationem durare doceat. Et simul, vt diuina eius potentia cum nostra imbecillitate propius collata appareat luculentior; eoq. pietate maiore eam nos amplectamur. Mirè enim animus noster perpetuò est ad assumendum ea sibi, quæ Deo tribuenda sunt, propensus: quod, quia grauissimum est flagitium, & idolorum cultui simillimum, aut geminum potius; vt antè diximus; nusquam nõ ab eo auertere nos multis modis conatur Spiritus sanctus; à quo sacra historia est dictata. Et hinc est, quod hoc loco non ait Deus: En ego tibi opem feram ad expugnandam Ierichūtem: Sed, *Ego tradidi eam in manum tuam*: solidam enim victoriam sibi ipse assumit, sic tamè vt communicare eam cum Iosua se velle profiteatur, modò vt ille se ad ipsius nutum ductum que accommodet. Currendum quidem nobis est per præscriptum designatumque à Christo stadium, vt brabium ab ipsius benigna manu accipiamus. Verum illud brabium amplissimum, atque in quo aeternæ gloriæ & beatitudinis fructus est positus, non nostra virtute, sed illius sanguine comparatum est; neque nostro cursui aliter, quàm ex gratuita eius benignitate, quæ diuinis ipsius promissis fixa fundataque est, debetur. Theologi, quod dico, totum paucis conscribunt verbis, cum aiunt; Omnem salutis nostræ causam in Deo constare, vt effectore; sed interim à nobis requiri fidem; quæ per caritatem ea operetur, quæ sint illius voluntati consentanea; atque ad ductum cælestis gratiæ accommodata: quo illam ipsius efficientiam suscipere, & quodam modo per liberi nostri electionem arbitrij adiuuare possimus. Neque enim vt ad Ierichuntinam victoriam redeamus, si Iosua facere ea neglexisset, quæ præscribit Deus; quibusque actis ruitura mœnia promittit, cum faciendæ etiam facultatem ille accepisset; aut concidissent muri; aut oppido ipse potitus fuisset; tamen illæ eius actiones, re ipsa murum non impulere; neque eius casum efficienter præcessere. Clamant quidem nunc omnes, victoriam omnem à Deo esse. Sed vtinam, vt hoc se sapere atque intelligere præ se ferunt verbis; ita & re ipsa quoque ostenderent; profectò non tam funestis bellis concuteretur orbis terrarum: & esset maior religio in vulgi animis; cum à Dei consiliis dependerent; & quæ ille mandaret, non quæ sua cuique diceret libido, ea sequerentur. Sed hæc hæctenus. Iericho hic, non urbem, sed ciuitatem significat, cum Iericho & eius rex viri fortes dicuntur. Verum Latinus videtur secus existimare, quando copulam interponit; quæ tamen nulla est in Hebræo. Quam opinionem habet etiam R. Isaias, vir sanè eruditus. Ceterum quod Ierichuntij nominantur *virī fortes*, amplifcat Dei victoriam; cuius consilio nulla fortitudo, nulla vis potest obfistere, cum sit inuitabile. Neque verò istorum hominum fortitudo, quæ nunc prædicatur,

Exod. 3. v. 15.

Sup. ca. 1. v. 1.

Sup. ca. 1. v. 14.

catur, fidem abrogat verbis Rahabæ, quæ abiectissimis omnes tota regione animis esse dixerat; cum hostis etiam tum citra flumen castra haberet. Erant enim Ierichuntij naturalis cuiusdam audaciæ & fortitudinis viri, hominesque bellicosi; at iam pridem pauore, quasi panico, percussi diuinitus, stupebant. Variis enim, certè, pugnis alioqui Israelitas exagitasset, prius quàm obfideri se, atque includi mœnibus passi fuissent.

Nam circuibitis urbem omnes viri militares, cingendo urbem, &c.

Cæremonia, quam præscribit Deus istis verbis proximis, tertio, quarto, quinto, huiusmodi est. Iubet vt diebus septem circumueant urbem Israelitæ; senis quidem diebus, vicibus singulis; at die septimo septenis circuitioibus; fore promittens, vt tum muri concidant; aditumque in urbem patefaciant. Ad hoc, vt arcam circumferant: eamque septem sacerdotes præcedant, buccinis continuò canentes: reliqua turba taceat; vsque dum vlulandi signum detur. Ista est oppugnandæ urbis vniuersa à Deo commonstrata ratio: nimirum talis, vt planè intelligere omnes debeant, & fateri cogantur; solius Dei virtute atque potentia vinci hostes: quando illæ actiones, si ex se ipsa iudicentur atque æstimentur, non autem ex Dei iussu & voluntate, ludiorum ludibria potius censerentur, quàm bellatorum stratagemata. Et profectò si verum dispicere animi nostri possint, penè par ratio est in omnibus nostris operis; iis etiam quibus cælestis regni præmium nos consecuturos promittit is, qui fallere non potest. Quæ enim quæso illa vis est, qua violenti rapiunt illud, si modò nulla Dei iussa cum promissis coniuncta esse fingas? Quo, obsecro, vel summa atque liberalissima nostra studia aut officij, aut beneficij genere obligare nobis Deum queant, qui *ἀντάμνως*, neque bonorum nostrorum eget, neque nostra ad illum beneficentia pertinere vlllo modo potest? Sed ea est Dei erga miseros mortales gratuita amoris benignitatisque immensitas, vt & si planè nihil nobis sit, quo gratos vlla ex parte nos præstare valeamus, nedum eius demereri nobis beneuolentiam: quippe qui nihil habeamus à nobis ipsis, nisi vitiositatem & prauitatem; tamen ipse vltro nobis commonstrare gratificandi sibi modos; & insuper iis vtendi cum voluntatem, tum facultatem suppeditare dignetur. Quorum omnium vna ratio posita in eo est, vt ipsius diuinæ voluntati obsequamur. Quare stultissimum, ne dicam impiū, mihi videtur, in ea sacra, cæremoniaque, & ritus colendi Dei, quos à maioribus nostris in Ecclesia sanctissimis, Deoque probatissimis viris traditos habemus, inquirere curiosius. Quando nulla causa afferri potest, ob quam Deus vllam nostram operam alicuius pretij deputer; præter solam ipsius clementissimam voluntatem. Laudanda ergò est maximè, nobisque imitanda Iosue, & populi obedientia: qui tamen ineptissima absurdissimaque oppugnandæ urbis munitissimæ ratio præscribi à Deo videretur; tamen nihil cunctantes; sed summa securitate in illius consilio recubentes, rei vt videbatur ludicræ seriè & sedulo operæ dant: certa que fide promissum euentū non frustra expectant. Copulam, quæ est in tertij versiculi principio, reddidi per causalem, vt vocant, particulam, *Nam*. Sæpè enim litera, *Y*, *Vau*, non tam res ipsas coniungit, quàm orationi continuandæ seruit. Debet autem illa eius iteratio, *Et circuibitis urbem, & corruet murus*, sic resolui. Simul atque circuibitis urbem, corruet murus. Est enim illius modi hebraismus frequens in sacris literis, vt per geminatam copulam alterum ex altero consequi significetur. Sed hoc semel monuisse sat esto. Porro quod Hebraicè est *וַיִּנְחַל יְהוָה*, nosque conuertimus, *semel*. id Aquilas reddidit *μὴ ὁδὸν*, vna via. Symmachus *μὴ ἀπέδωκεν*, vna circuitio. quia positio *וַיִּנְחַל* apud Hebræos, gressum aut incesum significat. Hoc enim Aduerbium *semel*, cum apud multas nationes simplici vocabulo careat, coniuictis vocibus ab aliis aliter representatur. Hebræi igitur, pro *semel*, dicunt, vno progressu, similiter atque Itatorum vulgus, *vna volta*. Latinus interpres nisi corruptus olim est hic locus quarti versiculi prius membrum, quod cum superioris versiculi sensu implicitum & cohærens est, disiunxit; sicque est interpretatus, quasi septimo solum die sacerdotes debeant tubis canere. Quod longè secus esse cum ipsa verba sacra, tum res acta clarè ostendit. Ceterum buccinæ iubilorum vocantur Hebraicè *שופרות*, quod est, ac si Tubas iubelis dicas. Aquilas interpretatur Tubas remissionis. Et R. Abraham Ezdræ filius quoque opinatur *יובל* Iobel remissionem significare: quia eo anno, qui Iubilæus vocatur, remissio debet seruitutis dari seruis solebat. Sed, Nehmannus, & post eum Bahaius, existimant, Iobel, aditum siue accessum dici, à verbo *יביל*: annumque Iubilæum inde esse nominatum, quod eo ad suam cuique hereditatem, quam antè vendidisset,

5 4

Omnes hominum actiones ludicræ sunt, & inanæ, si ex se iudicentur, non ex Dei iussu.

Dei gratuitus amor erga homines, & beneficentia.

Ritus & sacras cæremonia per se estimare, infania est.

Iosue & populi obedientia imitanda.

Litteræ *Vau* via

Geminatæ copula.

וַיִּנְחַל

Semel.

*יובל*, quid est Iubilæus annus, R. Abraham Ezdræ, R. Moses Gerundenfis, R. Bahaius

disset, reditus pateret, & accessus, ut seruis quoque ad suam libertatem. At Doct. Hebr. cum aliis in locis, tum ubi de anni initio disceptant, tradiderunt, apud Arabas, arietem vocari יובל Iobel. Id Iudaei plerique, nullo suo adhibito iudicio, ratum habent. Tanti est apud eos illorum hominum auctoritas scilicet. Atque hinc est, quod & Chaldaeus, & Symmachus reddiderint, buccinas arietinas. Quin mysterium insuper illi in arietina buccina esse docent. Hoc enim cornuum genus laeto & fausto illo anno quinquagesimo usurpari solere aiunt, ut & memoriam liberati Isaac per suppositum arietem referret, & simul spe libertatis eo exemplo adumbratae, quam libertatem olim Israeliticus populus per cornua arietina sic recepturus, animos omnium recrearet. Haec enim in eo libro, qui בְּרֵשִׁית רַבָּא Bereschit rabba inscriptus est, bene multis verbis prodita sunt. Neque sane abs re, si recte intelligantur, ut testè dicta, de eo ariete, qui coram tondente se nihil mutuit, & qui tollit peccata mundi. Sed ut meam ego opinionem non dissimule, Vox יובל Iobel prisca mihi visa est, atque inde à primo musicorum instrumentorum deducta inuentore Iubal; sicut etiam Latinorum vocabula Iubilo, & iubilum. Ac voces quatuor canoras illas quidem & grandes, sed rusticas duras & agrestes, quasi que vllantes significare puto: quales inchoata illa, sed non perfecta primi artificis instrumenta edebant: hoc est, quales sunt tubarum & buccinarum rauci clangores, quamquam non ignorem apud Varroem, Iubilum esse rusticam quiritationem. Annum autem remissionis, idè Iubilum esse vocatum autumo, quod cum, ut festum & solennem, illiusmodi clangoribus longè lateque diffusis indicere sacra lex iusserit. Nam qui יובל Iobel, aut remissionem, aut aditum iue accessum, interpretantur, nullo id exemplo, nisi fallor, faciunt. & quod Doctores Hebr. ab Arabibus sua linguae vocabulum repetunt, in eo admodum incerta niti coniectura mihi videntur. Satis quidem apparet ex sacris verbis, buccinas istas cornua fuisse, non argenteas illas tubas, quas Moses, Deo iubente, dudum conflare fecerat. Sed profectò non fuisse arietina cornua est vero simillimum; cum hæc solida tota sint: buccinam verò cauam esse oporteat, ut inflari possit. Sed hinc Marcion incòstantiam in Deum ingerit ore impio: ut qui ante seuerissimè edixerit, Sabbatis esse quiescendum; nunc verò etiam Sabbato circuire urbem cum arca & cornibus imperet. Nam in septem dierum numero Sabbatum est. Verùm respondet Tertullianus: Sabbato die opera humana prohiberi, non diuina. Esse autem diuina, quæ Dei iussu fiant.

*Et quando produclibre sono inflabunt cornu iubili, &c.*

וְשָׁמַע אֶת הַקּוֹל מִן הַשָּׁמַיִם  
 O M N I V M ferè interpretum sententia est, verbum קוֹל, quod ego conuerti, productiore sono inflare, id inquam verbum singularem quendam tubæ clangorem significare, utpote tardioris & longius productum: qui sola septima vice die septimo vnica tuba editus, signum dederit populo vlulandi, atque ingentes excitandi ἀλαλαγμοῦς. Similiter atque nunc aliis numeris miles ad pugnam cietur, aliis à pugna reuocatur ad receptum. Propriè enim קוֹל trahere est. Ceterum cum Hebræi ex libro Numerorum, duplicem clangorem esse statuunt: alterumque vocari תְּרִיעָה, alterum תְּרוּעָה: quorum ille æquabilis sit vox; hic citus concisusque fragor: ille ad conuocandos cætus; hic ad accendendos militum pugnandi cupidine animos faciat: Denique, quod à Cabbalisticis Philosophis est traditum; ille ad misericordiam & clementiam, hic ad rigidam iustitiã spectet; videtur Latinus præsentem clangorem, quasi tertij, mixti que generis sonum, ex ambobus illis temperatum putare, dum vertit, vox tubæ longior atque concisior. Quod video à quibusdam Iudæis quoque probatum esse. Sed ego, cum LXXII, autumo, verbum illud, קוֹל, simpliciter usurpari, pro, קוֹל. Neque singulari quopiam cantu signum vlulandi populo datum esse, ut ad versiculum xvi explicabimus. Ceterum vocabulo תְּרוּעָה, quod à verbo רוע formatum est, subiicitur, non solum concitatus frætusque strepitus buccinarum, & aliarum rerum anima carentium fragor; sed etiam populi clamor; præsertim quando illi lætam animi sui affectionem sublata voce tumultuaria testantur, quem clamorem Græci ἀλαλαγμόν, etiam hoc loco, vocant. Casar verò vlulatum dixit. Porro illud, *Cadetq; murus urbis subter se*, siue, loco suo: Chaldaeus sic explicauit. Cadetque murus vrbis, & absorbebuntur mœnia eius. Et hinc plerique Iudæi ad eam veniunt opinionem, ut statuunt, murum Ierichuntis non esse collapsum: sed defedisse, terra dehiscente. Hanc autem opinionem omnem esse à Doct. Heb. profectam suspicor. Isti enim, libro בְּרֵשִׁית, hoc est, de benedictionibus, capite nono, sub initium, his vtuntur verbis; Quisquis viderit murum vrbis Iericho absorptum, debet ille

fausta

Cornu arietis mysterium, à Doct. Hebr. productum.

Bereschit Rabba.

Annus remissionis eius Iubilus.

Marcion.

Sabbato quæ agere fas sit.

Duplex clangor tubarum.

משך תקע

תְּרוּעָה

Chaldaus.

Murus Ierichuntis absorptus.

Trasler. ראש השנה cap. 11.

Isaie 53. v. 7.

Isaie 1. v. 29.

Leuit. 25. v. 9.

Numer. 10. v. 2.

Tertull. contra Marcion. lib. 2.

Numer. 10.

Trasler. בְּרֵשִׁית cap. 9.

fausta precatone vti. Atqui nõ absorptus, sed collapsus esse scribitur. Scribitur id quidè; sed quando latitudo & altitudo ipsius etiam tum sibi consistere, conficitur, absorptum; non collapsum fuisse. Hæc illi. Sed quibus quæso argumentis aut coniecturis efficiant, latitudinem altitudinemque muri saluas mansisse sub terra? Verùm nihil est istis hominibus vanius futiliusque. LXXII. pro, subter se, dixerunt *ὑποῖα*, hoc est, sua spõte, nullaque impellente machina, aut impetu, cui interpretationi subscribit Aquilas. Sed quod ego reddidi, cum vstrata verborum significatione magis congruete mihi visum est. Sed quid Rahab factum esse dicemus; quam aut in gurgustio, quod ipsi vrbis mœnibus esset immobilitum atque inædificatum; aut in mœnium fornice habitare dicebamus? Nõ enim potest ipsius habitatio simul cù vrbis muro esse collapsa; cum post à suis illis hospitiibus speculatoribus illa inde educta esse memoretur. Fortassis hæc ratio Iosephum mouit, ut illius domunculã nõ in muro, sed propè collocaret. Verùm ea res nõ habet, ut videatur, explicatam tam difficilè; ut sacra verba eius causa ad alienas interpretationes debeat detorqueri. Nõ enim vnuerfa per ambitum mœnia corruisse dicetur. & ut hoc demus; tamen ædes, quæ alienis muris hærent, non cõtinuò cum illis corruete esse necesse.

*Igitur Iosua filius Nun inclamauit sacerdotes, & ait, &c.*

I O S V A planè nihil dubitat, aut hæsitat: Neque Dei oracula; quamuis ab vrbis exptignatione, ut videbantur, absurda atque aliena; suis ratiocinationibus pertractat; aut de eis ita interpretatur, ut aliqua ratione melius ad promissum euentum ipsa accommodare velit, quam pro vi verborum accommodata esse videbantur. Sed quod apertè præ se ferebant, id credendum sibi, atque accuratè exsequendum esse statuit. Hanc ergò viri sanctissimi in adringenda fide diuinis effatis religionè, nos quoque imitemur. Nihil nostris rationibus, nostroque iudicio in illis metiamur: sed mente simplici acquiescamus in iis sensis, quæ nobis sanctorum Patrum auctoritas explicauit, Ecclesia approbavit, vetustas roborauit: Dei voluntate, consilio, potentia confidentes; eum quæcumque loquitur facilè etiam præstare posse; & omnino esse præstiturum; cum sit ipsa veritas.

*Dixit præterea ad populum, Pergite, & circuite, &c.*

E S T in quibusdam libris scriptum: dixerunt ad populũ; quasi Imperator vnã cum sacerdotibus ad se vocatis verba ista ad populũ faciat. Sed Chaldaus & Latinus numerũ singularem expresserunt. Quid autem LXXII, nõ satis certum est. Est enim istorum tractatio hoc loco nimis confusa. Non audiuius Deum cum præciperet aliquid de succinctorum, & claudentis agmen discreto ordine in pompa: quem ordinè modò ab Imperatore institui videmus. Et tamen ista ad verba Dei additamenta, cum eò spectent, ut illustrior augustiorque diuinus hic euadat triumphus; & maiore omnium animos religione afficiat, adeò non displicuisse Deo, ut etiam vehementer grata fuerint, ipse exitus docet. Quod propter nõ video, cur à multis tam petulanter rideri debeat omnis in templis Dei ritus atque apparatus, non disertè præscriptus à Deo, si quidem ad excitandã pietatem utilis sit. Incertum est, an populus vniterfus circuire urbem debuerit: an verò soli milites. Mihi vero similius esse videtur; debuisse quidè milites omnes ire circũurbem, suo quique ordine. Nam id vt fieret iubebat Deus versiculo secundo. at in reliqua plebe permissum cuiusuis voluntati fuisse, ut aut arcam subsequeretur, aut in castris maneret. De verbo רוע dictum satis est capite primo ad vers. xiv.

*Et fuit cum loqueretur Iosua ad populum, &c.*

M I R I F I C A profectò & sacerdotũ, & populi obedientia nobis ante oculos hinc ponitur, qui simul atque Imperator loqui incipit, se comparant ad parendum; itaque auidi capessunt iussa, ut simul & audire ea, & facere videatur. & qualia tandem iussa: certè que absurdissima videri poterant cordato cuique; præsertim ignoranti à quo auctore essent profecta; & quorsum spectarent. Nam tum demum videtur Iosua illis Dei consilium patefecisse, cum postrema instaret circuitio, ut dicemus ad versiculum decimum sextũ. Sed recens huiusmodi miraculum reddebat homines, ceteroqui refractarios, obsequentiores. Et simul ipsa præfens rerum necessitas in belli faciendi initio, tentare omnia suadebat. ne si primam urbem frustra circumfiderent diu; pereundum esset fame atque inopia rerum omnium.

*Et qui succinctus erat, ibat ante sacerdotes, &c.*

O P I N A N T V R quidã, succinctos dici Rubenitas, Gaditas, & tribũ dimidiã Manassitarũ, quos capite quarto memorauimus succinctos armis processisse. At קָּמָּץ, hoc est, eos qui agmè clauderent, arbitrantur fuisse Danitas. Sic enim ista tribus in Numeris appellata

Talmudicã vni & fudiles.

Cadente muro quid de domo Rahab factum.

Verbis Dei simpliciter credi debet.

Ritus etiam non præscripti à Deo, non debent continè damari.

Obedientiã sacerdotum & populi.

קָּמָּץ

Sup. ca. 1. v. 15

Sup. ca. 4. v. 12 & 13. Numer. 10.

Iata est; idque hoc loco expressit sua interpretatione Chaldaeus. Danitæ enim postrema, ut loquitur Virgilius, coercabant, & præcedentia signa veluti ante se cogebant; cum essent postrema acies: atque eos qui necessitate quapiam suos ordines reliquerant, excipiebant. Græci aptissimo vocabulo *δυναστευῶντες* dixerunt: hoc est, agmen extremum, & veluti exercitus caudam claudentes. Alij existimant, quotquot ex quavis tribu armis instructi ornatiq; essent, eos ante arcam incesse. Inermes verò, & qui è vulgo vnà circuire volebant, eos arcam esse secutos. Et hanc opinionem habuit, ut videtur, Latinus. atque etiam fortassis LXXII. Nam & hi verbum *αρχῆς*, conuertunt tandem, *δυναστευῶντες* hoc est; reliquum vulgus. Neque ego eam damnauerim; cum sit sacris verbis minimè dissentanea. Similius tamen vero mihi videtur; pulcherrimum illum à Deo institutum, atque per solitudinem obseruatum ordinem, hic denuò quadam tenus esse representatum. Itaque succinctos dici modò Iudæos, Ilaccharianos, & Zabulonitas: *αρχῆς* verò: hoc est, *δυναστευῶντες*, siue postremam aciem claudentes, Danitas. Sed explicabo paucis ordinem illum vniuersum, qualis fuerit. Igitur per desertum, tribus Iuda cum Issachariana & Zabulonia, acies prima erant, exercitumq; totum præcedebant. Deinceps sequebantur Leuitæ, qui Gersonitæ & Meraritæ vocabantur, cum tabernaculi apparatu omni secundum agmen constabat ex Rubenitis, Simeonitis & Gaditis: atque hos rursus subsequiebantur Leuitæ alij, quos Caharitas nominabant, cum ipsa arca. Pone arcam incedebat Ephraim cum Manasse & Benjamin. Denique vltimum agmen erat Danitarum cum Aserianis & Nephthalitis. Quatuor enim omnino signis militaribus dispertiebatur vniuersus exercitus, dirigebaturq;: quorū primum tribui Iudaicæ, vt antefignatæ, datum, habebat effigiē leonis, pro insigni. Alterū, quod Rubenitæ in secunda ferebant acie, hominis imaginem cum mādraqoris, hoc est, eo fructus genere, quod ad matrem attulisse memoratur Ruben in Genesi. Tertiū quod Ephraimitæ gestabant pone arcam, bouis simulachro erat insignitum. Quartum deniq; quod postremam dirigebat aciem, gestatum à Danitis, aquilæ figura agnoscebatur. Hæc ex Hebræorum adytis protuli; vt agnoscas adumbratam diuinitatis arcam Christum; quam quatuor Euangelistarū signa per vniuersum orbem terrarū deduxerunt. Sed istarum rerum accuratior tractatio non est huius loci. Porro illud, *Procedendo instandōq; buccinas*, id neq; ad præcedentes armatos, neq; ad postremos pertinet: sed ad solos septem sacerdotes. Est igitur, ac si sic dicatur, atq; inter procedendū canebatur buccinis: etenim Sacerdotum modò erat, non aliorū hominum, buccinis canere, quæ Dei vocem populo representabant; vt cum Iudæis sentit Theodoretus: & hanc sententiam planè expressit Chaldaeus, cum sic cōuerteret eam verborū complexionē: & sacerdotes procedebāt instando buccinas. Sed Latinus, Græcos, opinor, secutus, vulgo etiam cernua, vt videtur, permittit. Verūm id apertè refellit imperatum populo silentium. Sequitur enim:

*Edixit etiam Iosua populo, inquiens, Ne ululete; neque facite vi, &c.*

**SILERE** modis omnibus iubet populum. solius enim Dei vox audiri debebat. Nā ridiculum est, quod R. Leui F. Gersonis autumat; caueri oportuisse, ne oppidani vlulatu populi excitati, in mœnia subirent; saxiq; circueuntes hostes peterent. Quasi verò tātæ copię circum muros cotidie ire; & quidem cum septem buccinarū clangore perpetuò, clam ciuib; potuerint. Atqui ille à sacerdotibus excitatus clangor, quid sibi voluerit, si rectè existimetur; non fuerit obscura silentij populi ratio. Igitur cum ille, tamquam præsentis, opemq; ferentis Dei vocem representaret; consentaneum erat, vt silentio audiretur, neque ei obstreperetur. Quod autem ille clangor eam significationem dederit, sacris verbis sancita res est. Scriptum est enim in Numeris: Quando venturi estis in bellum, in terra vestra, aduersus hostes vestros, vbi clāxeritis tubis, erit memoria vestri corā Domino. & liberabimini ab hostibus vestris, &c. Ergò cum Deus veluti loqueretur, se memorē populi sui præsto adesse; frustra profecū locutus ille fuisset; si nō auscultasset populus: hoc est; si non audiendis tubarum, quas sacerdotes instabant, clangoribus, in memoriam rediisset illorum Dei promissorum; eaq; amplexatus certa fide fuisset. Nā qui contra loquentē mutuum voces mittit, nō potest ille loquentis sensa satis expēdere, atq; intelligere. Beatus, inquit diuinus vates, populus qui nouit clangorem: Domine in lumine vultus tui ambulabunt; in nomine tuo exultabunt solidos dies: & de tua iustitia sese iactabunt. Nam ornamentum fortitudinis ipsorū tu es: & benigno tuo fauore eriges cornu nostrum, &c. quasi dicat: Is populus beatus est, qui attentē vocē Dei apud suum animum pertractat. Neque obloquitur; sed in illa toto animo acquiescit; ad illius nutum

Ordo agminis pete dē terrā incedentis.

Vexilla quæ fuerint singulis agminibus.

Adumbratus Christus cum Euangelistis.

Theodoretus quaestioibus in Iosvā.

R. Leui Gersonis exagitatione.

Populus enī silet debentē & soli sacerdotes canere buccinis.

Numer. 10. v. 14.

Gen. 30. v. 14.

Numer. 10. v. 9.

Psal. 89. v. 16.

nutum & ductum se applicat; & promissis fidit: seq; iis sustentat. Isto igitur imperato silentio, captatur populi atq; religio: ne, dum vlulatu se ipse exagitat, nō possit animum ad sacras illius modi meditationes reuocare. vel, ne existimet etiam, nō solum Deum, arcana & caelesti efficacitate muros perrūpere; sed se quoq; suo strepitu & clamore ali-quod ad victoriam cōferre momentum. Et sanè, silere, in sacris literis, modè tam animi quietē, quæ in caelestium rerum cōtemplatione posita est, significare: dum mens videlicet rerum humanarum paruitatem cum diuina maiestate apud se comparans, in Dei gratia & bonitate acquiescit, certa afferri possunt testimonia. quale est illud Ieremiæ in nāniis: Bonum est silentio exspectare eam salutem quam Dominus afferat. Et illud Davidis: Dicite in corde vestro, in lecto vestro, & silete. Et rursus illud: Faciebam vt sileret anima mea. Sed non est opus plura adiungere.

Thre. 3. v. 26.

Psalm. 4. v. 5.

Psal. 131. v. 2.

33

*Circuivit igitur arca Domini urbem, eam cingendo vice vnā, &c.*

**VERBUM** *כי* positum est ea inflexione, quam Grammatici Hiphil nominant; quæ solet actionem transferre in alteram personam. Id propter David Kimhi existimat, hanc esse verborum sententiam; quòd Iosua curauerit à sacerdotibus circumferri arcam. Sed illa diuersarum inflexionum alia atq; alia vis à Grammaticis obseruata in verbis, nō est vsquequaq; cerra. Ego igitur sequendos putavi reliquos interpretes, Græcos, Latinum, Chaldaum. Illud porro, *Et intrarunt in castra, pernoctaruntq; in castris.* LXXII. & Symmachus, atq; istos imitatus Latinus, reddunt numeri singularis verbis, intrauit, pernoctauit. quasi de arca, nō de hominibus sit accipiendum. Sed nihil refert, cum certum sit arcam ab hominibus non esse relictam. Ceterum statuunt Hebræi, hanc primam circuitiōnem factam esse eo die, quē nos Dominicum; quia eò Dominus & seruator noster reuixit; illi primum Sabbati, appellant. murosq; vrbs ipso demum Sabbato corruisse. Neq; enim nefas esse, Sabbathum violare; quando eius id iussu fit, cuius voluntate idē dies quieti est dicatus: cum etiam sacerdotes in templo victimas immolent die Sabbatho. Hæc David Kimhi: quæ ferè ad verbum ille cōpilauit ex primo capite libri siue Mesichtæ, quæ de Sabbatho inscribitur in Talmude Ierosolymitano, planè cōsentanea iis, quæ Christus noster respondebat Pharisæis; cum eius discipulos norarent, quòd spicas die Sabbatho carpsissent, vt planè iudicari possit, eum ad illas Iudeorum deuterose, siue traditiones alluisse: quod sanè saepe etiam aliàs fecit.

Mat. 12. v. 2.

Mat. 23. v. 13.

Luc. 6. v. 1.

Sup. ca. 3. v. 1.

*Et surrexit Iosua mane. Susuleruntq; sacerdotes arcam, &c.*

**DE** Imperatoris vigilantia mirifica diximus supra. Porro secundi diei, & reliquorū deinceps, vsque ad septimum, apparatus rursus ab integro describitur. Nimirum vt dilucidè planeque constet, nihil totis sex diebus actum aliud esse, quàm inani illi, vt videbatur, pompa operam datam. quo vrbs euertendæ ratio videlicet, soli potentia caelesti, & occultæ Dei efficientiæ debeat adscribi; & posteritatis cogitationes ab aliis machinationibus quibusuis auertantur. De illa porro particula, *Procedendo instandōq; buccinas*, quid esset sentiendum, exposuimus supra.

*Cumq; esset dies septimus, surrexerunt, ob oriente crepusculo, &c.*

R. David Kimhi sic hunc versiculum interpretatur, vt putet eum dicere; circuitiōne illam, quæ septimo die cum prima luce fiebat, fuisse septimam; ceterum eo die nō hanc modò esse factam, sed septies circumitum esse. Et sunt ista certè ab ipsa re nō dissentanea. sed quod ego reddidi, magis consentaneum sacris verbis esse mihi visum est. Porro quando presens cæremonia septenario potissimum numero peragitur & celebratur: vt & multæ aliæ in sacra historia; sunt enim hic septem sacerdotes; vii. buccinæ; septē dies; & in iis septem circumitiones; deniq; in vno die septimo, circumitiones septem: nō fuerit fortassis alienum profus ab instituto, si in eius numeri mysterium paullisper inquiramus. Igitur hæc primū quidem apud omnes confessa res est, Deum orbis effectorem hunc numerum in septimo die, quo ipse à condendis rebus se abstinuit, veluti consecrasset. vt inde factum videri possit, quòd nusquam non iste numerus præ reliquis obseruetur in rebus plurimis. sed roget quispiam, Cum Deus minimè opus habuerit sex dierum spatio ad creandum hunc mundum; cur non vno die, aut nutu vno absoluit? Deinde, cur toties, tamque seuerè & capitis periculo homines feriari ab omni opera eo die iubet? Ad hæc; maius aliquod mysterium eius numeri sit oportet, qui apud profanos etiam scriptores magnam & singularem semper habuit venerationem, tamquam reliquis numeris excellentior: ad eò vt eum Cicero non dubitet rerum omnium nodum vocare. Et vetustissimus Poetarum

Silere, quid sit in sacris literis.

R. David Kimhi.

Sabbatum iussu Dei violare fas est.

R. David Kimhi.

Talmud. Ierosolymitanum.

Christus ad Iudæorum deuterosef. l. luit.

12 13 14.

R. David Kimhi.

De numero septenario.

Linus cecinerit, eum esse cunctarum reru originem. Sed superuacaneum sit, in tanta copia, plurium scriptorum predicationes septenarij afferre. Possit quidem facile, & ut ego censeo, non inepte, ad ista responderi, In Dei arcana non esse inquirendum: cuius aeterna voluntas & consilium certissima rerum omnium ratio est. Ad profanos vero Philosophos quod attinet, doctrinam diuinarum rerum omnem ad eos ex Mosis monumentis esse derivatam, qui septimi diei consecrationem primus celebravit. Id enim cum ab aliis, tum egregie a Theophilo, in iis libris quos ad Autolycum scripsit, est demonstratum & confectum. Nos tamen, quod cum bona eorum venia fiat, qui haec nostra fortassis legent, si tamen legent aliqui, conabimur quadamtenus tanti mysterij sacrum fontem persequi. Quod dum facimus, si probabile aliquid a nobis in medium proferetur, & quomodo erit lectoris nihil ultra a nobis requirere, in re quae explicatus habet difficillimos; si modò vltimos habet: atque existimare, & me, qui disseram, & se, qui iudicet, homines esse. Igitur hoc est ante omnia statuendum: Solum Deum, quia Deus est, vnum esse. Neque vnitatis ratione vlli rerum omnium quae ab illo sunt effectae, (est autem ab illo procreatum quicquid ipsius non est) attribui recte vereque posse: cum illius solius essentia, vna, simplex, immutabilis, atque in omni aeternitate sui similis, eademque existat. at res ceteras omnes quae vltimas sunt, siue illae sub videndi sensum, siue sub solam intelligentiam cadant, quodam modo compositas colligatasque, ex partibus esse: itaque, ex numero constare, non ex simplici vnitatem. Igitur cum haec vniuersitas rerum, atque pulcherrima, & modis omnibus absolutissima fabricatoris Dei machina, quae ab ornatu mundi nuncupamus; sex omnino diuersi generis discreta partibus; & rursus earundem partium inter se admirabili, & plane diuino consensu nexuque copulata constet; sic ut huc nihil addi, nihilque rursus adimi queat, quo illa perfectior euadat, quae ab optimo parente est perfectissime condita, consequens est, ut ipsa ista mundi integritas, quam habere ille debebat, ut esset Dei opus, & absoluta perfectio, senarium efficiat. Sunt autem vniuersitatis partes illae sex quas dixi, Caelestes spiritus corporatae materiae expertes, quos Angelos, ab officio, vocamus. Deinde ipsa rerum corporatarum elementa, inter quae caelestes etiam orbis recte numerantur. Post haec, ut iam ab vltimis ad id quod medium est omnium veniamus; illud corporum genus censetur, quod Iudaei סמיך nominant, compositum quidem ex illis quae elementa dicuntur, sed animae omnis, & vitae, expertis: qualia sunt, quae metalla dicimus, lapides, gemmae, alia infinita. Quarto loco numerentur ea quae alente quidem animae vi sunt praedita; sed ea tamen animatione non sunt informata, a qua possint animalia vocari: quippe cum sensu motuque careant. In hoc genere sunt arbores, herbae, cetera quae varia gignit humus alitque nullo se sensu mouentia, & a Graecis φυτὰ, a nostris autem quibusdam non omnino male, stirpes appellantur. deinceps locentur ea, quae animantia bruta vocamus. Denique in istarum rerum omnium quasi meditullio existat homo. Est enim homo illarum quas diximus partium omnium veluti nodus & vinculum. Quae ratio est, cur post illas omnes conderetur. Nam in homine architectus ille rerum Deus, animam quam rationalem vocamus, caelestis originis spiritum, & suapte natura, nulla corporata materiae informatum; sed simplicitate angelis parem; cum elementorum, metallorum, plantarum, animantium denique naturis ita admirabili temperamento καὶ δι' ἐγὼ γίγνηται, cum conderet, colligauit, ut ipsa se rerum vniuersitas in homine, concordia amicitia, & pulcherrimo consensu concentuque amplecteretur. Vnde merito ab illo ter maximo Mercurio, mundi miraculum, & mundus alter, homo est appellatus. Quae enim alioqui simplicitatem rerum cum corporatis caelestium cum terrenis esse potuisset necessitudo, aut communicatio? Atque hanc ego veluti integritatem vniuersi in homine, ut dixi, ab optimo parente simul & artifice Deo consociatam representatamque, existimauerim occulte & recte significatam esse iis verbis, quibus Moses facit vtem Deum, quando hominem creare parat: Faciamus hominem ad imaginem nostram. Nimirum sic Timaeus quoque. Locrensis apud Platonem, hunc maiorem, quem cernimus, mundum, Dei aeterni esse simulacrum ait. Nempe quia in illa simplicissima vnitatem, quae Deus est, modo non solum admirabili, sed etiam nullius mentis acie comprehensibili, ipsa rerum vniuersitas ab aeterno fuit, atque ex illa Idea, ut vocant, καὶ μέγας, & particulatim profluxit, effectaque est. Quare cum in hominis natura, ut diximus, σωτηριώδης vniuersae naturae integritas contemperata existat, merito ad Dei imaginem ipse conditus dicitur. Quae tamen imago rursus, vbi per peccatum ille a Dei voluntate discessit, vitata est. quod illa δι' ἐγὼ γίγνηται, & summus rerum omnium in hominis natura concentus, per peccatum perturbatus labefa-

Theophilus ad Autolycum.

Solus Deus vnum est & simplex.

Mundi integritas sex partibus discreta est.

Rerum genera prima, sex. Angeli. Elementa.

Metalla.

Stirpes.

Bruta. Homo.

Homo cur conditus postremo loco. Homo rerum omnes in sua natura continet.

Trifingulus. Homo cur mundi miraculum, & mundus alter.

Homo cur imago Dei dicitur a Mose.

Plato in Timaeo.

Gen. 1. v. 16.

Rom. 8.

labefactusque sit. Atque hinc fortassis illud est, quod diuus Paullus, ipsam reru conditarum naturam, hoc est τὸ ὑποκείμενον, ait vna cum homine subiectam esse vanitati: ac proinde sollicitudinem, & cum gemitu expectare, ut quando per hominis naturam, in qua ipsa quodammodo vniuersa erat, illud passa est; rursus simul cum homine liberetur a seruitute corruptionis; vindiceturque in libertate gloriae filiorum Dei: ad quam aditus nobis per Christum est patefactus. Qui cum esset ab omni aeternitate splendor gloriae, & expressa imago substantiae Dei; & ut sic dicam, primogenitus omnis creaturae; voluit, modo admirabilitatis maximae, cum homine confociari, qui ad Dei imaginem factus, vniuersam in se rerum naturam complexus tenebat; quo hanc simul cum illo quodam modo perturbatam atque violatam, ipse, cum esset imago Dei aeterna, & rerum omnium natura effector, repararet: ut ad pristinum statum atque concentum, per nostram resurrectionem rediret, cum foret placidissima illa harmonia, qua sese in homine ante peccatum complectebatur, non solum instaurata denuo, sed infinitis partibus melior atque concinnior effecta. Etenim post resurrectionem, futurus est homo longè perfectior Dei imago, quam tunc erat, cum nondum peccasset. Itaque vniuersa reru natura cum illo quadamtenus beatam consequetur immortalitatem. Cum igitur, ut propius ad rem accedamus; illa vnitatem simplicissimam Deus, in aeternitatis suae immensitate latens, tandem aliquando, pro sua summa probitate & gratia, sex illas dualitates, ut sic dicam, rerum procreasset, quae partibus omnibus absolutissimam istam mundi machinam constituerent; necessum erat, ut ea, quae sic effecta fuerant, quo subsisterent, ac non eodem momento temporis in nihil redirent, ad suam ipsorum originem referrentur, ut a qua continuo essent sustentanda. Itaque dum hunc dualitatum, hoc est, reru procreatarum senarium numeramus, ut ab ipsa prima & simplicissima vnitatem Deo, tanquam origine & fonte proficiscimur; sic rursus septimo loco ad eam ipsam reuertimur, atque in ea desinimus. Nam ut ab eius sinu, qua prima est, res omnes ortum habent, ita in eiusdem sinu, qua septima est, ut conseruetur, & veluti conquelescant, est necesse. Hoc igitur ipsum est septimae vnitatis mysterium, ut ego certe censeo: Sabbatum videlicet, & quies; qua Deus a condendis quidem rebus abstinet, & velut in suum illum aeternitatis, ut sic dicam, abyssum rediit, quasi ad quietem: sed ita, ut res iam tunc se conditas, nexu necessario sibi deuinctas, atque ab ipsius efficacitate continuo dependentes, secum ad quietem illam suam quodam modo abduceret: neque a se dimitteret. quippe quae diuinae eius virtutis sinu foueri continuo, sustentarique deberent. Id propter, efficacem hanc quietem ipse Dei filius, operam vocat, cum ait, Pater meus adhuc operatur, & ego operor. Hanc ergo quietem, quam reru vniuersitas semel condita, a conditoris efficientia continuo dependet, ne euanescat prorsus; qui non toto animo amplectitur, obseruat, colit, is ipsam diuinam prouidentiam re ipsa negat. Atque hoc est quod Hebraei philosophi Cabbalisticam tradunt: eum qui Sabbatum non colit, neque de conditi orbis ratione, neque de futura vita recte sentire: hoc est, funditus naturam ipsam, diuinamque vim, & prouidentiam tollere: ut merito talis Deus morte damnari apud Mosen. Ex his ergo perspicuum utcumque esse puto, cur septenarius reru omnium nodus sit a veteribus appellatus. Nisi enim eo nodo cuncta constricta retinerentur, in nihilum protinus abirent. Igitur ut concludamus rem omnem paucis; Nihil aliud videtur velle Deus, dum septenarium nobis vbiq; ante oculos statuit, quam perpetuo memini nostrae obuersari debere suam ipsius bonitatem & gratiam, qua, ut res omnes procreatae sunt, ita ut subsistant, fouentur: inquam illam omnia nostra consilia, molitiones, operas, & in summa, animi corporisque actiones omnes esse referendas. Sed tempus est ut ad Ierichuntē reuertamur. Nimis enim iam longè aberrauimus.

Isa. 5. v. 17.

Ex. 30. v. 14.

Mysterium vnitatis septimae.

Cabbalisticam Sabbatum colendum.

Septenarius cur reru omnium nodus.

Septenario quid significatum.

Factumque est septima vice ut cum sonarent sacerdotes, &c.

16

H v i v s versiculus sic explicanda sententia est. Cum septimo die circuitio septima adornaretur; quae omnium postrema erat futura; iamque sacerdotes buccinas inflare pararent, tunc Imperator mandasse populo, ut simul atque audirent buccinarum clangorem; sublati simul omnes vocibus vlularent. victoria enim in manu esse. Hunc enim sensum patefacit nobis versiculus vice simus. Non igitur singulari aliquo catu litui, aut cornu cuiuspiam datum populo signum est prorumpendi in vlulatum. sed iussit Imperator, ut cum primum audirent in postrema ista circuitioe consuetum clangorem, quem sacerdotes inflando buccinas excitabant, omnes pleno guttore, quantum possent, canerent victoriam, quam adhuc silentio expectarant. Ceterum ex illo verborum ambitu, Nam dedit Dominus vobis urbem, atque iis mandatis, quae nunc primum proximis versiculis exponuntur, bona coniectura capi posse videtur, Imperatorem adhuc spe quidem, sed incerta, circuduxisse populum circum urbem:

k

bem:

bem: neque ea quæ ipse à Principe illo exercitus Dei certissima acceperat, nisi nunc demum, per uulgasse. Quo ampliore prædicatione digna est omnium, vt dixi, obedientia, qui tam alacres illi morigerati sunt; cum vana potius somnia sua, quam quæ ad capiendam urbem utilia essent, videretur imperare. Sed de his satis multa supra.

Sit autem vrbs anathema, ipsa, & quidquid est in ea, &c.

17

Vox חרם, hoc loco significat rem Deo deuotam, & proinde à nullo homine vtendâ. alibi verò ipsam rerû perniciem: aut res execrabiles detestabilesq., & perniciem dignas; vt proximo versu. Sed eadē vna est istarum diuersarum notionum ratio. quòd quæ Deo dicata sunt, ea in nullius hominis bonis esse possint. planè ergò idem est חרם, Herem, apud Hebræos, quod ἀνάθεμα apud Græcos. plura de isto verbo diximus capite decimo. Doctores Heb. tractatione Sabbati, scripturæ reliquerunt, opinari quosdâ; Iosvam, suo pte sensu hanc duram sententiam aduersus Ierichuntios pronūtiasse; vel quia statueret, Sabbato, hoc est, facto die captam urbem, Deo esse consecrandam, & veluti immolâdam: vel quia existimaret, pari eâ casu esse debere, cum iis urbibus, de quibus lata lex à Mose est Deuteronomij capite decimo tertio. vel deniq. quòd putaret, legendi de primitiis sancitam in Numeris, etiam in capiendis urbibus, obseruandam esse. Hæc ferè à Kimbi quoque hoc loco proferuntur. Isque existimat, credibilius esse, Nihil Iosvam Dei iniussu hæc in re fecisse. Quod mihi etiam probatur; cum capite proximo Deus, hanc de urbis & ciuium anathemate legē, sibi apertè sumat, suumq.; eam fœdus vocet. Fuit quidem dudū antè instituta à Mose lex, & sancita; in captis Chananæorum urbibus, nulli prorsus esse parcendum: at verò de ipsa etiam vrbe perdenda atq. delenda, quod mandat Iosua, id singulare est: neq. ad alias Chananæorum vrbes exemplum pertinet. Sed enim crudeliora ista videntur, quàm pro diuina lenitate. Atqui cuius benignitate plenus est orbis terrarum, is idem amat iustitiam & iudicium; vt canit facer vates. Sola enim, & perpetua misericordia, disciplinam labefactaret, & ignauam pareret securitatem. Solius autem iustitiæ rigor & seueritas desperatione omnium animos afficeret. Iam supra quadringentos annos frustra distulerat Deus hæc Chananæorum supplicia, melioris vitæ expectatione; cum illi interea maiore indies contumacia aduersus illius patientissimam lenitatem decetare pergeret. Est enim illud peruulgatum, quod ad Abrahamum dicebat: Quia adhuc non est perfecta iniquitas Amorrhæorum. Sed erit de his disputandum sæpius. Neque verò ipsos Israelitas merito quis insimulauerit immanitatis: quippe qui in illis cædibus atq. incendiis patrands Dei iussa exsequuntur; & vt habet vulgare Hebr. prouerbium; molitam farinam molunt; cæcos leones occidunt; ardentibus urbibus flammâ subiciunt. Hoc est, iudicatam, atq. addictam exitio nationem perditum ipsi, vt diuinæ iustitiæ administrari, eunt. Ipsa igitur vrbs Deo deuouetur consecraturq.; quia, vt conspurcatum detestabili cultu, & omnium flagitiorum genere domicilium, funditus evertitur; & vt iniusta illi, dum superstes manebat, victima adoletur. Ciues verò itidem veluti mactantur Deo, ob sua ipsorum scelera, quibus iam omnem impietatis modum excesserant; longèque maioribus suis ipsi nequiores, progeniem daturæ erant vitiosorem. Denique etiam supellex omnis vnâ aboletur: ne in hoc belli initio, omnium rerum egestate auidus miles, immodicis factis manubiis; vt erat ciuitas opulentissima; se nimis oneret, atq. ad ortu deinde, luxumq.; quàm ad bellum procliuior fiat. Sed Leui Gersonis ait; Ne quibus olim Israelitæ potientur opibus in Chananæa, earum causam huius primæ urbis manubiis attribuere possint, tamquam in iis occulta quædam felicitatis vis fuerit: eoq. bene existiment de Ierichuntiorum religione, atque communi vita. Sed ista mihi causâ subtilius quæsitâ, quàm firmior esse videtur. Potest autem etiam illud dici: Ideò Deum vniuersam sibi prædam addicere, vt eò euidentius sit, ac propius omnes, ipso damno amissæ prædæ admoniti, intelligant, illius solius potentia, victoriam istam esse partam: nihilque suis viribus, suæque laudi assumptum arbitrentur. Addunt quidam etiam illud; detestabiliorem videri eorum religionem, quorum res omnes, vnâ cum ipsis, perditum ire iubet Deus. Sed quid facias vasis argenteis, aureis, æneis, ferreis, quæ adeò non detestatur ille, vt in suum ea thesaurum inferri iubeat? Et quæ causâ sit, cur non similiter aliarum ciuitatum opes perdantur; quarum superstitiones nihilo Ierichuntiorum ritibus meliores fuisse, est credibile? Hoc sanè vero non dissimile videri potest; hac tanta seueritate primæ animaduersionis terrorem incutere voluisse Deum reliquis hostibus, cum superesset bellum difficillimum. Et simul vel metu impendentis exitij eos à vita turpissima flagitiosissimaque ad pœnitentiam, & veri Dei cultum reuocare. Neque enim

Iosua cur Ierichuntios delendam prorsus edixit.

R. David Kimhi.

Obiectio.

Deus misericors simul & iustus, cur.

Israelite vindicatur à crudelitatis suspitione.

Prouerbia.

Vrbs cur perditâ.

Ciues cur caesi.

Supellex cur aboita.

R. Leui Gersonis.

Sup. ca. 1. v. 10. Tru. ca. 1. v. 1.

Nu. 15.

Psalm. 11. v. 5.

Gen. 15. v. 16.

enim etiam tum feram aut inutilem futuram fuisse pœnitentiam; quamuis completa esset omnium iniquitas, vt habet scriptura; satis magno argumento sunt exempla Rahabæ, & Gabaonitarum. Sed de hoc suus erit disputandi locus. Sequitur in texto, Dumtaxat Rahab meretrix salua sit, &c. Verbum חַיִּירָה, alij, viuere, ego saluum esse, interpretor libentius; quòd illam verborum complexionem Et quidquid cum ea est in domo; non de solis hominibus, sed etiam de supellectile conseruanda accipiendam esse videantur efficere ea, quæ versiculo xxii. dicuntur. Sed enim obseruandum est, Iosvam non iusiurandum illud, quo Rahab obstrictos tenebat exploratores; sed beneficentiam, qua ipsa aduersus populum Dei vsa fuerat, causam eius salutis asserre: nimirum quam etiam diui Apostoli Paulus & Iacobus. Fides enim illam ea seruabat, qua iustus uiuit; vt ait diuus Augustinus; hoc est, ea quæ per caritatem fructuosa est. Sed hoc satis tractauimus capite secundo, ad versiculum xi. Ceterum est ista Rahabæ & simul affinium, atq. cognatorum eius omnium conseruatio exemplum maximè insigne mirificæ benignitatis & clementiæ Dei erga humanum genus; qui vnus piæ mulierculæ gratia tam multis alijs parcat. Sic Paulo quoque donantur cclxxvi. vectores. Et pepercisset Dominus populosissima Sodomorum ciuitati, si decem in ea iustos inuenisset homines. Sed est huiusmodi exemplis plena historia sacra. Nam quod sæpè etiam boni cum malis inuolui calamitatibus videntur, sic existimandum est, cum diuo Cypriano; ex illiusmodi communibus cladibus, minimè confici, conditionis communitatem probis esse cum improbis. Nam dum iusti eo mortis genere vocantur ad refrigerationem; vt ait ille; iniusti eodem abripiuntur ad supplicium. Sed hoc argumentum sæpius se offerret. Neque proprie ad hunc locum pertinet.

Et tantum vos caute ab anathemate. Ne forte, &c.

18

IN hoc versiculo vocabulum anathema, non vnâ significationem habet. Primò enim, vt nuper; significat res Deo deuotas: mox in illis verbis, Et exponatis castra Israel anathemati, ipsam perniciem, quæ dira vota consequi solet. Verbum autem חַיִּירָה, anathematizetis, vt sic dicam, ex eadem formatû positione, hic significat, capere rem Deo dicatam, & sibi sumere: vt ea quæ subiicitur particula explicat. at versu xx, significat re deuotam abolere. Lxxii. interpretes autem, qui pro eo reddiderunt, ἐπισημασθησας, videntur paragrammatismo decepti pro חַיִּירָה legisse חַרְחָר, traiectis literis; & Daleth pro Resch posito. Nam ἐπισημασθησας, pro ἐπισημασθησας, hoc est, concupiscentes, dixerunt, opinor. Sic enim conuerterunt verbum חַרְחָר capite proximo. Porro in verbo עָרַר, Achar, quod contrurbare, reddidimus; est, ἔργον παρανομασίου, veluti præludium eius rei, quæ proximo capite narrabitur. עָרַר Achar, enim ei viro nomen erit, qui hanc legem violabit: quamuis idem etiam Achan vocetur.

Atqui omne argentum, & aurum, vasaq. aenea, & ferrea, &c.

19

PRO vasa aenea, dixerunt lxxii, omne æs. nimirum illi כֶּלִי, legerunt absque Iod, כֶּלִי. Pro illo in thesaurum Domini veniet, reddidit Chaldaus. In thesaurum domus sacrarij Domini inferentur. Etenim thesaurus Domini seruabatur in tabernaculo sacrarij, quod domus sacrarij vsq. eò vocatum est, dum ædes Deo à Solomone est exadificata. In Numeris scriptum est; aurum quod tribuni, & centuriones, de manubiis victoriæ memorabilis à Madianitis reportatæ, offerebant Deo; Mosen & Aharonem similiter in tabernaculum illud intulisse: vt esset monumentum Israelitis in conspectu Domini, quòd eorum animos reuocaret scilicet sæpè in memoriam præclarissimæ victoriæ, qua cæsis tot hostium millibus, neminem suorum desiderauerat. Quis ergò dubitet, quin hic quoq. eadem fuerit asseruandi ista metalla, eodem illo loco, causâ? Iudæi quidem plerique omnes; atque etiam Iosephus; & ex nostris, Theodoretus Cyri Episcopus, ad primitiarum caeremoniam pertinere rem vniuersam existimant: & sanè ei sententiæ congruere videtur, quod de spolijs urbis Hai nihil sibi sumit Deus: sed vniuersa militi permittit; quasi istis suis contentus primitiis. Atqui non par ratio est in vtraque victoria. Solus enim Deus hic pugnat: at illic etiâ milites. Sed ista explicabuntur capite octauo ad versiculum secundum. Porro sanctitatē, siue, rem sanctam, hic nominatam videmus, quâ antè חַרְחָר, deuotam. Res enim deuotæ, quas Græci ἀναθήματα, & ἀναθήματα nominant, tam ex sunt, quæ in locis sacris dicantur, quàm quæ adolentur, atque abolentur. Hebræi ipsas posterioribus temporibus vocauerunt קָרְבָּן Corban, & elisâ durioris soni litera, קָרְבָּן, Coban; eadē notatione scilicet, qua Græci ἀναθήματα dicunt. Est enim קָרְבָּן offerre. Vnde extat apud Doct. Heb. hæc iuradi, aut vouedi potius solennis formula קָרְבָּן כָּל מֵהָרְבָּן הַזֶּה לַיהוָה, hoc est,

Heb. 11. v. 31. Iacob. 1. v. 25.

Act. 17. Gen. 18. v. 32.

Cyprian. de Mortalit.

Deus vnus gratia parcat moules.

Iusti qui peccant cum iniustis.

Metalla cur in thesaurum Dei illata.

Theodoretus

Infr. cap. 7. v. 2.

Traditio Iudæarū à Christo dānata de vouendi formula.

hoc est, anathema, & res deuota esto, quidquid illud sit, quo ego tibi profim; aut quam tu utilitatem ex me capias. Quo voto cum quis apud aliquem usus est, quantavis ei necessitudine obligatum; atque adeo erga suum ipsius parentem, nefas esse statuunt Rabini, illum vlllo beneficii, aut officij genere huc iuuare. ne quod Deo deuouit videlicet, id humanis commodis seruiat. Atque hæc ipsa est illa traditio, quam citat damnatque Christus apud Matthæum, & Marcum; tamquam Moysi legi aduersantem; à nostris interpretibus, formula illius signaris, adhuc parum bene, vt mihi videtur, explicata, siue Græcis, siue Latinis. Nam in Syricis Euangelij dilucidior apparet sententia.

Locus Euangelij explicatus.

*Vlulabat itaq; populus, cum canerent buccinis, &c.*

**SEN**SVS est, In diei septimi septima circuitione, quæ omnium postrema fuit, cum primum sacerdotes buccinis canere inciperent, cœpit populus vlulare, & simul vrbs mœnia concidebant. Illud enim, *Nam simul atque audiuit populus vocem buccinae, vlulauit populus clamore ingenti*, est per parenthesin legendum, tamquam *ἐν ᾧ* atque explicatio superiorum verborum. LXXII non adnumerarunt hinc quidē verba Hebræa; sed sanè sententiam luculenter expresserunt. Laudabamus nuper populi obedientiam, cū imperio, vt videbatur, absurdo, & panè ridiculo, tam obtèperarent alacriter, vt vix vltima loquentis Imperatoris verba expectarent, quin iussa facere inciperent. Hic autem eiusdē prædicanda fides est, quæ ipsa muros prosternit, teste Apostolo. Nisi enim firma fide apud animum suum ille statuisset, Deum quod promiserat planè effecturum, haud quaquam profectò tam læta acclamatione, tamquam non sperans, atq; expectans, sed in manu victoriam habens, cecinisset triumphum, prius quam labentem murum vidisset. Nam & David vlulare quidem iubet vniuersum orbem terrarū; sed ob res iam tū prosperè gestas aduersus Ecclesiæ Dei hostes. Cū enim dixisset, *Vlulate Deo omnis terra, canite decus nominis eius*; mox subiicit, *Ite considerate opera Dei, qui rem terribilem patrauit contra filios Adæ*; voluerat quidē Deus, tantisper dum ipse veluti oppugnaret vrbes sacris sacerdotum vocibus, populū tacita meditatione fidē cū sancta spe apud animos suos exercere; at nunc eidem permittit, vt illius suæ meditationis fructus specimen edat. & verò ipsa etiam natura talē ferè sensum animis nostris indidit, vt interea dū rei magnæ cuiuspiam euentum expectamus, silentiū præstemus: verum simul atq; illam euadere iam putamus, tū diutius ora continere non possumus; sed in clamores & gesticulationes effundamur. R. Leui F. Gersonis de isto vlulatu populi, sic interpretatur. Visum est, inquit, Deo, vt miraculū hoc fieret cum ingente isto clamore, qui Israelitas è torporis sui somno excitaret, & ad inusitati operis Dei magnitudinē animo expendendam vocaret. Sed adiungit insuper id, quod ridiculū mihi certè videtur, vehementem istum vlulātū aliqua ex parte efficientem miraculi fuisse, atque adiuuasse ad deiicienda mœnia. Magna enim vox, inquit, magno impetu aerem impellit; ceterum vi occultæ & diuinæ, vt cuius præcipua fuerit efficientia, miraculum esse attribuendum. Nimirum existimat ille, Deum vbiq; in patrandis rebus illius modi inusitatis, vt mediis quodam modo ad eas efficiendas appositis, & commodis. Quod vt sæpe verū esse fatendū est, veluti cū Elizabeth iubet, vt Naaman leprosus se lauet in Iordane: cū cæci oculos curat Christus spūto cum terra misto illitos, ablutosq; deinde aquis Siloe; & in multis alijs exēplis; ita aliter illum miracula nulla facere vsq; adeo falsum est, vt mediis nonnumquā, non solū alienis, sed etiā repugnantibus naturæ rei efficiendæ vtatur, vt Elias, cū sacrificiū faceret, victimam simul, & ligna quæ cupiebat à cælesti igne vorari, largiter semel, iterum, tertium perfudit aqua. Et Elizabeth aquas, quæ sterilitate terram afficiebant, sale iniecto emendauit. sed hæc ex multis exempla sufficiunt.

Populi fides qua muricadunt.

R. Leui Gersonis.

Deus in miraculis non semper vitat mediis ad reuolubus.

Continentia militum Iſrae licet laudatur.

*Et perdidit quidquid erat in vrbe, à viro ad feminas, &c.*

**DICTVM** à nobis est, ad versiculum XVII, quidquid ferè ad hunc locū pertinere videatur. Sed non est profectò hinc silentio prætermittenda, militū continentia singularis; qui cū essent omnium rerū egeni, in tanta opum copia, quantam credibile est fuisse in vrbe omnium situ amœnissima, agriq; bonitate huberrima; vnico ab Imperatore verbulo iussi cū essent, non solū manus ab omnibus rebus abstinere, verum etiam alacriter omnia profus perditum ire potuerint; adeo vt ne in posterum quidem, per aliā occasionem, vllius ex illis lucri faciendi spes relinqueretur. Qua in re non solū temperant, sed fortis quoque animi specimen singulare ediderunt: addam etiam prudentis. Nam cū sapienter cogitarent, si contra Imperatoris sui, atque adeo Dei, iussa rem facerent, stabilem eam & diuturnam minimè esse posse, perdere quod ad manum erat susti-

Mat. 15. v. 6. Marc. 7. v. 11

Heb. 11. v. 30

Psal. 66. v. 1.

4. Reg. 5. v. 10. Iou. 9. v. 6.

3. Reg. 17. v. 34. 4. Reg. 2. v. 21

sustinuerunt; vt id sibi compararent, vnde solidæ illæ opes provenire solēt, quæ & durent, & cum felicitate etiam ad posteros transmitti possint: hoc est, veram probitatem. Et quamuis innata mortalibus habendi cupiditas, temeraria animorū dominatrix, variis ipsos affectionibus, vt credibile est; & quisq; de se coniecturā facere potest; oppugnaret; tamen passi non sunt, pecuniam; quæ ignaui quidem hominibus imperat, sed fortibus seruit; obstaculo sibi, ad præstandā Imperatori suo, quam debebāt, obedientiam, esse. nimirum statuentes illud Xenophontis esse verum, *μηδὲν εἶναι κερδαλώτερον τῷ ἀπέχεσθαι*, id est, nullum ipsa virtute melius esse ad lucra compendium. Verum enimvero, quando non soli illi, qui hostiliter facere aliquid potuerunt, sed etiam puerorum, feminarum, senū imbellis turba; atq; adeo infantes, qui per ætatem nondū peccarant, nullo discrimine iugulantur; talisq; vt videretur, crudelitas & immanitas, olim per Marcionitarum, & similis impietatis hominū ora, Dei probitatem & iustitiā traduxit; atq; vtinam non etiā hoc nostro sæculo per multorū impias cogitationes traducat; quando ora nunc magistratus auctoritas pœnæ metu nonnihil coarctet: non fuerit, opinor, alienū à proposito, eius argumenti explicatione æternam Dei iustitiā, pro vitili, hoc loco tueri: præsertim tūm proximo etiā capite similis querelæ causam daturi sint filij Achan, cū patre, qui solus peccauerat, exusti. Deberent quidē Dei iudicia, quæ numquā non sunt æquissima, modesto, & submissō animo ab omnibus mortalibus suspici: neq; ad multiplici caligine & errore perplexas nostras ratiocinationes exigi. Nam, vt ipse apud Iob, ait; *Qui cum omnipotente litigat, non eū erudit: neq; qui cum Deo argumētatur, ei respondere poterit.* Et proinde conditionis nostræ esset, cū Iob agnoscere, atq; fateri; omnem operū Dei rationem longè supra intelligentiæ nostræ vim & notionem esse positā. Id enim esset, vel ipso Deo teste, probè de Deo loqui, & bene de ipso existimare. Sed ea est ingrati animi nostri stultitia & vecordia, vt in arcana etiā illius consilia, quæ omnia ad generis humani salutem & cōmoda atq; utilitates spectare certissimū est, nihil nos pudeat inquirere. Et, quod est maximè indignū, atq; adeo profus impiū; ea etiam sæpè damnare; quando nostris rationibus non satis videntur seruire. Igitur vt ad rem veniamus: Equidem puto, apud omnes probæ opinionis homines in confesso esse; Deum à nemine pœnas immeritò sumere; nedū iniuste. Sed quemcumq; aut morte, aut ærumnis alijs plectit, penes eū noxiam esse aliquam tali pœna dignam. Si modò vnus Iesus Christus excipiatur; qui per mysteriū humillimo animo venerādum; nequaquam autem cum alijs rebus humanis contendendū; percussus est, propter nostra, nō sua scelera. Eum enim qui pœnas meritis non sit condemnare, ait Sapientia, alienū esse censet ὁ Deus à tua potentia. Iustitiæ enim caput est tua potestas. & quòd dominaris omnibus, hoc ipsum facit vt parcas omnibus. Quin hoc etiam non dubitans dixerim; Deum punire neminem, quin ea pœna, cū semper eius qui plectitur, tum sæpè etiam simul aliorum multorū vilitatibus conducatur. Nam sanè de morte ipsa, si quod res est, iudicare velimus, mortalium nemo queri potest, siue matura, siue imatura. cū quidquid oritur, ea conditione ortum habeat, vt interciderat rursus. Et vita ipsa gratuitū planè Dei donum sit; ac proinde quantulacumq; fuerit, magnæ pro ea gratiæ illi debeantur; nedū vt iure conqueri vllus possit, quocumq; tempore, quauē occasione, is qui gratis dedit, rursus repetat. Ad hoc, ego quidem certè eam semper habui, habeoq; de immensa Dei misericordia opinionē, vt putem ipsum, neminem donata semel vita orbare rursus, nisi tum, cū ei vt è viuis excedat, expedit maximè. Qui enim omnia nouit, id etiam nouit, qui cuiusque vitam exitus sint consecuturi. Sed ne hoc longius persequare; de iustis extat luculentum in Sapientiæ libro testimoniū; vnde argumentum de iniustis, à contrario, firmum rectè sumatur. Restant ceteræ calamitates, quibus humanum genus variis exercetur, vexaturq;. Spero autem tam iniquum esse in Deum neminem, vt flagitiosorum hominum querelis, si crucientur, aures æquas præbeat. Eorum autem qui hominū opinione probi sunt, quis quæso omnium tam viuit innocētè, vt in ipso nihil videat eius opifex Deus, quod non seuerissima quaque animaduersione castigacionēque dignum sit? vt taceam, quòd ea, quæ istis existimat vulgus mala accidere, plerumq; sunt salutaria aduersus vitia medicamenta: atque vtilia exercitia, per quæ illi formantur comparanturq; ad pietatis disciplinam. Nam, vt ait Sapientia; cū hominum opinione puniri videntur; spem habent immortalitatis plenam: & paululum castigati, magna beneficia accepturi sunt. Etenim quis non lucro deputer morbum, quo, ne nauem conscenderet, mox naufragio perituram, sit prohibitus? Aut quis matrem familias culpet, quæ carum vasculum smeg-

Xenoph. in Fin. lib. 7.

Iob 19. v. 35.

Iob 42. v. 3.

Iob 42. v. 7.

Sap. 12. v. 15.

22

23

Sap. 4. v. 7.

Sap. 3. 4.

Marcionitarum.

Dei iustitia in sumendo de hominibus supplicio vindicatur.

Dei iudicia æquissima.

Omnis pœna diuina salutaria. De morte nemo queri iure potest.



mate confpurcat, quo defricum emaculatumq; pulchrius niteat? Sed malè te habent puerorù in cunis, aut matrum vlnis vagientium miseria, quas sæpè perpetiuntur grauis-  
 simas prius, quàm possint è vita exire. Verùm illi, si sacro lauacro non sunt ab originis  
 humanæ comuni vitio expurgati, expedita responsio est. Tam enim est fœda res pec-  
 catum quodlibet, vt nullo satis digno supplicio expiari, pro Dei iustitia, queat. Sin autè  
 per sacram *ἀναγιγνωσκον* mundati sunt; tum eò dolores non facere illis Deum, vt puniat,  
 est existimandum; sed vt ea ratione, pro æterno suo consilio & misericordia, ipsos gloria  
 ampliore beet. Iam verò absurdissimum fuerit, eum laborem pœnæ, & non, cum diuo  
 Paulo, pulchri legitimiq; certaminis loco deputare, cui immèsa illa Dei liberalitas im-  
 mensa proposuit præmia. Sed instat vrgetque Carpocratianus aliquis, aut Valentinia-  
 nus, vel Marcionita, qui nimis libenter per execrabilem impietatem cù effectore & pa-  
 rente suo litigat: Deum de se ipsum prædicare, quòd visitet patrum peccata in filiis, ad  
 nepotes vsque, & pronepotes: siue in tertiam, & quartam generationè. vnde statim hoc  
 effici videtur, id scelus quod parentes impunè patrarunt, puniri in filiis, aut nepotibus,  
 hoc est, quas pœnas maleficiorum suorum quorundam effugerunt morte parentes, eas  
 pœnas expectari à nepotibus, & posteris. Ad hoc responder Theodoretus, acutus sanè  
 sacrarum literarù interpres, & probatissimus; Deum pro sua clementia & misericordia,  
 qua cupit omnes homines saluos euadere, grauiora supplicia minari, quàm sumere sole-  
 re. Itaque locutum esse, vt vel sic à flagitiis deterreret eos, qui filiorum suorù sunt aman-  
 tiores: Nuda ergò hîc spectare verba, esse irreligiosum; cùm Deus contraria lege statuerit;  
 Non debere mori filios pro parentibus, neque parentes pro filiis: sed suum cuique  
 peccatù exitij causam esse. Et rursus apud Ezechielem dixerit; Quæ est vestra ista pa-  
 rabola, cùm dicitis, Patres nostri ederunt vnam immaturam, &c. Paulò pòst verò, idem  
 auctor alia ratione; & vt ait, suo iudicio, veriore, nodum expedit: Sed ego, inquit, potius  
 opinor, eas minas, Dei erga homines amoris magnam significationem facere; cùm illam  
 habeant adiunctam clausulam: qui me odio habent. Est enim hoc perinde ac si dicat:  
 Sustineo me à plectendo peccantes patres; atq; à puniendo filios delinquètes. Si porrò  
 tamen etiam nepotes, atque pronepotes pergant maiorù suorum improbitatè imitari,  
 fumo tandem supplicii. Et hanc, inquit, sententiã res ipsa cõprobat. Quinta enim ge-  
 neratione memorantur Israhelitæ Egyptù reliquisse. Iam verò horù maiores, qui Egy-  
 ptiorum Deos coluerant, neque ipsi pœnas dederant; neque eorù patres, aut aui: sed isti  
 tandè, qui sunt quinta generatione egressi, cùm maiorum suorù vestigiis impietatis in-  
 sisterent, luerunt supplicium. quippe qui post tanta, quæ acceperant, beneficia; post tot  
 miracula, quæ conspexerãt, non se abstinuerunt ab auita improbitate. Porrò horù posterì,  
 cùm seruatorè Deum amarent, iis quæ maioribus suis promissa fuerant, ipsi sunt potiti.  
 Hæc ferè Theodoretus. quibus etiã illa sunt cõsentanea, quæ à plerisque Iudæis, qui eù  
 locù tractauerunt, scripta legi. Dicunt enim isti: differre Deum patris supplicii, si fortè  
 respiscat; aut probum filiù gignat. at si posteritas maiorù suorum vitia non declinaue-  
 rit; tum demù illum pœnas poscere, memorem eorù, quæ maiores continua serie patra-  
 runt maleficia. vnus tamen Nehmannus aliter sentit. arbitratur enim parentù idolo-  
 latriam, quam vocamus, luere filios; si etiã ipsi colant idola. At in ceteris peccatis vera  
 esse, quæ sunt ab Ezechiele dicta: similiter atque ciuiles leges minutæ maiestatis crimè,  
 non autè alia maleficia; vindicant in filiis. Ego verò, cùm animaduerto illud, visitare sce-  
 lera patrù in filiis, &c; inter alia magnæ Dei misericordiæ argumenta cõmemoratù esse  
 in Exodo, non possum facere, vt non vehementer probè posteriorem Theodoretì senten-  
 tiam. Sed cùm me non nihil offendat verbù, *קָרַב*, hoc est, vindicare; quippe quod non  
 satis rectè videtur ad dilatam procrastinatamq; vltionem posse extorqueri, vt existimat  
 illi, qui interpretantur, recordari. Quis enim illud Israh; In die illa visitabit Dominus  
 gladio suo rigido, & magno, firmoq; Leuiathan serpentem sinuosum &c: non sic ac-  
 cipiat, vt putet, illo die daturum pœnas serpentem; non autem memorem modò illius  
 futurù Deum? Cùm igitur illius verbi vis, quæ vindictæ, non autè memoriæ signifi-  
 cationem facit, refellere videatur, quod à Theodoro acutè, & præclare dictù est; equidè  
 putarim eius sententiã sic explicari posse: Deum vindicare patrum maleficia in filiis,  
 nepotibus, pronepotibus; quia magna sæpe flagitia in parètib; dissimulat, ad filios, ne-  
 potes, aut pronepotes vsque; de quibus in hac vita nullù poscit supplicii; nimirù expe-  
 ctans clementer, vt respiscant, atque se ipsi emendent. Verùm si iisdem sceleribus, & fi-  
 lij, & nepotes, ceterique posterì se quoque obstringere pergunt; tũ demum conuiere,  
 atque

Quomodo  
Deus visitet  
peccata patrù  
in filiis.

In horù sen-  
tentia.

R. Moses Ge-  
zundensius.

Visitare pec-  
cata patrù  
in filiis est mi-  
sericordiæ.

קָרַב quid.

2 Tim. 4. v. 7.

Exo. 20. v. 5.  
& 34. v. 7.  
Deut. 5. v. 9.

Theodoret.  
quest. 40. in  
Exod.

Deut. 24. v. 16

22  
Ezech. 18. v. 2

L. Quisquis 5.  
filij vero. C. ad  
Leg. Iul. Ma-  
ijf.

Exod. 34. v. 7.

Isaie 27. v. 1.

atq; expectare diutius ille nõ potest: sed quæ in maioribus impunita mãtere in hoc mũ-  
 do, ea filij, nepotes, aut pronepotes nõ impunè habent. Nam ex perpetua impunitate  
 atq; licètia, opinio facilè in omniù animis nasceretur; nulla Dei prouidètia regi mundũ:  
 qua opinione nulla possit esse ad quietã hominũ vitã pestilentior. Hinc ergò perspicuũ,  
 opinor, euadit, primò, ad diuinã pertinere misericordiã, quòd maiorù scelera patienter  
 sæpè ferat, vsq; ad tertiam, aut quartã generationè. Quòd autè tũc tandè posteros plectit,  
 id ad prouidètiã eius opinionè, planè in repub. necessariã spectare. Deindè posteros,  
 non ipsas parentibus debitas ob sua flagitia pœnas pendere. eas enim hi in altera vita ius-  
 tissimas daturi sunt; & eo grauiores, quo tardiores; sed sua delicta luere, quæ parentum  
 suorù delictis similia in se ipsi admiserunt. Etenim ita ferè est hominũ iudiciũ: vt si quis,  
 quod sui maiores impunè fecerunt, id dũ ipse quoq; facit, plectatur; ilico clamitet, in se  
 nõ tã quod ipse, quàm quod illi cõmiserunt, vindicari. Súma est: pœnas tandè dare filios,  
 aut alios posteros de maiorù suorù sceleribus, non quidè iis ipsi sceleribus, quorù noxia  
 penes maiores erat; sed similibus, si similia patrent, & maiorù vestigiis insistant. Et hac  
 ratione, nisi fallor, cùm Theodoretì sententiã sustinetur, tũ sua verbo, קָרַב, vis atq; signifi-  
 catio conseruatur. Sed enim ogganniunt etiamnũ cõtentiosi homines, eũ qui cæcitatũ  
 malo, apud Ioannem laborabat, neque suorù parentum, neq; sui peccati pœnas dedisse;  
 sed illo corporis vitio fuisse affectũ, vt operũ Dei in ipso specimen ederetur. Non ergò  
 dabat ille pœnas noxia quapiam sua dignas. quod axioma antè à nobis positũ est. Sed  
 facilis est responsio: Cæcitatè præsertim si ab ipso ortu insit homini, non tam pœnã dici  
 debere, quàm ad multa vitia declinanda vtile vmbraclũ, & latebram. Cæcus enim, et si  
 alba nigrãq; discernere nõ potest, at bona, mala, æqua, iniqua, honesta, turpia potest: idq;  
 adèd verum est, vt sapientes homines putauerint, impediri etiã animi acie, in qua sum-  
 mæ felicitatis posita est ratio, cùm in Deum intenditur; eam, inquã, impediri oculorum  
 aspectu; & Tiresiam cæcũ Homerus solum sapere apud inferos finxerit, cùm ceteræ òm-  
 nes animæ vmbraclũ modo vagarentur. Et verò quis puniri se à Deo possit iure queri, si  
 non perfectissimi hominis partes, atq; naturæ instrumenta omnia nasceas accepit, quã-  
 do quantulumcumq; id est quod accepit, gratuitũ planè hoc esse fateri debet? Sed vt re  
 propiũ attingamus: quæ est illa inscitia, existimare, Deum illis verbis, aut cæcũ, aut eius  
 parentes omnis peccati expertes facere, & puros, cùm ait, Neq; hic peccauit, neq; parè-  
 tes eius? Volebat ille discipulorum suorù intempestiuam curiositatè; qua de aliorũ ho-  
 minum peccatis inquirebant; cõuertere ad id quod agebatur: hoc est, vt ex re inaudita  
 omnibus sæculis, atq; inusitata intelligerent, tum ipsi, tũ ceteri homines, æternũ Dei filiũ  
 æquè pari cum patre potentia pollentem venisse in mundũ. Quamuis enim, vt dixi, ni-  
 hil vnquam aduersũ patiantur homines, de quo queri meritò possint; tamè ipsi ærum-  
 nis plerumque sic vtitur Deus, vt non tam peccatorum pœna sint, quàm vt vtilitatem  
 cùm ei qui illas sustinet, tum sæpè multis simul aliis, & interdum etiam reipub. afferant.  
 Sed iam reuertamur ad sacra verba: ne prolixiores quàm par sit, siamus.

Ioan. 9. v. 3.

o. l. i. K.

Prouidètiã  
Dei opinio, in  
repub. neces-  
saria est.

Obiectio alia.

Responsio.

Tiresias cæcus  
solum sapit a-  
pud inferos.

Explicatur Io-  
cus de cæco à  
natiuitate a-  
pud Ioannem

Dixerat autem Iosua duobus illis viris, qui speculati fuerant, &c.

VT OR præterito plusquam perfecto, vt Grammatici loquuntur. Non enim credi-  
 bile est, Iosua, capta iam vrbe, grassanteq; promiscua omniũ cæde; sed maturè, cùm alia  
 moneret, quæ versũ xvii sunt exposita, simul ista edixisse. Et rectè quidem duobus illis  
 speculatoribus, vt qui remotã, abditãq; in extremo quo opiam vrbis angulo pauperculè  
 mulieris domunculã soli facilè inuenire, atq; vel ex rubro filo, quo effugiũ illud suum  
 fenestram notatam meminerunt, internoscere possent. Sed nescio an non ipsi hanc sibi  
 prouinciã dari vltro postularint ab Imperatore; cùm ad suã fidem pertinere scirèt, ne sa-  
 cramentũ simul cum hospitij iure violarent. Certè Imperator integerrimus ipsis iusiu-  
 randum suum in memoriã reducit. Et si enim eo, quod priuatim dederant, Imperato-  
 rem, aut exercitũ non obligassent; tamen cùm ipsi saltem sacro nexu obstricti teneren-  
 tur, summa optimi Imperatoris religio, etiam de duorũ gregariorum militũ suorũ fide  
 sollicita fuit. Quòd si nostri sæculi ductores, atq; exercitũ Imperatores, huiuscemodi  
 exèpla sibi imitanda esse statuerent; profectò minus funesta bella gererentur; quæ nunc  
 ad omnem omniũ barbarorũ immanitatis speciè nihil sibi, non solum apud hostes, sed,  
 quod est indignissimum, apud socios, atq; amicos etiam, faciunt reliqui. Scribit quidem  
 Iosephus, illud speculatorũ iusurandũ pòst ab Imperatore, atq; Pontifice, reliquoq; se-  
 natu approbatũ sancitumq; fuisse: quàm verè, ipse viderit. mihi certè non sit verisimile:  
 quando Iosua ait, *Sicut illi iurastis*. Non autem dicit, iurauimus.

Ioseph. antiq.  
lib. 5.

Explicatur Io-  
cus de cæco à  
natiuitate a-  
pud Ioannem

Iosua solli-  
citus de fide  
duorũ militũ.

Nostri temp-  
ris bella cri-  
tissima.

Et ingressi fuerant pueri exploratores : eduxerantq; ipsam, &c.

R. Solomon.

R. David Kimbi.

מדרש רות

Anagoge.

Raab cur extra castra locetur.

R. David Kimbi.

Ritus facris opus erat, etia mulieribus, ut ascriberentur populo Dei. Castra Israelitarum cur opinione sancta.

Morbosi & impuri cur extra castra mittendi.

Veteris Ecclesie disciplina de lapsis.

Obisatio.

R. Solomon autumat, exploratores נערים pueros: aut, vt interpretatur Chaldaeus, adolefcentes aut iuuenes, hoc loco, vocari, quia opus fuerit iuuenili alacritate atque agilitate ad eripiendam praesente periculo mulierem in promiscua ciuitatis clade, & furore militari. At Kimhi ait, apud Hebraeos omnem ministrum vocari נער, similiter videlicet atque Latini puerum dicunt: exploratoresque illos aut Iosuae, aut alius viri magni famulos fuisse. Ego in re incertissima, accedere malo Solomoni, cuius coniectura melior videtur. Stipulata quide fuerat Rahab etiam sororibus suis salutem: & tamen earum nulla hic est mentio. Existimandum igitur est, eas fratrum nomine intelligi; aut ea, quae subiungitur, vniuersitatis clausula contineri, aut deniq; salutem voluptatibus suis posthabuisse. In vetustissimis Commentariis quae in historiam Ruth scripta, inscribuntur מדרש רות, proditum est, R. Simeonem F. Iohai dixisse, cum illam verborum complexione tractaret, *Omnes cognationes ipsius eduxerant*, Rahabam illa sua fide tantam esse consecutam apud Deum gratiam, vt etiam si ducentos homines cognatione sibi coniunctos illa habuisset, atque illi cum ducentis alienis profapiis affinitatem contractu iuissent, omnes illae familiae fuerint illius gratia futurae saluae. Et sane fuisse non parum multos eius gentiles, qui se salutis causa ad ipsam receperant, coniectura admodum probabilis sumi potest ex plurali numero nominis ממשפחות *cognationes*, sive profapias. Itaq; etiam hic luculentissime apparet typus imperij Iosuae illius nostri expressi, hoc est, Iesu Christi. cui cum se Rahab, hoc est, Ecclesia, vt ante diximus, submisisset; mox cateruatim ad eam confugerunt gentes vndiquaq; salutis causa: ante, ne duo quidem generi, hoc est, summa necessitudine deuincti homines, vt Loth socerum suum maximam auctoritatis virum, sequerentur, induci potuerant; sed illum vera praemonentem, ludibrio habuerat. Et Abrahamum suus parens trans flumen vt comitaretur, persuasus non fuerat. Ad Rahabam autem mulierculam multis nominibus contemptam, vt videbatur, & fortis infimae, atque despiciatissimae; cum primum salutis ipsa spem ostendit, omnes, qui quidem aliqua affinitatis necessitate eam attingunt, se conferunt promissimae. Porro quod castra extra castra cum suis collocatur; id ad religionem spectat; vt aiunt Hebraei. Et si enim illa iadudum Israelitarum fidem animo colebat; vt supra audiuimus; tamen solenni professione nomen adhuc non dederat. hoc porro vbi factum erit, habitabit inter Israelitas. Haece ferè Kimhi. Nemo certè Israelitarum nesciebat, alienigenas esse Rahab, cum suis cognationibus. an verò colere alienos Deos desiissent, & Mosis legè accepissent, id non erat peruulgatum: Ad hoc, opus erat non sola fide, sed etiam facris ritibus initiari, prius quam in numerum populi Dei quis referretur. Nam etsi mulieres non circumcidebatur, tamen certum est, aliis eas caeremoniis Deo, veluti dicari solere, cum nomina ipsis imponerentur. Castra autem sancta existimari volebat Deus; tamquam in quibus ipse mediis versaretur, cum in arca, quasi quodam pretorio habitaret. Afferebat enim opinio praesentiae illius religionem vniuerso vtilem populo; cum putaret se quisque perpetuò in diuinae Maiestatìs conspectu versari. Atq; huius opinionis gratia confirmandae augendaq; in populi animis, instituta potissimum sunt leges illae de fegregandis semouendisq; a castris, quicumque essent certis morbis affecti, certisq; polluti sordibus, quae in Numeris scriptae sunt. Id enim aperte ostendit quae subiicitur ratio. quoniam ipse Dominus in castris habitaret. Eodem etiam spectat illud, quod à Madianitarum caede reuertens miles, quamuis ipsius Dei iussu patrata, septem solidos dies manere extra castra debet, neque nisi interea bis expiatus, intrò admittitur. Non ergo mirum est, si iam homines recens ab impio deorum cultu venientes remouentur à castris. Accedit autem huc alia quoque ratio, cur isti aliquantisper à sacro coetu prohibendi essent. Nimirum ea re sua probae religioni dignitas conseruabatur; & contra superstitionis indignitas, aut turpitudine verius, declarabatur; cum alieni ab Israeliticis ritibus sacrisq; illi, tamquam profani, à castris, quasi sacro coetu arcerentur. Neque verò dubium est, quin id animos istorum non parum vserit; maioreque desiderio suscipiendi cultum veri Dei, puramque religionem incenderit. Similiter atque veteris Ecclesiae melior illa disciplina, lapsos, quos vocabant, admittebat quidem; verum neque citò, neque temerè; ad sui communicationem. de qua re plenae sunt diui Cypriani doctissimae epistolae. Sed dicces, turbam illam Aegyptiorum, quae Israelitas discedentes sequebatur, submorà à castris nò esse; in quibus tamè etiam tu suam Deus praesentia declarabat, die quide per colum-

Genes. 19. Gen. 11. v. ult.

Nom. 1. v. 1.

Nom. 11. v. 19 & 24.

Ex. 12. v. 15 & 11.

columnam nubis; nocte verò ignis. verum respondetur: Post conditam demum, & consecratam arcam, atq; designatam certam castrorum faciendorum rationem, voluisse Deum peculiariter in castris praesentem se existimari. Ideoq; prius de castrorum sanctitate nihil fuisse constitutum. Neque verò dubium est, quin Aegyptij illi comites, apud montem Sinæum, partim Hebrais facris per circumcisionem initiati sint, Deoq; nomen dederint: alij deinceps à castrorum communione profus exclusi; atq; in Aegyptum reiecti fuerint. Sed enim ex his dilucide quibus intelligere potest, quam maxime à nostrorum exercituum castris abhorret Deum; à quibus non solù profani non submouentur; manerent enim deserta & sola; sed probrosam etiam haberet, pietatem & religionem vel verbis, vel factis vllam praese ferre: ac non se omnis generis sceleribus magno studio contaminare. Sed quales rerum exitus consequantur, nemo pius non videt summò cum animi dolore. Verum de his nunc haecenus. plura alibi.

Itaq; Rahab meretricem & domum patris ipsius, & quidquid, &c.

VERBUM נר: rursus conuerti, conseruauit. Saepè enim non tam viuere, quam sanctum faluumq; esse, cum leniter inhaeretur, significat. Sed Kimhi hoc loco interpretatur, supereditare victum. putat enim ille id dici, quod etiam Iosephus est opinatus; Iosuaem donasse mulieri possessiones, & opes, quibus se suosq; aleret; atq; eodem accommodaretiam illud quod subiicitur, *Mansitq; in Israel ad hunc vsque diem*. Verum id profecto vi verbi, נר, confici non potest; vt multo etiam minus illud, quod Doct. Heb. somniasse verius, quam iudicasse videntur; Iosuaem duxisse Rahabam vxore. ad feminis enim propagationem pertinere hoc verbum; cum sit ab eo ductum nomen matris generis humani, נר Eua. Sed piger adscribere, quibus deinde excuserat rationibus violatam legem; qua interdictum fuit Israelitis Chananæorum affinitate. Porro quod Rahab memoratur *mansisse in Israele vsque ad hunc diem*, sic est accipiendum, meo certè iudicio. Quod Rahabae posteritas inter Israelitas, etiam tu, communi iure, atq; religione vivebat, quando ista historia, post aliquot aetates, ex quo tempore res gesta fuerat, conscribatur, siue ab Ezdra ex facris annalibus; siue alio quopiam; vt in praefatione dicebamus. At diuus Augustinus, suo more, explicat, quasi Rahab sic iure communicationis Israelitici donata sit, vt cum ipsa, tu eius posteritas eo in perpetuum vti possint: neq; ea donantiu liberalitas certò definita, circumscripitaq; tempore fuerit. Theodoretus cum Origene ἀναμνησις scite exponunt; de illo Paulist oleastro, qui olea ramis est insitus. Quod porro sequitur, *eo quod abscondisset nuntios, &c.* ante etiam dictum est. Sed sapius monere nos voluit Spiritus sanctus, eam fidem, quae per caritatem operosa est, salutis aeternae efficientem esse. Non sane tanti fuit, viros hospites non prodidisse. vulgare enim id officium; si per se aestimetur, videri potest; eorum salutem defendisse, quam ei crediderant. Verum illa cum apud animu suu statuisset; Israelitaru Deu in caelo terraq; solu regnare; neq; in maioru suoru diis quidquam esse praesidij, gratia, opis; ac proinde spe suam omnem in illo collocauisset; hoc sic affecto animo, pro viribus voluntate consiliumq; illius adiuuabat: Ea; quae potuit officia libenter faciebat, vel cum vitæ suae praesentissimo periculo. Sed de his plura capite secundo. nunc haecenus. Verum enimvero, moueri magna ratione quaestio potest hoc loco: Qui licuerit Israelitis, mulierè hanc Chananæam, cum suis, conseruare; aduersus apertissima, atq; explicatissima Dei iussa; & quidè saepe inculcata; quibus ille sanciuerat legè, ne cu Chananæis aut foedus inirent, aut vitæ eorù parcerent; sed internecone omnes deleret. Sed hanc quaestionem, quia in Gabaonitarum historia tractabimus; si vita suppetet; hoc solum nunc dicam; meo iudicio, legè illà hac aequitate moderandam; interpretandamq; esse; vt ad eos qui pacem petant, suasq; superstitiones cu pura religione mutare parati sint, nò pertineat. In hac enim opinione inducor, cu ipsis sacrae historiae exèplis, rebusq; gestis, tu illis etià verbis, quae capite vndecimo legemus: Nò erat vrbs quae pacem faceret cu filiis Israel, praeter Heuæos ciues Gabaonis. & insuper ipsa legis ratione, quae ab ipso Deo est allata; hac dico: Ne Chananæorù superstitionibus inficeretur populus Israeliticus. Neq; enim contagio ab illis metuenda est, qui sani profus facti sunt. Et hanc opinionem habent etiam Hebraei, quamuis rigidi scripturae interpretes; praesertim quando ipsorum gentiles aliis nationibus sunt praeposendi. Inter alios enim Nehmannus, tractans illa in Exodo verba, Non feries cum eis foedus, neq; cum diuis ipsorum; hoc inquit est; tantisper dum adhuc colunt suos deos, non fancias foedus cum ipsis. Verum si conditionem acceperint, non colendi amplius falsos deos; iam non fuerit nefas foedus cum ipsis inire. Sed plura capite nono, si volet Deus.

Soliditas

Deus à nostris castris abhorret.

מיר

R. David Kimbi.

Doct. Heb. somnium est. Iosua duxisse Rahab vxore.

Ioseph. antiq. lib. 5.

August. quest. in Ios.

Theodoretus quest. in Ios. Origen. in Ios. Rom. 1. v. 17.

Fides qualis tenet.

Ex. 23. & 34 Deut. 7. & 10 & alus locis.

Quaestio, quae licuerit Rahabam Chananæam conseruare

Lex de occidendis Chananæis quomodo interpretanda.

R. Mose; Gerundensis.

Impre-

דאשדא  
male precari,  
iusturandum  
est detestatio,  
& precatio.

*Imprecabatur autem Iosua eo tempore dicens: Maledictus, &c.*

QVOD est Hebraicè וַיְשַׁעֵב, interpretor, *imprecabatur*. animaduerti enim hoc verbum, quod alioqui iurifurandi habet notionem; vsurpari interdum pro imprecari cuiuspiam; sed adhibito Dei nomine: quæ re iuriiurando affine est. Etenim iurifurandum nihil aliud est, quam quædam precatio, qua nobis ipsi mala precamur, si fallamus. aut bona, si fidem seruemus. Sic in Numeris, Sacerdos precatur mulieri de adulterio accusatæ, vt ei innocenti innoxia sit præparata potio. at nocenti pestilens & exitialis. Neq. enim iniurando illic locus esse potest. Et sunt, qui illud Dauidis וַיְשַׁעֵב יְהוָה לִי, interpretatur, Qui laudabant me, illi dira mihi precabantur; & tamquam Deo iniuriam detestabantur. Porro illud, *Surget*, Latinus, Theodotionem, opinor, secutus, conuertit, Suscitabit: tamquam, סָרַק, per tertiam vocalem in secunda syllaba legerit; cum sit nunc in omnibus libris eo loco vocalis quinta. Est autem Hebraicè וַיִּשְׁרַעֵב, qui surget, pro, qui nascetur; aut qui olim futurus est. Pleonasmum autem illum, *Vrbem istam, ipsam Iericho*, quem LXXII, & Latinus, vt superuacaneum, non expresserunt, Doctores Hebr. in Synedrio, cap. vndecimo, sub extremum, ad hunc modum explicauerunt. Neque hanc ipsam urbem instaurat quispiam, alio ei imposito nomine; neque aliam urbem hoc nomine struat. Atque hanc Doctorum Hebr. sententiam Kimhi quoque laudat. Sed R. Moses Maymonius apud Iudæos scriptor insignis, putat Iosua hanc dira detestatione hoc potissimum egisse, vt æternum exstaret monumentum diuinæ potentiae & vindictæ; quod in muris, qui subter se defederant in terram, luculentissimè conseruabatur, tantisper, dum illi intacti manerent. Et sanè siue illi sic defederint, quod Doctores Hebr. somniasse videntur; vt antè dixi; siue collapsi fuerint; quàm diu locus non eruderabatur, sed ruinae indicia manebant, tam diu manebat & miraculi diuini memoria. Nam ceteroqui locum ipsum non fuisse per se execrandum & detestabilem, argumento satis magno est; quod, etsi pessimè ei cessit, qui diras istas, quæ per Iosua nunc obnuntiantur, neglexit; ipsa tamen semel instaurata vrbs, commodam deinceps habitationem hominibus præbuit; neque à sanctissimis viris & vatibus Elia, atq. Elizeo cuitata est. Immo Christus ipse virtutis suæ diuinæ miraculis eam cohonestauit. Quare Maymonij sententia mihi magis probatur, quàm eorum, qui statuunt, dira hac execratione notari insignem Ierichuntiorum, præ ceteris Chananæis, turpitudinè, & aduersus Deum impietatem: Similiter videlicet atq. Romani dira detestatione sanciebant, ne eueris Carthago impofterum ab vilo vniquam habitaretur, quæ suæ reipub. semper fuisset aduersissima atq. infestissima. vt memorat, post alios, Zonaras. Quod sequitur, *In primogenitum suum, &c.* hanc habet sententiã. Quisquis olim aggressus fuerit urbem istam instaurare, id ei in liberorum suorum omnium cedat exitium; sic vt operis auspiciam ipsi sit mors filij natu maximi: inter ædificandú verò intereant ceteri: neque extremam addat manum, nisi cum minimi natu filij pernicie. Nam vt fundamenta iaci prima solent ædificiorum, ita fores postremæ locari. Quàm dira autem tristisque res sit orbitas, quam imprecatur Iosua instauraturo subuersam à Deo urbem, rectè iudicari potest, atq. æstimari ex dulcissima illa, vt sic dicam, benedictione; qua Deus eos, qui se ritè colunt, bonorum liberorum numero veluti beat, apud diuinum vatem, & aliis locis. Quæ autem hoc loco LXXII de suo adscripserunt, sunt ea ex tertio libro Regum perita. vbi sic scriptum est. In diebus eius (de Rege Achab mentio est) extruxit Hiel ciuis Beth-el Ierichunta. In Abiram filium suum natu primum iecit fundamenta eius, & in Segub filium suum minimum locauit fores ipsius. secundum verbum Domini, quod locutus fuerat per Iosua filium Nun. Dei ergò operta hic proferebat Iosua: non autem ex sui animi affectione quapiam, aut perturbatione, malè precabatur vrbi, quam vastabat, & si id in sacra historia est silentio dissimulatum; vt sæpè alia, quæ suis locis notauimus. At enim quod in Regum historia nominetur Segub, quem LXXII. hoc in loco *Διασθηντα* vocant, ipsa nominis Segub notatio in causa est. Significat enim *Segub*, *Διασθηντα*. Sed cur isti *Osam* vocent, qui in Hebræo Hiel dicitur, nondum mihi satis liquet. Verùm hoc constat; multos in sacra historia binomines memorari.

R. David Kimhi.  
R. Moses Maymonius.  
Ierichuntaem  
cur detestatus  
sit Iosua.

Iean. Zonaras.

Orbitas res  
dira.

Chaldæus.

*Dominus porro erat cum Iosua: & fama ipsius erat, &c.*

HVC versiculum pluribus verbis explicauit Chaldæus in hanc ferè sententiam. Erat autem verbum Domini auxilio Iosua. Et erat fama ipsius multa; siue (vt habet meum exemplar manuscriptum Complutense) Et verbum ipsius multiplicabatur,

Nam. 5. v. 19.  
& 21.

Psal. 102. v. 9

Tr. 11. 11.  
סנהדרין  
cap. 11.

Psal. 118.  
3. Reg. 16. 7.  
34.

tit, auget sebatque per vniuersam terram. Est autem anceps omnino oratio, Deine fama, an Iosua, per omnem regionem, & hominum ora celebris fuerit. Ego tamè de Iosua fama accipiendum puto, quod dicitur. Nam Chananæorum, de quorum terra mectio est, vix vlli; qui erat ipsorum stupor, aut cordis durities, vt vocatur; ex eo nata, quòd per diutina sua flagitia, aditum efficaci gratiæ Dei in suos animos præclusissent; eorum, inquam, vix paucissimi permouebantur ad agnoscendam Dei potentiam. Sciens hoc loco prætereo, quæ Iudæi veteres in Berekhith rabba, siue magna Genesi fabulatur, de divulgata Abrahæ, Iosua, Dauidis, Mardochei denique fama, per signatâ illorum insignibus monetam. Sed quodnam fuerit illud Dei verbum, de quo Chaldæus; disputatum satis est à nobis supra. Vt autem paucis, & tamquam vno digito, attingā huius vniuersi loci anagogen, Arca, vt diximus, adumbrabat Iesum Christum, in quo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. Is cum ex Iordane ascendisset, in quo cum Ioanne Baptista steterat; cœpit mox Satanæ munitionibus circumdatum mundum atque occlusum, cum sua ipsius, tum suorum discipulorum circuitione, & sacerdotum tubis, quarum Isaia meminit, oppugnare, quod cum per septè dierum spatium facere non desistit: hoc est, toto isto tempore accepto, vt Paullus, cum Isaia vocat, & hisce diebus salutis, qui septenarij numeri vicissitudine vertuntur; muri illi corruunt. Et qui in domum Rahab confugerunt, ex qua pendet salutare illud contortum plagis, & doloribus, ac sanguine, quasi cocco tinctum signum, hoc est, in Catholicam Ecclesiam, quæ crucifixu Christum pro insigni habet, in eaque se continent, ij salui sunt. reliqui cum rebus suis omnibus malè perduntur. Si quid tamen in istorum bonis est, quod Dei thesauru, legitimum Dei cultum, puramque & probam religionem, ornet, id sic conseruari oportet, vt in Dei tabernaculum inferatur; & Ecclesiæ vtilitatibus seruiat. At si quis, quod vel abolitum, vt piaculare & impurum, vel in Dei thesaurum repositu oportuit, id sibi priuatim vsurpauerit; eoque se præ aliis in populo Dei superbè iactauerit, is à sacro cœtu lapidibus est obruendus, vt Achan. de qua re multis egit diuus Augustinus libro de doctrina Christiana; atque etiam alibi.

ca. 1. v. 5.

Mat. 3. v. 16.

Isa. 58. v. 1.

2. Cor. 6. v. 2.  
Ist. 49. v. 8.

Berekhith  
rabba.

Anagoge.

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM

IN IOSVAM CAPVT VII.

SVPERIORE capite posuit nobis ante oculos sacra historia admirabile exemplum vindicationis, qua Deus acerrimè in eos vindicat improbitatè, qui neque maximis eius ostentis deterrenur à maleficiis. neque diutina ipsius lenitate & patientia reuocantur ad poenitentiam scelerum suorum. Simulque luculenter ostendit, qualia, & quanta facinora, ille per immensam suâ patret potentia, in illorù gratiam, qui eius diuinis iussis alacri animo, & firma fide obsequuntur: atq. spe certa in ipsius benignitate recumbunt. Denique & illud perspiciue vidimus, ne in summis quidem periculis deesse Deo rationes conferuandis suos. Neque enim aliter Rahabam communi clade eximebat, atque Noam diluuiio, Ionam maris altissimo gurgite, Danielem lacu famelicorum leonum, ceteros aliis atque aliis discrimibus præsentissimis. Iam verò hoc capite, non minus memorabili exemplo animaduersionis seueræ, castigationisque, sed in recenti flagitio, nos rursus monet; quàm sit Deo iniuriam res peccatum: & quanta cura cum publicè ab omnibus, tum priuatim ab vnoquoque cauendum, ne illud admittatur. Sed ipsam aggrediamur narrationem.

*Commiserunt autem filij Israel peccatum contra anathema, &c.*

VERBUM מַעַל Maal, reddidit hoc loco Symmachus *απειρωσεν*, hoc est, cõtemtim negligere. quomodo etiã vsurpabitur capite xxii, & aliis sacrae paginæ locis. Neq. verò etiã hic absurda est ea verbi significatio: quamquã simplicior est sententiã, si laxiùs interpretetur, pro, maleficiu admittere. Anathema autè, hoc est, אַנְתְּמָה, de quo antè satis multa diximus, rectè accipiatur hoc loco, pro ipsa lege de Anathemate instituta; vel pro ipso sacrilegij facinore. Ceterum LXXII interpretes, vt esset sententia explicatior, addiderunt de suo, verbu, *επιπροσηγορευθη*, id est autè, furtim detraxerunt, sibiq. vsurparunt. Eosq. est imitatus, vt lubèter solet, Latinus. Porro Israelitæ hic dicuntur peccasse, *κατασπαράξαντες*, quo loquendi schemate sæpe vitur sacra narratio; præsertim quando de cœtu hominù, societate vitæ ita inter se coniunctori est mentio, vt tamquam corpus vnũ ex membris diuersis

מעל

Anathema.

κατασπαράξαντες  
scilicet in facinorosis.

diuersis coagmentatū esse videatur. Tunc enim, vt cōmunis vitæ conditionis, ita & virtutum & vitiorū, hoc est, actionū omnium societas omnibus cum singulis esse censetur. Itaq. Matthæus discipulos esse indignatos, ob profusum in caput Iesu vnguentum, memorat; quāuis eius culpæ vnū Iudā faciat reū Ioannes. Sed nihil opus est pluribus exemplis adductis; quando etiā vulgo sic loquimur. Quod porro sequitur; *Et excādit ira Domini in Israelitas*, id verò nō etiā per synecdochē dictū esse videtur. Dicit enim Phinees, cum ceteris allegatis, ad Rubenitas, Gaditas, & Manassenses; vt capite xxii. audiemus; Nōne Achan filius Zaræ cōmiserit maleficiū per sacrilegiū; atq. ad vniuersum cōtū Israeliticū spectauit ira? Atqui præter diuinam iustitiam esse dicas; cum vnus Achan peccarit, Deum irasci in cōmune omnibus. Exstat quidē de hoc loco sententia Adamātij; quæ est à Gratiano relata in decreta Pontificia, ad dist. xlv. Can. xvii. ea est; Vnius culpa prouocari iram Dei aduersus cōtū; quando qui peccant, nimis indulgenter habentur à magistratu; nec coercentur iusta seueritate. Nam & Apostolus hanc ob rem Corinthios acriter obiurgauit. Hanc sententiā equidem veram esse fateor, de iis flagitijs, quæ in populū peruulgata sunt. Nisi enim in illa grauius magistratus vindicet; atq. etiā conscientius pro se quisq. ea redarguat, omnes neglecti officij sunt rei: & sensim perniciēs illa in ciuium illapsa animos, corrūpit plurimos. Verūm cum Achani hoc peccatū, vt sacris est verbis testatū; clā omnibus patratū sit, nō video, cur debeat Deus vel magistratui, vel inficis socijs ob id succensere. Quare meo iudicio, in hac specie facti, & similibus, illa Dei siue ira, siue indignatio aduersus rempub. vt vocat sacra narratio, pro hominū existimatione loquens; si res ipsa iudicetur; nihil nisi mera misericordia est: qua ille vel per pariorē suam erga eam remp. liberalitatē, vel per priuatorū hominū, pro sua ipsorum aut salute, aut meritis; quæ illius diuino consilio sunt perspecta; animaduersiones castigatio- nesque cum publicæ rei damno eatenus coniunctas, quatenus ij, qui mutantur, antē fuere cōmuni rei vtilēs; disciplinam in eo populi corpore, vt sic dicam, sancit atq. acuit. Et omnino id efficere vult, vt non se solum quisq. curet: sed mutuū inter se omnes, tamquam vnus eiusdem corporis mēbra, sint cautione intenta solliciti: intelligatque quāquam sancto atq. indiuiduo inter se nexu & vinculo, sub vno capite Deo constructi teneantur: eoq. pro virili quisq. adlaboret; ne non solum sua, verūm neq. socij sui culpa sacrum illud caput offendatur; à quo soleat communis in omnia membra dolor deriuari. Quæ profectō non tam morosū & imperiosū domini ira, quā clementissimi patris benignissima cura est existimanda. ita enim hīc, dum non solum non vincunt, sed vincuntur, fuganturq. etiam Israelitæ ab hostibus, & nonnulli interimuntur; non quidem ob alienū, hoc est, Achani, peccatum; quamuis hanc vulgus opinionem habeat; sed arcano illo, quod dixi, iudicio Dei; vniuersi populi mentes magno metu percelluntur. Neque dubiū est, quin ilico pro se quisq. Deum precibus interpellauerit; vt eius suæ iræ; ira enim esse existimabatur; causam proderet: omnibusq. votis cupiuerit admissam culpam, pro virili, vel in sese ipse vindicare; Deumq. nō tam sibi priuatim, quā toti exercitui placare, atq. expiare. Certē Iosua Imperator, senatusq. reliquus publicē ipsi se sordidant. Tanta profectō omnium animos religio haud quaquā incessisset, si Deus eum vnū qui peccauerat, Achani, simpliciter multasset. Iam verò cum non solum in reū culpæ inquiritur, vindicaturq.; sed exercitus vniuersus iræ Dei opinionem concipit; sit vt propius intelligat omnes, quā detestabilis apud Deū res sit, peccatū in hominū cōtū. cum vnus solius culpa admissio maleficii, ille nuper nō placidus modò; sed aduersus totū exercitū multo benignissimus, & propugnator acerrimus, repente sit tantopere offensus, vt planē ad hostiles partes transiisse videatur. Et verò quantū etiā ista res sic acta sollicitudinis attulerit in cōmune omnibus, ne quem deinde paterentur priuatim delinquere; apertē proloquūtur ipsi per suos allegatos, capite xxii. Porro si, postquā constabat, flagitiū esse patratum ab Achane, magistratus deinde aut negligentior, aut indulgentior conuiuisset: neq. priuati quoq. homines culpæ cōscij, in arguendo monēdoq. noxio officij fecissent; tū demum ei sententiæ, quā Origenē dicere cōmemorauī, locus erat futurus. Quamquā ne sic quidē, illi, qui sceleris nullo modo fuissent affines, vllā Dei aduersus se irā experiri erant; maleq. perituri, etiam si exercitus vniuersus in hostium traditus fuisset potestatem. Nouit enim Deus, vt frugi agricola, trituratium boum pedibus protrita, aceriq. ac paleis exurendis permixta grana secernere, & aræ solo impressa euerrere, inque sua inferre granaria. Ceterū disciplinæ instaurandæ gratia, deterrendiq. vniuersē ab improbitate populi, tam rigida Deum subinde exercere iudicia, vt vnus aliquis

Mat. 16. 9. Iam. 12. 9. 4.

Infra cap. 23. v. 20.

1. Cor. 5. 9. 1.

Luc. 13. 31.

1. Per. 2. 7.

Num. 25. 14.

1. Reg. 2. 21.

reus aut duriores quā pro vulgato cognitoque eius facinore pœnas dare, aut eos qui alieni, vt putantur, à crimine sunt, in suam secum perniciē rapere videatur; apertē, mea quidem sententia, docuit seruator noster Christus Iesus, apud Lucam; cum diceret de Galilæis, quos immani crudelitate tractauerat Pilatus; Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccauerint; quia talia sunt perpeffi: minimē, dico vobis. Immo verò nisi respiceritis, omnes similiter peribitis. Et similia rursus de xviii. hominibus, quos iuris Siloe ruina opprefferat. Enimvero, quis tam bene sentiat de numquā satis ad veram pietatem permoto populo Israelitico, vt putet; in numerosissima illa hominum turba, non dicam plurimos, sed ne vnum quidem fuisse, qui non multo grauiorum flagitiorum reus coram Deo tunc erat, quā ceteri merebatur illud paucarum regularum furtum, quod Achan fecerat? Et tamen hunc, quasi solum maleficum, ad tribunal raptum, reum peragi videmus. eiq. vni culpam auerſi numinis imputari. Nimirum, vt supra diximus, ne prouidentia diuinæ existimatio amittatur ex hominum animis, atque opinione; & res mortalium omnes sursum deorsum misceantur, ostēdit se subinde clementissimus Deus iudicem actionum nostrarum omnium esse, exemplum statuens in vno quopiam, quō omnes intelligamus, nullum nos facinus aduersus ipsius mandata impunē commissuros; etiam si in ista vita non pendamus pœnas. Sed iam prolixiores, quā oportuit, fuimus. Nomen, אָחָן, Achan, non dubium est, quin à Verbo, אָכַר, Achar, quod conturbare significat, formatum sit, vnius literæ commutatione. Hoc enim etiam Paralipomena; in quibus Achar vocatur, sicut & à L x x i i. hoc loco, dilucidē ostendunt his verbis: וְכִי בָרַח אָכָר מִן הַבְּרִית וְעָרַב עִוְבָדִים יִשְׂרָאֵל אֶשְׁרָאֵל אֶשְׁרָאֵל אֶשְׁרָאֵל אֶשְׁרָאֵל, hoc est, Filij Carmi, Achar, conturbans Israelem; qui deliquit per sacrilegium. simul enim etiam nomen ipsum enodant. Ceterū parentum illius, vsque ad proauum, & inde ad ipsam tribum commemorata retrō series, spectat ad inquisitionis rationem, quæ post explicabitur: simulque sceleris infamiam auget, quasi eius turpitudine non in ipso auctore solo hæreat: sed quodam modo ad maiores quoque, atque adeo ad tribum ipsam vniuersam pertineat. Cū enim variis modis alijs prodere facinus potuerit Deus: tamen hunc præscribere voluit, quo ad vniuersam retrō prosapiam dedecoris pars traheretur. Non quod re ipsa maiores alio scelere obligati essent, nisi si fortassis indulgentius filium parentes, quā oportuit, educauere: sed vt ad communem infamiam maculam euitandam, communis excitaretur omnium sollicitudo. neque sibi recte conscientius quisque, proximi flagitia supinus negligeret, nedum foueret. Eadem est obseruata ratio in propagando turpissimi illius Zamri stupro, in Numeris. Sed alibi ad vniuersæ stirpis gloriam spectat similis maiorum commemoratio. veluti in celebrando artifice diuino Bezelece, Exod. xxxi. & xxxv. aliisque exemplis plurimis;

Ceterum Iosua mittebat viros ab Iericho ad Hai &c.

EODEM consilio videtur Iosua hosce exploratores præmississe ad Hai, quo duos illos in Ierichuntem missos fuisse diximus. non quod de promissis Dei diffideret. Quid enim absurdus, post recentissimū illud euersæ Ierichutis miraculū? Sed quia intelligeret, Deū, et si vel nobis dormientibus, facile quæ pollicitus est, præstare possit, operam tamen simul nostram, & voluntatem ad suum nutum ductumq. intentam, in plerisq. rebus requirere. Sed hæc satis multis sunt à nobis exposita capite secundo. Ceterū hīc credibile est, diuino insuper pulsū motum esse Iosua ad mittendos istos speculatores; vt ipsorū relatio leuioris cladis accipiendæ causa esset: ex qua deinde clade communis anithorum cōsternatio, & ex hac inquisitio, patefactioque commissi sacrilegij consequerentur. Vt enim ex diuinæ prouidentia arbitrio res ipsæ eueniunt, ita & rerum causas certo ordine serieque ex eodem fonte profluere, aptasque esse, est existimandum. Quantum autem fuerit loci spatium inter Ierichuntem & Hai, scriptum exstat in vetustis cōmentarijs in Exodum, quæ nominantur שמות רבה, Semoth-rabbah. Illic enim, ad caput x x i i i. hæc leguntur verba: Regio Chanaan appellatur terra desiderabilis: quia expetebatur ab omnibus Regibus. Nam inter Hai & Ierichuntem, tria dumtaxat sunt miliaria, & tamen vrbs vtraque suum habebat Regem, &c. Ei consentanea sunt, quæ nostri homines, qui loca illa perlustrarunt, scripsere: positam fuisse Hai tribus circiter leucis à fonte Elisai, versus Septemtrionem; in occidua parte montis, quem Quarantanam nunc vulgus nominat, à Christi ieiunio, quod eò loci dies quadraginta pertulit nostra causa. Fontem enim illū in agro Ierichuntio esse, certum est ex sacra historia. Et quod spatium à Gallis leuca vocatur, id ab Hebræis, מיל, Mil, sum pro à Latinis vocabulo, ac si miliarium dicas, appellatum est.

Prouidentia Dei opinio necessaria.

Achan אָחָן אָכַר

Cur fontis progenies tota commemoratur.

Exploratores cur emisit Iosua Deus nostram operam in plerisque rebus requirit.

Vt res, ita certæ causæ ex diuina prouidentia fluunt. Internallū inter Iericho, & Hai.

Hai vrbs vbi.

Quarantana mons. Fons Elisai.

Miliare Hebræorum.

Ira Dei aduersus cōtū ob vnus peccatum.

Boni in communi clade non sentiunt iram Dei. Deus disciplinæ sine mendæ causa acutus punit quædam interdum peccata.

est, continens circiter bis mille & quingentos passus, hoc est, quantum itineris homo pedes horæ spatio conficiat usitato progressu. quamquam est, ubi pro mille passibus positum hoc verbum ab Hebræis inuenias. Porro ab Hai ad Beth-el non longius ferè interuallum, quam leuæ fuit vnus. Ut autem ab Oriente auspiciū belli factum est; cum superato Iordane prima occurrisset Iericho, quæ resisteret: ita adhuc progressum est versus Occidentem. Beth-el enim ab Hai vergit ad Occidentem; sed ita ut parumper in Septentrionem declinet. Ierusalem verò, quæ à Beth-el abest XII. millib. pass. pro harum urbium situ, est ad Meridiem posita; atque etiam nonnihil ad Occidentem. Ceterum Beth-auen fueritne oppidulum, vel vicus, qui deserto vicino dederit nomen: an verò desertum ipsum, cuius deserti inuentio erit capite XVIII. incertum est. Appellata est quidem ipsa vrbs Beth-el insequentibus temporibus tetro illo nomine, à sacris vatibus, sed per antithesin; propter vitulum aureum Ieroboami, qui in historia Regum memoratur, accommodata vrbi appellatione vicini loci; postquam execrabili idolo contaminata esset, quæ antè sacro Iacobi viso, & posita ab eo statua fuisset religiosa. Beth-el enim, Dei domum; at Beth-auen, iniquitatis domum significat. Ceteroqui re ipsa alium fuisse locum Beth-el, alium Beth-auen, nemo iure potest dubitare, qui modò huius versiculi, quem tractamus, verba sacra intelligat. Sed de Beth-el, quæ olim Luza, à frequente arborum genete vocabatur; erit alius dicendi locus. Igitur ut ad Hai reuertar: ad historiam fidem pertinet tam accurata loci descriptio. Sitam autem fuisse Beth-el ab Hai versus Occidentem, proditum quoque est in Genesi. Fuit & altera cognominis Hai apud Ammonitas; cuius apud Ieremiam mentio est. Sed hæc nostra plerumque per excellentiam, חָיִי, Hahai, præposito articulo, appellatur, quod apud Nehemiam quoque obseruatum videre est. Nominat enim ille, חָיִי, Hai, sed Chaldeo sermone vtens. Chaldei enim, vt ait Elias Grammaticus, litera Aleph in fine collocata emphasin significat; planè vt Hebræi litera He posita in principio.

Beth-el.

Ierusalem.

Beth-auen.

Luza.

Chaldeorum  
emphasis.

Deus hominū  
imbecillitatis  
rationē habet.

Chaldeus.

Hostis num-  
quam cōtem-  
tendus.

pro  
לְפָנַי  
לְפָנַי

Sebarim.

Reuertebanturq; ad Iosvam: & dicebant ad ipsam: &c.

**OBSERVANDA** est hic singularis Dei erga suam Ecclesiam cura, & paterna benignitas, qui ea opinione speculatorum animos informauit, vt dum quieti suorum consulere cuperent (hoc enim illud, *ne fatiges*, patefacit) ea referrent, ex quibus id paruorum copiarum periculo cōsequeretur, quod profancienda militari disciplina, in maximo bello parato, erat necessarium: hoc est, expiaretur memorabili exemplo sacrilegium aduersus Dei & Imperatoris iussa admittum. Magnæ enim copiarum, sine omnium extrema desperatione, in discrimen illiusmodi non potuissent adduci. Nam quod tria virorum millia ab vnus vrbs integro præsidio fugantur, si tantopere omnium animos conturbat, quid futurum erat, si vniuersus exercitus in expeditionem productus, terga hosti ostendisset? Sed fidelis Deus, vt ait Paullus, qui non sinit suos tentari, supra quam ferre possint. Percutere vrbes, pro expugnare, frequens est loquendi modus in sacra historia. Rectè ergo LXXII. reddiderunt, *ἐπιπολοῦσι εἰς τὸ σπιν*. Illud, *Ne fatiges*, spectat, vt videtur, accliuatè montis. Erat enim Hai in monte: Iericho in plano, vt dixi. Sed LXXII. fatigationem, quæ in Hebræo est, non expresserunt. Latinus ad molestiam, quæ in pugnando est, accommodasse videtur. Chaldeus ad tumultum, strepitumque, & fremitum retulit, qui excitari solet in maximarum copiarum expeditione. conuertit enim Chaldeus: Ne facias illuc tumultuari omnem populum. Sed Aquilas, & Symmachus à me stant.

Ascenderunt igitur de populo illuc tria circiter virorum millia, &c.

**PRVDENTISSIMVS** Imperator, de duobus numeris propositis, maiorem eligit; nimirum hostem minimè contemnendum existimans, quæ res maxima sæpe in bellis dat damna. Fuisse autè singularis fortitudinis viros ad hanc expeditionem delectos, cum vocabulum חָיִי, argumento est, cum Iosèphus prodidit. Nam nisi fortes viri fuissent fugati, facile culpa omnis in ipsorum ignauiam collata fuisset, neque animaduersa Dei offensio; quod opus erat. Pro illo, *ante viros Hai*, haud absurdè posset id reddi, quod LXXII. dixerunt, à facie virorum Hai, quasi litera Lamed, posita sit pro Mem. aut vt Mem suggeratur, tamquam præteritum. לְפָנַי, enim, pro לְפָנַי, etiam proximo versiculo dicetur. Nam verosimile est, ne conspectum quidem hostium vrbe erumpentium sustinuisse Israelitas, nedum congressum. quando non in pugna eorum quisquam, sed in fuga aliquot casii sunt.

Cædebantq; viri Hai illorum circiter triginta sex: &c.

**EX** situ vtriusque vrbs; quem exposuimus; conficitur decliuè fuisse, & pronam viam ab Hai versus Ierichuntè, quò refugieb at Israelita. eoque, fuere etià iniuriæ opportuniore. Ceterum Sebarim, siue Sabarim, locus inter Hai & Ierichuntem medius, nomè accepisse videtur

Hof. 1. & 10.  
3. Reg. 11.

Gen. 11. 8.

Ierem. 49. 3.

Nehem. 11. 34.

1. Cor. 10. 13.

Iosèph. antiq. 4. 8

videtur à fractis istis Israëlitis. Nam, שִׁבְבֵר, Sibber, frangere atque atterere est. Chaldeus tamen, & LXXII. non vt proprium loci nomen, sed tanquam appellatiuum sit, ita interpretati sunt: nisi fortassis legere illi, עַר הַשְּׁבִירִים. Hoc enim est id quod illi dixerunt, donec fregerunt siue contriuerunt ipsos. Dixi proximo versiculo, לְפָנַי, pro, לְפָנַי, vsurpari interdum. Rectè ergo, ab ante portam, diximus, cum Kimhi, hoc est, cum ad portam vsque oppugnandæ vrbs causa, progressi fuissent Israelita; ilicò ab erumpentibus oppidanis fugati sunt vsque ad Sebarim. Neq; enim longius ab oppido suo ducere isti, hostemq; persequi sunt ausi; quamuis mirificam animis audaciâ concepissent: contra verò fugientes Israelite pauorem. Sed vide obsecro, vt iis quos Deus amat, omnia feliciter: quos odit, infeliciter eueniant. Pulchra hæc, vt videtur, victoria Haiensium, & gestiens lætitia, breui ipsi exitium creabit. Israelitis verò sua fuga dabit præclaram victoriam. Quapropter non est, quòd mali in prosperis rebus, aut boni in aduersis, vel gaudio vehementius efferatur, vel dolore nimio concidant. Sed discant illi, suæ sibi aduersus Deum impietatis conscij, metu infecutura calamitatis præsentem lætitiâ refrænare, quòdque sibi forte obuenerit boni, id in occasionem pietatis vertere: hi verò in Dei, vt benignissimi Patris salutari consilio acquiescere, atque cum D. Paulo existimare, momentaneam, leuemq; huius vitæ calamitatem æterna olim gloria pensatum iri. atque etiam eas quæ vulgò existimantur tribulationes, sæpe ad magnam felicitatem, in hac quoque vita, cōducere; sic moderante res humanas diuino suo consilio numine. Neque enim bonus parens virgis filium cædit, vt cruciet dolore, sed vt repressis malis in eo cupiditatibus, meliore ac tranquilliore vita ipsum ornet, & beet. Quæ de liquefacto, & in aquam mutato populi animo memorantur, per hyperbolam translata sunt: significantq; vehementem animorum consternationem: Vt enim animus, dum fiducia nititur, firmus & constans dicitur; ita de ea deiectus, mollis, liquidus, & veluti huc illuc fluctuans videtur. Sed quæ tantæ, dices, fuit perturbationis iusta causa? Neque enim mirum videri debebat, à numerofo firmissimòq; vrbs vnus præsidio; quale est credibile contractum, comparatumq; fuisse aduersus exultantè vicini oppidi nupera euersione exercitum; non erat, inquam, mirum profligatos esse ter mille viros; atque etiam locis iniquis pauculos cæsos. Esset quidem trepidatio ista tanta maximæ ignauitæ certissimum argumentum; si in suis viribus spem victoriæ collocatam habuissent Israelita; verum quando solius Dei potentia & ope niti debuerunt; mirandū non est, si tantum non desperent; cum ille ab hostibus iam stare videatur: Sed hæc in versiculis proximis dicentur explicatius.

Igitur Iosua scindebat indumenta sua &c.

**SENE S**, siue seniores, ipse est senatus, hoc est, ij quorum consilio plurimum vtebatur Imperator in rebus omnibus, quique prudentia dignitateq; antecederant vulgaris, potius quam ætate. Ceterum vestes dilacerare, caremonia est vetus, qua prisca homines animum suum dolore lacerari testificabantur. siue dolor ille ex luctu quopiam esset natus. vt Genesis xxxv i i. & xl i v. Item Leuitic. xx i. Iob i i. alibi. Siue ex rei alterius indignitate atque atrocitate. veluti si quis impiè & contumeliosè aduersus Deum vel loqui, vel facere esset visus. vt Numer. x i v. Matthæi x x v i r. Act. x i v. &c. Igitur hoc loco dolor maximus notatur, què concepere animis illi potissimum, qui rem, qualis quantaq; accidisset, melius quam ceteri existimare potuerunt; cum intelligerent, in quas se angustias diuini auxilij spe, atque promissorum fiducia contulissent; & quàm parū illa quæ euenerant modò, his consentanea essent. Nā, vt omitamus oracula vetera, quæ plurima inter ipsos celebrabantur; qui potest non vanum videri illud? Non consistet quisquam aduersus te. Et rursus illud: Omnè locū quem calcabit planta pedis vestri, eum vobis dedi. Tum illud, Per hoc cognoscetis, quòd viuat Deus fortis in medio vestri, & propius expulsurus sit è conspectu vestro Chanaanæos, &c. Verum enim uerò, quòd ex ipsa narratione apparet; haudquaquam de Deo tam impiè illi quidem cogitabant, vt ludificationem eum sua promissa putarent: sed cum piè prudenterq; ex re nata colligerent, suis ipsorum peccatis offensum illū opem suā denegasse, sine qua nullos se esse sciebāt, magna sanè ratione perturbatissimis & de rerū summa sollicitissimis fuere animis. Verū illis tantis sollicitudinū aculeis opponebant, quantum potuere, spem salutari; quā in Dei placabilitate, atq; clementia posita retinebant. Eò enim spectat, quòd corā sacrario Dei procumbunt; ubi præsentissimū ipsius numen, sæpe aliàs, in rebus dubiis & afflictis exoratum esse meminerunt: quòd se humi abiiciunt seriò, ad vesperā vsque, hoc est, totū diem à cibo potuq; abstinentes. Ieiunium enim ea verborū clausula significari, manifestum est ex simili

שִׁבְבֵר

R. David Kimhi.

Bonis omnia cadunt in bonum, malis in malum. Neque in bonis neque in malis permoueri nihil oportet.

Paternæ castigationes sunt salutares.

Causa tantæ perturbationis in animo istæ litarum.

Seniores, qui.

Vestitū scissio.

Ad vesperam quid.

ratione lugendi, qua Dauid Saulli & Ionathæ funus fecisse memoratur in Regum historia. denique quod puluere capita sua sordidant. Sunt enim isti gestus hominum humiliter, & demissè precantium Deum; non ignauè, atque effeminatè suam deplorantium calamitatem. vt vel ex Nineuitarum exemplo constat. In spississima igitur illa perturbationis caligine, fidei lumen adhuc sublucebat; quo ducebatur illi ad Deum, cum animo fracto, atque contrito; qualem is non solet auersari, teste vate diuino. Nimirum clementissimus Deus perturbat quidem subinde variis tentationibus suorum mentes: sed ita, vt dum altera manu veluti oppugnat, simul altera ipsos tutetur atque sustentet: ne, etiam si cadant, prorsus animos despondeant. Est autem caput puluere inspergere, gestus hominis humiliter de se sentientis; sicut sentiebat Abraham, cum diceret ad Deum: **Quia puluis sum, & cinis.** Eodem pertinet, humi procumbere. Vtramque autem cæremomiam credibile est ex illis Dei ad Adamum verbis natam esse: Puluis es, & in puluere reuerteris. E sacra porò historia propagatam esse ad gentes; sicut plurimas hæc alias ab Hebræis acceperunt. Nam Achillem quoque virum fortissimum, audita morte Patrocli sui, memorat Homerus & puluere caput cœdauisse: & distetum in puluere ipsum iacuisse, his verbis:

Αμφοτέρησι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόμην αἰθυλοόσσαν,  
 Χόδατο κεκαφαλῆς χείρην δ' ἠόχμυε ἀρόσσωπον.  
 Νευτὲρὸν δὲ χερσὶν μέλαιν' ἀμφίζωνε τέφρην.  
 Αὐτὸς δ' ἐν κοίτησι μέγας μεγαλὼς ἱταυυδεις  
 Κεῖτο. &c.

Dicebatq; Iosua: Eheu Domine Iehoua; cur traducendo &c.

**Q**UOD conuerti, Eheu, est Hebraicè, עָהוּ, dolentis, & deprecatis Interiectio. Aquilas volens representare vocem Hebræam, reddidit, אֵ אֵ. L x x i i. eius loco posuere verbum, δόμοι; hoc est, obsecro. Chaldæus explicatius dixit, Suscipe precem meam. Compellat autem Iosua Deum duplici nomine, dum, vt Imperator, pro omnibus verba facit. Alterum est, אֲדֹנָי, Adonai; alterum, יְיָ: illud ad dominationem pertinet; hoc Dei essentiam, vt alibi dixi, intuetur. Solent autem duo ista nomina sæpius in vehementioribus precationibus isto modo coniungi à viris sanctis in sacra historia. quod eodem illi Spiritu afflato fecere, vt ego certe existimo, quo sacrosancta Ecclesia Deum Patrem omnia orat per Filium. Nam cum nomen, Adonai, vt dixi, dominationem intueatur, planè Filio congruit, eumque nobis representat, per quem Deus Pater, vt fecit mundum, sic mundum moderatur. Idque adfentiuntur nobis etiam, verbis saltem, diuiniore Hebræorum Philosophi, quos Cabbalistas vocant; cum tradunt, illud nomen, Adonai, esse tanquam clauem, qua patefit aditus ad Deum Iehouam: hoc est, ad Deum in sua essentia, veluti latentem: esse thesaurum, in quo ea, quæ ab Iehoua nobis impartuntur, omnia sunt recondita. Esse insuper œconomon illum magnum, qui res omnes dispensat, nutrit, vegetat, per Iehouam. Denique neminem ad Iehouam penetrare posse, nisi per Adonai. Neque enim vllam aut viam, aut rationem ad illum perueniendi aliam esse prorsus, atque ideò Ecclesiam preces suas sacras sic auspicari: *Adonai*, hoc est, Domine labia mea aperias: & os meum annuntiabit laudem tuam. Hæc enim, & his similia alia, scripta exstant in eo libro, cui titulum illi fecere, Portam lucis: & in libro quem vocant, שַׁם הַמְּפֹרֶשׁ, id est, Nomen explicatum. Sed hæc hæctenus. Porò ista Iosua oratio, apparet quidem, fronte prima, iurgantis cum Deo hominis, neque dissimilis querelæ illi, qua Israëlites, cum suo maximo malo, Deum irritabant in Numeris, audita speculatorum relatione. verum tamen si propius penitusque omnia spectes, dissimillima est. Nam de fide promissorum, deque potentia Dei, atque adeò de misericordia ipsius minimè desperans Iosua, cum suis, ad illius se tanquam pedes abiicit; præsentium malorum consolationem aliquam expectans: cum illi non ad Deum supplices confugiant, sed Dei administratos sacros, Moysen & Aharonem, proteruè accusent; neque ab ipso Deo consilium expectent; aut accipere parati sint: sed ipsi inter se consilium capiant, atque ineant, relicto Deo ad Ægyptios, hoc est, turpissimorum deorum cultores, & alioqui sibi insensos hostes, cæco furore fugiendi. nimirum existimantes vana esse Dei sui omnia promissa; cum minimè posset ipsi subiugare tam potentes nationes. Igitur quæ ait Iosua, *Et traderes nos in manus Amorrhæi? ut curares nos perdendos?* haudquaquam existimandum est, ex illiusmodi mente profecta esse, cuiusmodi Moyses attribuit Ægyptiis, cum veretur, ne Deo exprobrant, quod suos mactasset in deserto, cum præstare nequiuisset, quæ

Puluerem & cinerem in caput spargere. Humi procumbere.

Achilles in puluere iacuit.

De nominibus Dei, Iehoua, & Adonai.

Ecclesia Patrem orat per Filium.

Cabbalista.

Porta lucis. שַׁם הַמְּפֹרֶשׁ Comparatio orationis Iosue & murmurantis populi apud Cades batriæ.

1. Reg. 1, 4.  
 Ion. 3, 6.  
 Pf. 51, 19.  
 Pf. 37, 24.  
 Gen. 18, 28.  
 Gen. 3, 19.  
 Hiad.

Heb. 1, 2 & 3

Numer. 14, 18

Numer. 14, 14.

ipsis promiserat. aut tam impiam in sanctissimi viri pectus penetrare potuisse suspicionem; vt cogitarit; dolo malo traduxisse Deum suos per siccum Iordanem, quò perderet. Sed hanc habent illa verba sententiam: Scis Domine, populum hunc abs te huc perductum esse, vt, profligatis Amorrhæis, ipsum terræ vniuersæ dominatu beares: non vt ipsum Amorrhæis proderes. Obliquè igitur per interrogationem à contrariis, ponit Deo ob oculos sua ipsius promissa. Hunc enim esse verum Iosua sensum, mihi certe explicatū videtur iis, quæ proximè sequuntur, verbis, cum ait: *Atque vti nam contenti fuissetis, mansissetisq; cis Iordanem.* His enim hoc dicit: Si tua illa promissa, quantum ad nos attinent; propter nostrum peccatum, frustra forent; vt omnino erunt frustra, nisi te placari sinas; satius esset, nos cis Iordanem, cum Rubenitis, Gaditis, & Manassenibus consedisse, in Galaaditide; quàm tanta cum gloria Iordanem traductos tibi hinc talis vindictæ; per nostra flagitia, causam dedisse; qualis nobis vindicta impendet, nisi propitius ipse nobis affueris. Nostro enim nomine turpiter extincto, tuum quoque nomen apud impias gentes malè audiet. Sed hoc mox explicatius dicitur. Quis enim de viro diuinissimo Iosua tam iniquè sentiat, vt credat eum his indignissimis cum Deo verbis iurare? Si ideò nos huc malitiosè, & callidè transposuisti, vt perderes; consultius nobis erat, tibi morem non gerere, cum diceres: Surge, trans Iordanem, &c. Quasi verò tam cæca æstuarè potuerit caligine sanctissimi viri, & prudentissimi pectus, vt putaret, nullam cis Iordanem fuisse futuram Deo perendi populi rationem? qui, quid nuper patribus omnibus per desertū accidisset, memoria tenebat recente: aut quasi ob leuem cladem, quam sui accepere, animum induxerit, respuere illas Dei promissiones de terra Chananæa obtinenda, tum patribus, tum sibi datas: in quibus promissionibus longè maius quiddam, & sublimius, quàm fluxas huius vitæ opes positum esse, in magistri sui Moysi schola didicerat, per annos, vt minimum x x x v i i i. Memini equidem Talmudicos, libro de magni senatus collegio; illi, סנהדרין, hoc est, συνέδριον, vocant; cap. vi. sic hunc locum esse interpretatos, vt fateantur, Iosua, cum contrario euentu Dei promissa contendentem, facere expostulationem; atque adeò ad impium vsque votum manendi extra terram sanctam prorumpere. Et hanc opinionem ex nostris etiam non paucos habere, non sum nescius. Libenter quoque ipse fateor, neminem carne circumdatum, quantumuis habere alioqui Spiritu Dei afflatus sit, non aliquando ex illius infirmitate, titubare, ambigere, vacillare in Dei promissis secum recolendis. Nam & Abraham ille diuinus vir, promittenti Deo ex Sara vxore filium magna felicitate cumulandum, atque vix dum verba finienti; per temerariam incogitantiam ingerit, Vti nam viuat Ismael coram te. q. d. tantum abest, vt ista, quæ promittis, euentura sperem, vt etiam de Ismaelis vita sim sollicitus. Est enim mortalium fides omnis per se tam infirma, vt res diuinas nunquam satis complecti, nedum in ipsis acquiescere satis firmè possit, nisi continuò Dei gratia confirmetur, corroboreturque. Sed ipsa verborum atrocitas, quæ fuerit immanis, si expostulationem esse dixeris; me mouet, vt eam, quam modò explicauì, sententiam, probiorem esse censeam. Ceterum Amorrhæorum appellatione hoc loco significari videntur omnes illæ septem gentes, quæ promissam Israëlitis terram tenebant. Rectè tamen etiam eam solam nationem accipias, quæ loca trans Iordanem proxima incolebat. vt initio capituli quinti diximus. Verbum, הוֹאֲלֵנוּ, est אֵל, לָנוּ, Latinus conuertit, cœpimus. Nam cis Iordanè, viuo adhuc Moysè, plusculum temporis triuerant in campis Moabiticis, & quodam modo habitare cœperant, vt ex Deuteronomio constat. L x x i i. verò pro eo reddiderunt, κατεμείναντες. Chaldæus vtram harum duarum fecutus sit interpretationem, est incertū. Nam verbum, שָׂרָא, quo ille vitur, tum incipere, tum manere significat. Iudæi à Latino stant plerique omnes. Mihi videtur verbum, וַיֵּלֶן, in sacris literis perpetuò significare, acquiescere in re quapiam; eamque tota voluntate amplecti. atque ideò dixi, *contenti fuissetis.* Nam iurandi significatio non à וַיֵּלֶן, sed ab אָמַן, est.

Mi Domine, quid dicam? posteaquam Israel &c.

**I**N SVLSVM est, & absurdum, quod quidam hoc loco existimant, Iosua sollicitum esse, quid iis possit respondere, qui obiciant; fugam illam esse parum consentaneam iis verbis, quibus ante ab eo gratia atque fauor Dei prædicabatur. Hunc enim sensum apertè refellit sequens oratio. Ergo, dicere, pro, cogitare, positum est; vt sæpè. Nam reddit Imperator rationem eius perturbationis animi, quam & gestu habituque, & verbis superioribus præ se ferebat: eamque totam explicare nunc incipit: dum sic ferè loquitur: Mi Domine, quid

Fides mortalium per se omnis infirma est.

Amorrhæi.

והואלנו

שרא

Dicere, pro, cogitare.

cogitabo: quid consilij capiam, postquam Iſraëlitæ terga dedere hostibus? Inde enim certus sum, te nobis offensum esse, neq; opem ferre. Hoc verò vbi Chanañæi animaduertent, atque omnes istæ nationes ferocissimæ; quæ adhuc tua maiestate, tuoq; numine sunt repressæ, & partim etiã domitæ, cingent nos vndiquaque; & facilè, si tu non protegis, debent profus. Et nos quidem nostris flagitiis dignas fortassis pœnas dabimus. verum illud erit indignissimum, quòd gloriosum nomen tuum traducetur per ora profanarum gentium: quæ cum non ignorent, quàm mirificè nos adhuc foueris, & per quanta miracula nos huc introduxeris; dicturæ sunt, dolo malo abs te facta esse omnia, vt nos sibi proderes, semelq; perderes. vel nõ eam fuisse tuam potentiam, vt nos posses aduersus suos deos defendere, & promissa præstare. Iam ergo obsecro Domine, ostende nobis tui placandi rationem, &c. Est enim ista Iosuae oratio curta, & imperfecta, atque propero Dei responso interpellata; qui prius quàm se orent mortales, nouit quæ sint petitura: & promtè occurrit in ipsis precibus benignus. Neque enim dubium est, quin ad illius precationis exemplum, suam hanc instituerit Imperator, qua ipsius præceptor Moses feliciter fuerat vsus in Numeris; cum disertè pronuntiaffet Deus, se gentem Iſraëliticam vniuersam peste percussurum, exterminaturumq; . Et in Exodo, post cultum à populo vitulum. Ceterum illiuscemodi sancta sollicitudo vindicandi nominis Dei à gentium iniuriis, tam crebrò attributa est Patribus, in sacra historia, vt nihil opus sit plura adiungere exempla. Istis autem Patrum piissimis animis quàm parum æmulemur nos hodie, res ipsa clamat; cum impune fax hominum sacramenta quæuis impiis vocibus profanat, polluit, deridet. Magistratus popularem gratiam sanctæ religioni anteponit. Sed exstincta est in nobis vera pietas. Illud porrò, כִּי אֶרְוִי, quod est ad verbum, In me Domine, blanda est appellatio, qua dum demulcet Iosua Deum; satis, quod dixi, ostendit, se de illius placabilitate non desperare. De nomine, Adonai, dixi superius: Chanañæum esse hoc loco appellatum eundem populum, quem paullo antè Amorrhæum, apparet. Sed quarum gentium istæ sint propriæ appellationes, diximus in principio capitis quinti. Quod conuertimus, In orbem conuertent contra nos, est Hebraicè, נִקְטְוּ עָלֵינוּ. Sunt quidem qui כִּי אֶרְוִי, dictum putent, hoc sensu, Conuertentur contra nos, cum paullo antè, præ metu, ad fugam se comparauerint; simulatque intelligent nos tua ope destitutos esse. Sed simplicius est illud, quod à me redditum est, pro ipsis verbis. nam de populo profus delendo loquitur Imperator. Id autem accidere iis solet, qui à potentioribus hostibus vndiquaque sunt circumdati.

Dominus porrò dicebat ad Iosua: Surge &c.

Hoc infigne exemplum est maximæ ad omnem benignitatem facilitatemq; procliuuitatis Dei; quoties ex animo fracto attritoq; eius opem imploramus. Occurrit enim ille nobis in nostris precibus, atque optatis, vltro: & diuina gratiæ suæ nos consolatione, quasi manu, subleuat. Ego, inquit Dominus apud Isaiam, prius quàm clamabunt, respondebo: dum etiam tum loquuntur, ego exaudiam. Illud enim, Quid hoc tu prostratus iaces in faciem tuam? non est obiurgantis, aut precandi ritum illum reprehendentis, quo ritu Christus ipse vsus est: sed iam dudum se paratum esse significantis ad opitulandū. Tanta enim est eius erga nos misericordiæ abundantia, vt preces nostras, quamuis numquam satis vel prolixas, vel intentas, tamen veluti nimias, benignè amplectatur. Est enim ac si dicat: Noli tu te diutius cruciare, atque affligere. iam dudum scio quid velis; iamq; saxo scias, quid factò opus sit. Eodem sensu dicta sunt illa in Exodo ad precantē Moſen, Quid clamas ad me? At verò ista tanta Dei bonitas, & facilitas, haudquaquam debet nostram in ipso orando sedulitatem remittere: non magis quàm liberalissimi Regis munificentia æquum est ex strenuo seruo ignauum fieri: sed magis atque magis prouocare & intendere: præsertim cum à Christo ipso didicerimus; nihil esse Deo acceptius, quàm assiduas preces nostras; modò vt sanctæ, & piæ sint conceptæ. In Hebræo est, Surge tibi. at tales datui, vt alibi dixi, possunt sæpe omitti; quamquam non profus superuacanei sint, sed ferè incitandi vim habeant. Participium, נִקְטְוּ, reddidi per Nomen adiectiuum. Sic enim sæpe Participia vsurpantur. Neque enim tum se primum abiiciebat humi Iosua: sed totum diem affixus solo iacuerat.

Israel deliquit, atque etiam transgressi sunt &c.

Superiore versiculo Deus Iosua surgere iubebat. nimirum vt malis remedium adhiberet, quale ipse esset præscripturus. verum prius quàm hoc, quale sit, explicet, digreditur hic, & versu proximo, ad ipsa mala, quæ sint, ostendenda. atq; ideo versu

Dei nomē nūc impune violatur!

כִּי אֶרְוִי

Chanañæi.

Deus occurrit nobis in nostris precibus.

Deus preces nostras attinet, tanquam suis dignas.

Dei facilitas non debet nos in orando se-gniores facere.

Dandi casus sæpe onofus videtur apud Hebræos Participia loco Nominum.

Num. 14, 17.

Exod. 32, 11.

10.

Isa. 64, 14.

Math. 23, 30.

Exod. 14, 15.

11

Talmud. טכורין

Exod. 14, 15.

Deuot. ser. 1. in festo omnium sanctorum.

fu x i i i. dum redit eò, vnde paullisper discesserat, denuò verbum illud, surge, repetit. Malis enim tum demum rectè medemur, postquam ipsa probè perspecta habemus. Porrò rursus quod ab vno Achane est patratum sacrilegium; toti Iſraëliticæ gentis corpori attribuitur. Ipsa enim corporis soliditas atque integritas vitatur, & quodam modo dissipatur, cum pars vna vitata est. Neque coire rursus, & consistere ea integritas potest, nisi vitiosa illa parte aut curata, aut resecta. Vnde est illa tam frequens in Lege monitio Dei, Auferte malum è vobis. Sed hæc prolixius tractabamus in huius capitis initio. Talmudici, cap. vi. טכורין, Iſraëlis nomine, vnū Achane hic notari scribunt; eumq; quamuis sacrilegum, tamen Iſraëlis nomen obtinere; sicut prouerbio dicitur, Myrtum esse, vocariq; que myrtum ab omnibus, etiam si inter vrticas stet myrtus. Sed illi verbis solis à nobis differunt, re consentiunt. Ceterum quia Deus isto sacrilegio violatum esse suum statutum pronuntiat, conficitur, Imperatorem illam de anathemate legem non suo pte arbitrio, sed Dei iussu tulisse. Porrò vocula, וְ, etiam, quæ sæpius hoc loco iteratur; auxeses continuas significat; vt Hebræis quoque videtur. Hæc igitur thesis, Israel deliquit, sic, quasi per gradus, amplificatur: Grauius deliquit Iſraël. Nam quod nuper iusseram, vt urbem cum rebus omnibus perderent, præter Rahabam, cum suis familiaribus, præterque aurum, argentum, æs, ferrum, id non obseruarunt. Fecerunt enim nonnullas reliquas res, quas perdidisse oportuit. Et quod grauius est, non reliquas modò fecerunt, sed sibi etiam priuatim vsurparunt. tum quod etiam maius est flagitium, furtiuè vsurparunt: perinde ac si me clam patrari quidquæ possit. Ad hæc, mendacis insuper fallere conati sunt. Denique, quod malorum est extremum, obfirmarunt animum, rebus subtractis in suam supellecilem relatis. Sic enim ego interpretor illam particulam, וְ, atque etiam reposuerunt inter sua supellecilia. quamuis non nesciam, R. Dauidem Kimhi de defossis in tentorio rebus furtiuis accipere. Neque enim mihi videtur, דֵּן, tentorium significare. ceteroqui hoc ipsum vel apertius propositi pertinaciam arguat. Sed obseruandum est hoc loco, quàm grauius accuset Deus id peccatum, quod cum nullius mortalium iniuria coniunctum, leue alioqui possit videri. Et proinde pensandam, quæ nobis ad salutem spes reliqua esse queat, si in extremo iudicio iure summo nobiscum agat Deus, eoq; ardentiore pietate assiduò orandum, vt ille remittat nobis debita nostra. neque intret in iudicium cum seruis suis: quando ne ipsa quidem quæ videtur nostra iustitia, satis apud illud tribunal iusta est futura. Et vt ait diuus Bernhardus, omni humilitate ad illius misericordiam confugiendum: qua sola possunt seruari animæ nostræ.

Neque poterunt filij Israel consistere contra hostes suos &c.

Particula, לְפָנַי, secundo loco posita, sic accipienda videtur, vt litera Mem initio suggerenda sit, hoc est, vt plenè scribatur, לְפָנַי, quod sæpe fieri diximus alibi. Ceterum iis quæ ad versiculum primum huius capitis disputata à nobis sunt, satis esse explicatum arbitror; cur Deus ob hoc Achane, gregarij, vt apparet, militis, peccatum, pronuntiet se populi sui curam abiecturū, nisi expietur. quamuis credibile sit, multo atrocioribus antehac criminibus contaminatam fuisse tantam hominum multitudinem. Et cum dicamus illos x x x v i. viros, qui desiderati sunt, non Achane, sed suam culpam luisse; cur non perinde illos antè, vt nunc Achane, accusauerit. Præterquam enim; quòd certis, atque constitutis apud æternam suam sapientiam, temporibus, iudicia exercet; non quidem ob singularia, quæ tunc commissa sunt, maleficia, præ omnibus aliis digna talibus iudiciis. numquam enim illiusmodi, in vilo hominum cœtu non committuntur; quæ nostra est vitiositas. Sed vt prouidentia suæ opinionem in mortalium animis conferuet; solet illa sua iudicia sic plerumque instituire, vt ob ea potissimum delicta exerceri videantur, quæ contagio facile peruagentur ad omnes: & in quibus ad euertendam publicè illius rei constitutionem, atque ad legitimi ordinis & disciplinæ dissipationem momenta magna sint. qualia sunt Regum, Principum, Pastorum, ceterorum, qui primi in rep. habentur, vitia. Itè contumaciæ seditiosorum hominum, defectorū, susurronū; & omnino ea flagitia, in quæ publicis legibus, vbi patefacta sunt, animaduerti solet. Cum igitur hoc Achane sacrilegium aduersus recens latā, & certæ pænæ denūtiatione sancitā legem, esset admissum, facilè disciplinam omnē, in his maximi belli initiis, quate facturū fuerit, sui impunitate, visum est æterno Dei consilio, exemplum edere in illum, quod omnibus vitæ foret. quanquā dubium non sit, quin eodē illo tempore, multa vel similia, vel

Vnius peccatū quomodo ad multitudinem pertineat.

Auferte malū è vobis.

Proverbiū Talmudicū.

R. Dauid Kimhi.

Peccatū grauius. Ad Dei clemētiā confugiendum.

לְפָנַי Pro לְפָנַי

Deus cur interdū quosdā punit præ aliis.

detestabilia etiam vitia in populo fuerint, que propalam a Deo non castigabantur. At vero cur magis in Achaniem, quam alium quemvis sacrilegum, aut maleficum, publice tunc animaduerneret, id in diuino ipsius, curationis, dispensationisque rerum humanarum arbitrio positum erat. Et credibile est Achani graue illud supplicium, quod dabat, magis fuisse salutare, quam multis aliis suam ipsorum impunitatem; si beatam aeternamque vitam intueamur. Sed quando disertè pronuntiat Deus, se posthac non affuturum Israelitis, nisi anathemate abolito, quo se contaminarant: magna & perdifficilis, ut videtur, questio oritur, qua fronte catholica Ecclesia gloriari videat, de prospera apud se Spiritus

Quæstio, an Deus nunquam relinquat suam Ecclesiam.

Sacrilegis ple-næ magnatum aulæ.

Solutio.

Cur infelicitate Turcis pugnemus.

Chaldæus.

Σεισμολογία.

Chaldæus.

Explicationis ætæromnia.

Isa. 49, 14.

Exod. 19.

ritibus accipiendum esse hunc ἀμοιβήν, existimo, quos illic Moses præscripsit. Erant autem ij, ut vestes suas fordibus eluerent, & ut secubarent. Hæ enim cæremoniæ religionem animis populi magnam offerebant, cum quisque facile intelligeret, multo sibi feruandum magis esse, ut castis animis sub Dei veluti aspectu prodirent, quam corporibus. quando his illi infinitis modis præstantiores sunt. Non ergo dananda sunt externa pietatis adminicula, quibus opus habemus, tantisper dum homines sumus, humi strati. Sed hæc pluribus sunt a nobis dicta ad versiculum quintu capitis tertij. Sed enim quis hinc Deum re ipsa succensere Israelitis, aut ipsos deseruisse, dicat, cum videat, quanta cum benignitate omnem sui reconciliandi rationem, per diuinum suum Spiritum ipsis commouit? Deberet autem hoc exemplum mirifice nos consolari; atque ad amandum Deum hortari. Neque enim ille minus nobis, dum sæpe multumque delinquimus, congruos modos, quibus ad se reuertamur, hoc est, redeamus in viam salutis, tum per sacra sua verba, tum per Spiritus sui diuinos afflatus cotidie suggerit, & ante oculos animi nostri ponit.

Externa pietatis adminicula.

Deus nos cotidie oculis instanti reuocat in viam salutis.

Sisfctis vos igitur mane per tribus vestras &c.

VERBYM ספרות, est quidem in ea formula positum, quam Niphal vocat Grammatici. sed voluit vsus, ut in ea non meræ sed reciproce passionis haberet notionem, qualè solent alioqui verba in Hithpael habere. Sed quo sit ista inquisitio acta modo, non vna est Hebræorū sententia. Veteres enim, in Capitulis, ut vocant, R. Eleazaris, scribunt, tribus omnes corā rationali, siue pectorali iudiciario, quod Moses vocat עשרת ספרות, Græci λόγιον κρίσεων: hoc est, coram illa veste sacerdotali, in qua erant gemmæ duodecim concinnate dispositæque certo ordine: & in singulis singula tribuum insculpta nomina, productas esse. Ibi que eam gemmam, quæ fontis tribus habebat nomen, culpam prodidisse, splendoris sui obscuratione. Deinde verò in deprehensa iam tribus profapias, familias, capita deinceps, forte ducta, esse inquisitum. Idque illis assentiuntur etiam R. David Kimhi, & Liranus nosfer. Alibi verò somniant Rabbini, arcam ipsam sacram primū eos, qui noxiam tribum repræsentabāt, deinceps qui profapiam; mox qui familiam, denique furem ipsum, cum se ante illam sisterent, veluti iniecta manu, retinuisse; ut ne pedem loco mouere possent. Mihi verò creditibilis apparet, apprehendendi sermonem non eam vim hoc loco habere, sed pro arguere, siue indicare positum esse, ut sunt LXXII. interpretati. Porro R. Leui F. Gersonis existimat, disquisitionem istam omnem forte actam esse. Sortitionem autem adscribi Deo: quia eius nutu rectè cadit fors. quod Solomon testificatur, iniquiens, In sinum proicitur fors; & à Domino est omne iudicium, siue ratio ipsius. Et quò hæc tati momenti sortitio certiore haberet fidem, opinatur idem Leui, Prophetæ manibus, coram arca sacra, tanquam in Dei conspectu, missas atque extractas esse sortes. Iosephus etiam, & interpretes Latinus sortitos esse censent. Idque mihi etiam probabilis videtur: quando & Saullem quoque, & vectores apud Ionā constat esse sortitos; & quidem ad panem; ut hinc. Nā sortè, si religiosè tractetur, numine diuino regi, atque pro Dei arbitrio cadere; & esse, quod ait Solomon, Dei iudicium; præter alia sacre historie exempla, ille sortitus satis magno argumento nobis est, qui Matthiam in collegium sanctissimorū Apostolorum cooptauit. Rectè ergo Augustinus dixit, fortem esse rem, quæ in dubitatione humana, diuinam patefacit voluntatem. Verum enim uero hæc ad eas sortes minimè pertinent, quibus homines stultè, immò impiè curiosi, rerum futurarum exitus prænocere laborant. Sunt enim illæ tales indignæ Christiano homine fortes. vix enim vlla re incautius, simul & grauius offenditur Deus, quam vanissimis illiuscemodi superstitionibus; quæ re ipsa falsi cultus sunt, cum veri numinis neglectu coniuncti. ut neque illæ fortes sunt ferendæ, quibus malè religiosum vulgus ad suas nundinationes, & ad quæstum faciendum diuina oracula sollicitat. aliud est, cum de compacto fortunæ alea expectatur. Eas enim solas fortes benigno suo nutu regere & temperare existimandus est Deus, quæ, pro re nata, ad publicam aut priuatam hominum salutem procurandam, aut Dei gloriam illustrandam, iusta cum reuerentia, & religione committuntur diuino arbitrio; præsertim ab hominum coetu piorum. Sed ut ut hoc est, quando de hominis vita atque fama hinc agebatur, haud potuisset iudicium, sola sortitione factum tati apud vniuersum populum esse, ut omnem effugeret calumniam; nisi accessisset ipsa etiam fontis confessio. Quod & veteres Iudæi existimauerūt: qui libro Tanhuma non dubitarunt dicere; tribum Iudaicam arma aduersus reliquas tribus de ista re sumpsisse; neque deponuisse, nisi postquam ipse suum facinus confessus esset Achan. Nam, inquiunt, si duo vel innocentissimi homines cogantur de capitali re fortiri inter se, damnabitur alteruter. in-

Inquisitionis modus.

Talmud.

Kimhi, & Liranus. Talmud.

R. Leui Gersoni Sortitio.

Exod. 28.

Præf. 16. in exortio.

Ioseph. anti. l. 5. c. 18. v. 42. Gen. 1, 7.

Aff. 1, 10. v. 17. Aug. in Psal.

Quæ sortes gaudentur nutu diuino.

Tanhuma.



iuste tamen. Idem scribitur capite sexto *וְאֵלֶּיךָ אֵלֶּיךָ*. ubi plurima de hoc loco inter Rab-  
binos disceptatio est. Atqui quod ad huiusmodi fortitionē attinet, qualem Talmudici  
obiiciunt, ea periculum de re certa, tanquam incerta, facere, nihil esset aliud, quam  
Deo illudere. Nos autem fortitionem nullam nisi cum religione coniunctam probabam-  
us. Sed enim cur non vno sortitu tota absolueretur questio, verum tanquam gradatim  
à tribubus ad profapias, à profapiis ad familias, à familiis ad singula capita descendatur.  
equidem opinor vitandæ confusionis causa id fieri. Nam in tanta capitum multitudine  
vix vlla hydria singulorum nomina potuisset capere; & extrahendi finis nullus fuisset.  
Tum facile potuisset quivis alienum nomen pro suo dare, vel profus nullum dare,  
& nescio quid non facere, ne fors se proderet. At in præscripta à Deo formula fraus  
nulla fieri potest. Ipsæ enim tribus quot, & quæ essent, aperta res erat, & nota omnibus.  
Iam verò quis non existimet, singulas tribus, suarum cognationum, cognationes suarum  
familiarum, familias suorum capitum numerum habuisse cognitum, & nomina  
calluisse. Fuere enim omnino *φυλάρχοι*, siue tribuni duodecim: quorum suæ quisque tribus  
ut veluti dux & princeps erat, ita quot, & quæ in ea essent cognationes nominatim tenebat.  
Similiter singulæ cognationes, siue gentilitates, ut sic dicam, suos habebat *δημάρχους*,  
qui earum familiarum, quas sub se quisque habebat, nomina numerumque non nesciebant.  
ut neque singularum familiarum patres, quibus essent præfecti capitibus, poterant  
ignorare. Itaque in prima fortitione fortes solæ duodecim coniectæ in urnam  
sunt, quæ singulas tribus referrent. In secunda tot, quot habebat tribus Iudæ *φυλάρχοι*  
sub se cognationes: In tertia, quot gentis Zaraitæ Demarchus sub se habebat familias.  
Denique in quarta, quot familia Zabdi continebat capita. Igitur paruo labore, nulloque  
errore res omnis acta est: quæ profus inexplicabilis erat futura, si sexies centena, aut eo  
plura nominum millia simul in hydriam coniecta fuissent. Quin illud quoque probabile  
est, Imperatorem, cum populum per suas tribus, ut est in sacro contextu, produceret,  
non quidem vniuersam produxisse multitudinem: sed eos solos, quos dixi, duodecim  
tribunos, siue Phylarchos. Cumque Iudæ tribus notata infamiae esset, eos eum deinde  
solos citasse, qui singularum huius tribus cognationum capita erant; hoc est, ipsos Dem-  
marchos, ut nuper appellabam. Mox patefacta cognatione ea, in qua erat sacrilegus, solos  
familiarum Patres forte experiri coactos esse, & coram arca prodire iussos. Denique pro-  
dita familia, omnes tandem, & singulos in medium venire atque fortiri debuisse, qui  
in ea familia erant. Nihil igitur in his actionibus inordinati, nihil confusi erat. sed dis-  
creta, explicataque omnia: ut facilis esset doli cautio. Atque hanc in aliis etiam cœtibus  
celebrandis citandi solos primores rationem esse obseruatam crediderim. Sed quod ad  
præsentem questionem attinet, si quis existimet, idem gradatim vniuersitatem ad pau-  
ciores contrahi voluisse Deum, & postremò deduci ad singulos, ut is, qui in noxia se esse  
non ignorabat, cum se continuo peti, primum in tribu, deinde in gente, mox etiam  
in familia; neque iudicium diuinum vtiquam aberrare videret, vltro se ipse supplex pro-  
deret, prius quam à sorte nominatim proderetur; veniamque oraret; cui etiam tum  
planè fuisset locus; illi ego non repugnauero. Quippe qui nulla re magis, quam mis-  
ericordia Dei, per omnem occasionem, prædicanda delecter: qua ut mortales omnes,  
ita ego imprimis maximè opus habeo. Et profectò vehementem, & duram fuisse homi-  
nis obstinationem necesse est; qui perinde ac si eius quod querebatur facinoris conscius  
sibi non esset, Dei iudicium, quod iam tribus antè pronuntiatas sententiis certissimè esse  
intelligebat; de se nominatim fieri sustinuerit. Sed profus geminam, vel maiorem etiã  
impudentiam proditoris Iudæ nobis commemorant sacræ literæ. qui cum audisset  
Christum disertè dicentem: Unus vestrum me prodet. atque insuper, quis ille esset, tan-  
quam digito ostendentem, his verbis, Qui intinxit vnà mecum manum in catino, is  
me tradet, nihil erubuit etiam tum interrogare ore durissimo: Ego ne ille sum magister?  
Sed non desunt Satanæ artes mille, quibus hominum mentes affirmet, ne ipsos scelerum,  
quæ vel iam patrarunt, vel obstinatis animis conceperunt, possit pœnitere. Illum igitur  
credibile est Iudæ persuasisse, nihil Christum mali passurum à Iudæis, etiam si tradatur;  
ut qui sepe esset è mediis hostibus furentibus facile elapsus: atque interim se improbos  
illos Pharissæos & sacerdotes, argento eo, quod sibi fuerat depectus, multaturum, & facile  
deinde cum placabilissimo clementissimoque hero rediturum in gratiam. Similiter  
Achanem nostrum in eam primum opinionem induxisse, ut putaret, aduersus expressam  
aliis verbis voluntatem Dei, non esse nouo isti Imperatoris edicto de anathemate obtē-  
perandum.

Cur gradatim facta inquisitio.

φυλάρχοι.

δημάρχους.

Dei misericordia prædicanda.

Quibus artibus Satan obsecrat nostras mentes.

Matth. 26, 25.

Deut. 26, 14.

perandum. Deum enim in Deuteronomio edixisse, cum de expugnandis vrbibus verba  
faceret: Quidquid fuerit in vrbe; prædam omnem, diripies tibi; comedesque spoliū  
hostium tuorum. Deinde verò cum re ipsa cerneret offensum Deum questionem iam  
exercere, & restà in se collimare, tum sic existimauerit: complures præter se alios esse,  
qui se, eiusmodi impia fraude obligassent; furtumque in tam splendidis manubiis vel  
multo grandius fecissent; eos diuina sorte peti ad pœnam; non se. Mirum enim quàm  
variis technis eludat veterator ille probas nostras cogitationes, quas Dei Spiritus men-  
tibus nostris suggerere non cessat. Nam ut aliquando fucus ipsius omnium, quo maleficio-  
rum turpitudinem mirificè dissimulare nouit, per veritatis splendorem sit deterfus; ta-  
men vel solo pudore, atque pernicioso infamiae metu, vel gloriosa ostentatione, ho-  
mines, ut improbum suum institutum teneant; neque inde ad id quod rectum probum-  
que est decedant, vrget; donec tandem sera atque inutilis fiat pœnitentia. Nos igitur  
ista, & huius generis alia exempla ante oculos habeamus; atque in tempore nosmet ad  
fontem misericordiae recipiamus; prius quàm iudicati ducamur. Neque à malo dæmo-  
ne persuaderi nos sinamus, ut vllis tenebris, aut dissimulationum integumentis; qualia  
nobis ille varia fingit; speremus quidquam omnium, quæ agimus, à Dei conspectu posse  
occultari, &c.

Demon variis technis eludit diuini spiritus institutum.

Admonitio. Ne nobis scelerum impunitatem ipsi polliceamur.

Et fiet, ut qui deprehensus fuerit &c.

QVOD conuertimus, rem *fadam*, est Hebraicè, מְרִירָה, quæ positio proprie, marcescere,  
significat: veluti cadauera, quæ amissa anima, tanquam sale, computrescunt. pertinet  
etiam ad folia, quæ ut naturali humore destituuntur, defluunt ex arboribus. Trans-  
fertur quoque ad ipsum animum, cum ille diuinis suis virtutibus orbatus desipit. quem  
eius morbum Græci ἀφροσύνη, nos dementia, & vecordiam appellamus. Inde est ergo  
quod Theodotion hoc loco ἀφροσύνη dixit. Sed LXXII. ἀβήματα, conuerterunt; planè  
quo sensu Chaldaus interpretatus est מְרִירָה, hoc est, improbum. Idque mihi placet, ut  
per translationem, accipiamus improbitatem, ea enim per se fœda res est. Vnde nostra  
lingua, *schelmeroy* dicimus. Sic enim etiam de stupro dictum est Gene. xxxiv. & Iudic.  
xx. Assert igitur Deus causas diuersas duas, cur in sacrilegum istum tam graue statui  
exemplum velit. Prior est, quia legem ab Iehoua, hoc est, à summo numine, institutam  
violauit. Fœdus enim pro lege, siue cōstitutione, hic accipitur. Nam, ut antè dixi, quod  
Imperator de anathemate edixerat, id Deus sibi sumit. Altera est, quia rem patrauit,  
quæ exemplo, quasi terro odore, populum vniuersum facile inficeret. vel, ut simplicius  
dicam, quia furtum commisit, rem per se improbam; & maximè in Israël: hoc est, in eo  
populo, quem præ cunctis totius orbis nationibus ad probitatem, per plurimas leges, be-  
neficia, miracula, ipse erudiuerat, atque conformauerat. Quantum enim sit flagitium,  
Iehouæ, hoc est, eius Dei, ex cuius, ut sic dicam, essentia res omnes ortum habent, atque  
dependent, legem frangere; etiam si quod ille vniuit, per se neque malum neque bonum sit,  
argumento est acerbissimum ille casus, quæ in vniuersum genus humanum inuexit primus  
parens. Quid enim referere, de arboribus aliis, an de ea quæ in medio Paradiso enata  
stabat, ederet Adamus, nisi hac interdictum ei fuisset? Et, ut exemplum, ei de quo agimus,  
pare geminum, adiungam, Iusserat Deus Saulli, ut de iis rebus, quæ Amalecitarum essent,  
nulla profus faceret reliqua. Ille verò Regem ad triumphum, & optima quæque; pecora ad  
sacrificia cōseruarat: eaque re diuinis se iussis pulchrè satisfecisse rebatur, quantum apparet.  
Verum Deus pronuntiabat, eam rebellionem non minus in vitio esse, atque cultam ficti-  
tiorum deorum: quod flagitium est omnium maximū. Simulque illum regni fortuna priua-  
bat, quæuis ceteroqui nihil interesse videretur, in ipsa pugna, an paullo post, in sacrificio-  
rum pompa caderent Rex & pecudes. Rursus, quis omnium, qui quidem mente non sit  
motus, non putet, furtum, stuprum, adulteriū, alia eius generis facinora, esse per se improba,  
ut nulla vnquam, quæ ea prohiberet lex scripta fuerit? Sed enim quando hic flammis  
addicit Deus eum, qui in noxia fuerit, vnà cū rebus suis omnibus, meritò questionē mo-  
uet diuus Augustinus, cur lapidatus sit Achan, ut versu xxv. dicitur. atque in ea questione  
expedienda arguetis, meo iudicio, quàm ad explicanda historiae sacræ verba appositius  
versatur, vir alioqui diuinus. Huc autem ferè recidit omnis eius oratio: Iosuan, ut vatè,  
diuino afflatu Spiritu, quæ à Deo de igne dicta sunt, ea aut ad illam pœnam, quæ Acha-  
nem post hanc vitam manebat, retulisse: aut ignis sermonem, de lapidatione accepisse.  
quia hoc supplicio, tanquam igne; expurgaretur Achan omni culpa. Eodem enim etiã  
spectare valorum expiationem, quam in Leuitico & Numeris fieri per ignem iussit Deus.

Sed.

קְרָה

ἀφροσύνη.

Fœdus.

Iehoua.

Ada peccant.

In peccato nō res, sed Dei voluntas spectatur.

Questio. Cur Ispitarus sit Achan, quæ Deus exiit iussit. August. quæst. in Iosuan.

1. Reg. 15.

Sed R. Solomon longè aliud querit effugium. Censet enim sic interpretandū esse hunc locum: Et fiet, vt quod depræhensum fuerit in anathemate, id cremetur igne. nimirū, inquit, tentorium Achani, in quo anathema defoderat, & cetera eius supellex, ad quam anathema adiunxerat. Porro ipsum, videlicet Achanem; & omnia quæ habet; hoc est, eius familiam, & pecudes, obruetis lapidibus, inquit. Vt sit oratio imminuta; & in posteriore membro ἄπο πώτησε. Nam accentus, inquit, ἄπι, Zakeph, positus supra nomen, ἄπ, id est, igne, insistendum illic, atque interspirandum esse ostendit. Et vt hæc, non sua, sed Talmudica commenta (leguntur enim in sexto etiam capite τὸ συνεδρίον) vt inquam ista commenta exemplo affirmet, ceteroqui nimis profectò absurda; citat locum, vt ipse putat, huic profus simillimum, ex Regum historia. vbi Dauid sic loquitur: Omnis qui percussit Iebusæum, & attigerit ad canalem. Nec addit, quo sit ille donandus præmio. hoc enim demum in libris Paralipomenon explicatur: futurum scilicet, vt pro Principe populi habeatur, qui primus ad canalem euaserit. Sed nos orationem tam mutilam minimè hîc ferendam putamus. aliamq; suo loco solutionem simpliciore proferemus.

Igitur Iosua manè surrexit, produxitq; Israellem &c. 16 17 18

OBSEQVIUM & diligentia Imperatoris commendatur: quæ quanta hîc fuerint, de hesterna consternatione coniectura fieri potest. Sed enim, credibile est, adfuisse iam quidem quos oportuit omnes apud arcam, tamen quò ritè atque ordine omnia agantur, producit ipse Imperator gradatim eos, qui quosque ordines representabant, atque fortiri iubet: primùm tribunos, siue φυλάρχους XII. deinde δημάρχους, qui singulas tribus Iudæ cognationes siue gentes, referebant. post, patres familiarum cognationis Zareitice. Denique singula capita familiæ Zabdi. Ceterum cuius manu sortes mistæ ductæq; sint, incertum est. Nam in sacra historia est, vbi ab iis contrectantur, in quos fit sortitio. vt i. Paralip. cap. xxi v. Est etiam vbi ab aliis, & vt opinor, sacerdotibus. Nam, iacite, inquit Saul, inter me, & inter filium meum Jonathan. Aliquando ipse Princeps fortitionis diuinæ administer est, vt capite xviii. videbimus. Nomen, פושט, versiculo xvii. aut vt collectiuum est accipiendum: aut vt sit numerus singularis pro plurali positus. In eodem versu, illud, פושט, hoc est, viritim, καταρχης μὲς dictum est, pro פושט, per familias. Qui hîc פושט, Zabdi vocatur, habet in Paralipomenis nomen, זמרי, vbi istæ profapix explicantur. fuit ergo binominis.

Et ait Iosua ad Achanem: Fili mi constitue &c. 19

VT nihil in Principe viro turpius, quàm effrænis ira, & stomachans, præsertim aduersus eos, quorum habet potestatem; etiam si grauitè peccauerint: cur enim æstuet bile animus, quando in promptu est vindicta? ita nihil in illo laudabilius lenitate atque clementia. Quibus virtutibus quàm egregiè claruerit noster Imperator Iosua, præfens locus attestatur, dum suauissimis verbis Achanem compellat, qui per suum scelus paullo antè populum vniuersum tantum non in extremam desperationem adduxerat. Nimirum imitabatur ille magistri sui Moysis virtutes quasque præclarissimas, qui, teste Deo, fuit mortalium omnium mitissimus. Discant igitur qui potestate & dominatu aliorum hominum pollent, ea modestia temperare animos suos, vt neque indulgentia collabi disciplinam sinant, neque rursus iræ suafu, aut impulsu verius, pœnas iustas crudelius persequantur, sed medicorum exemplo, medeantur morbis, non indignantur ægrotis. Nam præclare illud profectò, vt multa, à Philone dictum est, in eo libro, quo de immutabili Deo disseruit, πηγήν εἶναι τῆς ἀμεταμέτρου θυμὸν λογισμὸν δὲ, τῆς κατὰ ἄρθεωμάτων. hoc est, malarum actionum fontem esse præcipitem iram; bonarum deliberatione. quod nostrorum poetarum quidam non minùs acutè breuiterque sic dixit: Diis proximus ille est, Quem ratio non ira regit.

Porro illud, Constitue quæso gloriam Deo Israelis, existimant quidam, formulam esse obligandi hominem sacramento: qua etiam vsi sint Pharisei apud cæcum, in D. Ioannis Evangelio: vt eum vel iurifurandi religione deterrerent à prædicando illo admirabilitatis maximæ beneficio, quod à Christo recens acceperat. Sed ego, vt hoc funditus repudiare, aut refellere nolo, ita non admodum probare possum; cum nihil appareat in illa Ioannis narratione, quod iuramento dicere cæcū voluerint Pharisei: qui potius accusata Christi humanitate, qua offendebatur, studebant hominè auertere ab eius diuina virtute prædicanda,

Sortes à quo miserunt cunctaverunt.

Principum ira turpissima, & misericordia laudabilissima. Iosuae clementia.

Magistratus in subiectos qualis.

Philoso Indeus.

Ira præcepti fons malorum, deliberatio, bonorum.

Constituere Deo gloriam quid sit.

Talmud. כנהדרין c. 6. 2. Sam. 5. 2.

Inf. v. 25.

2. Reg. 14. 26.

1. Par. 3. 6.

Num. 11. 3.

Ioan. 9. 24.

3. Esdr. 9. 28.

da, atque ad transcribendum omne beneficiū in solū Deum inducere. Ceterum quis sit verus illorum verborū sensus, intelligi potest ex iis quæ ab Ezdra dicuntur libro tertio, capite nono. Illic enim rem difficillimā quidē sed profus necessariā ad tuendā religionē, & verū cultū, suafurus populo, ait: Vos peccastis ductis vxoribus externis, plus quàm antè peccarāt Israelitæ. Iam verò edite hanc quæso confessionē, & cōstituite gloriā Domino Deo patrum nostrorum, vt morem geretes eius voluntati, discedatis à connubio barbararum mulierū. Nimirū benignissimus Deus suæ laudi assumere dignatur; quod homines ingenuè sua peccata cōfitentur: atq; ad illius se voluntatē accommodare student. volebat autem; quod ad præsentem narrationē attinet; Deus, quarum rerum esset factū furtum, planè resciri; cum eas res abolitū iri oporteret. Dixerat enim, Anathema est in medio tui Israel: non poteris consistere contra tuos hostes, vsque dum amoueritis anathema. Ad hoc, cum diuina sorte proditus esset Achan, tamquā sacrilegus; vile erat ad faciendā militarem disciplinā in istis noui imperij auspiciis, re patefacta testatissimā esse indicij diuini veritatē. Eo enim intelligere potuerūt omnes, nihil tam occultè à quoquā committi posse, quod Dei oculos falleret. Talmudici, in eo, quod iā saepe cito, capite, τὸ συνεδρίον, scribunt ideo laborare tā sedulò Imperatorem, vt certā hæc sortitio fidem in omnium opinione habeat: quia nō ignorat, se olim sortitō hereditatem distributurum populo. Nā; vt in Talmude Ierosolymitano scriptum est, vbi de tentoriis disputatio est; ad hunc modū ratiocinabatur ille apud se. Si intelliget populus, certā esse sortem, cum de hominis vita agitur, planè fidem ei adiungit in iis iudiciis quæ de opibus & possessione bonorū exercentur. Sed enim ad Dei gloriā conducere mortalium confessionem, facer etiā vates cecinit, cum diceret, Qui sacrificat confessione, honorat me. Neq; verò aliud syncerius diuinæ laudis sacrificium à nobis fieri potest, quàm vt nostrarū sordium ingenua cōfessione, Dei sublimem maiestatem efferamus. vitia, culpæq; nostras detestemur; illius diuinā iustitiā, & simul immentem misericordiā prædicemus; siue meritis pœnas à nobis exigat, siue remittat. Sic enim Daniel, post fidei atq; innocentie suæ multiplicem gratiā, vt Cypriani verbis utar; ieiuniis, sacco, cinere, confessione adhuc Deum demulcebat. Quippe cultus nullus absque illiusmodi confessione satis plenus pietatis esse videtur, ac sanctus. Quare apud Matthæum, qui à Ioanne erant sacro baptismo initiandi, peccata sua primū confitebatur. atq; alibi, cōstitutā iā tum Ecclesia, Apostolis suā cōfentur flagitia, qui admirabilibus nominis Iesu miraculis teriti, cultū religionemque Christi susceptū veniebāt. Deniq; diuus Cyprianus nihil dubitat dicere: Ante expiata delicta, ante exomologesin factā criminis, ante purgatā conscientiā sacrificio, & manu sacerdotis, vim afferri corpori Dominico & sanguini, si quis audeat sumere; & plus in Christū manibus atq; ore delinquit, quàm deliquerunt illi, qui ipsum abnegarunt Dominū. Et rursus: Cōfessionē esse custodē spei, fidei retinaculum, salutaris itineris ducem, fomitem nutrimentumq; bonæ iudicis: ac deniq; virtutum omnium magistrā, quam sectari salutare sit; auersari verò, aut negligere, letale. Hoc igitur sanctissimo sacrificio Achan Dei gloriā hîc illustrat, dum eius iudiciū esse rectū, se verò prauum ac fontem cōfetur. atq; etiā, vt nostrorū plerique, post Talmudicos existimant, se per Dei misericordiam ab æterno supplicio vindicat; dum sui ipse accusator, cōrito demissoq; animo sacra illa verba omnibus pijs præit, Verè ego peccavi in Iehouam Deum Israelis. Nam vt contumax dissimulatio, inquit Tertullianus, scelera exaggerat, sic simplex humilitas; cōfessio releuat: qui auctor cōfessionis præstantiā ab ipsis humani generis repetēs primordiis, Adamum primum, deinde eius filiū Cain, ided esse à Deo interrogatos ait, vt aut spontanea cōfessione leuiores, aut inficiatione grauiora facerēt sua maleficia. Nā cum alter, inquit, pudèter cōfetur, alter pernegat impudenter, illi spē salutis reliquā facit Deus, hîc exitio æterno addicit. Sed iā lōgius euehor. Ceterum qualis esse debeat vera confessio, ipse Achan nobis versu proximo explicabit. Sed vox, תורה, תורה, inquit, Cōfessionis hostes, & fidei pietatis astuti simulatores, non cōfessionē, sed gratiarū actionē, laudisq; prædicationem significat. Atqui ego pernego vel gratias, vel laudē aliam illa voce significari, in sacra certè historia, quàm in quibus ita versamur, vt simul ei quæ laudamus, aut cui gratias agimus, nosmet tamquam fontes subiiciamus; & sicut eius quædā benefacta, ita vicissim nostra maleficia cōmemoremus: hoc est, quæ laudes, quæq; gratiæ cum cōfessione sint cōiunctæ, aut potius ex cōfessione cōpositæ, & coagmentatæ.

Achan verò respondit Iosua, & dixit: Verè ego peccavi, &c. 20 21

Quo d ait, verè, est ingenuè & apertè confitentis crimen: cōtrā atq; hypocritæ solēt, qui etiam si manifestò flagitij teneatur, tamen quouis colore illud infucare, atq; vt variis

Deus nostram confessionem suæ laudi afflāmit.

Talm. Ierosolym. דמור

Confessio gloriam Dei illustrat.

Achanis confessio.

Occupatio, תורה

Epicurorum confessio qualis.

Ingenia Achanis confessio.

Progressus ad peccata cuiusmodi sua.

Impia Talmudicorum de Iosua opinio.

Paludamentum.

שָׂרָת שָׂרָת שָׂרָת שָׂרָת

שָׂרָת

Plutarchus in Catone.

Coccum & purpura. Plutarch. Alexandro.

causis à se commissum excusare fatagunt. Item Epicuræi: qui pulchrè defunctos se confessione putant, si in sacerdotis cuiuspiam aures; quem sibi vel vitæ improbitate parè nebulationem; vel beneficiis obstructum assentatorem; vel alioqui in doctrina ecclesiastica rudem, ad id delegerunt, sua scelera turbidè & generatim, voceq; obscura, & confusa, neq; vllò cum vero gemitu mussarunt: & simulatque impostam suo capiti manum illius sensere, quasi omni reatu soluti sint, ita sibi blandiuntur ipsi. At Achan nihil dissimulat omnium: Sed verè, inquit, ego peccavi. q. d. non est quod eleuem quæ commissi. Sunt ea gravissima, & quouis supplicio digna. Sed neque est quod in alium culpæ partem transferam. ego enim ipse deliqui. meum solius facinus est. Cum porrò subiungit, *In Dominum Deum Israelis*, ipsum verè confessionis fundamentum locat. Sic enim ait: Peccavi in verum Deum, illum rerum humanarum iudicem atque inspectorem: à quo factus, & innumeris beneficiis affectus sum; quippe Israelita: vt meritò ingrattissimus censeri debeam. Deinceps pergit explicatè atque distinctè & illuminatè rebus verbisque dicere peccata. illud enim, *& sic & sic feci*, tacitam continet hypotyposin, omnisque rei actæ euidèntem & illustrem explicationem: in qua explicatione progreditur ordine, ab ipso vidèdi sensu, tanquam malarum rerum face, ad inflammatum cupiditate animum: deinceps ab æstuatè atque incitato nimia appetitione animo, ad opus. ab opere ad cōscientiæ morsum. vnde occultatio demum est consecuta. qualem seriem connexionemque rerum in omnibus ferè peccatis esse animaduertimus. Certè in omnium prima, quæ est à primis parentibus commissâ culpa, talè nobis luculenter depinxit sacra historia. Sciens hoc loco prætereo, quæ Talmudici, *עוֹתוֹ שֶׁל אַחַז*, alia sacrilegia Achanis colligunt, inceptè sanè; ex istis certè verbis, à Dauide Kimhi & R. Solomone hic laudata. Illud tamen non possum non damare impietatis, quod ibidem prodere non verentur: Imperatorè Iosuum simulatè promissa impunitate, hanc cōfessionem ab Achane clicuisse; qua *fidè* forti confirmaret; cum hac ipse esset aliquando suas cuique possessiones distributurus. Audiui equidè blanditiis, & ficta veniæ spe magistratus nostros solere multa cōquirere, elicere, cognoscere ex fontibus. Verum putare, diuinum virum Iosuum dandæ aduersus pronuntiatam à Deo sententiæ veniæ simulationem induisse, id verò nefas esse statuo. Porrò quod sum interpretatus *Paludamentum Babylonicum*, est Hebraicè שָׂרָת שָׂרָת. Significat autem nomen שָׂרָת Addereth, si ipsa notatio spectetur, vel tapetem, vel vestem magnificā, & quæ gloriam conciliat ei qui vititur. Paludamentum autem procerum fuisse, præsertim in expeditionem exeuntium, attestatur Iuuenalis, cum de parum verecunda femina sic loquitur:

Cumque paludatis ducibus, præfente marito,  
 Ipsa loqui, recta facie, &c. Et apud Ionam Rex Nineues exuebat se שָׂרָת Addereth, vt sacco indueret. Lxxii. שָׂרָת conuerterunt: nimirum quia paludamentum vestis genus leue & expeditum est; vt pote militare. Nam שָׂרָת vocant Græci leuis armaturæ milites. Est tamen, vbi minimè splendidum cultum significet: sed philosophicum potius pallium: quale fuit illud celebratum Eliæ, quod Eliæ è sublimi demittebat, vel villosum tapetem. Sed tum שָׂרָת, שָׂרָת Addereth Sear, hoc est, pilosum & rude pallium, vel stragulum per antithesin, opinor, illius alterius שָׂרָת שָׂרָת Addereth Sinar, Babylonici pallij vel straguli vocatur; verbi ad litteram immutati similitudine grauitè & præclarè ob oculos posito vtroque cultu, & superborum hominum, & humilium demissorumque. Exempla extant Genes. x. v. Zachariæ x. i. i. & alibi. Nimirum homines cælestium rerum contemplatione sola distracti, villosa veste corpus ab aeris iniuria defendere atque infernere satis habebant. exquisitum cultum aulæ relinquebant. Ceterum שָׂרָת Sinar Babylonicam regionem vocari, in qua famosam illam turrim moliebatur tum gloriæ auida, tum diluuij metuens Noë posteritas, testatur in Genesi est. Babylonicas autem vestes & peristromata, ob mirificum texturæ artificium, in precio fuisse, antiquissimi qui que scriptores prodiderunt. Et inter alios Plutarchus memorat, frugalem illum M. Catonem, cum ei ex hereditate *ἐπιβλημα ἢ ποικίλων βαθυλόγων* obuenuisset, mox diuendidisse. Variis enim coloribus intertextis splendebant magnificè, vt etiam T. Lucretius scripsit. Et ob hanc causam puto Lxxii. pro שָׂרָת; reddidisse ποικίλων. At Aquilas cum Chaldæo vertit, *ποικίλον βαθυλόγων*. Symmachus *ἑδυσμα σινωρ*. Iosephus *χλωρίδου*: hoc est, elegantiorum vestè militarè. Denique Latinus pro Sinar, hoc est, Babylónico, dixit, Coccineum. Nam Persarum, finitimarumque gentium luxum eo colore se ostentare solere, vel inde constat, quod captis ab Alexandro Susis, inuenta illic fuerint; vt refert Plutarchus; quinquaginta millia pondo,

Gen. 3. Talmud. עוֹתוֹ שֶׁל אַחַז cap. 6.

Inueni. S. p. 6. Gen. 3. v. 6.

Gen. 11.

T. Lucr. lib. 4.

Math. 27. 28. & Ios. 19. v. 2.

Gen. 23. v. 16. Exod. 10. v. 13.

Exod. 16.

1. Paral. 11. v. 25.

1. Reg. vltimo.

Ioseph. antiq. lib. 7.

Gen. lib. 10. cap. 25.

pondo, siue talenta purpuræ hermionica. Quin etiam veterum Hebræorum non nulli; vt proditur in רַב־שֵׁית רַבָּה, Genesi magna, illud, אֲדֶרֶת שֵׁנָר Addereth Sinar, purpuram Babylonicam, non nulli, stolam rubram sunt interpretati. Nam cocci, & purpuræ liquores eundem ferè colorem rubrum efficiunt. vnde alterum pro altero vsurpatum videmus apud Euangelistas; cum vestem describunt, qua Christo, tamquam regi, conuicia faciebant impij carnifices. Sed ià ista nimis fortasse prolixè persequor. Sequitur in sacro texto: *Et ducentos siclos argenteos*. id dimidium est eius precij, quo Abraham redemit sibi suisque speluncam duplicem ab Ephrone Hetthæo. Definit autem sacra historia Siclum sanctuarij, precio obulorū viginti; quos obulos זָכָרָה vocat. Iosephus verò libro 11. 1. antiq. cap. x. scribit, Siclum esse drachmas atticas quatuor: hoc est, staterem vnum; siue semunciam. vnde & Symmachus hoc loco pro Siclis, dixit *στῆρα*; vt solet plerumque Aquilas quoque. Et hoc verum Sicli argentei pondus esse, ostendunt vetustissimi Sicli, iustissima trutina appensi: quorū vnum mihi amicitia gratia olim dono dedit vir, ob Hebraicam typographiam, & eius linguæ non solum studium, sed egregiam scientiam, atque in primis, ob singularem animi probitatem & cædorem, æterna memoria dignissimus Daniel Bombergus. Eorum lemma vtriusque literis præcis Hebraicis, siue, vt Talmudici appellant; Libanicis, vel, vt alij, Samaritanis scriptum, in ea facie, quæ virgam Aharonis ostendit, tale est: יְרוּשָׁלַיִם הַקְּדוּשָׁה. hoc est, Ierusalem sancta. in altera verò facie, qua vasculum illud, quo manna seruabatur in arca, spectatur, tale, שקל ישראל. Id est Siclus Israel. Supra autem illum mannae calicem duæ visuntur literæ, ש, Schin; &, Mem. quarum ego enotationem esse reor ש, למה מלך, Solomon Rex. Sed vt ad rem redeam. conficiunt ergo ducenti sicli daleros iustos germanicos centum. Iustos dico, non, quales nunc passim cuduntur, tam dilutæ temperaturæ, vt chrysurgica non possit citra consistere. Sed quales superiore ætate diui Ioaquimi imagine signati solebant. Budæus vir doctiss. Siclum æstimat solidis gallicis circiter x. i. v. Sed eos quoque solidos oporteat melioris esse indicaturæ, quàm sunt ij, qui nunc apud Gallos peruagati sunt. Ceterum quia in sacra historia mentio est sicli sanctuarij, credibile est, alium fuisse vulgarem siclum, siue profanum. hunc ergo existimant quidam illius dimidium valuisse: hoc est, drachmas duas. qua æstimatione Lxxii. hic siclum sunt interpretati. Sed, vt hoc quoque obiter explicem; est & aureorum siclorum mentio in Paralipomenis; qualibus Dauid aream locandæ domui sacræ ab Ornan, siue Areuna Iebusæo redemit. Hos ego pondere quidem æquales, & lemmate similes argenteis illis siclis fuisse; sed precio, pro auri ad argentum ratione, & analogia, præstitisse dixerim. arque inde esse, quod in eadem vna illa narratione, in Regum libris, & in Paralipomenis, tam diuersa precij aræ summa fit prodita. Quinquaginta enim siclis rem esse transactam, memorat Regum historia: at sexcentis Paralipomena. quæ proportio comparatioque ea fuerit, quam habent duodecim cum vno. Hoc est, vt aurum sit argenti duodecuplum. quod sanè ita esse attestatur etiam Hipparchus apud Platonem. Nam quod in Paralipomenis dici videtur, appensos fuisse, & numeratos aureos Siclos sexcentos; id non est ita; si verba Hebræa rectè interpretentur. Sic enim illa habent: Et dedit Dauid ipsi Ornan pro loco, siclos aureos. atque hic insistendum est, facta interspiratione per accentum, quem זָכָה Zakeph vocant, inter reges non. minimum. Deinde sequitur; Pondere sexcentos; siue, pondere sexcentorum. hoc est, qui valerent sexcentos siclos, argenteos videlicet. Hi enim vulgò sicli vocabantur, vt visitiores. Quinquaginta autem aurei sexcentis argenteis siclis æquè pares erant precio. Rursus quod in Regibus dicitur, זָכָה; non conficit, argenteos fuisse siclos illos quinquaginta, quos numerabat Dauid: est enim זָכָה, ac si dicas, pro pecunia, aut argenti precio. Nimirum ille quod fuerat pactus argentum, exsoluit auro, pro precij ratione. Sequitur in texto, *Et linguam auream vnā*. Quid sibi velit linguæ vocabulum hoc loco, non satis certum est. R. Dauid Kimhi existimat cum Latino, laminam, siue regulam ex auro in linguæ figuram conformatā fuisse. Et Iosephus quoque; tametsi aurū hoc cum argento confundat, videtur opinatus rudis auri fuisse frustum, massamque. Idque credibile est. Nam & scopuli, & flama, vocantur linguæ nomine ab Hebræis. Iudaicū autem somnium est, quod Talmudici fabulantur in Capitulis Eleazaris; Achanè ex statuæ cuiuspiam ore vuluiffe hanc aureā linguā, ante cuius pedes offenderit etiā positū honoris causā Babylonicū illud stragulū; & oblatos argenteos siclos, quos furrripuit. Sed de re incertissima nō est magnopere laborandū. Vetustissimus Poeta Næuius gladiolum etiam linguā vocauit, vt testatur Gellius. Fuit igitur fortassis gladiolus aureus, quo

Coccineū pro purpureo, & cuncta.

Siclus sacranj, Iosephus.

Siclorum prætorum lemma.

Siclus profanus.

Aurei sicli.

Precium aræ templi, explicatur.

Plato, Dialog. Hipparchus.

זָכָה

Lingua. R. Dauid Kimhi.

Talmudica fabula.

Deum aliquem suum armarant Ierichuntij. Ceterum vox *הָרַץ*, cum dicitur lingua pendisse Siclis quinquaginta, de sicli pondere, hoc est, staterae, accipi potest. Nam & numerum illum argenti signati, quem dixi, & eius pondus atque etiam precium significat. Etenim ista verborum complexio, *quae pendebat quinquaginta Siclis*, potest duplici sententia intelligi, vel quod id linguae aureae pondus fuerit, ut valeret quinquaginta sicli argenteis: vel quod quinquaginta stateras pependerit. Si illam sententiam sequimur, viginti quinque dalerorum; si hanc, trecentorum fuerit eius precium. Mihi posterior videtur esse credibilior. Porro cum dicitur; *Et argentum sub illo*, demonstrationis Pronomen pertinet ad paludamentum, siue stragulum babylonicum. Non enim recte reddiderunt *LXXI*, vel etiam Chaldaeus (ut certe habet meum exemplar scriptum manu) numerum pluralem, Sub illis. Argenti igitur verbo, hic, etiam aurum subiectum est. Quis enim non existimet vel in fundo ipso abditam fuisse auream linguam? Idem dicendum est etiam proximo versiculo de ista verborum clausula.

*Mittebat ergo Iosua nuntios: & cucurrerunt, &c.*

22

**D**VAVS magnis de causis mittendi erant nuntij, qui res abditas proferret in medium. altera, ut comprobaretur fontis confessio. Nulla enim, quantumvis multa, ac magno studio conquista indicia pro superuacaneis haberi debent, cum de hominis capite agitur. Vix enim vlla est res pub. in qua non sit reliqua tristissimorum suppliciorum, quae de innoxiiis hominibus, per falsas nominum delationes sumta sunt, acerbissima recordatio. Altera, ut res allatae una cum fure comburentur, quod iusserat Deus. Sed quod curriculo properarunt nuntij, id eos credibile est Imperatoris iussu fecisse, ne quis ex necessariis, aut tribulibus Achanis anteuertet: rebusque amotis actionem totam incertam & dubiam faceret. Quamquam est verisimile, per se ipsos magna alacritate ad cursum esse incitatos; ut quam citissime remp. maximo malo liberarent. cum scirent dixisse Deum; nisi abolito anathemate, se non affuturum populo.

*Itaque tollebant ea de tentorio, & adferebant ad Iosua, &c.*

23

**P**RO eo quod est Hebraice, *Et ad omnes filios Israel*, reddiderunt *LXXI*. Et ad omnes seniores Israel. Neque enim credibile est, nuntios cum rebus inuentis ad populum vniuersum adiuisse atque obiuisse, sed recta ad Imperatorē; qui cum senioribus apud arcam stabat; ubi Deus per fortitionem iudicium exercuerat, properasse. Nam seniores, atque *φύλαρχοι, ἀρχαῖοι*, patresque, familiarum, ut dixi, populum vniuersum representabant in comitiis. Porro quod conuertimus, *profundebant*, Chaldaicum imitati, est Hebraice *עָקְבָה*. Significat autem verbum, *עָקְבָה*, fundere. vsurpatur tamen etiam pro affinis verbis, *עָקַב*, & *עָקְבָה*, quorum utrumque significat statuere, ponere, figere, siue locando constituere, & affirmare rem quampiam. Putat quidem R. David Kimhi nostri verbi thema esse *עָקַב*. Verum ne id ei assentiar, obstant Grammaticorum precepta. Summa igitur sententia est, Nuntios reculas illas explicatē ante oculos omnium collocasse ut cum iis confitens Achanis confessio, Dei iudicium forte factum apertius comprobaret, eoque & iustiore illius indignatione omnes propius agnosceret: & a similibus flagitiis accuratius cauēdū sibi quisque intelligeret: quādo nihil omnium diuinis illius oculis abiecerint: haudquaquam ille quidem cum impiis Talmudicis sentiens; sed existimans, nuntios ipsos indignē tulisse Achanis sacrilegium. Talmudicos enim nihil pudet, in sexto illo capite *עָקְבָה*; quod in hac historia saepe cito; nihil, inquam, eos illic pudet commemorare; quosdam suorum dixisse; Iosua, ut reculas illas furtiuas conspexisset, stomachantem, & tantā Dei offensionem ob res tantillas aegre ferentem, illas ante arcam in solum excussisse cum his verbis: Tu ne mundi Domine, ob ista occisurus eras magnam senatus Israelitici partem? Nam verbum illud, *profundebant* literis quidem numerum singularem praefert. verum legitur plurali. Sed illi homines turpissimi, & à proba religione Christi odio abalienati, de se conuiciant, quia sint alij mente in Deum.

*Iosua porro apprehendebat Achanem filium Zare, &c.*

24

**O**MNIS iam proximis parētibus, transilitur ad Zaram, profapiae totius auctorem, compēdij gratia; cum nascēdi series vniuersa nuper satis sit explicata. Sed durū viderur, & diuinā lenitati; atque etiam scriptae legi parū consentaneū, quod filij scelus patris luunt. Nam in Deut. semel pronuntiauit Deus: Neque parētes pro liberis, neque liberos pro parētibus esse morituros. Sed illud de humano iudicio cōstitutū est. Iosua verò Dei iussa nūc exsequitur: quamquā ne ipse quidē Deus alieni peccati poenā à quoquam exigit, quod est antē

In capitali iudicio nulla indicia superuacanea sunt.

עָקַב

R. David Kimhi.

Talmudicorum impudencia.

Supra v. 14.

Talmud. עָקְבָה עָקַב.

Deut. 24 v. 16.

Augustinus. quod in se iudicium.

Talmud. עָקְבָה עָקַב. עָקְבָה עָקַב.

Isaia 55. v. 9.

Isaia 4. v. 6.

Deut. 13. v. 12.

Isaia 15. v. 11.

antē satis prolixē à nobis disputatū. Quo igitur iudicio Dei, inquit Augustinus, vel quae eius misericordia fuerit irrogata mors, aut filiis Achan, aut illis triginta sex viris, quos suo ille scelere, clam omnibus patrato, minimē obligauerat, latet apud eum, apud quem non est iniquitas. Id verò certum est; ut idem Augustinus hoc loco scriptū reliquit; filiorum Achanis necesse fuisse vtilem ad refranandam similem reliqui populi audaciam: quod in periculo sissimis noui imperij, & laucioris fortunae primordiis planē erat opus. Quod nā enim potest cuiquam facinus videri grauius, magisque detestabile, & pestiferum, quān quo non se solum, sed omnem suam posteritatem in exitium abrepturum se; praecipitaturumque; intelligat? Dicunt quidē Talmudici, tum in Capitulis Eleazaris, tum in *עַל טֵל סוּוֹדָה*, liberos fuisse patri conscios sui sacrilegij: atque idēdō suas merito culpas ipsos pependisse. at nullam causam asserunt, qua id affirmant. pars etiam putant illos non fuisse abreptos cum parente ad supplicium; sed ad spectaculum; terroris causa. idque istis assentiuntur R. R. Isaias, & Leui F. Gersonis. quorum hic argumentum rationemque etiam asserit, quod proximo versu scriptum est: Et lapidabant illum omnis Israel, non, illos. Atqui mox subiectū est, & lapidabāt ipsos lapidibus, fateor, inquit Leui. Sed hic numerus pluriū ad animalia, & supellestem pertinet. Quān sint haec parum firma, quis non videt? Nos igitur cum diuo Augustino existimare malumus; iustissimo Dei iudicio, nec sine diuina misericordia, occisos cum patre esse liberos. neque tamen paterni maleficij poenas illos soluisse. Et quādo hoc argumentū prolixius tractauimus ad versiculum *LXXI*. capitis *V*. id modō hic monebimus denuō: huiuscemodi iudicia Dei haudquaquam nostro sensu, nostrisque legibus esse metienda; sed ut planē iustissima, reuerenter suspicienda atque amplectenda. Quanto enim est caelum terra altius, tanto sunt sublimiores viae Dei nostris viis; & consilia Dei nostris consiliis. ut est apud Isaiam scriptum. Quippe statuendum est; nisi impij simus; immensum esse Dei erga genus humanum amorem: & proinde neminem aut morte, aut calamitate alia multari, nisi quatenus id diuina iustitia dicat; & simul misericordia, cum illi qui multatur, re ipsa, tū aliis exemplo vtile esse cognoscit. Cui rei, cum alia plurima, quae sacris literis prodita sunt; tum illud cum primis argumento satis magno est: quod apud Ionam ille ignoscensissimum se esse declarat: neque id solum aduersus homines, praesertim eos, qui non norunt discrimen inter dextram suam, & sinistram, hoc est, qui per atatem sunt innocentes; verum etiam erga brutas pecudes: cum sit omnium opifex & parens. Sed iam pergamus. Accurata illa rerum omnium enarratio, quas cum fonte abolitum eunt, commendat Imperatoris diligentiam curamque, pro salute populi. Nihil enim de anathemate reliquum fieri debuit. anathema autem esse censebatur, quidquid ad eum qui in noxia erat, pertineret: quasi pauculae illae res per sacrilegium subtractae non ipsum sacrilegium modō; sed simul eius liberos, opes, fortunaeque omnes contaminauissent. Afferebat enim ista opinio metum vtilem populo, cum intelligerent, quantum esset peccati contagium. Quod etiam illud spectat, quod furtiuum hoc aurum argentumque inferri in suum thesaurū non vult Deus; sed una flammis tradi. Similis aut maioris etiam, ut videtur, seueritatis exemplū statuitur, Dei lege, in eas ciuitates, quas Iudaei *ערים נדחות* vocant: quae totae cum rebus omnibus abolerentur funditus, cum foeda religio peruagata in illis longius latiusque; est: ne sensum eadē pernicies in aliorū atque aliorum animos illapsa, repente populum omnem euertat. Porro illud: *Comitabatur autem illum omnis Israel*, interpositio est, qua populi alacritas & studium ad expiandum facinus, Deumque placandum commendatur. Et fortassis oblique simul tribus Iuda à cōtumaciae suspitione vindicatur: quae nō torpet indignatione, ob acceptā propter suū tribulē ignominia: sed pari cum aliis alacritate pompam supplicij profequitur. Sed cur *subducebant illos in vallem Achor*? nimirum nefas erat in castris vlla de causa interimere hominem. Ut enim antē est à nobis expositum, immanis per se res est humana caedes. Vocatur autem supplicij locus *vallis Achor*, *עַל עֶקְבֶן הַפַּחַח*. Achan enim etiam Achar appellatum esse ostēdimus supra. Sed enim parum congruere dicas subducendi verbum cum valle. R. David Kimhi ergo suspicatur, inter castra, & eum locum fuisse collem aliquem superandum: sicut contra, in Iudicium historia, descenditur ad rupem in quam Samson fugerat. Sed nulla est causa istarum angustiarum, cum pro, subducebant, recte possis dicere, inducebant. Verbum enim *הָלַךְ*, in leui formula, quam Kal nominant Grammatici, saepe significat, intrare; ergo etiam in Hiphil, inferre, & inducere. Chaldaeus pro valle, dixit, planitiem. Equidem puto de illa planitie, aut valle agi, quae ab Ierichunte cōtinuo tractu ad

Filij eius cum patre enocati.

R. Isaias, R. Leui Gersonis.

Dei iudicia supra nostrum caput sunt.

Deus ignoscensissimus est.

Peccati contagium maximū.

ערים נדחות

In castris nefas erat supplicio afficere hominem.

R. David Kimhi.

עַל

Sichem vsque procurrit, fertilis cum primis & pascua. vt ex Isaia verbis constat; qui sicut Saronia campum ab ouibus, ita vallem Achor commendat à pinguibus bobus.

Locus explicatus.

Isaia 65. v. 70. Osa. 2. v. 15.

Dicebatque Iosua: Eben, conturbasti nos. &c.

25

עבר

VERBUM עבר Achar, quo ad Achanis, siue Acharis nomen alluditur, proprie significat conturbare; vt mecum Aquilas, Symmachus, Theodotion, Chaldaeus, Latinus denique sunt interpretati. attamen vsurpatur aliquando, pro corrumpere, perdere, abolere, hoc est ελοθρησκει. vt LXXI. conuerterunt. Nam quae conturbantur, ea amittunt natiuam gratiam ac decus. Vocula autem עבר saepe illa quidem interrogationis dat significationem. at hoc loco, vt mihi videtur, lamentationis & querelae nota potius est, cum interrogatione coniunctae. ac si dicas, O quantum! Eheu quibus modis! &c. Nam sic etiam ab Ezechiele vsurpata semel atque iterum est; sed per Kametz scripta. Ceterum futurum עבר conturbabit te, per finitum modum, lubentius, quam optatiuum, aut imprecatiuum, vt sic dicam, reddidi; ne ista ab Iosua per iram agi viderentur. Quis enim non existimet, mitissimum Imperatorem summa cum misericordia ad sumendam hanc ab Achane poenam descendere? Et quod scitit Philo Iudaeus de ipso Deo scribit, cuius spiritu Iosua regebatur; εὐδοκῶντα ἐλεεινῶν, ἢ ἐλεήσων τε εὐδοκῶν. hoc est, vt paullum explicem, iudicij constituti seueritatem non sine misericordia exsequi; & tamen per misericordiam, cur minus iustitiae atque iudicio suum reddat tenorem cursumque, minimè impediri.

Philo de Deo immutabili.

Magistratum turpis molities, & effrenata ira taxantur.

Anabaptista reselluntur.

Magistratus fontem placentis, quo modo peccet.

In hoc die.

Turpis enim molities est, & crudelis misericordia in principe viro, vel magistratu, praenimia animi teneritate, iustas de sceleratis poenas non exigere; atque maleficiorum impunitate effrenatum alere hominum furorem. hoc est, malis parcendo perdere bonos. Sicut rursus belluina immanitas, in hominem vincendum, inermem, poenitentem, & planè miserum ac miserabilem, quantumuis alioqui multis grauiusq; coopertum culpis, adhibere saeuitiam, eumque per irae libidinem punire. Quis enim ita prorsus omnè exuat humanitatem, vt in hominū carnificinis ipse sibi veluti delicias faciat? Sanè talem animi intemperiem opinor Anabaptistas, fanaticum genus hominum, attribueri magistratui, cum eum aduersus Christianam caritatem peccare ogganniunt, quando noxios vita multat. Sed vt eò reuertar, vnde paullum egressus sum. Non damno tamen Latinum; qui reddidit, Turbet te Deus: modò vt sit ea iudicij oratio, sententiam pronuntians; non exitium imprecantis. Ceterum cum Iehouam vindicem culpae facit Iosua, ostendit, Dei opus esse supplicium, quod de nocentibus legitime sumit magistratus: vt illius administer. idque Paullus quoque Romanis scripsit. Quod si verò eam ad res, suam etiam, & priuatam iram adhibet; iam se humanae credis reum facit: dum non tam Dei, quam suae bilis administer est; atque vt hostis hominem percutit. Porro ex eo quod sequitur, In hoc die, colligunt Talmudici ἐν τῇ σήμερῃ, Achanem in hac vita, non item in altera poenam dedisse Deo. atque in hanc sententiam Iudaei omnes pedibus vadunt. Nobis verò credibile id quidem videtur: sed non ob ista verba; verum potius, propter ingenuam illam confessionem. Nam istud היום היום, In hoc die, nihil significare aliud censemus, quam illud crebro vsurpatum היום היום, Sicut hoc die, vel sicut iste dies, quod LXXI. hoc quoque loco expresserunt. Est autem id ferè affirmandae rei nota, tamquam per euentiam quandam. ac si dicas, planè, omnino, prorsus, clarè, apertè. & tam certò quam praesentis diei lucem vides, qua fruētis. Sequitur: Et lapidabant eum omnis Israel, lapide. Diximus ad versiculum xv. quid de hoc loco sentiret diuus Augustinus, & quid R. Solomon. quorum neutrius sententiam probabamus. Sunt igitur alij, qui hanc particulam, ab illa altera in versiculi extremo posita nò differre sensu putant. Hoc enim Pronomen singularis numeri, illum, ἑστὶ ἐν ἀλλοτρίῳ, ἢ ἐν σήμερο, pro illos, positum esse: vtramque verò hoc ipsum significare, quod insequentis versiculi initium, id est, obrutos esse, tum Achanis, tum rerum ceterarum cineres lapidibus à vulgo coniectis. Itaque narrari nunc ante exustionem, quod post fiet. Hanc ego sententiam non quidem prorsus repudio; verum neque planè approbo. Insolens enim videtur ista verbi, lapidare, significatio. Quare verius, simpliciusque existimo esse, Achanem cum rebus suis omnibus, atq; liberis, exustum quidem esse, pro Dei iussis. nam alioqui etiam solenne erat, igne sacrilegia

Ezech. 16. v. 30. & 19. v. 4.

Rom. 13. v. 4.

Talm. סנהדרין cap. 6.

legia expiare. neque anathema magis profus, vt sic dicam, potuit aboleri, quam si in flammam fumumque abiens dissiparetur, atque euanesceret. Verum interea dum ille ducitur, dum rogos struitur, incenditur, conscenditur, populum placandi numinis audum à iaciendis lapidibus non continuisse manus. vt fit, dum quisque pro se conatur maximè strenuus videri in publica perniciose propellenda. Sed neque illa fortassis absurda fuerit sententia; si exustionem à Deo mandatam ad cadauera spectare dicamus, ceteroqui viua corpora esse lapidibus enecata: & lapidum denique cumulo obrutos & contextos cineres. In libro Tanhuma, siue תנחומי scripta est veterum Hebraeorum haec sententia; Solum Achanem fuisse lapidatum, prius quam exureretur; idque propter violatum sabbatum. Cum enim, inquiunt illi, capta die sabbato esset Iericho, Achan suam rem, non Dei, agens; siue, vt Isaia loquitur, suam voluntatem faciens, diem sanctam profanauit. cui flagitio poenam consultus Deus constituerat lapidationem in Numeris. Deinde verò cum rebus aliis in ignem esse coniectum. quippe qui simul impia sacrilegij fraude esset obligatus. Hi ergo pronomen pluralis numeri, ipsos, pro singulari accipiunt. Quae est igitur caussa, dices, illarum angustiarum, in quibus versabatur diuus Augustinus, vt alioqui acutissimus? Nimirum ille LXXI. interpretum secutus fidem; & auctoritatem, quae apud ipsum erat summa; nullam hinc exustionis mentionem audiebat. Illi enim interpretes eam verborum complexionem, quae in Hebraeo est; חָרְפוּ אֶתְּכֶם בְּאֵשׁ. Et comburebant ipsos igne, nullo verbo repraesentarunt, cum putarent esse superuacaneam.

Isa. 58. v. 13.

Numer. 15. v. 35.

Extruebantque super eum tumulum lapidum, &c.

26

DIXI nuper, R. Leui F. Gersonis existimare, liberos Achanis non esse affectos supplicio, quia vni soli tumulus struitur. Atqui numerorum ἐναλλαγή vsitatissima est in sacris literis. Ad hoc: vnus Achan vnocens, hoc supplicio interfectus est: liberi verò eius, resq; aliae, ceu accessio, adiunguntur. non ergo mirum, si vnus tumuli mentio fit. Sed enim vt Achanis hic funeri, ita mox Regis Hai, & alibi Absalonis, atque aliorum cadaueribus, lapidum acervi esse impositi memorantur. id autem ego sic esse accipiendum existimo, vt, quae fuit religiosa antiquitatis pietas, iniecta primùm corporibus gleba fuerit, humusque: ne solis illa lapidibus; sed terra ritè tecta, vereque sepulta & humata iacerent. Neque enim lapidibus, quasi operimento, fuisse obducta ipsa; sed ex lapidibus statutum esse ipsis tumulum narratur. Est enim in sacro texto hinc verbum, חָרְפוּ, alibi חָרְפוּ, quae verba erigere, & statuere significant. Eiusmodi enim monumentis non minus malorum consignari memoriam, quam bonorum hominum vtile erat; vt in vtrisque proposita posteritati exempla essent, quae mentes tum ad virtutes incitarent, tum à vitis reflecterent. De clausula, vsque ad hanc diem, satis multa antè. Sequitur: Et rediit Dominus ab indignatione irae suae. Vsitatum in sacra historia est, Deo personam hominis circumdare: multaque ad similitudinem imbecillitatis humanae in ipsum traducere. Itaque ea nunc placidum, nunc iratū describit; tamen ille sui semper similis, & planè ἀείρονος sit. vt enim noster captus est, non vt illius sensus, ita illa loquitur: & ad nostras perturbationes emendandas, Deum animo perturbato inducit. Igitur quod hoc loco memoratur, decedere ab indignatione, sic est accipiendum; meliore eum nunc spe animos populi confirmasse: seque rursus, vt antè, benignum rebus omnibus declarasse. Hebraice est חָרְפוּ, id quod conuertit, indignationem. Nam furor dicitur, cum furor dicitur, furor dicitur. Sed cum furor dicitur, furor dicitur. Neque verò furor etiam illi voci subiicitur; quae exandescentiam proprie significat: & alioqui saepe non pro bile commota, sed pro animi molestia tadioque vsurpatur. Porro verbum חָרְפוּ reddidi passiuè, vt sic dicam, quia crebro in illiusmodi orationibus sic video esse positum. aut certè absque persona, cui hereat. Si quis tamen Imperatoris nomen, Iosua, suggerendum esse malit existimare, non contendam contra. De valle Achor nuper dicebamus.

Sacrilegia igne expiate solenne est.

Tanhuma.

R. Leui Gersonis. Enallage numeri.

Veterum religio in humanis corporibus.

Monimenta cur malis & bonis statuta ab antiquis.

Hominum perturbationes attribuitur Deo in sacra historia.

ANDREAE MASII COMMENTARIORVM IN IOSVAM CAPVT VIII.

Superiore capite audivimus, post captam, euerfamque Ierichuntem bellum fieri coepisse ciuitati Hai; quae proxima occurrebat, continuo versus occidentem penetrantibus in Chananzam Israelitis. Sed eam expeditionem cum mox accepta clades impedi-

Dei benignitas.

Reconciliata Dei gratia non minor est quam nunquam imminuta.

Quæstio.

Deus multis modis consulet nostris vilitatibus.

Surge.

Hai loco editiore.

Arrogantiam solet infortunium consequi.

Haiensis prædæ cur militi permissa.

impediuiſſet; conſumta adhuc eſt omnis narratio in procuratione, & expiatione diuinæ iræ exponenda. Iam igitur hoc capite ad Haienſe illud bellum reditur: id quæ memorabili ſtratagemate conficitur, parſa nobili, & incruenta victoria. Ponitur autem nobis ante oculos in primis, ſumma Dei erga miſeros mortales benignitas, atque beneficentia: qui non ſolum, cum eſt noſtris offenſus vitis, per ſacrum ſuum verbum, & diuinum aſſatum, nos ab errore reuocat, reducit, reſtituit denique ſecum in gratiam; quod luculenter nos docuit ſuperior narratio: verum etiam placatus iam nobis vel benignius quam antè facit: aded vt reconciliata eius gratia, quam nunquam imminuta maior videri poſſit. Itaque nunc ritè expiatus Achanis ſupplicio, non patitur diutiùs ſuorum animos triſtes aſſictosque iacere. Sed ſuauiſſimis maturè conſolationibus ſuccurrit, ſubleuat, ſulcit, confirmat. Neque enim dubium eſt, quin Iosue aliorumque prudentiorum mentes etiamnum cogitationes plurimæ ſolicitas habuerint; quamuis eſſent Dei iuſſa ſedulò exſecuti. Perſpexerant enim ſatis popularium ſuorum vitoſitatem. quam ſæpiſſimè quidem punitam à Deo, nunquam tamen ſatis domitam viderant. reputabant etiam ſecum, quo eſſent loco, & quàm inexplicabilibus vndiquaque difficultatibus circumdati. intelligebantque, nihil proſus, niſi Deo propitio, geri vllis viribus rectè poſſe. Haud igitur mirandum in eo eſt, quòd noua rursus Dei confirmatione opus habet Iosua, quamuis fortiſſimus, atque cordatiſſimus Imperator. Sed enim, dicit aliquis, cur militè vniuerſum educere in expeditionè iubet Deus aduerſus tam paruas hoſtium copias? Neque enim plures duodecies mille, vtriuſque ſexus homines in Hai fuiſſe videntur; vt exiſtimandum ſit vix millia ſex armatorum pugnantiumque defendiſſe vrbem. Atqui ego illud, *aſſumito tecum omnem populum bello aptum*, ſic eſſe accipiendum opinor; Neminem qui militari virtute non polleat, educi in hanc expeditionem oportere. Nam vniuerſa multitudo magis impedimento, quam vſui futura erat; cum eſſet ſimulanda fuga: vt audiemus. Quamquam ad numerum Haienſium quod attinet, an tam exiguus ille fuerit, poſt videbimus. Sed hæc opinio mea ſi fortè alicui minus videtur probabilis; exiſtimet ille, produci omnes in rem præſentem debuiſſe; vt pulchræ victoriæ aſpectu ad ſe redirent, diſcuſſo metu, qui propter aduerſam nuper pugnam in omnium mentibus penitus inſederat: atque vt ipſo vſu creſceret virtus. Ad hoc, vt par eſſet omnium conditio in prædâ, quæ prima trans Iordanem militi permittitur. Nam ad ſtratagemata quod attinet; in quo conſuſa multitudo inutilis futura fuiſſe videtur; dici probabiliter poſteſt: Imperatorem nocte cum parte copiarum nõ magna in vallem proceſſiſſe ad vrbem. reliquum exercitum in caſtris ab Aquilone factis manuiſſe. Sed hæc mox explanabuntur. Sanè vt vt iſta ſunt, illud conſtat; Deum aliàs aduerſus maximas hoſtium copias paucos è ſuis mitti voluiſſe; qui rem gererent; ceteris in caſtris otiantibus. Nimirum, quò non in ſuis viribus conſiliisque, ſed in ipſius benigna ope ſpem ponere homines diſcant. Aded multis diuerſisque modis optimus parens, vtilitatibus ſuorum prouidet. Verbum *Surge*, hortantis eſt, vt ſæpè alibi. Porro *conſcende*, argumento eſt, Hai fuiſſe loco editiore; vt diximus antè. Denique, *vide, & dedi*, inſperatam quidem, ſed quaſi præſentem, & iam partam victoriam Imperatori ponunt ante oculos. Quia autem ſe dediſſe hoſtem in manus Iosue Deus ait, admonet illum, ne ſuis viribus, ſueque gloriæ aſſumat victoriam. qualem arrogantiam ſolent plerumque infelicitates maximæ, atque infortunia conſequi. Extrema clauſula, & *regionem illius*, ea loca intuetur, quæ Rex Hai extra vrbem polita in poſteſtate, & ditione ſua tenebat.

*Facies autem ipſi Hai, & eius Regi, ſicut feciſti ipſi Iericho, &c.*

V R B I V M nominibus hoc loco ſubiiciuntur ſimul ciues: quod ex clauſula extrema verſiculi x x i v. conſtat. Quamquam ſi hos Regum appellatione ſignificatos eſſe malis opinari, per Hypallagen; non contendam contra. Sed non eſt exiſtimandum de ſupplicij certo genere præcipere hîc Deum. Tantum perdendos eſſe ait Haienſes, vt perierint Ierichuntij, vnâ cum vrbe. Nam de Ierichuntiorum rege, quòd actus in crucem ſit, nuſquam, quod ſciam, eſt memoriæ proditum: at Haienſis ex patibulo ſuſpenderetur. Neque deuotum eſſe vrbis Hai inſtauratore ab Imperatore, ſi quis fortè olim exiſteret, legitimus. Ierichuntem tamen qui aliquando eſſet reſecturus, eum exſecrabatur ille; orbitatemque ei exoptabat. Pronomina quæ nominibus, prædæ, & pecudis, hærent, ea vrbem ipſam demonſtrant, cum ſint genere feminina. Diximus autem capite ſexto, ad verſiculum x x i i. cur de ſpoliis vrbis Ierichuntis nihil militi permitteretur. huius autem prædâ vrbis vel ided recreandum exercitum putabat Deus, vt ne fruſtra ſe perpetuò congreguram

congreguram cum hoſte putans, animum proſus deſponderet gens, præſentibus opibus mirificè inhians. Ad hoc, nullam operam contulerant milites ad expugnandâ Ierichuntem: at hîc aliquis eſt militaris virtutis vſus: non quo Dei ſolius potentia res confici non poſſit. ſed vt ipſi excitentur officio ab ignauo torpore, ad alacritatem. Sed enim obſeruandum illud eſt, *diripietis vobis*. Non enim vel ſoli Imperatori, vel paucis tribunis, aut centurionibus conceditur, vt ipſi partes faciant: & quantum velint priores ſibi de manubiis ſumât. Vbi enim pericula, ibi & commoda quoque eſſe communia æquum eſt. Et principes viros eniti decet, vt vera virtute, factisque præclaris ceteros antecellant magis, quam opibus. Neque ferè quidquam eſt, quod Imperatorum, atque ducum in exercitu exiſtimationem magis minuat apud milites; quam ſi illi horum fraudatis circumſcriptisque laboribus, maximam prædæ partem domum ſuam auertant. Porro illis verbis, *Collocato tibi inſidias aduerſus vrbem*: quid facto opus ſit, breuiter demonſtrat Deus. Cetera prudentiæ Imperatoris cogitanda relinquit: Niſi quis malit exiſtimare, iſtam verborum complexionem eſſe præciſè ſcriptam; atque de eſſe reliquam ſtratagematis à Deo commoſtratam rationem, quæ verſiculo quarto ab Imperatore exponetur apud milites. Sanè certum eſt, omnem Iosue prudentiam in ſpiritus diuini inſtinctu atque aſſatu poſitam fuiſſe; à quo in actionibus omnibus dirigebatur: vt in huius cõmentarij initio vidimus. Ceterum illud, *poſt ipſam*, oſtendit, collocari inſidias vrbi debere ab occidente. Hæc enim oracula prodebantur in ipſis caſtris apud Ierichuntem; aut, ſi mauis, Galgala, hoc eſt, ab oriente. Diuus Auguſtinus mouet hoc loco de inſidiis quaſtionem: an vrbem probum iuſtumque vti illis fas ſit, cum fraudi ſint affines, & occultæ circumſcriptioni. Reſpondetque; Nihil referre, aperto Marte, an inſidiis, & ſtratagemate vincas; modò vt quod facis bellum, ſit iuſtum. Eſſe autem illud bellum iuſtum, ait, quod vindicandæ iniuriæ cauſa ſuſceptum eſt; aut à Deo ipſo imperatum: qui & vacuus eſt ab omni iniquitate, & nouit quid cuique fieri rectè debeat. Tale enim bellum qui faciunt, eos non tam eſſe eius auctores, quam Dei adminiſtros. Et rectè, mea quidem ſententia, Auguſtinus, nodum illum; quantum certè ad præſentem pertinet locum; diſſoluit. Iam olim enim delere bello Chananæam gentem iuſſi fuerant Iſraelitæ. Sed quæ de mendacio hîc prolixè ille diſputat, non ſatis video, qui poſſint ad iſtam accommodari rerum narrationem. Quæ enim hîc eſt mendacij ſpecies? niſi verò ſua hoſtem celare conſilia, mentiri eſt. Neque enim falſis dictis, aut promiſſis, vel pactis aduerſariis circumſcribuntur. quod ne in iuſtiſſimo quidem bello probos viros decere dixerim: Sed vt id teneatur tamen, ratumque ac fixum maneat; Improbum nihil cenſeri poſſe, quod à Deo ſit mandatum. Sed ſi quis plura de mendacio requirit, is ea relegat quæ ad verſiculum v. capitis ſecundi diximus. Sed enim miretur quiſpiam; neque abs re; cur hanc etiam vrbem delere funditus iuſſerit Deus: cuius conſilium & voluntas tamen erat, vt Iſraelitæ non ſolum Chananæos tota regione exterminarent: verum etiam loca eorum ipſi habitarent. Et exſtat apud Xenophontem prudentiſſima deliberatio ſummi Imperatoris Cyri, qua oſtenditur; ad bellum in aliena ditione rectè gerendum, eſſe conſultiſſimum; non ſolum hoſtibus, quantum fieri poſteſt, plurima caſtella eripere: verum ſibi ſuiſque plurima etiâ comparare. quippe qui hoc non faciant, eos nihil differre ab illis, qui per vaſtum pelagus nauigant. Nam nauigant illi quidem perpetuò curſu. Sed quam vndarum partem nauigatione ſemel percuterunt, eam non magis tenent, quam adhuc intactam. Vei vñ nolebat Deus Iſraelem ſuum humanis fidere rationibus: ſed ſua vniùs ope & gratia niti; ſuos obſeruare nutus; in ſe ſolo fiduciam omnem habere collocatam: ſuam vniùs beneuolentiam, vt tutiſſimum receptaculum intueri. Volebat quidem, vt paulatim proſtigatis veteribus colonis, habitationes ſibi in Chananæa ipſi compararent; vrbesque ab illis relictas colerent. Verum nondum vique eò reſpreſſus erat hoſtis, vt conſultum eſſet, locos vllos munitos manere, qui illi poſſent rursus eſſe receptui. præſertim cum ipſi nondum defuncti eſſent imperata cæremonia ad montem Hebal, & Garizim: quò vniuerſa multitudo erat abducenda. Et alioqui præſidiis tenere caſtella, atque oppida, prius quam magna belli pars conſecta eſſet; nihil fuiſſet aliud, quam ſui fiduciam augere, Dei minuere. Cetero qui credibile eſt, ad conſeruandam hanc vrbem, quàm ad vaſtandam fuiſſe propenſiores milites: quando tam acriter iubet Imperator, eam exurere, vt verſu octauo audiemus.

*Iosua igitur ſurrexit, & vniuerſus populus, &c.*

3 4 5 6 7 8.  
STRATAGEMATA, quod his proximis aliquot verſibus continetur; non ſatis dilucidè planeque

Ducum auaritia takatur.

Imperatores boni, virtute milites, non prædæ parub. excellere debent.

An vbi inſidias fas ſit.

Bellum iuſtū.

An hoſtibus vrbes delendæ. Et cur deleta Hai & Iericho.

Reſponſo.

planeque descriptum esse, mihi certe, videtur. Quis enim existimet, triginta hominum millia, diem solidum, clam ciuibus Haiensibus, locum ad urbem proximum insidere potuisse: atque insuper alia quoque millia quinque, praesertim cum a tergo proximè exstaret Haiensium socià vrbs Beth-el? Quare credibilis esse puto, non productum in hanc expeditionem fuisse populum vniuersum militare: sed solos tricies mille, delectos ex toto exercitu, & horum quinquies mille collocatos in insidiis. Nam huiusmodi narrationes, etiam alibi, in sacra historia confusè, permixtè, obscureque sunt expositae. qualis est vel in primis ea, quae in Iudicum libro scripta habetur capite x. huic nostrae quam simillima. Quae narrationum confusio inde, nisi fallor, nata est; quòd cum illiusmodi res memorabiles à pluribus sanctissimis viris in sacra illa diaria, atque annales; quorum antè facta à nobis mentio est; relatae, alio atque alio ordine, verbisque, ut fit, diuersis legerentur. is verò qui sacram tandem historiam vniuersam in eos quos iam habemus libros, diuino consilio redègit, enixius laboraret, ne quid eorum, quae à sancta antiquitate in illis diariis annalibusque prodita inueniebant, imprudens omitteret, ipse rem eandem vnam non vna continente atque aequabili oratione, sed ex diuersis narrationibus confusà permixtaque conscripserit. Quamquam non pugnaero, si quis hic religiosius ipsis sacris verbis insistens, occæcatus vique eò fuisse à Deo Haiensium & oculos, & animos dixerit, vt ne tantum exercitum post urbem latentem, per tot horas, vilo sensu perciperent. Sed explicabo tamen historiam, vt mihi credibilior visa est. Surrexit ergo Iosua, & vniuersus populus militaris, vt ascenderent Hai. Hoc est, comparabat se Iosua, vt delectum militum ageret, quos in Haiensem expeditionem esset ducturus. quotquot verò fuerunt in populo viri militares, promptè atque alacriter ad eam rem nomina sua offerebant. Ex omnibus igitur ille cum triginta millia selegisset, qui singulari virtute ceteris praestare videbantur, eos amandabat nocte, non quidem omnes illos tricies mille viros delectos, sed, *כי טענדו חיו*, eorum quosdam; nimirum quot versu duodecimo dicentur. hoc est, quinquies mille: quos iussit in insidiis esse à tergo urbis, id est, ab occidente. (Nam ista aguntur, vt dixi, in castris, ab oriente) & quoad eius fieri posset, locum oppido proximum capere. atque ad omnem nutum attentos esse. Sequitur, *Ego verò & vniuersus populus qui mecum erit, &c.* quibus verbis cur paratos illos atque intentos in insidiis esse voluerit, pergit explicare. Ego, inquit, & qui vestrum apud me erunt, hoc est, Ego cum ceteris x x v. millibus vestrum, nostro ad urbem aperto accessu prolecebimus oppidanos; cum nos fugere existimabunt. Nam fugam simulabimus. tum porrò vestrum, quinque millium scilicet, munus erit; nudatam praesidio urbem de insidiis inuadere. Neque enim id frustra conabimini. quippe dedit eam vobis Deus. Sed expugnatam direptamque concrematote tandem; atque planè ita agite, vt imperatum nobis à Deo est. &c. Animaduertendum est autem ista iussa, *Cumq; ceperitis urbem, incendetis, &c.* non ad solos eos, qui in insidiis erant; sed ad delectos tricies mille spectare. Hi enim urbem erant euerfuri incendio: sed capta atque ablata prius omni praeda. Nam quod soli illi quinquies mille memorabuntur urbem incendisse; id de indicio, quod sociis excitato fumo faciebant, est accipiendum. vt dicemus ad versiculum x i x. Ceterum, quod noctu mittit insidias, circumspecti Imperatoris est: qui vt hoste non ignauiter formidat, ita neque temerè contemnit. Non dubitabat ille quidem de victoria cum eius esset ipso Dei oraculo factus certissimus. At ob Dei effata non debet hominum industria ad illa accommodata, pro superuacanea atque inutili haberi: non magis quam ob eiusdem praescientiam, vt vocant, siue praenotionem. Ad hoc, Deus insidias vrbi collocari iusserat. Iam verò nisi clam vrbe locum suum illi cepissent, non fuissent insidiae. Iubet autem ipsos prope abesse ab vrbe; vt praesidio nudatam ilico possint inuadere. Porrò cum dicat, *Ego & vniuersus populus qui mecum erit*, quis putet, eum loqui de vniuersis Israelitarum copiis? Sanè quantavis temeritate informatos oppidanorum animos ab nupera victoriola fuisse dicas; non est credibile prodituros ad pugnam fuisse, si innumerabilem illam aduersariorum multitudinem conspexissent. Illud verò, *Dones extraxerimus ipsos extra urbem*, monet, ne nimis citò se moueant insidiae: sed expectent, dum persequendi studio longiusculè euecti ciues fuerint. Deniq; illud, *En insidiis vobis*, testè videtur ad Achans exemplum alludere. cui exitio fuit, non paruisse diuinis iussis.

*Dimisitq; illos Iosua, & profecti sunt, &c.*

9 10. 11.

REPETIT, explicatque quod dicere coeperat tertij versus extremo. addit enim profectos illos quinquies mille viros cepisse insidias locum, inter Beth-el & Hai, hoc est, ab occi-

Narrationes cur confusae in sacris literis.

Circumspectus Imperator hostem, neque contemnit, neque formidat. Dei omnia non excludunt hominum industriam.

Hai, & Beth-el vbi.

ab occidente; si urbem Hai spectes. Nam Beth-el ab Hai aberat circiter horae vnus itinere versus occidentem; sic tamen, vt non nihil in Septemtrionem declinaret, vt supra diximus. & quia vtraque vrbs in montosis exstabat locis, fuere sinuosi collium anfractus insidiis collocandis opportuni. Porrò cum nocte illos à se dimisisset Imperator, vt tenebris rectè urbem hostilem praerire, locumque ad fallendum aptum insidere posset, ipse proximae diei lucem in castris expectabat. quae simul atque apparuisset, recensuit reliquos quos pridie delegerat, & conscripserat milites: atque deinde comitatus tribunus militum; qui seniores, ob prudentiae in re militari praestantiam, vocantur; ducè sese versus Hai praebuit. Illi verò alacriter omnes Imperatorè sunt secuti vsque prope urbem. Vbi castra fecerunt ab Aquilone: inter quae & oppidum media erat vallis. Possent autem sacra verba etiam in hac sententiam interpretari. Quod Imperator mane populum recensuerit; hoc est, ea constituerit, quae in populo opus erat: ac deinde *וַיִּשְׁלַח* id est, coram & spectante populo, conscenderit, comitatus senioribus, versus Hai; illique sint eum subsecuti, quos ad eam expeditionem pridie delegerat. Illa enim verborum complexio, *populus qui cum eo erat*, iis quinquies mille viris opposita est, quos nocte à se dimiserat ad insidias. Ceterum existimandum hoc loco est, castra ista ab aquilone facta non tam prope urbem fuisse, vt oppidanis in conspectu essent. sed potius, vel post colles, vel in solitudine latuisse. quando certum est, postridie demum patefactam esse Haiensibus Israelitarum praesentiam: cum Iosua de nocte in vallem propius ad urbem, de industria, accessisset.

*Acceperat autem circiter quinquies mille viros, &c.*

12

ABSVRDVM profectò est, existimare, nouas hic insidias instrui; & vt somniant Iudaei, propius aliquanto ab vrbe, quam priores infederant. Non enim video qua id fieri potuisset ratione, clara luce. quando illi, qui minus prope, vt isti volunt, aberant, non nisi per tenebras locum occupare clam ciuibus potuerit. Neque verò etiam nisi de vnis insidiis in captae urbis narratione mentio erit. Id ergo modò explicatur hoc versiculo, quod supra de insidiis fuerat dictum, expresso hominum numero. Affert autem obscuritatem orationi, quod Hebraica verba nullum praeteriti plusquam perfecti habeant discrimen.

*Iamq; di. posuerant populum exercitum vniuersum, &c.*

13

CVM Imperator & seniores, siue tribuni militum disposuissent vniuersum populum, quem in hanc expeditionem eduxerant. hoc est, cum iam alios in insidiis à tergo urbis, id est, ab occidente, alios in castris ad aquilonem factis collocatos haberent; processit Iosua nocte propius ad urbem in eam vallem, cuius paulò antè meminimus. Nimirum vt hostibus tuam praesentiam patefaceret, ipsosque vrbe proliceret. Credibile est autem ipsum, non magna multitudine, sed quantum contemnere Haienses possent, comitatum processisse: praesertim cum constitutum haberet, non conferere manus, sed refuge-re versus illa, quae ad Aquilonem habebat, castra. Cur autem de nocte, ac non clara potius luce, in vallem se contulerit Iosua, cum ab oppidanis conspici vellet; ego hanc cum habuisse causam existimo; vt cum ipsa locorum ratio, castra ad Aquilonem facere iussisset; quae castra etiam tum latere Haienses volebat, ne ipsis terrori essent, ab Ierichunte verò, siue Galgalis aliud esset consuetum iter, quod Hai duceret: faciendum sibi putauisse callidum Imperatorè, vt hostes nihil aliud quam se rectè ab Ierichunte profectum adesse cum paucis illis quos secum duxerat, suspicarentur; vnde nuper illi quoque venerant, quos deuicerat. Verum enim verò posset iste versiculus explicari quoque hac sententia. Iamque populus perniciem moliebantur, vrbi videlicet, tum per castra illa ad Septemtrionem posita, tum per insidias, quae ad occidentem infederant. Nam verbum, *שם*, talem habere vim significationis videtur etiam in Regum historia; vbi Ben-adad seruos suos cohortatur ad excidendam Samariam. Sic enim illic scriptum est *וַיִּתְּנֵם לְיַד הַיָּמִינִים*. Quod ad hunc modum est interpretatus Chaldaeus. Et ait ad seruos suos: Omni studio incumbite, ad capiendam urbem scilicet. Et incubuerunt in urbem, &c. Et rursus, vbi Deus memorat Amalecitas malum Israeli esse machinatos per viam: & vbi Ionadab Dauidi aperit odium, quod Absalom aduersus Amnonem gerabat, ob contupratam sororem. Alias huius loci sententias, quas commemorant Rabbim, Solomon, Kimhi, Leui F. Gersonis, alij, sciens praetereo, vt nimis argutas, atque extortis verbis formatas. Ceterum quod conuerti, *Insidias* in hoc versiculo, est Hebraicè *עקב*, quae positio decipere & fallere interdum significat. Insidias autem ad

Iudaeorum opinio refellitur.

Cur in vallem de nocte processerit Iosua.

Explicatus locus.

עקב

3. Reg. 20. v. 12.

1. Reg. 15. v. 2. 2. Reg. 13. v. 31.

fallendum hostem comparari nemo nescit. Latinus autem interpretis pro extrema castrorum parte accepit, quia calcaneus quoque illi voci subiicitur, quæ est pedis postrema pars. Nimirum existimare videtur iste, sic ad Septemtrionem facta fuisse hæc castra, ut ad insidias usque pertinerent, quæ ad occidentem latebant. quam sententiam ut non lubet refellere, ita minimè probare possum. Verùm illud facilius concesserim; insidias illas calcaneum vocari, quia post urbem, hoc est, ad occidentem, erant. Nam Pronomen, eius, pertinet ad exercitum.

Factumque est, ut vidisset Rex Hai: properarunt, &c.

14

CREDIBILE est, videre, hinc pro, percipere, positum esse: atque à vigilibus, qui excubias ea nocte agebant, & strepitum fremitumque militum, cum Imperatore in proximum vrbis campum descendendum fenserant, perlatum ad Regem fuisse nuntium præfentia Israelitarum. Neque enim silentio suos continuerat Iosua, cum suum aduentum oppidanis esse notum veller. Rex igitur re cognita illic cum suis deliberat de hoste, cum prima luce inuadendo. Itaque alacri studio manè, vna cum Rege, quotquot ad hanc pugnam delecti ab eo nocte erant, urbem egressi versus eum locum, quem in illa nocturna deliberatione præstituerat, nempe qui erat pro deserto, & in quo adesse Israelitas fenserant, hostem petere: cum nescirent insidias sibi constructas latere post urbem. Sunt qui illud non de loco, sed de tempore præstituto, accipere malunt. putantque; Leui F. Gersonis, Haienses eam diei horam obseruare voluisse, qua nuper pugnarant feliciter, superstitionis spe similibus fortunæ. R. Solomon verò opinatur, illos artibus magicis horam sibi pugnae certam designasse, ut fortunatiorem. Mihi ad locum potius spectare visum est, quem ex vigilum relatione constituerant: idque quod subnectitur, ante solitudinem, & hinc illius esse, atque explanationem. Et R. Isaias quoque locum notari existimat, eum quo superiore velitatione fuerant feliciter cum Israelitis congressi. Sed neque absurdè opinor, accipiatur, pro tessera militari, siue signo portis erumpendi dato. Nam sic in Iudicum etiam historia positum est hoc verbum, si eidem R. Isaiæ credendum est. Rursus illud, quod conuertitur, ante solitudinem, eam videlicet, cuius proximo versiculo erit mentio; alij planitiæ interpretari malunt, atque de eo accipere loco, qui paullo ante est vocatus. huic enim verbo, non solum vallis, sed etiam campus subiicitur. Quam sententiam qui probant, iis non, ante, sed, ad, vel versus. Et sanè nomen non solum significat, ut videtur, idem quod solitudo, sed etiam locum æquabilem, planum, campestrum. vnde à Symmacho nunc dicitur, nunc dicitur, redditur. ab Aquila verò plerumque, δμολογία. Sed ut ista sunt, dubium non est quin in eum illi locum contenderint, in quo hostem versari fenserant. Porro cum sequitur, Nesciebat enim ille, &c. Rex ipse ut socors, segnis, iners, imprudens tectè notatur. Nam qui vult imperio, atque principatu, debet ille etiam consilio, & prudentia præstare aliis. Tam iustè enim ciues ab Imperatore imperium salutare, quam Imperator à ciuibus promptam obsequentiam, requirit. Fuit profectò Regis Haiensis munus, in tanta potentissimi hostis vicinitate, & recente sociæ vrbis calamitate, nullum tempus cura maxima vacuum prætermittere. sed die cogitare quæ de nocte, & nocte quæ de die facta opus esset. habere apud hostes qui consilia eorum occultè perciperent, habere circum urbem longè lateque dispositas excubias, & speculatores, quibus loca omnia; præsertim montosa illa, & confragosa, insidiisque apta; continuò explorata essent. Quæ omnia cum ille neglexerit, videmus quanta cum sua, & populi pernicie abusus sit principatu. Nimirum superiore victoriola stultè inflatus, securè voluptatibus suis se dederat. Atque hinc obseruandum est, quàm sit stupidus mortalium animus, quàm incautus omnium malorum, quâdo Dei gratia destituitur. neque eius instinctu, quasi manu, dirigitur.

Fingebant autem se cædi Iosua, & omnis Israel, &c.

15

SIC sum interpretatus verbu in flexione Niphal, quasi ad formulam Hirtpael pertineret. Sæpe enim ista formulæ commutatur inter se. Mihi enim probabile videtur, incruentam prorsus fuisse Israelitis istam victoriâ. statque; à me R. Solomô. Nam si vel paucissimi eorum fuissent cæsi, esset id damnû apertè commemoratû; ut in simillima huic narratione factu est, in Iudicû libro. Verum tamen nõ pugna uero, si quis cum R. Dauide Kimhi malit opinari, nõ sic Israelitas fugam expedite simulare potuisse, ut prorsus nullius tergum plecteretur. Ceterum desertu quod fuga petebat, illud esse opinor, quod paulò ante Araba vocabatur: & inter hoc desertu, atque urbem Hai, mediâ fuisse vallè eam, siue planitiæ; in qua nõ Iosua processerat à castris ad Aquilonè factis. Fuit aut hoc desertu; quantu sanè ex scriptis finibus Beniamitaru, ca. 18. videre videor; illud quod Beth-aue vocabatur, vrbique; Beth-el

R. Leui Gersô.

R. Solomon.

R. Isaias.

ערכה

ערכה

ערכה

ערכה

Principes consilio & prudentia antecellere debent. Imperatoris munus in bello.

Homo sine Deo incautus.

Niphal & Hirtpael inter se commutatur. R. Solomoni.

R. David Kimhi.

Beth-aue.

Iudic. 20. v. 38.

Iudic. 1. 21.

Reg. 1. 7. 6.

Syrah. 46. 3.

Gill. 1. 10. 25.

Iudic. 20.

Beth-el suum infame nomen posteris temporibus aliquando accommodauit; cum ei esset ab Aquilone vicinum; & ut est credibile, propè ad Hai usque pertineret. Vnde etiam coniecturam facio, atque suspicor, in hoc deserto posita fuisse castra ea, quæ nuper Iosua ad Septemtrionem facere dicebamus. Ideoque fugam illò nunc fieri ab Israelitis; ut qui in castris fuere relicti; cum Imperator paucis, ut diximus, comitatus, se hosti ostensum iuisset; facile se possent, cum vsus esset, cum suis fugam simulatibus coniungere, & in hostes ire, ad urbem ab insidiis incensam conuersos.

Itaque exciti sunt populus omnis, qui erat in vrbe &c.

16 17

VERBUM, פגו, vociferari significat; sæpe tamen in vocandis aliquò per classicum militibus vsurpatur. Ideoque; videor non ineptè, exciti sunt, interpretari potuisse. Græcus, siue ille Theodotion, siue alius fuit (nam à LXXII. hic locus est omissus) reddidit, ἐκχυσθη, hoc est, inualuit. Nimirum eius menti obuersabatur Verbum, פגו, propter vocis similitudinem. nisi existimare malis, illum ad mutuas populi inter se cohortationes (ut fit in tam bona spe) respexisse. eis enim vires animique augetur. Certè hoc ipsum sensisse Latinus videri potest. Dicitur quidem antè est, Regem, & populum eius omnem manè prodiisse vrbe aduersus Israëlem. at id de illis modò accipiendum erat, quos ad eum conflictum sibi Rex delegerat. Neque enim ilico vrbs omni præsidio temerè nudabatur: porro nunc, cognita hostium fuga, omnes euocantur profus milites. tanquam nihil iam aliud opus sit, quàm hostem persequi, & cadere. Sed imbellem turbam intra portas mansisse tamen, ex viciniam quarti versus clausula conici potest. Nimirum vecors atque amens Rex, vana gloriolæ dementatus spe; cum putaret, se non modò Haiensium suorum liberatorem, verum vniuersæ Chananææ vindicem fore, profligatis atque exterminatis Israelitis; classico euocari iussit, quotquot arma ferre possent, non solum Haienses, sed etiam Beth-elitas. Consentaneum tamen sacris verbis est, Beth-elitas, relicto suo oppido, dudum in Hai fuisse; ut urbem munitiorem communibus viribus tutarentur, cum alioqui in huius Regis ditione essent. Est enim in sacris verbis: Populus omnis qui erat in vrbe. non autem, in vrbibus. Quin pro illo, in vrbe, habent nonnulli codices, in Hai, ut ex Chaldaica versione certum est, quam ego manuscriptam habeo emendatissimam. idque etiam ab auctoribus מוסר est proditum. Sed obiciat: Ex Iudicum historia apparere, Beth-el fuisse oppidum munitissimum, ut quod non nisi prodicione potuit capi. Atqui credibile est, cum à Iosua funditus deletæ essent Iericho & Hai, Chananæos insequentibus temporibus vicini illius oppidi muros difficilibus atque arduis operibus molitos esse, atque obuallasse; ut eam sibi stabilem certamque sedem aduersus Israelitas illa regione haberent.

Ait itaque Dominus ad Iosua: Protende clypeum &c.

18

QUOD clypeum, interpretatur, est Hebraicè, קירור, qua voce in Regum quoque historia clypeus significatus est, aut certè arma, quæ humeros tutantur. Iosephus quoque, & Symmachus ἀσπίδα dixerunt. at LXXII. κλισσον. quod Gallici & Libyci teli ferrei genus esse scribunt auctores boni. Est tamen vbi LXXII. clypeum κλισσον vocarunt. Porro Iesus Syrah, ρομφαίαν fuisse censuit. His enim verbis alludit ad istum locum, ut in bonis libris scripta existant: ὡς ἐδὲξάμην ἐν τῷ ἐπαγγελίῳ γέρας αὐτῆς καὶ ἐν τῷ ἐπιτείνειν ρομφαίαν ἐπὶ πόντον. hoc est, quantam consecutus est gloriam, cum sustolleret manus suas, & extenderet romphæam aduersus vrbes. Romphæam autem teli genus Thracum esse, docet Gellius. Et Chaldæus quoque lanceam, aut telum, est interpretatus. dixit enim, קירור. atque hunc vniuersa Iudæorum synagoga sequitur. quorum plerique audent etiam de suo addere: vexillum ex ea hasta, siue telo fuisse suspensum: quo facilius dari insidiis signum posset. Sed parum referre puto, clypeum ne, an hastam fuisse dicas. Neque enim existimo eos, qui in insidiis fuere; tam hoc Iosua aspectabili nutu, quàm Dei pullu, tempus surgendi, vrbemque inuadendi adesse intellexisse. Monerat quidem illos Imperator; ut simulatque pellecti fugæ specie extra moenia oppidani longius forent, ipsi vrbem ex altera parte inuaderent. Et credibile est, eruptione citiuim potuisse ab insidiis, aliqua saltè ex parte videri, cum fugientes Israelitas persequeretur versus Septemtrionem. verum tamè ne ipse quidè Iosua; qui siue clypeum siue hastam protendebat; scire satis potuit, quando vacuefacta omni præsidio, atque opportuna insidiis tandè vrbs esset, nisi Deo submonèrte. Igitur quod iubet Deus, clypeum, siue hastam protendere, aut veluti innuere versus oppidum, ego certè ad arcanam potius, & diuinam quandam efficacitatè referendum esse opinor; qua illè suo populo omnis rei gerendæ opportunitates suggererit; consilia in mentè miserit,

pyi

Latinus.

Haiensis regis vrbem.

קירור

Romphæa.

Clypeus protensus arcanam vim habuit.



Comparatio gestus Iosue, et gestu Moysi.

Anagoge.

Iosua cur ipse a pugna prohibitus.

Iosue obedientie exemplum.

serit, animos addiderit: contra verò aduersariis dementiam, pauorem, desperationem rerum omnium incusserit. Et in summa, planè geminum esse huic Iosue gestum, cum illo Moysi, quo Amalecitarum vincerentur, in Exodo. Nam & ille congressus cum hoste primus fuit, Moysi principatu; vt iste Iosue. Ierichuntem enim absque ferro expugnauerat Deus sua diuina potentia, sicut Pharaonis copias aquis suffocarat. Neque Iosua manum suam reducit cum clypeo, aut hasta, nisi confecta pugna. Neque Moyses suas demittebat, quin simul de suorum alacritate plurimum remitteretur, atque adedò victoria ipsa amitteretur. Vidit hoc Augustinus quoque, vt mihi certè videtur: cum scitè vtramque narrationem inter se conferret: sed rectè, cuius analogiam, qua vtitur, vt potero, paucis explicabo. Moyses qui pugnam cum Amalecitis inirent, non deligebat ipse: sed Iosue; quem Iesu Christi personam sustinere diximus, id negotij dedit. Et hoc quoque loco Iosua ipse triginta illa virorum millia ad istam expeditionem è toto exercitu deputauit. Scilicet Iesus erat, qui dicebat: Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Moyses manus suas sustollebat in caelum, non protendebat. quippe eius erat postulare è celo auxilium; cum ipse de suo afferre nullum posset: at Iosua, siue Iesus, protendit versus Hai manus efficaces; versus istum, opinor, terrarum orbem, Satanæ tyrannide vastum. (Hai enim vastitatem significat:) neque retrahit, cruci tamquam hastæ affixus, donec consummata sint omnia. Sed hæc hæctenus. Sequitur in sacro texto: *Nam in tuam manum dedam illam.* Id est, ex ista tua exporrecta cum clypeo manu victoriam hanc pendere volo. Nam alioqui satis iam dudum certus erat Imperator superioribus Dei promissis, se victorem fore. Cur autem Deus fortissimum, atque animo inuictissimum Imperatorem à pugna cohibere, & veluti ad protensum clypeum alligatum insistere vno loco otiosum voluerit, magnæ causæ affertur: sed facile possunt. Cum enim dux ipse nihil sua virtute patrat, sed feriatu à pugna, & manum modò versus urbem hostilè protendens, veluti digito præsentem Deum ostendit, cuius numine res feliciter geratur, nullus arrogantia locus militibus relinquitur: sed solida victoriæ gloria Deo reseruat, æquè atque Ierichuntis eueris. Nihil enim aliud, quam hostem non repugnantem; sed diuino stratagemate conturbatum cadunt illi: atque adedò commissum profligatumque ab ipso Deo bellum, manu ipsi conficiunt. Cum porrò sequitur: *Protenditq; Iosua clypeum;* prompta Imperatoris obedientia ad omnem Dei nutum declaratur. Vt enim quisque animi magnitudine præcellit, atque inter alios optimus est, ita maximè cupiditate gloriæ ducitur; & eius oblatæ occasionem ægerrimè de manibus amittit. Iam verò quid aliud esse videbatur, Imperatorem in hac tam præclara vindicta, manum ab hoste feriendo abstinere: & ridiculo, vt certè videbatur, gestui interrim vacare, quam non dicam gloriam contemnere, verum turpem etiam ignauiam profiteri: sed ille Dei iussis omnia posthabet. neque suam alià atque Dei gloriam esse statuit.

*Et insidia surrexerunt prope de statione sua &c.*

19

INSIDIA collocatæ fuerant ab Occidente, vt audiuius supra, qui verò hostem prolexerant; inter quos erat Imperator; ij refugiebant versus desertum: quod ad Septentrionem esse diximus. Fieri igitur quidem potuit, vt ab insidiis conspiceretur protensa Imperatoris manus, at id surgendi signum obseruare illè nusquam iussæ videntur. Et vt demus fuisse iussas; illud rarum fixumq; manet; non eius solius symboli causa exporrectam fuisse illam Imperatoris manum: cum, vt videbimus, eum ille gestum continuo egerit ad profligatum vsque prorsus hostem: neque destiterit, simulatque per fumum intellexisset, sanctos esse suo sibi assignato munere insidiatores. Quare hos diuino instinctu potius; quam manus illius efficientiam esse dixi, surgendi tempus sensisse existimo. Porrò illud, *Pervenit ad urbem;* rectè etiam interpreteris, intrarunt in urbem, cum Chaldeo, & LXXII. Verbum enim, חַי, vtrumlibet significat. Quod autem incendisse urbem memorantur; id quatenus fumum modò vna aliqua in parte excitarent, accipiendum est. Hoc enim de compacto signum dabant sociis fugam simulantibus, vt se in hostem conuerterent. quod ex simili historia, quam in Iudicum libro esse scriptam dixi, intelligitur. Neque enim oppido iniectæ flamæ perdendi causa sunt; nisi cæsis prius omnibus, qui eruperant; direptaque oppidanorum vniuersa præda. vt ad versiculum xxxi v. dicitur.

*Porrò viri Hai respexerunt post se &c.*

20

Q U O D dico, Haienses non habuisse locum fugiendi, potest etiam de viribus animi, corporisue accipi. Nam חַי, manus, non rarè, pro facultate agendi aliquid vsurpatur. quasi pauore consternati cum animi robore, corporis quoque vires (vt fit) amississent. Nam id etiam

Exod. 17.

Aug. ser. 93. de temp. Tom. 10.

Isai. 1. 5. 16.

Judic. 2. 2.

Judic. 2. 40.

etiam Beniaminitis, in pari casu accidit; vt est in illa, quam sæpè cito, historia Iudicum perscriptum: Respiciebat, inquit, Benjamin: & ecce fumus vrbis sursum ferebatur. Itaque Israëlitarum, qui adhuc fugam simulauerant, conuertebant se: Benjamin verò conturbatus est, siue obstupuit, &c. Ego tamen, locum, interpretatus sum; quod ea quæ sequuntur, hanc videantur particulam explanare, causamque afferre, cur neque huc, neque illuc fugiendi locus esset. nempe quia hostis hinc atque illinc ingruerat. Neque verò insolens est, Verbum illud, חַי, pro spacio, dicere. Sed perinde est, vtram sententiam sequare. cum probabile sit, & quia ab hoste interclusi vtrunque essent, & quia formidine genua labascebant, fugere illos nequiuisset. Nimirum exporrectæ illius manus vim nõ minus ipsi aduersam sibi, quam Israëlitarum prosperam sentiebant.

*Iosua enim, omnisq; Israel cum vidissent insidias cepisse &c.*

21

OMNIS Israel, dicuntur ij, qui cum Iosua se oppidanis ostenderant; ipsosque, fuga simulata, vrbe extraxerant. aut si hoc mauius, isti Iosue appellatione significantur; Omnis autem Israel, cum dicitur, illi etiam his adiunguntur, qui cum in castris ad Septentrionem factis mansissent; iam se sociis fugam simulantibus addunt, vbi captam esse urbem ex fumo intelligunt. Nam ipsum Imperatorem, quamuis nominetur, pugnae tamen non interfuisse certum est. sed seorsim vsquam fixum insitisse, manum cum clypeo, aut hasta protendentem ad urbem.

*Illi verò prodibant ex vrbe bis obuiam &c.*

22

PRONOMEN, *illi*, demonstrat eos, qui in insidiis latuerant, iamque urbem occupauerant. *His*, verò, ipsos Haienses; qui & à conuersis Israëlitis repulsi, & viso patriæ fumo perturbati, se versus urbem recipiebant. Porrò illa, חַי, & חַי, ego sic differre inter se arbitror; vt חַי, significet חַי, hoc est, eum qui viuus ab hoste capitur. חַי, verò, qui fuga euadit. Et certè captis parcere, cum vetera, tum nupera Dei mandata vetabant. Effugium verò patere nulli potuit, quod vndiquaque ab hoste esset interclusum. Atque hinc palam videmus verum esse, quod nuper monebamus, Puniri à Deo pios ad salutem: impiis verò & sceleratis suam sibi, quæ apparet, felicitatem esse exitio. Fugerant ante paucos dies Israëlitarum, cum magno, vt videbantur, malo. at ea res occasio ipsis fuit egregiæ aduersus Deum pietatis, pietas autem huius victoriæ. Vicerant verò Haienses: sed ea quantumuis modicè prospera fortuna tam fuere dementati; vt præcordia animi, neque suas exiguas vires, neque hostium maximas copias, & admirabilem aliàs felicitatem secum reputare possent. Itaque factum est, vt horum insolentem gestientemque lætitiā repenti luctus tristissimus occuparet: illorum verò breuissimus luctus maximo gaudio pensaretur. Nimirum sunt omnes viæ Dei misericordia, veritas, & iudicium. Quare æquo animo ipsi permittamus rerum nostrarum procuracionem. Neque nostris rationibus metiamur, quæ piis aduersa, impiis prospera videntur euenire: sed illius immentam misericordiam cum salutaris iustitia temperatam amplectamur; in eaq; acquiescamus.

*Regem verò Hai ceperunt viuum &c.*

23

SIVE iussi antè ita facere, siue sponte sua, Regem; vt maiestate verendum, perdunt viuum ad Imperatorem; existimandum est, cælesti id instinctu fieri; vt præ ceteris eximio supplicij genere ille periret, ad terrorem aliorum Regum. Nam à Regum sensu populares pendent, vt in reliquo vitæ cultu, ita in religione vel maximè. Necdum enim misericordiæ ianuam occlusisse Deum Chananæis, si quos pœniteret impietatis, docebit nos proximi capitis historia. Deberent sanè Reges, Principesque rerum publ. sæpè eà cum animo suo reputare, quæ præclare prudenterque, vt omnia, sunt à Cicerone dicta. quod quæcumque ipsi vitia concipiunt, ea infundunt in ciuitates; plusque exemplo, quam peccato nocent. Sunt enim plerique omnes illorum vitæ imitatores magis, quam legum cultores. Vt nihil illi effecisse videri possint, quantumuis bonas leges parentibus præscripsere, nisi bonis etiam moribus præuerint. Quare iure, vt est à Sapiente illo nostro bene dictum; qui dignitate præ ceteris amplificati sunt, iudicio seueriore damnantur. Et vt vulgus venia dignum videri possit, potentes certè potenter torquebuntur; si non in hac, at in altera vita. Nam pereuntis populi animæ ab illorum manu exiguntur.

Cic. de leg. 1. 3.

Sapient. 6.

n 2

Cumq;

חַי

חַי חַי

Diuina pena piis salutaris, impiis sua felicitas exitio est.

Admonitio. Acquiscendū esse in Dei voluntate.

Regum mores & religionem imitantur subditi.

Reges quorum memores esse deberent.

Cumq; absoluissent Israelitae occisionem &c.

24 25

CVM Israelitae, inquit, ad internecionem vsq; cecidissent barbaros, quotquot ipsos fuerant pro portis infecuti; inuadebant simul omnes urbem; hoc est, & illi qui ante apud Iosviam fuerant, & illi qui in insidiis delituerant; cum capta vrbe, etiam ipsi obuia Haiensibus processissent: atque turbam imbellem, quae intra moenia manserat, vniuersam gladio perimebant; praedamque diripiebant, & pecudem abigebant. quod in Ierichunte delenda fas non fuerat. Conficitur igitur, illos qui ex insidiis urbem primi ceperant, eam non deleuisse incendio: vt dixi, cum nunc tandem simul omnes, vt integram inuadant. Nominatur desertum, quia, vt supra audiimus, illi in fugam simulatè se cotulerant Israelitae. LXXII. videntur legisse נגזר in descensu, pro eo quod est hic in Hebraeo, נקדקד, in deserto. dixerunt illi enim, וְהָיָה תְּהֵאֲבֹרָתוֹ. Nimirum, quia sic scriptum habetur versiculo quinto capitis superioris, de clade, quam Israelitae ab Haiensibus primum acceperunt. Porro cum duodecies mille numerantur, qui eo die perierunt, Haienses omnes, existimant quidam, eos solos, qui in ipsa vrbe sunt interfecti, Haienses vocari. Quis enim existimet, inquit, in vrbe regali, praesertim regionis populosissimae, non plura fuisse ciuium capita? Ad hoc, certum est Beth-elitas quoque in hoc conflictu, similiter, atque Haienses, cecidisse. Ego verò non solos Haienses, tum qui extra oppidum eruperant, tum qui se domi, vt imbelles continuerant, esse numeratos: sed simul etiam Beth-elitas, eosque omnes non fuisse plures duodecies mille, credibilis esse dixerim, propter speculatorum, qui ante missi fuerant, relationem. Etenim fuerit eo Haiensium dementia maior, qui vix sexies mille pugnatore cum essent, tam temerè se magno populo, & felici rerum successu celebratissimo opposuere: & Dei quoque consilium admirabilius, qui suos, quam uis numero infinitis partibus superiores, tamen stratagemate, non viribus, vincere voluit; vt ne contumax in ipsum suo pre ingenio populus videlicet, sibi, non illi, victoriae gloriam adscriberet.

Porro Iosua non reducebat manum suam &c.

26 27

ALITER, vt ego certè existimo, Iosua delere hoc loco Haienses memoratur; aliter P. Cornelius Scipio Carthaginem à profanis scriptoribus. Neque enim ille suo ductu & imperio modò Haienses delet, sed extenta manu. hoc est, non ingenij, nedum corporis viribus, suaque virtute: sed nutu diuino: cuius efficientia, vt dixi, in illo Imperatoris protensio brachio posita erat; sicut in sublati Moysi manibus aduersus Amalecitas in Exodo. Ceterum, quia non reducit manum, nisi re omni confecta, satis certum est, non euocandi solùm ex insidiis militem signum dare illum voluisse. Sed de hoc supra. Quòd porrò dicitur, *urbis eius*, propter Ierichuntè dicitur, à cuius spoliis, vt Deo deuotis, abstinerè manus milites debuerat. Est autè hoc illi consentaneum: Comedes spolia hostium tuorum.

Ipsam vero Hai exussit Iosua &c.

28

AD versiculum secundum explanauimus Dei consilium in excindenda, subuertendaque hac vrbe. Sed enim apparet, non in perpetuum vastam mansisse. Nam in Nehemiae historia memorantur Beniaminitae eam habitauisse, post instauratam Ierusalem. Verùm responderi potest, verbum, וְהָיָה, saepè non perpetuum, sed longum tempus significare, quod tamen insigni quapiam reru conuersione tandè interrumpatur. Iam verò à Iosua ad Nehemiae aetatem mille, & circiter centum annorum fuit interuallum. ac quod ad Hebraeos attinet, planè erat noua rerum omnium facies, alij mores, alia lingua. Et omnino nouum quoddam auum, post graue illud Babylonicum exilium auspiciari ab integro videbantur, ad prisca sedes reducti. Quod autè de verbo, וְהָיָה, dico, id mihi assentiuntur etiam Talmudici, vbi disceptant de sacrificiis. Tria enim illic, וְהָיָה, hoc est, *שְׁלֵשָׁה בְּרָחָה*, quorum primu à mundi exordio auspiciati, aduentu Messiae determinat. Alterum vniuersum Messiae tempus complecti statuunt, idq; ad resurrectionem corporum, vt vocamus, producant. Tertium inde à resurrectione extendunt in perpetuum. Quin & hoc dici probabiliter potest; eam Hai quam Beniaminitae habuerunt posteris temporibus, non in veteris vrbis area atque vestigio, sed in propinquo solo fuisse exaedificatam. Ceterum cur Nehemiae saeculo, וְהָיָה, diceretur, quae nunc וְהָיָה est, explicauimus supra. Illud autem obseruandum est, ipsam vrbis incensionem, non grassanti militi, sed Imperatori adscribi. Inde enim efficitur, quod iterum atque iterum dixi, haud temerè, primo impetu, ab insidiatoribus iniectas esse flamas: sed consultò crematà esse, confecto tandem hoc bello, direptisq; spoliis. Nam haud incitato, atque acri feruore, & praecipit tumultu, sed sedatè acta esse omnia in hac pugna atq; expeditione ab Israelitis, vel in

quosque

Occupatio.

וְהָיָה perpetuum, quid Hebraeis.

Tria saecula à Iudaeis definita.

Sup. 7. 2. 1.

Exod. 17.

Deut. 20. 14.

Nehem. 11. 31.

Talmud. cap.

בְּרָחָה

דְּטָאָה

Sup. 7. 2. 2.

quoque conicias, quòd ipsa interfectorum cadauera non solùm numerari potuere, sed etià numerata sunt: vt nuper audiebamus. De illa clausula verborum, *vsque ad hanc diem*, satis multa diximus alibi. Sed obiicias: Ezdræ aetate habitabatur à Beniaminitis Hai: nõ ergo Ezdras, aut eius equalis quispiam, istorum verborum scriptor est: quod in huius comentarij initio opinabamur. Atqui quid vetat, vrbe istam vsq; ad Ezdræ reditum in terram sanctam fuisse non solùm vastam, sed ipsam vastitatem; tum verò demum esse instauratam, habitatamq; à Beniaminitis? Sed ista minimè obscura sunt, aut explicatu difficilia.

At Regem Hai suspendit ex ligno vsque ad vesperam &c.

28

PRO ligno, dixerunt LXXII. ξύλον δίδυμον, hoc est, lignum geminum. quibus verbis opinor ipsos illud patibuli genus significare voluisse, quo Christus Iesus est enectus. constabat enim illud gemino ligno. Nam quòd ex nostris quidam, viri illiquidem pij, è tribus partibus compositam fuisse Christi crucem prodiderunt; est id quidem verum, si tabella, quae suspensè pedibus, de more, suffixa erat, adnumeretur. Chaldaeus apertè, crucè, siue patibulum, reddidit. sed hoc fortassis dicere, fuit viris illis religio: quia hoc mortis genus esset turpissimum. Certè Iudaei ad hanc vsq; aetatem, obscuriore etiam περιφοράς, crucè significant potius, quam nominant; cum dicunt, וְהָיָה וְהָיָה, hoc est, flamen & subtegmen. Sed apud istos nebulones fortassis vocabulum crucis, propter Christi crucè, habet offensionem. Offendunt enim ad illam Iudaei plerique, vt ait diuus Paullus. Porro quòd suspensè regis cadauer deponitur cum aduesperascit, atque etiam humatur: id lege fit, quae in Deuteronomio his ferè verbis est instituta: Si fuerit quispiam flagitij capitalis reus, isque morte afficiatur, suspenderitque eum ex ligno; non facies, vt cadauer eius pernoctet in ligno: sed prorsus sepelies eum, illo ipso die. quia maledictio, siue, contumelia Dei est, homo suspensus: vt ne polluas terram tuam, quam Dominus Deus tuus tibi dat hereditatem. Sed quando in hunc locum incidimus, obscuru profectò, & multis multorumque verbis parum adhuc illustratum atque patefactum; non fecerim, opinor, abs re, si paucis de ista caeremonia disseruero. Igitur Chaldaeus paraphraestes opinatur, hominem suspensum idèd vocari contumeliam, aut maledictionem Dei, quia id supplicium in eos modò constitutu sit, qui Deo aut verbis, aut improbo cultu probrum inferunt. Quippe eius foedissimae noxiae memoria renouatur suspensè iudicij aspectu. Hanc opinionem laudat Leui F. Gersonis, & praeter eum alij complures Iudaei. At R. Isaac Atramæus, in eo opere, cui titulum fecit, וְהָיָה וְהָיָה, hoc est, Isaac vincula, aut Isaac vinculus; arbitratur, suspensum vocari execrationem, non Dei, sed Iudicum. Nam & hi וְהָיָה, hoc est, dij, vocantur aliquando in sacris literis. Quia, inquit, ita comparati sunt hominum animi, vt cum cruci affixum aliquem conspiciunt, detestentur magistratus seueritatem. Sed meo iudicio, propensior est ad veritatem Moysi Gerundenis oratio: qui in illum locum haec ferè scribit: Tametsi, inquit, fontis scelus dignum sit diuturniore suspendio, quam diei vnus est spatium; tamen deponendum est ex hominum conspectu cadauer: quia omnium hominum execrabilissimus, detestabilissimusque habetur, qui suspendio necatus est. Neque est vllum mortis genus: eo turpius, & probrusius, sic ille. Et verò crucis mortem foedissimam fuisse, vel vna illa Paulli *εμφορας* satis magno argumento est, quae apud Philippenses ytitur, cum dicit: Mortè autem crucis. Tum illud, quod ad Galatas scribit, ad hunc spectans locum: Christum pro nobis factum fuisse *κατάραν*, hoc est, maledictionem, vt nos à legis maledictione, & diis comminationibus vindicaret in libertatè sancti Spiritus, & fidei iustitiam, quae fuerat promissa Abrahamo. Sed non satis explicat Gerundenis, cur suspendium sit quouis alio supplicij genere turpius, neque diu ferendu in hominum oculis. Deinde illud etiam absurdum videri possit: deponenda humanaeque esse suspensorum cadauera, ne terra polluat, cum hanc sepulti, non pendentes contingant, vt si qua est in suspensis contagio, ea minus inficiat terram, dum illi sublimè pendent, quam dum humati in illius visceribus sunt. Dicam igitur, quod mihi de ista re tota cogitanti aliquando venit in mentem. In aliis suppliciorum speciebus, quae apud Hebraeos in vsu fuere, & à Talmudicis commemorantur in *משפטים*, nullu cadauera hominum oculis proponebat diu, praeter suspendium. Cum igitur ex eo diutino spectaculo facile deduci quis in extinctae animae opinionem posse videretur, atque vt minus rectè de futura olim corporum resurrectione cogitaret, lege sancitum est, vt exanimus homo nõ diu in cruce penderet: sed humaretur. Sæper enim nõ modò populus Dei Israelitae, sed omnes gètes idèd sepulturæ curæ habuisse videntur, eosq; infelices & miseros iudicasse, qui hoc

Altera obiicio.

Christi crucè gemino ligno.

Iudaei crucè significant potius quam nominant.

Cur suspensio maledictio Dei, & cur deponendus ad vesperam fuerit. Chaldaeus.

R. Leui Gersonis. R. Isaac Atramæus.

R. Moses Gerundenis.

Omnes homines naturali quodam sentia resurrectione cognouerunt.

1. Cor. 15. 13.

Deut. 21. 22.

Philip. 1. 2. Galat. 3. 13.

Talmud. סנהדרין עב.

honore fraudarentur; quod immortalitatis, atque etiam resurrectionis notio quaedam in omnium animis fuerit impressa. quamvis de resurrectione nulli illam animi sui informationem explicare potuerint, præter eos, quos Dei Spiritus erudiuit. propterea quod illa omnem naturæ rationem longè excederet. Quod enim, quæso, poetarum spectat commentum, cum fingunt, eos ad alteram vitam non transuehi à portitore suo, quorum corpora inhumata sint: nisi ut ostendant, sepultum corpus ad animi sui immortalitatem pertinere, neque animi in altera vita satis commodè, atque perfectissimè consistere posse, nisi rursus cum suo corpore consociatus fuerit? Quod illud, cum eis qui ex hac luce excelsere, sua membra omnia, tum apud superos, tum apud inferos attribuunt? Sed ista, si vita suppetet, dicentur pluribus capite ultimo huius commentarij. Igitur quia à sepulchro prohibere exanimam corpus, atque oculis hominum diu exponere, in radiore præfertim illo diuinarum rerum sæculo, videbatur esse brutis propè animantibus equare hominem; quorum animus simul cum corpore occidit, illumq; perinde ac si neque ad immortalitatem natus, neque olim victurus iterum esset, habere; planè ea re, magna Deo ignominia inferri putabatur, qui illum ad suam imaginem condiderat, ut esset animus ipsius immortalis aliquando ad suum corpus reuerfurus. Atque huius opinionis significationem Talmudici quoque dedisse videntur capite sexto *רש"י סוודש"ה*, exemplo duorum fratrum proposito, corporis forma atque lineamentis simillimorum: quorum alter cum esset creatus rex, alter fortè captus ab hostibus, atque in crucem actus; qui hunc in cruce pendentem videbant, regem ipsum esse suspensum existimabant. Nam Bahaius scriptor sanè doctus, & qui interiores, atque reconditas literas libenter scrutatur, Talmudicè hoc exemplum explicauit ad hunc modum: Rex ille, inquit, Dei maiestas est, ea quæ vocatur imago Dei: cum igitur eius imaginis imago suspensa est, Dei maiestas probro afficitur, nisi suo tempore illa auferatur è medio; hoc est, eo die. Nox enim diuino iudicio dicata est. Sic ille. Iam verò, ut pergam quod cœpi, terra ipsa suspensi hominis spectaculo polluitur, quia homines terræ habitatores perniciosissima illa, atque omnè prius religionem subuertente mortalitatis animi opinione informantur, quando bestiarum loco humana corpora esse vident. Igitur, ut concludam; ego illam deponendorum humandorumq; corporum cæremoniam, illaque quæ mortuis iura religiosa alia sacris legibus tribuuntur, ad immortalitatis & resurrectionis persuasionem pertinere putauerim. Quod si verò aliquis existimare malit, illud sic olim à Deo institutum esse, propter Christi *ומוותו* *ומוותו*, quem eo die sepeliri oportebat, quo pro nobis fuerat suspensus, ut tertia deinde luce, hoc est, sacro Paschate resurgeret, ei ego facillè assentiar. Nam ad terram non continentandam quod attinet, quis non intelligit, tristissimum per se spectaculum esse, hominis cadaver sublimè pendens; & quo publicæ rei serenitas obnubilari, atque turbari videatur? Id quod in terra illa sancta parum consentaneum videri debet ei felicitati, quia victyros esse illic pios homines promiserat sæpe Deus. Et hæc hæcenus: Sed enim, ex iis quæ dicimus, forsitan occurrat illud: Dauidem, ceteroqui diuinarum legum obseruantissimum, grauitè peccasse; cum septem filios Saullis suspensos, non antè ex patibulo deponi, terraque condi permitteret, quàm cælesti aqua essent conspersa. Respondet quidè ad ista Nehmannus, Gabaonitas, qui illos suspenderant, lege ista solutos fuisse, cum non essent Israëlita. Atqui Davidis iussu, & in terra sancta pendebant. Ad hoc, legum & iurium cõmunitio Gabaonitis cum Israelitis esse debebat profectò, cum essent horum tamquam adscriptitij ciues, ut proximo capite dicemus. Probabilius ergo dici ad ista posse arbitror: Quia illorum septem filiorum Saullis supplicium, ad magnè illius famis procurationem spectabat, & piaculum offensi Dei erat, non sine Dei oraculo consulto, usque eò in cruce relicta esse ipsorum corpora, dum pluuia cælum stillans placatum esse Deum ostenderet. Iam enim triennium erat, cum ille familiæ Saullis, propter occisos Gabaonitas, infensus, intolerabili & perpetua fame, per siccitatem, affligeret Israelitarum terram: Ceterum præfens locus apertè refellit multorum Iudæorum vanam gloriationem; qui prædicant, illam de sepeliendis suspensis legem Israelitarum modò corporum honori consuli voluisse. Non enim rex Haiensis Israelita erat: ut neque Gog, aut huius milites, quos tamen, ut terra mundetur, sepultum iri vaticinatus est Ezechiel. Sequitur in sacro texto: *Et exstruxerunt super ipsum lapidum cumulum*. Equidem opinor, ut antè quoque dixi, iniectis lapidibus non iam sepeliri regis funus, sed gleba prius fuisse tectum, ac deinde monimenti causa statutum esse tumulum. Hoc enim vis verbi *והקרי*, significare mihi videtur; similiter atque in Absalonis sepulchro, *והקרי*. Significant enim ista verba, non temerè

Cur inhumati non traherentur, & cur animæ membris vi fingantur.

R. Bahaius Cabbalista.

Christus eodè die de cruce deponi debuit.

Occupatio.

Nehmannus.

foedè reselluntur.

Isa. vii. 30

Talmud. סוודש"ה

1. Reg. 21. 6

Ezechiel 39.

Sup. c. 7. v. 24

merè conuicere lapides; sed statuere. Porro LXXII, interpretes, dum pro, ostio, reddunt, *βόθρον*, id est, fossam; aut traiectis literis, *בית*, pro *בית*, legerunt: aut præsentem locum ad illam, quam modò dicebam, Absalonis sepulturam accommodare voluerunt. In ea enim fossa mentio est, in quam illius cadaver abiciebatur. At Rex Hai, non in fossam, sed ad vrbs portâ abiectus est: vel quia illic multa per sæpe iudicia improba exercuerat, vel quia deflagrate iam tum tota vrbe incendio, inferri intra mœnia non potuit.

Tunc exstruebat Iosua aram &c.

30 31

VERBVM, *exstruebat*, est in Hebræo temporis futuri. Sed sic ferè solent vsurpari verba, cum appositam habent particulam, *ו*, nimirum, quia hæc anceps est, & præteriti atq; futuri temporis significationem continet. ut est in vetustis commentariis *מכילתא* prodrutu. Præscripta est autem hæc, quæ nunc agitur, cæremonia, à Mose duobus locis in Deuteronomio: capite XI. & capite XXVII. atque ita præscripta, ut vti ea debuisset Israëlita videri possint, simul atque Iordanem transmississent. Et sanè cum ad solenne foedus pertineat, quod ante inchoatum aduersus barbaros bellum, cum Deo inire æquum erat, iure in eo miretur aliquis, quod post captas demum, euerfasque duas insignes hostium vrbes, vsurpata memoretur. Talmudici ergo in *סוודש"ה* cap. septimo, dum prolixè de isto ritu disceptant, non dubitantes dicunt: hæc omnia eo die peracta esse, quo Iordanis siccato aluceo superatus est. Verum id profectò fieri vix potest ut verum sit. Magna enim diei partem transiitione fluminis absumptam esse quis dubitet? præsertim cum maxima fuerit hominum multitudo, & lapides bis duodeni alij excipiendi, alij statuendi in fluminis aluceo. Iam verò in scribenda lege, recitandaque, instruenda ara; in sacrificando, quis non intelligit quantum sit temporis consumptum? fortasse igitur similius vero videatur, si quis dicat, hanc narrationem mox post circumcisionem & Pascha exponendam fuisse. quæ admodum de statua Michæ, & itupro Beniaminitarum mentio est in finelibri Iudicum; quæ, si rerum gestarum ordinem spectes, ad ipsum pertinent principium. Est enim frequens in sacra historia *והיה עתה אחר כך*. Putat quidem Iosephus acta demum ista, quæ tractamus, esse, post quintum à transmissio Iordane annum. Et quidam R. Ismael, ut meminimus in Talmud Ierosolymitano legere, multis se rationibus confecisse existimat, post decimum quartum tandem annum, ex quo in Chananæam penetrassent, hoc est, diuisa iam tum, atque occupata hereditate, istis sacris operatos esse Israëlitas. Nam ad Mosis iussa quod attinet, putat ille ea, de statuendis duodecim apud Galgala saxis modò esse accipienda. Verum ego opinor istos falli eius foederis commemoratione, quod ultimo capite huius commentarij dicitur, quod præsentis foederis iustaurationem esse ego certè censeo. Repudiatis ergo & Talmudicorum, & Iosephi, & Ismaelis sententiis, ceterarum duarum vtra sit ad veri similitudinem propensior, in medio relinquo. Etenim si pro narrationis serie gesta esse ista lubet existimare, mox post euerfam Hai; facile erit ad Mosis iussa respondere: iis non tam primum post traiectionem, diem, quàm occasionem primam, quæ commoda obuentura esset, præstitutam fuisse. Nam absurdum profectò fuerit, his tam sacris rebus operam dare debuisse præputiatos: quod planè erat necesse, si simulatque traiecerunt, properandum ipsis fuisset ad hæc sacra peragenda. Sin autem credibilis videtur, mox ut circumcisi Pascha fecissent, foedus hoc cum Deo percussisse, pro felici auspicio maximi belli faciendi, nouarumque sedium condendam; non est quod magnopere etiam tum incursionem hostium metuere debuerint: ut quos audiui-mus, initio capitis quinti, tanto fuisse percussos per id tempus panore, ut nusquam audent apparere. Videtur quidem siue ex Galgalis, siue Hai longius fuisse ad Hebal, & Garizim usque spatij interuallum, quàm quod in terra hostili, cum vniuersa populi turba nondum domitis, aut repressis hostibus, confici tutò posset: si montes istos, ut est probabile, & vulgò creditur, apud Sichem existisse putemus. Atqui vel multo minus tutum videri illud debebat, vniuersum robur militum circumcisis præputiis sauciare, & veluti vincitum dolore maximo, atque impeditum hosti obuiere. præsertim cum existaret veteris Sichimitarum cladis memoria, apud eam gentem ab Israelitis pari casu effecta. Et tamè Imperator ilico, iussus à Deo, intrepidè exercitum vniuersum circumcidit. Præterea, etsi longiusculum erat illud iter, tamen per continuam vallem minimè impeditum, facile confici potuit. Sed quando non vna omnium sententia est de hac re, primum illud est inquirendum disferendumque, vbi locorū montes isti Hebal, & Garizim existierint. Igitur vir in mathematicis artibus eruditus, atque in orbis regionibus describendis studiosè & multum versatus, mihi que multis nominibus carus Gerhardus Mercator, serio

Rex Hai cur ad portam vrbs abiectus.

Mechilta. Quo tempore habuit conuentus sit ad Hebal.

Michæ statua, & stuprum Beniaminitarum. Narrationis ordo sape non obseruatus in scriptura. Talmud Ierosolym.

1. Reg. 16. 7.

Talm. סוודש"ה

Ioseph. lib. ant. 5. c. 2.

Gen. 34.

De montibus Hebal & Garizim. Gerhardus Mercator.

contendere apud me solet, vtrumque montem propè ab Hai abfuisse: atque ad eò Hai in iugo Garizim fuisse positam: Hebal verò intercurrente valle, paullulum ad Occidentè, versus Bethel, existisse. atque arà, cuius in hac historia est mentio, planè veteris illius aræ vestigio fuisse substructam, quam vir sanctissimus Abram inter Hai & Beth-el posuisse memoratur. Et hanc suam opinionem ille exquisitis etiam rationibus conabatur confirmare. quarum duplex ferè, quantum memini, argumentum erat. Alterum ductum ex positu x i i. lapidum, qui è Iordanis alveo asportati sunt ad Galgalà: alterum à tempore, quo, nondum repressis hostibus, turba imbellis abduci longè à castris, quæ in Galgalis posita fuerant, non potuerit. Huc addebat coniecturam quoque ex Mosis verbis, quæ in Deuteronomio scripta leguntur. cum ille, tamquam ex castris apud Sittim conspectos, & ipsa vicinitate notissimos istos montes, quasi digito ostendens, ait: Nonne ipsi sunt trans Iordanem, retrò: quà iter est ad occasum solis &c. Denique solet etiam ingeniosè, & scitè, nec minus piè, multa congerere; quibus locum illum, inter Hai & Beth-el, admodum religiosum, & huic nostræ ceremoniæ multis nominibus aptissimum congruentissimumque esse probet. Postremò etiam Hieronymi auctoritate pugnare: qui in libello de locis Hebraicis confidenter atque affirmatè pronuntiat, montes istos haud procul ab Ierichunte & Galgalis abesse; atque Samaritanos magni & manifesti erroris damnat, qui apud Neapolim, hoc est, Sichem, eos ostendant. Neque verò terret Mercatorem meum, quòd in Iudicum historia, mons Garizim vrbi Sichem dicitur imminere: quòdque illic etiam Allon, aut quercus Moreh statuitur. Producit enim ipse montem Garizim longo & perpetuo iugo inde à Sichem ad Hai vsque; atque vterius etiam ad Ierichuntè, & propè ad Galgalà. Atque ei subiectam valem, Moreh, appellatam esse, statuit. Sic ferè sentit Mercator. Quæ si vera sunt, vt sunt sanè minime absurda, erit expeditissima ratio, cur post euerfam tandem Hai his sint operati sacris Israelitæ. Sed quando apud omnes iam olim peruagata opinio montes illos prope Sichem collocat, vt dixi, facere non possum, vt planè illi assentiar; neque vt nullis argumentis vulgi sententiam comprobem, Mercatoris infirmem. Primum enim Moses illos describit his ferè verbis, cum in campis Moabiticis castra habet: Nonne sunt vltra Iordanem, retrò; quà iter est versus occasum solis, in terra Chananæi habitantis in planitie (aut solitudine;) è regione Galgalorum; apud Elon Moreh? Iam verò ex Abræ historia constat, Elon Moreh aut ipsam esse urbem Sichem, aut ei proximum locum. Memoratur enim ille, iam tum recens ex Mesopotamia veniens, penetrauisse per terram Chananæorù, vsque ad Sichem; vsque ad Elon Moreh. Et ipsam quidem Sichem esse Elon Moreh statuunt Talmudici in סוטה capite septimo. Ego verò ei oppido propinquum potius fuisse locum dixirim: in quo Abram secessum quærens, primam omnium in Chananæa aram ei Deo struxerit, à quo ex cibus patria illuc venerat. cum Iacob quoque eodem illo itinere ex Mesopotamia in patriam reuertens memoretur, & ipse pro vrbe Sichem substituisse, aramque struxisse: haud dubiè eodem solo, quo antè auus suus Abram. Nimirum locus ipse eum auitæ pietatis admonebat; dulci que recordatione tanti viri, atque etiam religione retinebat. Mouemur enim omnes, atque delectamur eorum locorum conspectu, in quibus hominum, quos admiramur, aut singulariter amamus, adsunt vlla vestigia. Et alioqui solenne semper fuit; vt quem locum maiores religiosum fecissent; eum posteri, pietatis ergo, lubenter reuiderent. Cur autem locus ille, Elon, & Elon Moreh, vocaretur, hanc ego verissimam afferri posse causam censeo: Quia fuerit illic, אלה, Ela, arbor; siue ea quercus sit, siue terebinthus, vel אלהים; aut alius speciei quæpiam: (nam varia est apud Hebræos opinio.) Hoc enim certum est, vel ex Iacobi historia, defodit enim ille ibidem sub Ela familiarium suorù deos, prius quàm ad Beth-el inde migraret. Et Iosua noster, paullo antè quàm exiret ex hac vita, cum præsentis fœderis instaurationem celebraret, eodem loco, sub Ela, statuum posuit; vt dicemus in huius cõmentarij extremo, si volet Deus, quam ob rem deinceps appellatus est locus ipse, אלהון מוזב, Elon Muzab, hoc est quercus, siue terebinthus, aut abies statuar. Nemo enim dubitare potest, quin אלה, Ela; & אלהון, Elon, atque etiam אלהון, Allon, eadè vna positio sit. Sed antè ab Abramo Elon Moreh nominatus fuerat: quia cum illuc ipse peruenisset, Deusque ei apparuisset, & simul terram, cuius ipsum esset possessione olim amplificaturus, ostendisset, inquiens, Semini tuo dabo terram istam; à tam fausto monstratore, hoc illi nomen posuit מורה. Moreh, enim monstratorem significat. Et de his hætenus. Nam explicatius dicentur iterum cap. vltimo, ad vers. xxvi. si vita suppetet. Porò quòd Mercator montis Garizim longù iugù à Sichem ad

Elon Moreh.

אלון מוזב  
Elon Muzab.

Gen. 12, 8.

Deut. 11, 13.

Iudic. 9, 6.

Deut. 11, 13.

Gen. 12.

Talm. סוטה 7.

Gen. 12, 8.

Inf. 1, 14, 7, 18.

Iudic. 9, 6.

Gen. 12, 7.

Talmud.  
סנהדרין  
ע. 7.  
סוטה 7.

ad Hai, & vltra producit, id sanè illi facilè nemo concefferit, opinor; nisi certis rationibus probet. Certè Iosephus non vno loco hanc, quam explicamus ceremoniam, apud Sichem actam esse pronuntiat. ibique montes istos collocat. Cui profectò, vt in illis regionibus nato, atque educato, vix austum ea in re fidem negare. Ad hæc, Talmudici, vt minimum, diuersis duobus in libris, eosdem hos mōtes circiter sexaginta millia passuum ab Iordane abesse scribunt, apud quos sunt hoc ritu, atque his sacris Israelitæ defuncti. Denique nostrorum hominù, qui loca illa peragrarunt, ad vnum omnes, quos ego certè legi, exiguo interuallo illos à porta australi nouæ Sichem distare, prodiderunt. Sed inter alios Borchardus sanè diligens scriptor, qui decennium totum in illis regionibus studiosè est volutatus; ait, propè ab illa vrbe nouæ porta abesse fontem celeberrimum, quem Iacobi nominat. Et supra fontem exstare duobus verticibus assurgentem montem; quorum verticum alterum Garizim, alterum Hebal etiamnum accolere putant fuisse olim. Sed dices, hanc accolarum, atque etiam Talmudicorum, & Iosephi opinionem inde à Samaritanis illis esse profectam, & mansisse in vulgo, quos à diuo Hieronymo inficitæ damnatos fuisse dicebat Mercator. Atqui ego Hieronymum libelli illius interpretè, non auctore fuisse contèdo. Est enim ab Eusebio Græcè primum scriptus. et deinde à Hieronymo traductus: quamquam aliquot etiam locis hunc de suo non nihil addidisse fateor. Eusebius autem Hebraicæ linguæ imperitus, malam illic Græcorum librorum fidem religiosè secutus, quod in Hebræo est, è regione Galgalorum, id credidit solum esse quod habent libri Græci, ἐγγύθεν τῆς γαλιλαῖας, hoc est, apud Galgal: cum illud, è regione, de locis etiam procul inter se distitis vsurpetur. Est enim Hebraicè, מול. Mul. idque in Deuteronomij initio, mare rubrum cum ea camporum Moabiticorum planitie committit, in qua Moses, paullulù ante excessum suum, populo legem explanabat. quæ loca quàm longo inter se absint interuallo, quis nescit? Magis ergo accusandus infipientiæ Eusebius videri potest, quàm Samaritani. Porò ad cetera Mercatoris argumenta quod attinet, quis ei det quod ipse sumit: eosdem esse lapides, qui è Iordane asportati sunt, & in Galgalis statuti, atque quibus in Hebal calce oblitis inscriptum est Deuteronomium? Sanè illos viri singuli tollere, humerisque gestare potuerunt. hos prægrandes sumi debere præscripsit Moses. vt tam multis versibus excipiendis sufficerent scilicet. Conantur quidè Talmudici, quibus ipsis quoque ea opinio est, vt putent eadè esse saxa; conantur, inquam, illi, sed ridiculis commentis, excusare, quòd tantas moles viri singuli gestasse memoratur. Sed profectò conatu maximo nihil aliud quam nugas maximas proferunt. Ad hoc, illi in Galgalis lapides statuti sunt pro sempiterno monumento siccati vicini fluminis. quare absurdum fuerit, tam citò inde aliò translatos esse: ne dicam quod Hieronymus ipsos à Paulla sua visos in Galgalis, sua etiam ætate memorat. Denique lapides in Hebal statuendos esse, monuerat pridem Moses. At de his ex Iordane sumendis subitù videtur esse Dei mandatum, atque improuisum. Et hæc de lapidibus. Iam verò ad profectiōnis longiusculæ difficultatè, responsum à nobis supra est; maius periculum in circumcissione fuisse. Et verò etiam priusquam ipsi Israelitæ hostiliter se gererent, neminem vidimus qui se hostem ipsis opponeret. Neque verò admodum longum est ex Galgalis ad Sichem iter, & alioqui planissimū est, vt dixi. Nam sexaginta illa passuum millia; quibus Talmudicos definire id interuallum, quod à Iordane ad Hebal vsque est, diximus, breuioribus spatiis mensa sint oportet, quàm vulgò passus solent. In populi enim Romani itinerariis, vt vocamus, quæ Antonini nomine circumferuntur, scriptum est, cum à Neapoli, hoc est, è Sichem, itur Ascalonem, tricies millesimo passu Æliam, id est Ierusalem, occurrere. Certum est autem Æliam à Neapoli abesse longius, quàm Galgalà. Quod porò Mercator montes illos, vt ipso conspectu notissimos, Mosèn tanquam digito monstrasse putat; quos si ad Sichem vsque abfuisset, vix oculis è Sittim assequi potuisset; ego tam certam totius Chananææ cognitionem animaduertere videor in Mose, dum moriturus suas cuique tribui assignat in ea stationes, vt animo ipsum potius illorum locorù descriptione diuinitus informato, quàm videndi sensu perspexisse Chananæam existimem. Denique pia illa meditatio atque commentatio, qua religiosissimum faciebat Mercator locum illum, qui erat inter Beth-el & Hai, ac planè dignum, in quo sanctissimū hoc fœdus cum Deo ferirent Israelitæ; cum ibi Abram antè; structa ara Deum coluisset; Iacob caelestem scalam vidisset, atque etiam post ipse aram posuisset: vt alia, quæ ille accuratè commemorat religionis monumenta præteream; ea, inquam, eius commentatio plus pietatis quàm firmitatis habere, mihi certè, visa est. Cur enim non, vel multo probabilius illud videatur dici: Mosèn diuino

Iosephus.

Auctor libelli de locis Hebraicis.

אליהו aliquando iuxta, aliquando è regione significat.

Talmudici ridiculi.

Hieron. epiph. Paullæ.

Itinerarium Antonini.

Moses Chananæam diuinitus perspexit habebat.

Gen. 12, 7.

diuino Spiritu afflatum, eodem prorsus soli vestigio substruendam aram mandasse Iosue, cum primum in Chananeam perduxisset populum, quod Abram, cum ipse primum Chananeam, relicta patria, attigisset, aram olim posuerat? Hoc est, ut ante ostendi, apud Siche- chem. Nam quid magis consentaneum, congruens, aptum dici queat, quam possessionis Chananeae auspicia Israelitas eo loco facere, quo Abram eiusdem rei olim futurum nuntium illum legitimum accepit primum? Atque ubi ille hereditatis promissioe foedus cum Deo, posita ara iniuerat, prius quam in eam terram progredieretur longius, ibi eius posteros quoque, cum iam illa promissa, ad rem conferrentur, instaurata prius prioris foederis ara, nouo se foedere Deo obligare, prius quam ipsam hereditatem cernant? Illa enim inter Beth-el & Hai structa ab Abramo ara, non prima, sed secunda fuit. Huc illa quoque addi possunt, quae modo dicebam; Iacobum & ipsum ex Mesopotamia reducem, eodem isto loco apud Siche- chem aui sui illam aram instaurauisse, atque simulacra, ut falsos deos, sub Ela arbore, ad quam verus Deus suam Abrae praesentiam primum patefecerat, & hanc hereditatem monstrarat, defodisse, & tanquam sempiternae obliuioni dedisse. Iosue denique, sub vltimum vitae actum, ad hanc ipsam Elam erexisse statuam, qua iterum atque iterum foedus illud antiquum Abrae renouaret, & posteritatis memoriae in perpetuum mandaret. Mihi certe ista vel multo augustiora, quam illa Mercatoris esse videtur. Nolo tamen quisquam existimet, haec me affirmate, tanquam certa & fixa dicere, illa vero Mercatoris praesentia repudiare. Neque enim ultra in talibus progredi possumus, tam longa vetustate oblitteratis, quam ut probabilia sequamur coniectura, atque verosimilia proferamus. Et de his haec tenent. Ceterum vniuersam hanc caeremoniam esse spectare, ut mutuuum obligentur Deus & Israelitae, Moses ipse patefecit verbis disertis, quibus eam iubebat, cum diceret: Dominum professus es hodie (hoc est, profiteberis. sic enim interpretor verbum מָכַרְתָּ, tibi fore Deum, teque graditurum per vias ipsius, & obseruatum praescripta, mandata, atque iudicia ipsius: denique obtemperatum ipsius voci. Dominus item professus est hodie (hoc est, profitebitur) te sibi fore populum peculiarem, sicut tibi dixit: ut obserues omnia praescepta ipsius: sequere effecturum te sublimiorem cunctis gentibus a se conditis, laude, fama, gloria. Atque te futurum populum sacrum Domino Deo tuo, sicut dixit. Et rursus post pauca: Attende & audi Israel. hoc die factus es populus Domini Dei tui &c. Nimirum maxima pars eorum qui ad montem Sinam praesentes pepigerant cum Deo, iam perierant in deserto, ut capite quinto diximus. quapropter de integro populus, nunquam satis saepe, multumque monitus, vniuersum nomen Deo dare, nouoque militiae sacramento ei se addicere debuit, prius quam ad sacrum bellum cum hoste gerendum; deinde ad hereditatem; & omnino ad diuinorum promissorum, quae olim patribus promissa fuerant, dulcissimum & salutarem vsum fructumque admitteretur. Summa autem totius officij, quod spondent, in eo posita est; ut solum Deum ament, eiusque mandata colant ex animo: neque proximos iniuriis afficiant. Sed ut de ipsis ritibus aliquid dicam, qui ideo usurpantur, ut augustiore pompa sancitum foedus animos magis afficiat, atque in memoria omnium altius insideat, primum eriguntur duodecim praegrandes statuae. Duodecim enim positas esse, pro numero tribuum Israel, vel hinc coniciere licet, quod Moses ipse, huius caeremoniae praemonstrator, totidem ad montis Sinai radicem, cum esset populol legem scriptam recitaturus, statuerit. Porro in iis statutis leges foederis inscriptae, oculis omnium subiiciuntur. Deinde struitur ara: in qua publice sacris operantur sacerdotes. Nempe ut pietas atque religio maior in omnium animis versetur, cum rebus diuinis opera datur. Nam ex aliis lapidibus aram fuisse compositam, in aliis inscriptam legem, satis ex Mosis apparet verbis, atque etiam eo quod iam commemoravi, exemplo. Quin arae lapides asperi esse, atque in quibus erat scribenda lex, rectorio laeuigari debuere. Et est sane aliud lapides statuere, aliud aram struere. Non sum equidem nescius, Iosephum censere, in ipsa ara inscriptam fuisse legem. Verum ille auctor sacrorum codicum fidem bonam, saepe mala fide secutus videtur. Quamquam nolim hanc meam sententiam anxius cuiquam persuadere voluisse videri. Denique quae scriptio in lapidibus representata erat lex, eadem viva voce, per Leuitam, tanquam facialem, pronuntiat: & quidem cum stipulatione assensionis approbationisque omnium. Sacra autem, quibus operari Sacerdotes dicebamus, est sacrificatio hostiarum, quas יָדֹת, holocausta, vocant; & quas שְׁלֵמִים, hoc est, pacifica, siue prospera. quarum illae ad scelorum expiationem, haec ad laetos rerum successus pertinebant. ut mox dicturi sumus explicatius. His enim duabus de causis illiusmodi praecidaneae hostiae mactari solebant

Cae-  
remonia  
istius scopus,  
quid.

De ritibus  
pompa.

Cui sacra  
facia.  
An in ara  
inscripta lex.

Iosephus.

Deut. 26, 17.

Deut. 26, 18.

Deut. 26, 19.

Deut. 26, 20.

Deut. 26, 21.

Deut. 26, 22.

Deut. 26, 23.

Deut. 26, 24.

Deut. 26, 25.

Deut. 26, 26.

Deut. 26, 27.

Deut. 26, 28.

Deut. 26, 29.

Deut. 26, 30.

Deut. 26, 31.

Deut. 26, 32.

Deut. 26, 33.

Deut. 26, 34.

Deut. 26, 35.

Deut. 26, 36.

Deut. 26, 37.

Deut. 26, 38.

Deut. 26, 39.

Deut. 26, 40.

Deut. 26, 41.

Deut. 26, 42.

Deut. 26, 43.

Deut. 26, 44.

Deut. 26, 45.

Deut. 26, 46.

Deut. 26, 47.

Deut. 26, 48.

Deut. 26, 49.

Deut. 26, 50.

Deut. 26, 51.

Deut. 26, 52.

Deut. 26, 53.

Deut. 26, 54.

Deut. 26, 55.

Deut. 26, 56.

Deut. 26, 57.

Deut. 26, 58.

Deut. 26, 59.

Deut. 26, 60.

Deut. 26, 61.

Deut. 26, 62.

Deut. 26, 63.

Exod. 24, 5.  
Exod. 17, 15.

Exod. 20, 25.  
penult.  
3. Reg. 6, 7.

Gen. 27, 40.

Cic. legib. l. 2.

Ios. c. 12.

3. Reg. 6, 7.

3. Reg. 5, 17.

3. Reg. 6, 7.

solebant ante solennia foederis. Sicque a Mose sacrificatum est; cum esset legem apud montem Sinam recitaturus. & cum Amalecitas, sublatis in caelum manibus debellasset. Ceterum cur lapides ex quibus ara construitur, laeuigari, aut poliri, & omnino attingi ferro vetentur, tanta sunt in varietate constituta scriptorum sententiae, ut eas annunciare molestum sit. Hebraeorum nonnulli, & inter eos R. Abraham Beni-ezdra, opinantur; stultè illi quidem, nefas fuisse eorum lapidum, qui ad rem tam sacram essent adhibendi, particulas scalpello abrasas in terram, aut sterquilinum decidere. R. Moses Maimonius, in eo libro, cui titulum fecit, Mostatori perplexorum, putat, verendum fuisse, ne ex frustis sacrorum lapidum simulacra formarent sibi idololatras; ad superstitiosos cultus, aut magicas artes. Nehmannus; quem plenis approbationis velis sequitur Bahaius; non dubitat dicere, poliri quidem nefas non fuisse; sed ferrum, rem ad perniciem comparatam, diuino seruire cultui non debuisset; a quo rerum salus dependeat: huc enim spectare, quod pro ferro, positum est מַכְרֵךְ, perdendi vocabulum, ubi ista lex primum instituitur a Deo in Exodo: quodque in exedificando Solomonis templo nullus ferri fuit usus, siue pro materie, siue pro instrumento: ut ne clauis quidem ferrei sint adhibiti, sed aenei; ceteroqui ex ferro aptiores futuri. Nam cultri, inquit, quibus hostiae iugulabantur a sacerdotibus; ad cultum non pertinebant; non magis quam herbae, quibus pecudes fuerant nutritae. Denique quod ipsi Esau ferrum pro hereditate assignatum Dei instinctu est, cum ei parens diceret; per gladium tuum viues. Hanc opinionem habuere etiam veteriores Hebraei, in commentario מְכִילְתָּא. Sic enim illic scriptum reliquerunt: R. Simeon, F. Eleazar dicebat; Aram comparari ad extendendam prorogandamque hominis aetatem: at haec ferro amputatur. nulla ergo horum est inter ipsa societas. His gemina sunt, quae in תַּנְחומָא, Tanhuma leguntur: atque etiam in Talmude סוּטָה. Quin Cicero ipse sic quoque sensisse videtur, quando suis legibus aeneas, ferrumque arces a delubris, ut duelli instrumenta; non fani. Nostri hominibus ferè placet; ideo semel iussisse Deum, eas aras quae interea fierent, dum ipse habitaret in tentoriis: hoc est, ante exedificatum a Solomone templum, loco in perpetuum electo, vel ex terra congecta, vel rudibus modo lapidibus construi, ut vel citò dilaberentur, vel temerè accumulatae moles potius, quam altaria olim viderentur: ne religionum confusio scilicet ex diuersis aris, in quibus maiores sacrificassent; consequeretur apud posteritatem. cuiusmodi malum metuebant Israelitae, cum audissent Rubenitas, Gaditas, & Manassenses ingentem aram posuisse ad Iordanem: quod suo loco dicitur. Atqui R. Iudas in Talmude מַכְרֵךְ סוּטָה, ipsum etiam Solomonis templum, totum ex rudibus constructum fuisse lapidibus censet. cum neque malleus, neque securis, aut vllum prorsus ferreum instrumentum sonare auditum sit in illo exedificando. Commemoratur quidem alibi, lapides grandes, magnique precij dedolatos ad fundandam domum esse aduectos. Et Solomonis, Hiramique fabros, Giblimosque scalpisse, atque adtauisse ligna, & lapides, ad struendam domum. Sed illiusmodi lapides, inquit R. Iudas, non templi, sed palatij regalis materies fuere: quod palatium domus vocabulo illic est significatum. Verum enimvero non est satis firmum hoc Talmudicum argumentum. probabiliter enim dici potest, non esse quidem auditum vllum ex ferro factum instrumentum in eo loco, in quo aedificabatur templum: sed apud ipsam lapicidinam; unde lapides; & in Libano, unde ligna dedolata, concinnataque aduehebantur Ierusalém. Nam hoc quoque a veteribus Hebraeis proditum מְכִילְתָּא, Mechilta, est. Quin id etiā sacra illa narratio, si integra proferatur, sentire videtur. sic enim habet κατὰ λέξιν: Et domus dum struebatur, ex lapide integro aduecto struebatur: neque malleus, vel securis, aut vllum ex ferro instrumentum audiebatur in ipsa domo, dum aedificabatur. Lapidem igitur, non planè dicit מְכִילְתָּא, hoc est, integros fuisse, sed ita integros, ut aduecti fuerant, esse collocatos in opere. Nam verbum, מַכְרֵךְ, quod illic habetur, sic interpretatus est etiam Nehmannus, & plerique Iudei. Sed cum hoc loco disertè videatur edicere Deus, profanos esse lapides, atque ineptos struendae arae, ad quos fabrile scalpulum est admotum; aliam sententiam commentus est R. Leui F. Gersonis, sanè non inficitam. Ab omnibus altaribus, etiam eo quod in Solomonis aede ponebatur, prohibenda fuisse scalpula: ut intelligerent, qui ad ea caelestem sibi fauorem, & gratiam demereri, sacris faciendis, & conciliare satagerent, Deum suapte natura perfectum bonumque esse: neque ad sui absolutionem, perfectionemque externum aliquid accipere: sicut Dei ara nullo opere artificioque; sed suapte materia perfecta est. Ab hac sententia haud alienus videtur esse R. Isaac Aeraemus, cum scribit: Ideo artificem manum prorsus ab altarum lapidibus abesse debere, ne id boni

Cur lapides ferro arungi fas non fuerit, ex quibus arae fierent.  
R. Aben Ezra.  
R. Mos. Maimonius.

R. Mos. Gerundensis.  
R. Bahaius.

מְכִילְתָּא

תַּנְחומָא & Talmud.

Latini scriptores.

Talm. סוּטָה

Mechilta.

Explicatus Iosueus.

R. Leui Gers.

R. Isaac Aeraemus.

boni, quod apud aras à Deo impetrant homines, humano operi ferre acceptum possint. Rectius sanè, nisi fallor, isti, quàm è nostris quidam, qui hoc significari, magno cum supercilio, censent: Deo nullum placere cultum, quem ipfius suo verbo non præscripsit: aut opus, quod sibi humana prudentia ad colendum Deum instituit: vel, Deum manibus hominum coli nolle. Quasi verò ingrata sint Deo omnia, quæ homines sibi ad veram pietatem adminicula ipsi, nulla cum superstitione: sed ex animo pio & Dei amate foriniant, nisi clarè verbo Dei præscripta legantur. Sed quid dicturi sunt isti, vel Iudæi, vel nostri, de Cherubinis, quæ supra arcam alas expandebant, aut omnino de elegantissimo arca totius opere? Iam verò ad Nehmanni sententiã quod attinet, & aliorum, qui cum eo ferrum, vt diram materiem, prohibebant à templis, scimus adeò non displicuisse hoc metallum Deo, vt in suum etiam thesaurum id inferri, de spoliis Ierichuntiorum, iusserit. Sed ego in hac tanta doctissimorum virorum varietate sententiarum, quæ vera, aut falsa sit, diiudicare nolo. Neque enim vllam, sine omni dubitatione, aut defendere, aut refellere satis possum. Mihi verò visa est omnis antiquitas, hoc est, & illi patres, qui in veteri testamento celebrantur, & qui in nouo primordia nostræ religionis stabiliuerunt, aras pro præcipuo totius diuini cultus fundamento habuisse. Hi, quod super eas pretiosissimæ & gratissimæ hostiæ, qua humanum genus est ab æterno cruciatu vindicatum, id est, corporis & sanguinis Iesu Christi, sacrificium fieri scirent. Illi, quod fore aliquãdo tempus, cum hoc fieret, præcipient. Et proinde quàm simplicissimas aras parari, neque in ipsis aliquid nos admirari voluisse, præter salutis nostræ pretium. Quòd illud etiam spectare opinor, quod maiores nostri tantopere detestabantur, si vllum simulacrum, aut imago in aris conspiceretur: vt est ab Optato pontificè Milleuitano literis proditum. Memorat enim ille, Donatistas, ea re per fraudem procurata, catholicorum hominum religionis & sacrorum existimationem violare conatos esse. Et diuus Augustinus, illius, opinior, æqualis, quosdam habere statuas pro Deo, inde conficit, quòd eas in aris collocent. Sed hæc hæcenus. Verbum *עֲרֻכָּיִם* hoc est, *elevauerat*, sic redditur à Chaldæo, vt nulli certè personæ hæreat. Est enim ille modus loquendi vsitatus Hebræis. vt alibi de verbo, *עָרָךְ*, me dicere memini. Nos ad Imperatoris Iosue personam retulimus: hoc sensu, quos lapides Iosua non curauerat admoto ferro scalpendos aptandosq; ad structuram. hoc est, rudes, nec nisi suã naturali forma inter se quadrantes. Sed iam duo illa sacrificiorum genera paullum exponamus. *תֹּלְדֵי*, quæ *δολύχουσα* Græci interpretatur, & interdum *δολομετωμάτα*, in cineres tota redigebantur, & veluti è terris ad Deum amandabantur, cum fumo in cælum sublata. Itaque ab ascendendo, Hebræum nomen, à concremando Græcū est positum. Erat autè in Mosis institutis præcipuum hoc genus sacrificiorum omnium. Neq; aliud maioris pietatis indicium esse credebatur. quippe quo mortales se totos Deo consecrare, & tanquam corpore pèsuam dato, animum cum hostiæ suæ fumo in cælum suffollere putabantur. Quia autem speciosissima ista religionis species, vt fit, hypocrisis maxima rarò vacabat (Simulare enim magis quàm præstare veram pietatem aduersus Deum plerique omnes solemus) Ideò à sacris vatibus, tanquã parum Deo accepta, sepissime reprehensa & exagitata est. *פַּיְסִיפָּא* verò, quæ nos, *pacifista* diximus, Græci quoq; aliquãdo *εὐρωαία*, interdum verò *σωτήρια*, hoc est, salutaria vocant; genus erat victimæ, cuius solū adipem adolebant, carnem autem epulo abstinebant, & quidem eodem, quo mactata erat, die, vt ne in crastinum seruari vllæ possent reliquiæ; nisi in vna quadam specie: de qua in Leuitico leges perscriptæ sunt pluribus in locis. Hinc Moses, dum in Deuteronomio præsentem tractat locum, Sacrificabis, inquit, pacifica, & comedes, lætaberisq; corã Deo tuo. Sunt autem Hebræicè appellata ista sacrificia, *פַּיְסִיפָּא*, quia fiebant pro felicibus rerum successibus, quos pij aut flagitabant à Deo, aut ipsi acceptos referebant. vnde & gratulatoria quoque dici possunt. Ceterum qui hoc ritu sacrificabant, ij tanquam publicè attestabantur, profitebanturq; Deum esse vnum omnis felicitatis, & eorū commodorum, quæ mortalibus possunt obtingere, auctorem largitoremq; atque, vt sic dicam, promum & condum. Nam *פַּיְסִיפָּא*, vnde istius nomen sacrificij ductum est, omnem prosperitatem, commoditatesq; omnes vitæ complectitur. Sed enim præter ista duo sacrificiorum genera, fuere & alia duo cruenta. *פַּחְתָּ*, & *פַּחְשָׁ*, sed hæc ad certa dumtaxat peccata expianda fiebant.

Aræ pro fundamentum cultus diuini semper exillimantur.

Hypocritis pietati præfata est.

פַּיְסִיפָּא pacifica sacrificia.

פַּחְתָּ פַּחְשָׁ

Et inscribebat illis in lapidibus exemplum legis &c.  
 Quid nos exemplum legis Latinè conuertimus, id Hebræicè est, *פַּחְתָּ פַּחְשָׁ*, hoc est, si verbum reddas verbo; iteratio legis. Græci, & eos imitatus, vt libenter solet, Latinus, dixere,

Sup. c. 6, v. 19.

Optatus Milleuitanus contra Donatist. Aug. serm. 6.

Leui. 7, v. 11. Deut. 17, v. 1.

dixere, Deuteronomium. quo nomine, si quintum Mosis librū significare illi voluerunt, non rectè sensisse, mihi quidè, videntur. Existimo enim, legis vocabulo hîc notari, formulam illam maledictionis, atq; benedictionis (nã benedictio qualis fuerit, ex proposita maledictione dilucidè intelligitur) quã formulam Moses pridè præscripserat in istis lapidibus inscribendam, cum peruentum in Chananaeam foret. Ipsus enim illam Legis nomine appellauit, cum eam traderet, his ferè verbis: Scribes in lapidibus omnia verba legis istius, explicando eam bene. Et rursus, cum eã concluderet, Maledictus qui non obserauerit verba legis istius, vt ea opere exsequatur. Ad hoc, explicatè atq; dilucidè mox dicitur, cuius legis verba ad populū pronuntiata sint: nimirū, benedictionis & maledictionis. (vtor vocabulis, quæ sacrorū Philosophorum propria sunt.) Nō est autè probabile, neque etiam credibile, aliam legè in faxis inscriptam, aliam recitatã esse. Mera ergo somnia sunt otiosorum hominū, quæ Doct. Hebr. in *תורה* fabulantur, de totis quinque Mosis libris, & quidè septuaginta diuersis linguis, vt ab omnibus hominibus legi possent, in his faxis inscriptis. Et quæ his addit auctor libri, qui inscribitur, De apicibus, inde à libri creationis initio, vsq; ad extremū Deuteronomij versiculum, ne apiculum quidem vnum, aut notulam omittam esse. Nam, vt rectè Nehmannus, deridens illorū futilitatem & stultitiã, ait, fieri illud, nō nisi in supra modum magnis faxis potuisset, neq; sine occulta quadam, & diuina potentia; pro ostento. Alij igitur Legis nomine vocari hîc putant, decè præcepta, quæ cap. quinto Deuteronomij scripta extant: quorū præceptorum illa, quam diximus, benedictionis maledictionisq; formula, tamquam explicatio quædam est, præsentis præmij spe, aut pœnæ metu singula animis auditorum intimè commendans. Multi etiã Iudæorum arbitrantur, de omnium legum agi compendio: quale ex vniuersis Mosis libris contractum, in suis synagogis legunt cotannis, dum festum Pentecostes celebrant. Sed nihil attinet omnium sententias commemorare: quando quod diximus, est verissimum: Illud verò obscurius mihi videtur: Duodenæ ne illa benedictiones maledictionesq; solæ in lapidibus scriptæ fuerint: an simul etiam expressa literis omnia illa verba, quæ toto capite vicefimo octauo Deuteronomij, prolixè tum pollicentur fausta piis, tum diramnantur impiis. Nam quin hæc ad populū pronuntiata sint, equidem nihil dubito. Hoc igitur in medio arbitrandum diiudicandumq; relinquo. Quod enim non satis exploratè mihi percepisse videor, non faciam, vt in eo aut affirmando, aut refellendo, temeritatè merità accuser. Iam verò etiam illud quæri potest: cum nuper constitutū à nobis probabiliter sit, duodecim fuisse positas statuas, vnicū ne eius, quã dicimus, formulæ exemplum, incisè, & membratim in omnibus faxis inscriptum sit: an verò singula exempla solida in singulis. Sed hîc ego vix quemquam futurum existimo, qui membratim disceptam legem, diuersisq; lapidibus illitam per partes credere volet, potius, quàm solidam singulis esse representatam faxis. Ceteroqui neq; hîc, vtrum profus verum sit, sed vtrum vero similis modò, coniectura consequi possumus. Certè angustius videtur, & hoc tam soleenni cœdere, quod ex æquo ad tribus singulas pertinebat, dignius, in sua quamque tribus statua legem perscriptam legisse. Porro quando sacra historia sæpè memorat, à patribus illis viris, pietate claris, positas esse lapideas statuas, adscribam Clementis Alexandrini viri vndecumq; doctissimi verba, quæ ille de ea re scripta reliquit, cum de columna, quæ per inuiam atque inexplicabilem solitudinem Israelitis præibat, differeret. Sic igitur apud eum legimus: *Σημιονήδ δὲ ὁ σὺλλος τὸ ἀνεκόνισον τῆ θεῆ: ὁ δὲ περρωτισμένος σὺλλος κρὸς τῆ, τὸ ἀνεκόνισον σημαίνει, διηλοῖ τὸ ἔσοδ καὶ μόνιμον τῆ θεῆ. καὶ τὸ ἀπέπλον αὐτῆ φῶς, καὶ ἀρχιμαίησον. κρὸν γουὶ ἀκρίβωθὺν τὰς ἴψ ἀρχιμαίησον ἕστες, κίονας ἰσάντες οἱ παλαιοὶ ἕσθον τῆτες, ὡς ἀφισπύματα τῆ θεῆ.* Hæc Clemens: quibus docet, radibus illis, & duris, quasi diuini numinis simulacris, antiquitatem significare voluisse; Deum esse omnis figuræ atque formæ expertem; atque insuper stabilem firmumq; neque vllis mutationibus obnoxium. Sed pergamus.

Deut. 17, v. 8.

Traff. מוסדות

Deut. 5, v. 6.

Clem. Stromat. lib. 1.

Lex.

Nuge Doctorum Hebr.

ספר תורה

Nehmannus.

Lapideas statuas cur præfata erant.

שֵׁטָרִים

לֵךְ-מוֹל

quod

quod, iuxta, interpretantur Iudæi. Sed vna eademq; manet orationis sententia, vtrouis modo illud conuertas. Nempe, dimidiatam populi partem occupasse eam regionem, qua erat mons Garizim; dimidiatam, qua mons Hebal: siue vtraque in ipsis motium accliuatibus, quasi in teatro constiterit, siue montes ipsos neutra attigerit: sed in laxiore inter vtroq; valle manserit. Ceterum ora omnium fuisse obuersa ad arcem, quæ medio loco à sacerdotibus Leuitis sustinebatur; atq; promiscuè steterit aduenas cum indigenis, hoc est, adscriptitios cum Israelitis, nullo discrimine; & huius generis alia, sunt à Mosè in Deuteronomio explicata: qui aliis tribubus locum benedictionis ad Garizim, aliis maledictionis ad Hebal assignauit. Nam, vt Nehmannus, probabili sanè coniectura, opinatur; fuit mons Garizim versus Meridiè positus; quod dextrum mundi latus semper est existimatum. Ad Orientem enim spectamus. dextra autè auspiciatiora atque feliciora habentur. at Hebal versus Aquilonè: quam malè ominatam esse mundi plagam Ieremias sèpè solet clamare: vt quæ magnam aliquando in genus humanum perniciem sit emissura. Postrema versiculi pars, *Sicut praeceperat Mosès seruus Domini benedicere populum*, ostendit eos esse ritus obseruatos, qui fuerant à Mosè præscripti. Neque enim ad errorem multitudinis fingi religionis simulacra debent; sed ab iis accepta, & posteris tradita vsurpari. quos certum est Domini seruos atque interpretes Dei fuisse in Ecclesia. Positum est autem solum benedicendi verbum; quia sola benedictio agebatur. Maledictio verò, tamquam *παράρησις*, subseruiebat benedictioni; cuius impedimenta auertebat.

Garizim, & Hebal. Nehmannus. Septentrio infelix.

*Post hæc legit omnia verba legis, benedictionem & maledictionem &c.* 34

VERBUM legit, hætere personæ Iosuz, patefacit sequens versiculus. Imperatori enim adscribitur, quod eius sit iussu. Nam alioqui certum est, non Iosiam recitasse populo legis verba, sed è Leuitarum ordine aliquem. Hoc enim præscripsit Mosès, cum diceret: Et in clamabunt Leuitæ, & dicent ad omnes Israelitas voce alta: Maledictus, &c. Cum autem dicitur, *post hæc*, significatur, primum structam aram, atque super eam sacrificatum fuisse: deinde legem in lapidibus descriptam. mox populum, in suas quosque classes, distributos. Et arcem in medium receptam, cum Leuitis & sacerdotibus, ac tum demum à Leuita, tamquam feciali quopiam, voce recitatam eandem legem esse. Nimirum maiore religione Dei verbum animi percipiunt, postquam rebus diuinis opera data est. Refellit ergo apertissime Doctorum. Hebr. error; qui in סוטה; quem locum tota hac narratione sæpè cito; à legis recitatione auspiciatos fuisse hanc pompam prodiderunt.

Ordo totius pompæ.

Dei verbū post factam rem sacræ vultus auditur.

Aduena, qui.

*αποσθηλυτοι.*

*αυτοθρονος.*

Neminem ab audiendo Dei verbo arcendum esse.

Surdus est quisque in sermone quem non intelligit.

An mysteria in sacris vulgo reuelata sint.

*Nulla erat res earum rerum omnium, quas inderat Mosès &c.* 35

ADVENA qui diuersatur inter Israelitas, is est, non qui negotiorum vel mercaturæ faciendæ, sed religionis gratia illos sectabatur. quales Græci, tamquam voce propria, appellarunt *αποσθηλυτοι*. quia ex Israele prognati illi quidè non essent, sed ad Israelitarum sacra ceremoniasq; se contulissent, & circumcisi verò Deo nomen dedissent, quæ Israelitæ colebant. Ipso autem genere Israelitas iidem nominabant nuper, *αυτοθρονος*; quamquam huic verbo patria potius, quam parentum stirps sit subiecta. Nimirum quia inter indigenas, & aduenas oppositio est. Monet autè nos hic locus, nullam ætatè, nullum sexum à verbo Dei audiendo arcendum esse; quippe in quo inest doctrina vitæ: vita autè ex æquo ad omnes spectat. Atq; hinc illud quoq; animaduertendum est: non modò inani sono atq; murmure, sed ita ab omnibus esse audiendum hoc sacrum verbū, vt per ipsas penetret aures, in mentemq; descendat. hoc enim sibi vult illa particula, *coram*, quæ non temerè est à LXXII. reddita, *εις τα αυτα*, in aures. Nam sic Mosès ipse est eam alio interpretatus loco, cum diceret: *Recitabis legem istam coram omni Israele; in auribus ipsorum.* Quem enim cõsequatur fructū vel ex optima concione surdus? Et qui potest nō surdus existimari in eo quisq; sermone, quem vel non intelligit, vel non satis animo assequitur? Sed non eò hæc à me dicuntur, quòd mysteria omnia, quæ in sacris faciendis effantur sacerdotes, auribus vulgi ingerenda putè. nam hoc ab nascentis Ecclesiæ primordiis factū non esse, veterum liturgiæ, vt vocantur, formulæ ostèdunt: in quibus multa voce submissa mussanda veriùs, quæ pronuntianda, traduntur. Nā mysteria illa secretiora enuntiare, atq; in vulgus peruulgare, quid aliud quæso esset, quam profanare: & religiosa ueneratione; in qua alioqui habentur, vt debent; prorsus spoliatū ire? Plurimum quidè refert, aut potius ad iustam religionem necessarium est, scire, atq; opinari populū, maxima esse in nostris sacris mysteria. At in quibus ea verbis ritibusq; posita sint, id verò nescire vulgus rude, & imperitum, consultius

Deut. 27.

Leu. 1. dicit.

Ierem. 1. 4. 6. 45. & alii locis.

Deut. 27. 14.

Trall. סוטה 67.

Exod. 24. 7. Deut. 31. 11.

consultius est: ne non satis religiosè scienterq; perspecta contemnat ea, quæ per admiratione debebat pie venerari. Verum iam à proposito non nihil declinasse mihi videor. Nā de legis scriptæ verbis cõeperam agere. Eò igitur redeat sermō. Dicit ergo aliquis: Si nullo discrimine quilibet Israelita, atque aduena ad audiendam Mosi legem admittebatur; quanta sit eorum vel impudentia, vel inuidia, vel denique inciticia, qui Christianis hominibus, non nisi per angustum cum delectu, Christi legis lectionem permittant; vulgusque vniuersum semel prohibendum statuât? Atqui longè aliud est, ex sacerdotis ore, qui Dei administer, atque interpret est, legem audire; aliud de scripto eam cognoscere. Et vt lectio etiam, similiter atque auditio, concessa populo Israelitico fuerit: (neque enim ego hoc negare audeam, quamuis negent plerique Iudæi,) alia est Mosaica legis ratio, alia Christi. Illa enim propè vniuersa in ciuilibus sanctionibus versabatur. neque in ritibus sacris, supra actuosum, siue, vt vocant, externum cultum progrediebatur. Nam secretiorè eius interpretationem tam haberi arcanè volebat Deus, (est enim Ezdræ adhibenda fides) vt eam non aliis, quàm paucissimis spectatæ virtutis viris tradendam putaret; & quidem, vt Iudæi dicunt, verbotenus modò, ne scripta videlicet, casu aliquo excideret in vulgus. Hæc verò parè tota in illius secretioris interpretationis explicatione distringitur. Equidem tamen, etsi hæc ita se habent, neminem Christianū à legis Christi lectione arcuerim; qui modò imperare animo suo possit, vt quorū dictorum sententias aut non planè intelligat, aut catholicæ Ecclesiæ decretis parum consentanea existimet; ea dicta non pro suo sensu interpretari velit: (sumus enim plerique omnes nostræ vitio sitate, nunc verò etiā vitioso more, ad prodenda Ecclesiæ dogmata; quæ planè certissima veri rectiq; norma sunt, procliuissimi) sed pia humiliq; mente iudicium suum sustineat, dum ab iis, quos Deus suorum verborū interpretes, & internuntios in Ecclesia esse voluit, diuina sensa percipiat. Sed hæc hæctenus. Est enim ista quæstio multorum aduersariis libris pertractata, disputataq;e. Nunc pauca addam, quibus eam, quæ proximis versiculis descripta est, cæremoniam vniuersam semel ante oculos ponam. Igitur cum iam substructa ara esset; atque erecti, incrustatiq; lapides, & in his accuratissime picta lex: insuper ritè sacrificatum, quibus antè diximus sacrificiorum generibus; tum demum Leuitici generis aut perpetuò idem vnus, aut vicissim plures viri; (vtitur enim Mosès numero plurium:) è medio loco, vbi arca sustinebatur à suis baiulis sacerdotibus; obuertebant se primum ad montè Garizim, hoc est, ad dextrū latus; atque sublata, quantum potuerunt, voce, tamquā feciales & solennes stipulatores, pronuntiabant duodenas illas benedictionis verborū complexiones, quæ ex maledictionis formula ea, quæ à Mosè erat præscripta, facile concinnabantur; post singulas interposito silentio approbationem populi vtrimque adstantis veluti stipulantes. qua audita, pergebant deinceps singulatim ad reliquas. Verbi gratia. Spectans Leuita ad Garizim clamabat primum: Benedictus est à Deo, quisquis vnū Iehouam, siue solum Dñm, non etiam deos alienos coluerit. neque opus artificis factum manibus; quod abominatur Dñs; occultè sibi positum habuerit. Et hæc dum ille silentio insisteret, vniuersus vtrimque populus, tā qui ad Hebal, quàm qui ad Garizim constiterant; succinebant, Amen. Deinde pergebat ille ad secundam benedictionè verbis huiusmodi: Benedictus est à Deo, qui parentes suos honorat: non spernit, aut negligit. Atque hinc iterū tacens, audiebat ex vtraque parte acclamantē populū, Amen. Itaque decurrebat deinceps Leuita per duodenas benedictiones, cum singulas vniuersus populus singulatim approbaret. Deinde auertebat se versus montem Hebal; pariq; ritu duodenis illis execrationibus defungebatur; in singulis, vt dixi, insitēs, concionisq; vniuersæ assentione expectans. Cum porrò & benedictiones primum, & deinde maledictiones sic percensuisset, & vtrarumq; approbationes audisset; subnecebat deinde illam Deuteronomij partē, quæ toto vicesimo octauo capite est perscripta, tamquā præcedentium pactorū explicationem, atq; ita iurandū sancitū, scedusq; ritè cum Deo factū censēbatur. Ex æquo igitur ad omnes tribus cum benedictiones, tum detestationes pertinebant. Quæ ratio, opinor, est, cur Mosès duodenarium numerū; qui & tribuum est; obseruaret. Nam etsi alias spectarent Leuitæ tribus, cum benedictiones pronuntiarent, alias, cum maledictiones; tamen simul ab omnibus approbationē tacitè stipulabantur. neq; vlla erat in re pars alterutra prerogatiua: sed pari omnino fuere cõditione, qui ad Hebal, cū iis qui ad Garizim cõsistere iussi fuerant. Vno enim eodemq; sacramèto & scedere se obligabāt ex æquo omnes Deo, nō aliter, quā si militū legio, cõcepta verborū formula, quæ per apparitorē aliquē pro Imperatore stipulantē pronuntietur, in militari cõcione; atq; cõmuni confusaq; multitudinis

An vulgo permittenda sacrorum librorum lectio.

Totius pompæ ritus explicare ostenduntur.

Et benedictiones & maledictiones ex æquo ad omnes tribus spectabant.

voce & acclamatione approbetur, Imperatori det nomen. æqua enim omnibus incumbit militiæ necessitas: pariq̄ue auctoramento obligati omnes habentur, quemcumque locum quisque, dum confluunt, ceperit. Videntur quidem eæ tribus, quæ ex iustis nuptiis sunt procreatæ, loco potiore, hoc est, ad dextrum montem Garizim, habuisse subsellia. Nam Rubenitica, & Zabulonitica, quæ ipsæ quoque ex liberis matribus propagatæ cum essent, tamen ad sinistrum Hebal cum ancillarum prole sunt collocatæ; ideò eam, ut videbatur, indignitatem sustinebant, ut arbitrantur Iudæi, quia Ruben paternum lectum commaculasset, Zabulon autem filiorum Leæ natu fuisset minimus. Parem enim utrimque numerum esse oportuit. verum in participando fœdere sacramentoq̄; certum est æquam fuisse omnium fortem. Sed cur, inquires, promiscuè ipsos se circumfundere arcæ passus non est Moses? Neque enim alibi reperias in comitiis sic tributum discretos Israelitas. Respondet Levi F. Gersonis, nec incite, ut mihi videtur, Deum, ut pressius ob oculos omnium poneret, quantum esset inter benedictionem, maledictionemq̄; diffidiu, aduersa populo subsellia assignari voluit, quasi nefas esset, eadem utramque cæli regione pronuntiari. Itaque alteri ad dextram, benedictorum; alteri ad læuam, maledictorum quidem personam sustinuerunt: at non conditionem, ut apud Matthæum, cum filius hominis pro illo augustissimo tribunali iudicium exercebit totius orbis terrarum: sed tamquã in scena modò; pro rei specie exhibenda.

Cur tribus in hac pompa eo discretæ sint. R. Levi Gers.

Mat. 27, 33

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM  
IN IOSVAM, CAP. IX.

Cumq̄ audissent omnes Reges qui erant trans Iordanem &c.

I 2

POST captas delectasq̄; cæde & incendio duas vrbes, Ierichuntem, & Hai, quæ, ut est credibile, tamquam propugnacula totius Chananæ habebantur, sparsa iam longè lateq̄; fama, Reges omnes, qui trans Iordanem, hoc est, in Chananæa, regnabant, coiuerunt in vnam sententiã: atq̄; se belli societate implicuerunt, aduersus Iosvam, copiasq̄; Israeliticis faciendi. Ceterum ista cõmemorantur hoc loco, quasi *ἡδυστοδὴ* ad eas res quæ proximis capitibus enarrabuntur. In illis enim audiemus Regum multorum conspirationes, collatasq̄; vires ad Israelitarum progressus reprimendos. Nã adhuc non delectus habere, nedu copias cogere, sed de cõmuni re deliberare modò, atque societatis fœdera iungere videntur: ut de mutuis subsidiis, si opus fuerit, certi sint. Quasi verò ne nunc quidẽ rei gerendæ tempus vrgeat: sed illiuscõmodi fœderibus faciendis mora satis tuta inertissimo possit otio parari. Sed hic est stupor ille cæcitasq̄; & planè perturbatio atq̄; cõfusio mentis & intelligentiæ Chananæorũ, quæ ex terrore illo nascebatur, quem se omnibus iniecturum promiserat Deus, cum diceret: Et mitam terrorem meum ante faciem tuam, & terrebo omnem populum, ad quem accedes, &c. Quali terrore similiter vicinorũ omnium animos, rationesq̄; perturbabat, cum pacis specie filij Iacob Sichimitas cecidissent. Nimiru postquam admirabilibus illis traiectionibus maris rubri, vastæ & inexplicabilis solitudinis, Iordanis denique, insuper portentosa illa Ierichuntis euerfione: ut plurima alia præteream miracula, quorũ fama etiam apud vulgus Chananæorũ erat peruagata, quod ex Rahab didicimus, quando istis, in quã, & similibus mirandis Dei factis non auertebatur ad eius maiestatem agnoscendam. neque benignitate ipsius inuitabantur ad meliorẽ mentem induendam, dedit ipsi mentem insipientẽ, ut ea facerent, quæ minimè ex vsu erant, & quæ facta opus essent, ea non animaduertent: sed etiamnum securi, voluptatibus suis moras necerent. Qua re simul id efficiebat Deus, ut suorum Israelitarum animos paulatim, ipso hostium locorumq̄; regionis, alioqui incognitæ, aspectu vsuq̄; duraret, atque confirmaret; ceteroqui magna potentiæ aduersariorum opinione nimium præoccupatos, neque satis vniquam fidentes diuinis promissis, aduersus tam validas, ut ipsi opinabantur, nationes. Quin ista tanta Chananæorum, & planè *ἡδυστοδὴ* recordia atque ignavia rei bene gerendæ, non in istis modò belli principiis, quo de capite, & prorsus fortunis illorum omnibus agebatur, sed ad ipsum vsque finẽ perspicuè apparet. Neque enim ipsos vsquam, captata occasione; quales credibile est, magnas sæpè esse oblatas, vltro inuadere Israelitas; sed vbique ab his inuadi videbimus. Nimirum admirabilis & immensus semper fuit Dei aduersus Ecclesiam amor, atque benignitas: & ad eam tuendam amplificandamq̄; tanta procurationis sedulitas, quantam mortalium nemo grato vniquam animo satis poterit æstimare. Quo mihi magis desipere; ne dicam insanire, videntur

Exod. 23, 27.

Gen. 35, 5.

Gen. 34.

Rom. 7, 4.

Ibid. v. 28.

Dei amor erga suam Ecclesiam, & benignitas.

Ih. 49, v. 15, et 16.

videntur ij, qui illi, per aliquot iam superiora sæcula, cum hac amatissima sponsa sua didicidum fuisse audent dicere, tamquam deformitate eius nimis offenso. Fuit scilicet aliquando tempus, cum plurimis illa vitiis non esset deformis; præsertim singillatim, non vniuersè, toto corpore spectata. Sed qualis, rogo vos, qui Deum amoris erga Ecclesiam suam fatiitate vniquam teneri posse putatis; qualis, inquam, illa tunc toto corpore erat, cum ipse ex abundantissima caritate sic eam consolaretur, ut diceret: Etiam si mater ventris sui partum obliuiscatur, & negligat, tu ex mente mea excides numquam: sed tuos muros, quibus videlicet munita aduersus hæreticorum insultus es, semper in oculis habiturus sum, ne Satanæ astutiis labefactentur; aut vniuersæ portis inferni emissæ furia te superare queant. Sed aggrediamur sacra verba. Mare magnum dici, mediterraneum, illud quod Syriæ latus occidentale alluit, Magnique cognomen, lacuum stagnorumque comparatione habere; (hæc enim illi genti etiam maria sunt) notius est, quam ut longiore explicatione opus sit. Pro litore autem, si quis portum dicere malit, non refellam. Est enim Hebraicè, *ἡθ*, cui verbo, ab occultando dicto, locus omnis subiicitur, in quo naues à vento latere, stationemque tutam habere possint. Porro illud, è regione Libani, aut, prope Libanum, (nam sic quoque commodè interpretari potest.) Chaldæus ad mare magnum ostendendum spectare putat. Addidit enim ille Pronomen relationis, inquires: Quod est è regione Libani. At Latinus, & Lxxii. opinantur omisam esse nexum particulam, eamque suggerendam; & ipsam significari Phœniciam, peculiarem Regum sedem: in qua Berythus, Sidon, Sarepta, Tyrus, alia oppida Libano, Antilibanoq̄; obiecta ad mare iacent. Nam eos duos montes vno Libani nomine contineri, dictum à nobis alibi est. Equidem eò spectare ista verba crediderim, ut cum antè dictum esset, trans Iordanem, altius etiam quam Iordanis tractus sursum extenditur, famam illam secundum maris litus volasse intelligamus. aut quod vniuersè de maris litore positum fuerat, id istis verbis definitur ad Libanum. Ceterum de illis gentibus quæ hic sex, alibi septem, interdum pluribus, sæpè etiam paucioribus nominibus representantur, sunt quædam à nobis scripta capite tertio, ad versiculum decimum. Lxxii. quod nonnulla exemplaria testantur, Gergesæos, in Hebræo, propter eius gentis paucitatem, ut Iudæi existimant, præteritos, de suo addiderunt. Quod autem nos, ut Hebræum exprimeremus, vno ore, conuertimus; id Latinus his explicauit verbis, Vno animo, eademque sententia. Chaldæus, vna societate, est interpretatus. Sed quid dicatur satis perspicuum est.

Deus Ecclesiam suam numquid deserit.

Mare magnum.

ἡθ

Chaldæus.

Phœnicia.

Incola Gabaon quoque audierant, que fecerat Iosua &c.

3 4 5

POSTquam paucis verbis indicatum est, hæcenus prospexisse rebus suis Reges Chananæos aduersus Israelitas, ut fœdera inter se fanciuerint de belli societate, transitur ad Gabaonitarum historiam, quæ sanè memorabilis est cum primis, tum propter Nathanaeos, aquatores, lignatoresq̄; sacræ ædis, quorũ nobis originem aperit, tum maximè, quod testetur luculentissimè, diuinam misericordiam paratissimam esse iis, quos scelerum suorum potest pœnitere. atque etiam, quia, ad præsentem locum quod attinet, nobis aperte ante oculos ponit eam oppositionem, quæ inter Dei filios, & impios homines est, dignissimam profectò accuratissima notatione, animaduersioneque. Nam audierant quidem Reges Chananæi opera Dei admirabilissima, quibus ille omnes clementer inuitabat ad pœnitentiam: ut ex quibus æternam ipsius potentiam diuinitatemq̄; perspicere atque intelligere poterant. Sed adeò non permouebantur ad pietatem, ut consilia etiam cõferrent, quibus possent modis diuino eius numini amplius resistere. Audierant & Gabaonitæ. atque iis auditionibus sic fuerunt ilicò commoti, ut quacumque tandem ratione in eorum amicitiam societatemq̄; insinuare se oportere constituerent, quos viderent tam potenti, tamq̄; in suos benigno Deo esse caros. Sunt etiam, qui ex ista historia confici putant; Optimatũ politiam regno esse meliorem. quod ego longè secus esse autumo. quando ipsa rerum natura omnibus suis operibus regnũ nobis commendare videtur, quæ vbi que summa consensione ab vno dominatu constricta depèdent. Nam ad Chananæos reges quod attinet, non fuere illi Reges, sed pessimi tyranni, quippe qui sua libidine omnia metirentur. Sed id disputare, nõ est huius loci. Igitur ut ad sacra verba veniam: Egerunt, inquit, etiam ipsi callidè: Variæ hinc sunt, & discrepantes scriptorum sententiæ; quorsum spectet comparatio illa, quæ vi vocula, etiam, continetur. Neque enim nuper aliquorum hominum dolus, atque astus est commemoratus, cum quo iste Gabaonitarum confertur. Et Talmudici quidem, quorum opinionem nimis profectò longè repetitam, refert R. Solomon; putant hanc Gabaonitarum fraudẽ veluti talionem esse illius, qua vsi olim fuerant

Gabaonitarum historia memorabilis. Dei misericordia pœnitentibus semper parata. Oppositio inter pios & impios.

Regnũ melius est quam Aristocrata.

Talmud. R. Solomon.



Gabaonitæ Heuæi fuerunt.

R. David Kimhi.

Iudæi stupidi.

קריק

קריק

קריק

קריק

R. Solomon.

Chaldaus.

Traet

R. Leui Geis.

Latinus.

fuerant filij Iacob ad opprimendos Sichimitas, Gabaonitarum gentiles. Fuerunt enim Sichimitæ Heuæi, vt & Gabaonitæ. Nam dum hi in Regum historia nominantur Amor- rhæorum reliquia, nomen Amorrhæorum, pro quibusuis Chananæis positum est, sicut alibi quoque. Dauid Kimhi, non satis certus, duas dicit diuersas sententias. Earum altera est, Gabaonitas sic se fraude aduersus Israelitarum vim velle munire, vt Ierichuntij nuper inuris, & Haienses viribus fuerant conati. Altera, Gabaonitas putauisse, simulata pace ab Israelitis deceptos fuisse, victosque, tum Ierichuntios, tum Haienses. atque ided eos cõstituisse simili arte vt aduersus impostores. Sic ferè Iudæi. Sed enim demiror stupidis istis Iudæis non venisse in mentem, fugam illam simulatam, qua nuper admodum Haienses sunt ab Israelitis prolesti in infidias. Eo enim profectò magis scite fraudis comparatio illa referri potuisset. Verùm ommissis istis, sententia, meo iudicio, aperta, & expedita est. Nam cum superioribus versiculis expositæ essent regulorum per Chananæam cõsultationes, conspirationesque; quibus sibi consulere contra Israelitas illi cogitabant, subnectitur, neque Gabaonitas quoque; sibi defuisse, non quidem pugnandi consilijs, vt illi, sed prudentia, siue astu. Verbum enim Hebraicum, קריק, æque honestâ prudentiam, atque veritatem vestimentum malitiarumque; significare, notius est ex sacris literis, quam vt necesse sit hoc exemplis probare. quiri Chaldæus quoque; hoc loco, prudenter, est interpretatus illud, קריק. Porro verbû, קריק, quod conuertimus, simulare legationem, si pro litera Reich scribatur, quæ forma est simillima, Daleth, significabit cibum, aut viaticum comparare. Atque de hac scriptura expressum est, quod reddiderunt Chaldæus, Latinus, atque etiam LXXII. (nam apud hos lego, cum Syro, ἐπιστολῶντο: non autè ἐπιστολῶν.) Est illud quidè, quod nunc in omnibus Hebraicis libris habetur, haud alienum à presente historia. Mittunt enim Gabaonitæ allegatos ad Iosua. Sed quando paullo post vtuntur ipsi Gabaonitæ Verbo, קריק, credibile videtur, ὁμοῦ γράμμα esse hoc loco, atque similiter, קריק, scribi debere. Id autè est, cibum sumpserunt, siue viaticum. Ceterum Græcum Verbum, quod in vulgatis libris est, ἐπιστολῶντο, an credi possit, non esse mendosum: atque accipi, pro repente, & de improviso adesse, remque; constitutam aggredi, aliorum esto exultimatio. Mihi certè dubium nullum est, quin per paragrammatismum errorem librariorum sic scriptum sit, pro ἐπιστολῶντο. Hoc enim vetus admodum interpretès Syrus expressit de Græco libro, qui Eusebij manu fuerat emendatus ex Hexaplis Origenis. Nomen, קריק, significat id, quod ex alijs atque alijs frustis, siue, vt vocant, pittacijs confutum compactumque est. Nam apud Doct. Hebr. קריק, pro pittacio vsurpatum me legere memini. Chaldæi, קריק, Syri, קריק, dicunt. Germani, **ampletz**. Sunt igitur, קריק, calcei diuersis solorum frustis suppositi. quod Græci expresserunt, cum dicerent, ἡμετέρας πελαγομένους, ducto verbo πᾶσι πέλματος, hoc est, à solea. Et alibi pecus vocatur, קריק, cuius vellus est maiusculis notis varium; tamquam ex diuersis pittacijs confutum sit. Porro, קריק, quod à nobis conuersum est, mucore maculosus. (Est enim mucidus panis multis coloribus, tamquam punctis, varijs) existimat R. Solomon, à קריק, quod adurere est, dici. Interpretatur enim, nimis excoctum atque adustum panem. Idque; ei assentiuntur Aquilas, Symmachus, Chaldæus. conuertit enim Chaldæus, כסני, quam vocem interpretatur idem ille R. Solomon in Misnaioth scribens, spicas nondum maturas quidem, sed in furno adustas, quales moris erat puerulis dare, cum sponsa domo paterna educeretur. Latinus, & R. Leui F. Gersonis existimant, frustra significare panis aridi, qui in micis friatur. Græci à me stant, dum, ἑλερωμένοι, conuertunt. hoc est, situ ipso & mucore olidi, atque virosi. R. Dauid Kimhi nihil certi definit. Et sanè parum refert, quam hic sequare sententiam, sunt enim omnia in pane vetustatis indicia.

Profecti sunt ad Iosua in castra ad Galgala, &c.

Quæ verba faciunt Gabaonitæ hoc versiculo, ea non ad Imperatorem, sed ad alios Israelitas facere videntur; cum obuios quosque suppliciter prehensant, prius quàm ad Imperatorem penetrarunt. Nam versu demum octauo priuatim cum Iosua loquentur. quantum certè apparet. Vtuntur autem graui ac firmo argumento, cum pacem secum faciendam esse inde conficiunt, quia ex terra longinqua veniant. Legem enim Deuteronomio edixit verbis disertis Moses, qua constitutum est, vt quæ ciuitates extra Chananæam positæ offerrent pacem, seque; dederent, ex solis tributis pendendi, & seruitutis feruendæ conditionibus, reciperentur in fidem. Et hinc Doct. Heb. acuti homines scilicet, in קריק, colligunt, non solas benedictionis & maledictionis formulas in lapidibus ad Hebal fuisse inscriptas; sed omnes profus Mosis constitutiones. Gabaonitas enim in illis lapidibus

Gen. 34.

1. Reg. 11. 2.

Gen. 31. 2.

Deut. 20. 16.

Traet. קריק.

6.

his ipsos legisse, aut à Barbarorum scribis, qui descripserant, accepisse, quid de seruandis exteris, perdensisque; incolis mandatum à Deo esset per Mosen. Atqui Gabaonitæ versu xxiv. dicturi sunt, non ex scripto se ista cognouisse, sed nuntiata sibi esse. Quare credibilis est, illiusmodi pacis & belli leges, quas Deus præscripserat, ab ipsis Israelitis, quibuscumque fieri potuit modis, diuulgatas fuisse apud quosuis. Pertinebat enim ea res ad totius belli æquitatè, vt in huius capituli extremo sumis dicturi. Et quis non existimet vel Rahabæ cognatos, qui iam dudum inter Israelitas versabantur, de gentilijs suorum salute sollicitos, ea, quantum poterant, sparsisse in vulgus, quæ vel spe, vel metu, quosque; possent ad deditioem inuitare? Non ergo mirandum in eo est, quod apud Barbaros peruagata sit Dei voluntas, quæ per Mosen patefecerat, atque; Israelitis de isto bello mandarar. De particula illa, קריק, quam interpretati sumus, itaque, differuimus cap. primo, ad vers. secundum.

Et dicebant quisque Israelita ad Heuæum: Fortasse intra me &c.

HEVÆI nomine intelliguntur Gabaonitæ. Erant enim hi, vt dicebatur nuper, Heuæi. Rectè autè putabant Israelitæ, nefas sibi esse, cum iis ferere fœdus, qui intra ipsos habitaret, hoc est, intra Chananæa fines, quos ipsi Deus pro sedibus donauerat. Nam illud disertis verbis à Deo veritum fuerat, tum in Exod. tum Deuteron. cum dixisset: Non percuties cum ipsis & dijs ipsorum fœdus, neque habitabunt in terra tua: ne forte inducant te ad peccandum in me. Et rursus: Non pacifceris cum ipsis, neque misereberis ipsorum. At de exteris alia ratio erat: quippe cum quibus nulla Israelitis vitæ necessitudo atque; familiaritas esset intercessura, etià si fœderati forent. Sed de his rebus mox plura dicenda erunt. Est autè hoc loco obseruanda Israelitici populi modestia, qua erga legatos, quamuis hostium, vtuntur. Neque enim molesta curiositate in illorum res inquirunt, nedum ipsos conuitijs exagitant: sed urbanè & comiter cum respondissent ad ea quæ illi petebant, à se dimittunt, ad Imperatorem videlicet rem omnem reiciuentes.

Ad Iosua item dicebant: Nos serui tui sumus &c.

8 9 10 11 12 13

ADHV C dictum est, quid ad vulgus Israelitarum locuti sint legati. & quale ab illis responsum acceperint. Nunc verò colloquium, quod cum Imperatore habuerunt, explicatur. In quo prolixius, vt debent, mandata sua omnia exponunt. Primum enim beneuolentiam captant apud eum, in cuius arbitrio exorandi momentum omne positum esse prudenter existimant. Deinde cum exteros se, atque longinquos esse subiecissent (nulla enim alia ratione fœdus se impetrare posse credebatur, vt post dicturi sunt) conscij sibi sui modicij ilico ea addunt, quibus mentem illius misericordia impediunt: ne libero animo videlicet tum de ea re, tum de ceteris, quas mox sunt simulaturi, accuratius inquirere, atque; seuerius existimare ille possit. Quæ enim oratio ad permouendum misericordia hominis animum queat esse vehementior, quàm qua se quis alteri dedit in seruitutem, vt de se ille pro suo statu arbitrio? Deinceps à se ad Dei personam transeunt: eiusque; magnifica, & præclara facinora commemorant, iisque; se motos deditioem istam instituisse dicunt, non autè metu aliquo percussos. Vt enim metu hostis ad deditioem impelli, ignauiorum est; neque gratia promeretur: ita illius virtutis admiratione vltro duci, generosorum, & laude atque; amica beneuolentia dignum existimari debet. Magna igitur illud arte faciunt: vt & hoc summa cum astutia; quod neque Iordanis siccati, neque Ierichuntis euerse miracula commemorant: quasi longinquæ regionis incolæ nihil istarum rerum nuper gestarum vel per famam audierint. Quin ipsius quoque; Imperatoris laudes, cum Dei laudibus, sed tacite, & citra adulationis vitium, miscet: cum dicunt, *Ad nomen Domini Dei tui*. Quæ enim maior Iosua gloria esse possit, quàm potentissimi Dei Imperatorem appellari? Post hæc tandem, sue legationis commentarium recitare incipiunt, his verbis: *Dicebantque; ad nos senioris nostri*. & quæ sequuntur. Atque hic quoque; non minus artificiosè orationem instituunt, dum popularium suorum paratissimos ad deditioem animos prædicat: vt qui se vltro ad id agendum obuiam Israelitis miserint, quod alij ad vltimam vsque; necessitate solent differre: dumque; exquisitissimè rationes omnes colligunt, quibus se exteros atque; longinquos esse persuadent. Tale igitur ferè est totius orationis illorum artificium. quæ in genere deliberatio versatur. Porro quod nos sumus interpretati, *ad nomen Domini Dei tui*, tamquam ea quæ adiiciuntur, sint ἐξ ἡμῶν eius, atque explicatio (fama enim, & nomen, vt apud Latinos, ita & Hebræos sæpe idè significat: id malunt alij ad religionem referre. Neque sanè id leui argumento facere videri possunt: quando Rahabam iisdem panè verbis fidem suam declarantem audiuimus. Isti ergo reddunt, in nomine Domini Dei tui, sicut LXXII. & Latinum fecisse videmus. Hocque; explicat Liranus in hanc ferè sententiam, Maximis & admirandis Dei tui facinoribus,

Gabaonitæ Heuæi.

Israelitici populi modestia.

Artificij orationis Gabaonitæ.

Sententia.

De fama.

Liranus.

quæ fama ad nos pertulit, adducti sumus, ut cum velimus verum agnoscere Deum; atq; idè huc profecti, fœdere vobiscum iungi cupimus, & vestram cum societate religionè amplecti. Quin & Nechmannus quoque, inter Iudæos egregiè doctus scriptor, eandè sententiam secutus, scribit, Gabaonitas animò ab idolorum cultu abalienato, ad dandum verò Israëlitarum Deo nomen venisse. Mihi verò videtur quidem illud alterum, quod ego de Hebræo expressi, simplicius idq; etiam Origeni placuisse intelligo. Verùm tamè nolim istud pertinaciùs refellere, cum ab Augustino probetur. Quamquam quod ad Rahab attinet; multo sanè illa fidè suam declarabat apertius, cum illo pulcherrimo vteretur epiphonemate, Dominus Deus vester, est Deus in cælo suprâ, & subter in terris. Ceterum historia rerum in Ægypto gestarum, ex secundo Mosis libro petenda est: Illa verò Regum Schonis, & Og, ex quarto.

*Sumpserunt igitur viri de illorum viatico &c.*

14

Chaldeus.

R. Solomon.

לֶחֶם d. scere.

R. David Kimhi.

R. Isaias.

Lirani.

Scilicet quorum dam sententia refellitur.

Divina providentia nõ imponit hominis voluntati necessitatem.

VERBYM וַיִּצְרְוּ, interpretatur Chaldæus hoc loco, ipsa Gabaonitarum dicta quippe insidiosa. Sicut enim explicat: Assensu sunt, inquit, viri dictis illorum: & non consuluerunt oraculum Domini. Nimirum, quia positio, וַיִּצְרְוּ insidiari significat. Idq; illi assentitur etiam R. Solomon. Atqui insolitus prorsus est iste verbi וַיִּצְרְוּ, vsus: quod alibi perpetuè vel de venatione, vel de cibo, & viatico dicitur. Nam וַיִּצְרְוּ alterius ordinis positio est. ut norunt Grammatici. Tum hoc quoque absurdum est, hic aliam eius vocabuli notionem comminisci, quàm qua est nuperrimè in hac ipsa narratione usurpatum. Quare magis ferenda videri possit quorundam interpretum sententia, quam Kimhi profert, qui verbum, לֶחֶם, quod nos conuertimus, *Sumpserunt*, interpretantur, didicerunt. quasi ex viatico propius inspecto didicerint Israëlita, Gabaonitas rem ipsam dicere. Sed omniss istis cõmentis, ut simplicissima, ita verissima sententia est, quam nos, post LXXII. & Latinum, de Hebræo expressimus. Eaque sola probatur etiam à Kimhi. Est enim veluti oppositio quedam inter illa; sumere panem Gabaonitarum in manus, suisq; oculis satis fidere; & os, siue oraculum Domini interrogare: quod R. Isaias quoque, vir sanè doctus, ut inter Iudæos, sensisse videtur; quamquam obscure. Lirani putat, ad amicitia conciliandæ cærimoniam pertinere, & fœderis sancienti, quòd Israëlita panem à peregrinis hominibus sumunt. atque, ut est credibile, de prægustato paullulum degustant. Nam vitu non dissimili fœdus firmasse Iacobum & Labanem certum est. & apud Sallustium, Curtium, alios historiæ profanæ scriptores exempla existant fœderum, in quibus sancientis populares de eodem vel cibo, vel potu gustare solebant. Sed alij hanc Lirani sententiam, ut insuliam, atque ineptam, rident: ipsi interim ineptissimè atque stultissime censent, ita enectos fuisse inedia Israëlitas, ut ne tantisper quidem sustinere se potuerint, dum consulerent, quin aridum illum, & exsuccum, mucidumq; panem acceptum vorarent. Scilicet post euerfas duas maximas vrbes, cum latè vicinis agris potiti essent, in regione omnium rerum feracissima, pauculis micis mucidi panis inhiabant, qui simul atque in Chananzam peruenissent, neque dum manus cum hoste cõseruissent, ita victu abundabant ex hostili agro parabili, ut cælesti manna amplius non indigerent. Sed sunt ineptiora ista, quàm ut refelli mereantur. Pogrò *vin* ij sunt, ut est credibile, qui mox, principes cœtus, vocabuntur; primates scilicet populi qui apud Imperatorem cum essent, Legatos audierant; atque opinione persuasi ab eis fuerant. Rectè ergo à LXXII, ἀπογορευτες redditum est, quod in Hebræo est וַיִּצְרְוּ. nam Principum inconsiderantiâ à plebe damnari audiemus. Et alibi me dicere memini, vocabulum, וַיִּצְרְוּ, Hebræis egregium præ ceteris, atque eximium viri significare. Ceterum an Imperator ipse quoque inter eos fuerit, qui se hîc tam credulos præbent, neque Deum, ut debebant, consulunt; non planè constituere possum. opinarer quidem certè libenter, alios, cum faciliùs, & priùs, quàm Iosua, fidem Gabaonitarum simulationi adiunxissent; huic quoque deinde fuisse assentiendi auctores. Secerni enim in hac historia Imperatorem nonnumquam à Principibus cœtus videor animaduertere. Verùm tamen pugnare haud velim, si quis contrâ sentiat. Memini enim à Iosua aduersus Haienses missa primùm fuisse tria virorum millia, non consulto Deo, cum relationi suorum nuntiorum ille credidisset. Nimirum, ut euenta ipsa ab æterna Dei providentia pendente, ita ab eadem euentorum causâ continua ferie alia ex aliis apte fluunt. Erat æterno Dei consilio constitutum, ut Gabaonitæ aquatores lignatoresq; fierent olim in sacra æde. Hoc ergo seruitutis genus, ut suis sibi fallacijs ipsi iam comparant, non consulto Dei oraculo, in fœdus ab Israëlitis recipiuntur: semelq; recepti, potiùs quàm violato iureiurando rursus repudientur, ad molestam illam operam perpetuè damnantur.

Neque

Neque tamen Dei prouidètia vel Gabaonitas simulationis factæ, vel Israëlitas temerariæ credulitatis necessitate constringebat. Erat enim in vtrorumque positò libera voluntate, aut si mauis, arbitrio, illorù quidem, ut aperta atque ingenua fidei professione Israëlitis sociari se irent, sicut Rahab: vel dolo vterentur; quod fecerunt. Horum verò, ut aut consulerent Deum, sicut iure debebant; aut non consulerent. ~~ipsi enim, quoniam diuina prouidètia illis in modo mortalitatis adueniens fuerat, potius prouideret, quàm officinauer.~~ Sed enim diuus Ambrosius libro de Officijs tertio, istam credulitatem Israëlitis non ponendam in vitio putat, sed potiùs in laude integritatis. Scribit enim hæc ferè verba, Adeò sancta erat illis temporibus fides, ut fallere aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui ceteros de suo affectu aestimant? Et quia ipsis amica est veritas, mentiri neminem putant: fallere quid sit, ignorant. Et mox, Non vituperanda, inquit, facilitas, sed laudanda est bonitas. Et in hanc sententiâ ille plura, quæ ex ipsius libro peti possunt. est enim in omnium manibus. Equidè, & si probabile est, ne Deum ipsium quidem, si consultus esset, responsurum fuisse, Gabaonitas, cum pacem peterent, non esse recipiendos, existimo tamen, illis verbis, *Neque os Domini interrogauerunt*, principes neglecti officij non leuiter esse infimulatos. Debemus igitur nos quoque, hoc exemplo admoniti, in iis actionibus, quas instituimus; præsertim si non sint de rebus leuissimis; haudquaquam inconsultè properare, ac ruere; sed animo, quantum possumus, dispicere, excutere, expendere res omnes; memoria repetere atque aestimare præteritas, intueri præsentès, futuras conicere: atque ex his omnibus quid facere conueniat non solum nobiscum ipsi deliberare; sed in primis Deum suppliciter orare: ut quod faustum felixq; sit, id nobis in mentem mittat, operasq; nostras ad suam ipsius gloriam, nostram verò salutem dirigat. Non enim nos, sed Deus nouit, quid nobis ex vsu sit; ac piè religioseq; consultus, promptè atque benigne, quæ salutaria sint, nutu impulsuq; diuino suggerit. & ut Aratus cecinit, ἦμος ἀνδρώπολις Δέξιν στυγαίει. Ceteroqui si solius nostri animi ductum sequamur, nihilo agamus consideratiùs, quàm si, quid agendum nobis sit, sortiamur. ut est à Xenophonte prudenter dictum. Debet insuper hoc exemplum cautos facere Principes, & magistratus; hoc est, qui rebus pub. præfecti sunt, ut ne eos concionatores vrbibus atque aulis suis temerè, & inconsideratè sibi socient, quotquot splendide ac magnificè de Deo concionantur; atque Dei miranda opera continuè in ore habent; quasi nuper ex cælesti aliquo confessu adsint. Est enim multis istius generis hominibus id nunc propositù, ut cum se in magistratus gratiam insinuauerint, & partim magnè pietatis aduersus Deum prætextu, partim, fictis accõmodatisq; ad opiniones imperitorù doctrinis, animos omniù sibi cõciliauerint, antiquis bonisq; constitutis alijs sublati, alijs labefacti, aut peruersi, temp. sursum deorsum miscere: ut ipsi, quod vulgò dicitur, in aqua turbida, quasi aliud agentes, piscari tacitè queant; atq; aliorù hominù fortunâs inuolare.

*Fecitque Iosua cum illis pacem, & percussit ipsis fœdus &c.*

PACEM facere, ad hostilem voluntatem, atque offensionem deponendam pertinet. Fœdus verò percutere, ipsa pacis pacta, atque leges, & conditiones intuetur; ut est alibi à Nehmanno scriptum. Conditiones autem, quibus cum exteris ciuitatibus; è quarum numero se Gabaonitæ simulant esse; depaciscendum erat; perscriptæ sunt in Deuteronomio. Cum accesseris, inquit, siue Deus, siue eius interpres Moses, ad vrbem, eius oppugnada causa; atq; pacè illi obtuleris; si vicissim ipsa pacatis te verbis exceperit, portaq; tibi aperuerit, omnis populus qui in ea fuerit inuentus, erunt tibi tributarii, & seruient tibi. Et hæc lex, ut volunt Hebræi plerique omnes vno ore, atque pertinet ad Chananzæ colonos, atque ad externos & longinquos. Nam quod proximis deinceps versiculis discrimen inter indigenas & alienigenas positum est; id de iis ciuitatibus modò accipiendum esse aiunt, quæ pacem oblatam recusant. In his enim, si externæ sint, mares quidè militares occidendos esse; at paruulos & feminas cum præda vniuersa diripi, seruariq; posse. at si non longinquæ, sed intra Chananzæ fines sint positæ, quos Deus Israëlitis pro hereditate assignauit; tum nullius prorsus ætatis, aut sexus vitæ parcere fas esse. Quæ opinio Iudæorum si vera est, quid est cur Gabaonitæ externos se simulare debeant? cum pacem etiam vtrò oblatam veniant; neque exspectent, ut rogentur. Sed dicent Iudæi, illos non satis fuisse legum Mosis peritos. Atqui Israëlita ipsi dicunt; se cum suarum sedium incolis, etiam si pacem ambiant, pacisci de pace non posse. Sed fuerit sanè etiam Israëlitarum vulgus ignarum illius instituti Moisaici, quid de Imperatore Iosua dicemus; qui queritur, impositum sibi à Gabaonitis esse; eò quòd se externos, atq; longinquos simulasset; eaque

Arbitrij libertas.

Ambrosius.

Nihil inconsideratè, nec nõ consulto Deo agendum.

Non nos, sed Deus nouit, quæ nobis sint vtilia.

Vulgus concionatorum non temerè admittendum.

Nehmannus.

Xen. Pol. l. 1.

Gen. 31. 40.

Deut. 20. 10.

eaque ratione pacem à se impetrassent? quando, si rectè Iudæi sentiunt, etiam vt indige-  
 næ illi fuissent, pax eis, quam vltro petebant, iure non debuit denegari. Ego igitur ve-  
 rius esse existimo; recipi quidem etiã Chananæos, si pacem petant, in amicitiam posse;  
 sed non continuo iis conditionibus, quibus admittuntur exteri. His enim, etiam saluis  
 sibi suis superstitionibus, pacem pro mutua pace, & insuper tributo pendendo dare fas  
 esse. Illis verò, ne sic quidem, nisi falsa religione cum vera commutata: & hoc propter  
 contagij superstitionis periculũ ex propinqua familiaritate. Sed hæc mox persequemur  
 latius. Hic tamen facere non possum, quin addã, nonnullos existimare, neq; exteros, neq;  
 domesticos; hoc est, Chananæos, si pacè vltro petat, quod Gabaonitas facere videmus; neq;  
 expectent dum pacè poscantur, vlla seruitutis specie, quale est tributũ, multari debere:  
 modò vt domestici qui sunt, & Chananæa incolunt, probum Dei cultũ simul cum pace  
 amplectantur. Atq; ad hanc suam opinionem firmandã, tum Rahabæ exemplũ propo-  
 nunt, tum præsens Gabaonitarum. Sed ista quoque fortassis post à nobis disputabuntur.  
 Fecit ergo Iosua cũ Gabaonitis pacè: & fanciuit fœdus; tãquam cũ exteris videlicet, sal-  
 ua ipsis sua religione auita. Aut si hoc minũs probas; malisq; assentiri illis, qui putãt Ga-  
 baonitas vltro veri Dei religionè fuisse amplexatos, dicemus, vt vectigales socios esse di-  
 missos: cum & fraus illa, & insuper patriæ conditio duriolem seruitutem promerentur.  
 aut ne vectigales quidem; quippe cum se vltro deditũ venissent. idq; Nehmanno placet.  
 Porro quod additur, *conseruandi ipsos saluos*, est Hebraicè, נְחַמְתִּים, hoc est, faciendi vt vi-  
 uerent. quo ego cauere modò puto, nullum ipsis vitæ periculum fore ab Israelitis: non  
 etiam Israelitas debere ab illis omne periculum propulsare. Audiemus quidè proximo  
 capite, Iosua promissimè opem illis tulisse aduersus ipsorum hostes, cum eam implo-  
 rassent. sed id ille Dei oraculo monitus fecisse videtur potius, quàm de compacto. Quã-  
 quam nihil moror, quo minũs contrã, si lubet, sentias. Illud tamen certissimum esse de-  
 bet, mutuũ subsidium sibi suisque non esse depectum Imperatorem, à Gabaonitis. Nam  
 in nefario crimine positum Israelitis est à sacris vatibus; quoties non in solo Deo, sed si-  
 mul in re alia vllam haberent confidentiam. Exstant quidem in sacra historia aliquot ex-  
 empla fœderũ, quæ viri sancti cum profanis, & barbaris iniuerũt. Cuiusmodi sunt, fœdus  
 Abrahami cum Mamre, Ešchol, & Aner. Cum Abimelechoq; Et Isaac cum eodè rege.  
 Tum Iacobi cũ focero suo Labane. Et, vt multa prætereã, Dauidi & Solomoni cum Hirã  
 rege Tyri quãta fuerit amicitia, testatissimum est. Neq; enim nefas est, homines quãuis  
 diuersas religiones colat, inter se amicitia gerere: qua est ab ipsa rerũ natura vniuersum ge-  
 nus humanũ quodã modo consociatum: sed vsq; ad aram, vt est in proverbio. Nullius  
 enim societas sic se implicare fas est, vt eius causa de via veræ virtutis sit declinandũ,  
 aut vlla ex parte polluenda religionis iura. Id quod regi Achas euenisse proditum sacris  
 literis est; qui cum sibi regem Assyriorũ adiunxisset belli socium, eius gratia aram, & alia,  
 quæ in sacra æde diuino consilio bene constituta fuerant, mutauit. Et regi Iosaphat ob-  
 nuntiavit vates Iehu iram Dei, quia impio Achab auxilium tulisset, eumq; què Deus  
 oderat, amasset. Rursus cum idè coiunxisset societate cum Ochozia impiissimo rege, vati-  
 cinabatur ei Eliezer Marešaus, ob eam rem infeliciter cessurũ, quod instituisset. Idque ita  
 euēnit. Naues enim, quas ad Tharsen miserat, frangebantur: neque cursum tenere po-  
 tuerunt. Sed non est opus plura malarum illiusmodi pactiõnũ exempla adiungere. sunt  
 enim plurima in sacra historia. At Abraham, Isaac, Iacob, suis illis fœderibus nihil aliud,  
 quàm pacè dabant atq; constituebant Barbaris petentibus, in quorum regione viuendũ  
 amicè ipsis erat, cum nondũ essent iussi, hostiliter se erga illos gerere. Non enim adhuc  
 peruenerant ad summam improbitatem Amorrhæi. Nequaquam autem pacem ab illis  
 turpiter, aut flagitiosè redimebant, cum vel suis ipsi rebus ab eis timerent, neque Deo suo  
 satis confiderent, vel vllos hostes suos vlciscendi, vel aliorum deniq; fortunas inuadendi  
 subsidiũ quærerent. Itaq; ad reip. tranquillitatè conseruandã, absq; vlla Dei offensa, illorũ  
 fœdera ipectabat. Iam verò Hiram amicitia, qua tum Dauidè, tum Solomonè esse vsũm  
 diximus, quis nescit, quã fuerit illis vtilis ad ea comparanda, quæ ad cultũ diuinũ perti-  
 nebant? Hæc eò à me monentur, vt vitandã nobis esse intelligamus, arctiorem, quæ lu-  
 brica sit, atq; periculosa præsertim, coniunctionis necessitudinem, cum iis, quos à proba  
 religione alienos esse scimus: ne videlicet eodè cum eis deuincti iugo, illuc simul abripia-  
 mur, quò ipsi, praua sua studia secuti, feruntur. Ceteroqui pacè atq; tranquillitatè in rep.  
 quantum possumus, colamus, & coleruemus. Sequitur in sacris verbis, *Ei iurauerunt ipsi*  
*principes castus &c.* Certum est, Hebræorũ fœdera eo ritu fieri solere, què Abrahamo olim  
 Deus

Israelites à nul-  
 lo nisi Deo ex-  
 spectare opem  
 poterant.  
 Fœdera sancto-  
 rum virorũ cũ  
 profanis.

Quatenus ami-  
 citia habenda  
 cum profanis.

Ritus fœderũ  
 faciendorũ  
 apud Hebræos.

Nehmann. in  
 Exod. c. 33.

Gen. 14, 13.  
 Gen. 21, 31.  
 Gen. 28, 31.  
 Gen. 31, 53.

1. Reg. 16, 10.

2. Par. 19, 2.

2. Par. 20, 37.

Gen. 15, 16.

Gen. 15.

1er. 34, 17, 18.

Exod. 24, 5.

Gen. 31, 45.

Iosep. bell. Iud.  
 l. 2. c. 23.

Ezra. 1. c. 2. et  
 l. 2. c. 7.

1. Reg. 4, 2.

Dcut. 19, 6.

Deus monstrarat, cum ipsus inter partes sectorũ per medium animalũ transuisset, eaq;  
 cæremonia promissa sua, quæ paullo antè illi vigili, tum verò rursus secundũ quietè pro-  
 mittebat, confirmasset. Nisi quòd Abrahã quinq; animalũ genera capere iussus est. ni-  
 mirũ quæ sola olim ad sacrificia forent vtilia. Cetera autè fœdera vno animalĩ sccto ritè  
 fiebant. Atq; hæc est causa, cur Hebræi fœdus facere, dicat קָרַת חֵוֶת, hoc est, diuidere,  
 aut diffecare fœdus. Sicut Latini suum repræsentantes ritum, dicunt, percutere fœdus. de  
 quo ritu vide Liuium decad. primæ lib. prim. Eius quod dico, optimus testis est Ieremias,  
 cum ait, Dedam viros, qui fregerunt fœdus, quod diuiserant (hoc est, fecerant) corã me;  
 vitulũ quem diuiserãt in duas partes; & transierãt inter partes eius &c. Eos, inquam, dedã  
 in manus hostium ipsorũ &c. Sed præter eum ritum, non dubiũ, quin solennes etiã præ-  
 cationes adhiberi consueverint: in quibus iusturandũ quoq; continetur. sicut in sponsio-  
 nibus dari sponsores, aut etiam obsides. Itaq; hinc iurauerunt, non solus Imperator, verũm  
 etiã senatus populi. Nam in repub. bene constituta, in qua non ex libidine vnus hominis  
 omnia geruntur, sed ex optimorũ consilio, vnus res moderatur; solent legitima fœdera fir-  
 mari vnus quidem auctoritate: sed qui antè sibi senatus auctoritatè adiunxit. De populi  
 iussu nihil dico. cuius ego iudiciũ semper existimaui incertissimum esse. Ceterũ illius cæ-  
 remoniæ mysteriũ, qua inter dissecti animalis duas partes trãsibant, qui fœdere coiunge-  
 bantur, non iam explicabo. Longum enim esset, & præter scopũ. Ritum autè spargendi  
 sanguinis victimæ, quo vsus est Moses in Exodo, credibile est hinc non esse adhibitum. Est  
 enim ille eorũ, qui veluti initiantur sacris rebus. Sed de hoc post dicemus, idoneo loco.  
 Memorantur etiam Iacob & Laban cum fœdus facerent, lapidũ cumulos congesse.  
 Verũm id non tam de more eos fecisse, ego certè opinor; quã veluti terminos constituisse;  
 quos neutri fas esset aliquando, nocendi alteri causa, transire. Et de fœdere hæctenus.

Factum est porro post finem trium dierum &c.

Diuidere fœ-  
 dus cur dicant  
 Hebræi, pro  
 facere fœdus.

Resp. bene con-  
 stituta qualis.

16

Quo nuntio fraus sit patefacta, scire nihil refert. Est tamen credibile, Israëlitas apud  
 Galgala in statuis castris minimè oriũ triuisse, post euerfas duas vrbes Ierichuntè & Hai:  
 sed assiduis excursionibus loca latè vicina explorasse; cũ frumentandi, aliasq; res ad victũ  
 necessarias quærendi, tum regionis cognoscendæ causa. vocantur autè Gabaonitæ rectè,  
 vicini. Nam, quod proximo capite dicitur, vt plurimũ vnus diei & noctis itinere ad eos  
 vsq; exercitus è Galgalis traduci potuit. Scribit quidè auctor cõpendij historiae Iosephi, is  
 qui Egesippi nomine se venditar, distare Gabaonè à Ierosolymis, stadia, nõ amplius, quin-  
 quaginta: secutus, vt videtur, in eo etiã suũ Iosephũ, qui lib. de bello Iudaico secũdo literis  
 prodidit, Cestiuũ à direpta Lydda, cũ exercitu Ierosolyma, per Beth-horon petentè, castra  
 fuisse in Gabao, stadiis quinquaginta ab Ierosolymis posita. Sed incertũ est, an Iosephus  
 Saullis Gabaam, an hanc nostram dicat. Verũ demus, nostram dicere; cum abfuerint Ie-  
 rosolyma à Galgalis plus minus stadiis centũ sexaginta; vt idè Iosephus scriptum reliquit,  
 conficietur, à Galgalis ad Gabaonè decè & ducentorũ stadiorũ fuisse interuallũ: hoc est,  
 vices sexies mille passuũ, & stadiorũ duorum. Exstabat autè Gabaon ista in parte mõtis  
 eius, quem Silo vocat sacra historia. qui mons ferè ad occidentem positus est, cum Ieroso-  
 lyma intuemur. Ceterũ quid sit illud, intra Israëlitas habitare, nuper exposuimus.

Prosecliq; sunt Israelite: & venerunt ad illorum vrbes &c.

Gabaon ciuit.  
 Egesippus.

Ierosolym.  
 Galgala.

Silo mõtis.

17

Non fuisse tridui iter ex Galgalis ad Gabaonem, satis certũ est ex iis, quæ proximo  
 narrabuntur capite. Peruenerunt ergo illuc die tertio, ex quo rescitũ fuerat, illos esse indi-  
 genas Chananæos: & quidè, vt est probabile, cũ exercitu. quo, positus opportuno loco ca-  
 stris, terrorè maximum simul omnibus illorũ vrbibus attulerunt. Erant enim inter se vi-  
 cine; vnde & simul recensentur tres illæ Caphira, Beeroth & Kariath-Iaarim apud Ezdrã,  
 & Cephira quidè, atq; Beeroth forte obtigerunt Beniaminitis, vt suo loco dicitur, in ter-  
 ræ partitione. Kariath-Iaarim verò Iudæis. De Cephira non multa est alibi mentio. Bee-  
 roth Remmonè patrem Rechab dedit, vt proditũ est in Regũ historia. Habet hæc nomè  
 à puteis. sicut alia quædã ei cognominis in Deuteron. At Kariath-Iaarim multis est histo-  
 riis celebris. Eusebius in libello de locis Hebr. hæc collocat mille dũtaxat passibus ab Ie-  
 rosolymis, qua Lyddã iter est: nisi mendũ est in numero. Certè Burchardus circiter qua-  
 tuor horarũ & dimidiã itinere ab vrbe sancta abesse scribit, hoc est ferè decè millib. pass.  
 Sed erit, opinor, alius locus de his differendi paullũ accuratiũs. Nomen ipsum significat,  
 vrbè syluarũ. quod ei datũ est à vicino, atq; ad eò adiacente mõte, qui, קָרַת יַעֲרִים, Iaarim voca-  
 tur, vt pote syluosis, & multa materie obitus, opinor. In eo monte exstabat illa, quam  
 modò dicebamus, Cephira. Abfuisse autem Kariath-Iaarim propè admodum ab vrbe  
 Beth-semes,

קָפִירָא

Cephira.

בְּעֵרוֹת

Beeroth.

קָרַת יַעֲרִים

Kariath-Ia-  
 arim.

Burchardus.

Cephira.

Beth-femes, de historia sacrae arcae à Palestina remissa discimus. Vocata est etia בֵּית פְּתָחִים, Cariath-baal, & non numquam בֵּית בַּאֵל, Baala. Sed erit saepius de ista vrbe dicendum. Ieremias vatem Vriam in ea natum fuisse prodidit.

Et non percuferunt ipsos Israelita, eò quòd &c.

18

Vulgi militum ingenium.

CVM iam ad Gabaonitarum ditionem armata manu peruentum esset; locusque, vt dixi, opportunus castris captus, vnde inuadi illorum vrbes facile possent; vulgus quidem militum, vel praedae, vel vindictae, vel vtriusque rei avidum; suaeque libidini, vt solet, non rationi, obsequens, fremebat desiderio gentis inuadendae. At tribuni, aliique duces, & praefecti, consilio prius, quam armis de tota re decernendum esse, prudenter existimabant. Itaque hi deliberatione habita constituerunt, nefas esse, eos hostiliter aggredi, quos interposito, per Dei Israelis sanctissimum nomen, iureiurando, iussissent vitae suae securos esse. Quare populi tumultuantis impetum oratione reprimendum putauerunt. que oratio proximis duobus versiculis exponitur. Rursus hoc loco incerti sumus, an isti deliberationi praesens interfuerit cum ceteris ducibus Imperator Iosua. An vero illorum decreta ipse in Galgalis approbauerit, cum ad se de re tota relatum esset: atque, illuc etiam Gabaonitas euocarit, sententiam audituros. Equidem vtrum verum sit, non satis video constitui posse. Quamquam verisimile esse videatur, ipsam militum concionem aduersus praesentem Imperatorem suum non tam insolenter fuisse murmuraturam. Neque enim id alibi ab eis esse factum apparet. Verumenimvero, quando non esse idem percussos ab Israelitis Gabaonitas, scriptum est, quia principes coetus ipsi iurassent: illud videndum primo est: si isti non iurassent, num fas fuisset homines vltro pacem petentes, seseque dederunt, armis inuadere, atque opprimere. Et sane si per dolum pacem illicitam impetrauissent, hoc est, vt saluis sibi suis superstitionibus, tamquam exteri viuere domi possent, dubium non est, quin data contra legem Dei pace eripere illis Israelitae rursus debuissent. Sunt enim ista legis verba: Non ferias cum ipsis, & diis eorum, foedus. Sin autem non se solum dedidissent, sed etiam vero Deo dedissent nomen: (nam hanc quoddam habere de ista deditioe opinionem dixi:) atque his conditionibus data ipsis pax fuisset, scelus fecissent, meo certe iudicio; Israelitae, si, etiam iniurati, manus illis intulissent. Nam ad militum murmur quod attinet, ignorabant illi, homines imperiti, aequiore durae illius legis interpretatione, de occasione occidendis exterminandisque Chananais toties à Mose decantate. Non enim debebat ea ad illos pertinere, qui Israelitarum sacra amplecterentur, adscriptiisque Israelitae fierent, vt mox dicemus. Deinde & illud quaeritur, An si iusiurandum non conseruassent Israelitae, quod Gabaonitis domesticis dederant, cum exteros esse crederent, periurii scelere se obligassent. Hic ego plane statuendum puto absque, vlla dubitatione; si summo agatur iure, ipsaque stipulantium verba spectentur, non magis obligatos fuisse Israelitas Gabaonitis, qui se alienigenas simulabant, indigenae cum essent, quam si quis rei venditae pretium, ei se numeraturum, per errorem, promittat, qui sibi nihil vendidit. Sed praesci illi homines, non solum qui verae religionis, sed qui falsarum etiam superstitionum cultores fuere, vt parca, atque religiosae admodum ad iurandum descendebant; ita sua promissa, quorum semel Deum suum sponsores nuncupassent, quouis modo seruare se debere putauerunt. Atque ea est ratio videlicet, cur & Gabaonitae magnum sibi operae pretium fore statuerent, si vel dolo iusiurandum ab hoste accepissent: & Israelitae, quam temere dedissent fidem, eam haud temere mutare se debere existimarent. Cetero qui neutros ignorasse, vitiosum esse illud sacramentum, quod per fraudem datum, acceptumque fuerat, vel ex illo intelligas, quod alteri castigant dolum; alteri poenam, metu excusatione, sic deprecantur, vt interim quauis se dignos esse fateantur. Et mihi quidem certe videtur, tale quiddam hic accidisse Principibus coetus, quale sanctissimo viro Isaac, cum à filio Iacobo benedictione circumduceretur. Nam cum Dei consilium esset, vt maior Esau, minori Iacobo cederet; facile pater in agnoscendo filio deceptus est; quamuis tum vox ipsa, tum preproperus atque immaturus reditus erroris illum satis admonerent. Et licet bene precatis animus tota cogitatione in maiore natu filium intentus fuisset; vt cuius & nomine, & persona stipulatio benedictionis fiebat; tamen neque stipulatoris fraus, neque benedictoris error obstiterunt, cur minus cum à Deo, tum à parente fausta illa precatio rata haberetur, efficacique esset. Sed obiciis mihi: Plane iusiurandum, quod cum Dei verbo pugnabat, firmum ac fixum esse minime debuisset. Deus enim mandat, ad interfectionem cadere Chananaios omnes, nullo discrimine; idque repetita saepius lege, vt dixi. Atqui ea lex, quauis vniuersè edicta esset, propter eorum paucitatem, qui vitae antea poenitentia essent meritis poenas effugituri; tamen, quod in plerisque omnibus

Quaestio, an iussisset Gabaonitas occidere, cum se dederunt.

Quaestio, an seruandū iusiurandum per fraudē datur.

Veterum religio in iurando.

Comparatio cum historia Isaac decepti à filio Iacobo.

Lex de Chananais occidendis equitate temperanda erat.

Exod. 13, v. 11 & 35, v. 15. & Deut. 7, 2.

Gen. 27, Gen. 25, 21.

Infra 144. b. Rom. 1. v. 4.

Deuter. 21. v. 7.

Genes. 27. v. 37.

2. Reg. 11. v. 1.

1. Cor. 1. v. 17.

omnibus legibus vsuuenit; aequitate quadam erat interpretanda; vt cum aeterna Dei clementia congrueret, conueniretque. Neminem enim ille quidem vnumquam patitur ferò ad se confugere: qui modò ex animo id faciat. Sed ea est rursus diuinæ iustitiae ratio, vt qui nimis diu illius lenitate ad peccandi licentiam abutuntur; & diuitias patientiae eius contempnunt, ij ferè numquam in animum inducant, ferò gratiam ab illo suorum delictorum petere. Nam, vt demus, ne ipsos quidem iurantes Principes Israelitas, tum, quando iurabant, de aequiore illa interpretatione legis cogitasse: tamen ita moderatus est ipsorum animos suo instinctu Spiritus ille coelestis; vt vel imprudentes consilium Dei sequerentur. Etenim, vt ad Isaac exemplum reuertar; dubitatio nulla esse potest, quin lex illa, de prerogatiua filij, qui patri suo primus esset natus, iam tum in Isaac animo sic diuinitus inscripta fuerit; vt post est à Mose in Deuteronomio mandata literis, cum ille Iacobum pro Esau, deceptus, benedictionis prerogatiua amplificaret; & si aeternae legis verba intueare; contra ius falsumque, eum qui suarum erat virium principium (vt est in sacris verbis) natumque maior, illi, qui minor erat, posthaberet. Et tamen, cum mox errorem, in quem filij astu delatus fuerat, intellexisset; adeò factum non mutauit; vt exemplo comprobaret etiam, cum diceret: Benedixi ei, eritque benedictus. Nimirum viri sanctissimi animus similiter occulto quodam diuinæ approbationis sensu ducebatur. Sed rogas, quo argumento conficiam; illud Principum iusiurandum Deo fuisse probatum. Nam quia Isaac rectè Iacobo; pro Esau benedixerit; quamuis contra aeternam legem id fecisse videretur; non audebis, opinor, negare. Sane illi approbationi satis multa magno sunt argumento; & in primis illud, quod in Regum historia, consultus de fame Deus; responderet, eius mali culpam in Saullem, & huius progeniem esse conferendam; propterea quòd occidisset Gabaonitas, quibus Israelitae iusiurandum dedissent; cum ille tamen his, quadam aemulatione, studuisset. Sed iam me acrius vrget; Saullem immeritò iuris peierati poenas luisse sanguine suae posteritatis; cum dixerim, illud Israelitarum iusiurandum non fuisse legitimum. Verum est expedita responsio, vt prima actione illud ratum non fuerit, cum dolus interuenisset; tamen ea, quae deinde secuta est, pactione, ipsos se Israelitas obligauisse firmè Gabaonitis; & quod antè iurauerant, vt id ratum haberi deberet, effecisse. Porro quia diximus, approbasse Deum foedus, quod per fraudem Gabaonitae ab Israelitis impetrassent; vsque adeò, vt à Saulle violatum grauius vindicauerit: ne quis isto exemplo licere sibi putet, quemquam mortalium fallacis sibi obligare, monendum hoc loco putauit, Deum quidem, qui in ipso rerum omnium ortu ex tenebris lucem procreauit, pro immensa sua bonitate; & erga homines beneuolentia, interdum ea quae improbè à nobis fiunt, sic moderari, vt bono, & saluti nobis sint: praesertim si non vt actio ipsa, sic & animi nostri propositum fuit improbum. Sed cum eò id ille faciat, vt intelligamus; non nostras actiones, & operas qua nostrae sunt mereri prosperos rerum euentus; sed causam omnium boni ad ipsum vertere discamus, tamquam ad patrem luminum; vt inquit Iacobus; à quo omne bonum donum, & perfectum munus nobis obtingit: Et simul vt nos in thesauri bonitatis suae admirationem rapiat, atque ad se amandum colendumque conuertat; quanta fuerit nostra peruersitas, si tantam illius erga nos clementiam; qua pro meritis poenis tribuit praemia, nos in peccandi aduersus ipsum licentiam conuertamus? ac non potius immensam eius bonitatem amplectamur, iussisque eo alacrius obsequendum nobis esse statuamus? qui cum sit ipsa simplicissima veritas, ipsaque virtus perfectissima, non potest non ei displicere, quidquid fraudi, vitioque est affine. Sed de ista re plura diximus ad versiculum quintum capitis secundi. Illud quidem in Gabaonitis placere Deo potuit; quòd non obstinatis animis, caecoque furore, eius aeterno decreto obistere, cum aliis Chananais, in animum inducerent: sed potius cum eo populo, quem ille amaret, foedere consociari cuperent. Verum fraus ipsa, qua hoc consequi studebant, placere quidem nulla ratione ei potuit, qua fraus erat: Sed facile ignouit, gratiamque erroris fecit hominibus, de sua ipsorum salute, nisi ita agerent, profusus desperantibus; & alioqui à verae virtutis perfecta sapientia longissime adhuc remotis. Et haec modò haecenus, mox enim pluribus erunt explicanda. Igitur, *murmurabant omnis coetus aduersus Principes.*

Dei clementia & simul iustitia.

Principum iustur. Deo fuisse probat.

Obiectio.

Responsio.

Non vrdum fallacis neque Dei clementia abutendum.

Deus ut nos, si vitia vtratur aliquando ad nostram salutem.

Omnis fraus displicet Deo.

Dicebant autem omnes principes ad vniuersum coetum, &c.

19:

OBIVR.

Abiectissimi  
quique sunt  
feditiosissimi,  
& obrectato-  
res maximi.

Concordia  
atque constan-  
tia virtutes  
maximae sunt  
in magistratu.

Vulgus bellua  
multorum capi-  
tum.  
Magistratus  
Deo fretus de-  
bet resistere  
populo ini-  
quo.

Comparatio  
ab aquis in  
aggeres incur-  
santibus.

וַיַּגְדֹּ

וַיַּגְדֹּ  
Chaldaeus.

OBIVRGABAT, inquit, vniuersum vulgus suos duces, atque tribunos; quod in expeditionem non educeretur castris: quippe nupera victoria Haicnfi bene animatum, & praedae dulcedine inescatum, atque, vt est credibile, eius caussa; quae illos a pugna retinebat; prorsus ignarum. Nam in omni hominum coetu plerumque fieri assolet; vt quo quisque a magistratus dignitate consiliisque abest longius, eo sit ad huic obrectandum propensior, nimirum cum eius ordinis homines ferè non ratione, non iudicio, quo non pollent, sed solis suis affectionibus ducantur; atque ad praesentem se fortunam semper accommodare cupiant; non possunt non ferre moleste ea quae hisce suis cupiditatibus aduersantur imperia. Ad hoc, quanto sunt rerum omnium imperitiores, tanto plus sapere se arbitrantur, minusque magistratus suae prudentiae concedunt, confiduntque. Denique eo est etiam confidentius vulgus, quo minus potest aduersorum casuum momenta expendere, atque prauidere. Multitudo autem confidens semper est superbia intolerabilis, sicut contra, pauens stupore indocilis, atque intractabilis. Postremo inde quoque populi temeritas nasci videtur, quod quae aduersa eueniunt, ea inglorios, atque obscuros homines parum tangant. Omnis enim rei male gestae culpa & ignominia in principes solet reici. Quamuis autem fatendum est, in eo quoque ordine viros multos esse, aut indole ipsa, aut educatione probos, tamen isti aliorum clamoribus, tamquam flabellis, facile ad temeritatem inflamantur. Hoc autem ideò dico, quia in sacris verbis, vniuersè scriptum est, Omnem coetum murmurasse: Sicut rursus omnes principes aduersus importunitatem coetus respondisse. Atque hic sanè obseruanda est, sancta principum omnium inter ipsos concordia. Ea enim factum est, vt suam in populum auctoritatem facile tenerent. Nihil enim est, quo magis leuetur, imminuatur, abiiciatur denique magistratum auctoritas, atque imperium, quam si ex eo ordine nonnulli; vt saepe fit; nimis populares, à suorum collegarum rectis, salutaribusque sententiis, ad ciuium peruersa studia voluntatesque se adiungant. Quod sanè probus nemo vquam fecerit. Tanti enim viro bono debet esse recti atque honesti species, vt ab eius scopo nullius multitudinis vel metu, vel gratia, patiatur aliquando voluntatis suae oculos dimoueri. Nimirum hoc est, quod Deus per Mosen in Exodo edixit, Ne sequitor multitudinem in malis. Est quidem, quod dici solet, Vulgus bellua multorum capitum; quae suo fremitu, atque tumultu saepe terribilis admodum videri potest. Verum debet magistratus existimare, veritatis, hoc est, ipsius Dei praesidio satis se tutum esse: ac proinde constanti grauitate in sua auctoritate tuenda pergere: atque etiam si planè frustra se in praesenti vrgere propositum intelligat, & obtinere se posse desperet; tamen minimè cedere; vel rectam sententiam vlla simulatione deserere. Ita enim omnino fiet, vt euincat tandem insanum populi furorem; sibi que multo etiam quam habuerat antè, auctoritatem conciliet maiorem. Planè vt cum aut maris, aut fluminum inundantes magno aestu aquae oppositos aggeres tuos iam iam perrupturæ videntur; si non maioribus obiectis molibus illarum impetum repuleris; aut saltem veteres aggeres continuo sarciendo interpolandoque sustinueris: sed cedendo; nouosque loco remotiore moliendo laxamentum inundationi illarum dederis; nihil profectò aliud quam ipsas, vt in dies maiore violentia in tuas nouas machinas incurrant, easque oppugnent, prouocaueris. Quare scitè, vt omnia, illud à Platone dictum est: Egregia victoria ipsas se vincere ciuitates, quoties qui in iis prudentia antecellunt, multitudinem vincunt. Igitur Israelitici populi duces atque tribuni, vno animo simul omnes, prauae militum cupidini; quamuis vniuersi fremant; nihil concedendum statuunt; & quod illi flagitant facere se non posse apertè pronuntiant. Verum tamen ne solo imperio, quod per se omnibus hominibus graue videtur, illorum animi exacerbentur magis, perturbenturque, quam sedentur; iustam cur à Gabaonitis abstinere manus debeant, causam praemittunt, hanc scilicet. Quia iurarint ipsis per Dominum Deum Israelis, ideò nefas esse tangere. vbi illud *Deum Israelis* magnam habet emphasim. perstringit enim populi animos religione; cum eum Deum sponsoem impunitatis esse datum audit, quem ipsos colit. Ceterum verbum וַיַּגְדֹּ non solum simpliciter tangere, sed etiam vulnus infligere, sauciare, percutere; atque etiam alio afficere incommodo significat. Idque perspicue apparet ex nomine וַיַּגְדֹּ, cui vulnus, vlcus, morbus, damnum, aliaque huiusmodi mala subiiciuntur. Quare Chaldaeus non inicitè, pro, tangere, reddidit, nocere, siue damnum dare.

Hoc

Exod. 13. v. 22

Plat. de leg. lib. 1.

Hoc facimus ipsis; & conseruabimus eos saluos, &c.

20.

Chaldaeus  
Septuaginta.

VERBUM infiniti modi, ex formula Hiphil, נִחַמְנִי positum est, pro futuro tempore modi finiti. Quare cum Chaldaeo conuertimus, *Conseruabimus ipsos saluos*, sicut etiam LXXI. fecerunt; si Syro interpreti credendum est. In Pronomine *Hoc* existimo rectè contineri, ea, quae proximo versiculo explicabuntur: conditiones videlicet; quas ferre Gabaonitis constituebant Principes. Habet itaque ea orationis pars duo argumenta, ad sedandos militum animos pugnae cupidine aestuantes accommodatissima. quorum alterum est à compensatione poenae, quam illi de Gabaonitis sumere desiderabant. Debet enim seruitus, homini ingenuo, & liberali, morte ipsa videri grauior. alterum ab utilitate. Sunt enim in lignatorum aquatorumque officii publicae rei commoditates maximae. Sed duobus istis argumentis bene magnis, addunt etiam tertium: quod vel maximum, atque grauissimum videri potest, ductum à contrario malo, & religione, cum dicunt; *Ne recidat in nos ira, &c.* Et si enim summo iure, vt diximus, illud iusiurandum, quod mendacis circumducti dederant, ratum non erat, atque firmum; tamen homines simplices; & antiquae probitatis, cum illiusmodi iuris acumen argutiis minime expenderent; sed secum ea reputarent, quae Deus suis ipse digitis inscripsisset in tabulis foederis; nempe quod non esset daturus impunitatem ei, qui suum nomen frustra vsurparet; non abs re iram illius vindicem metuebant. Et profectò non potest diuina maiestas non laesa videri, quoties sacrosanctum illud nomen, quo Deus, pro immenso suo erga nos amore, quadam tenus se patefacere nobis dignatur; vel ad promissorum nostrorum sponsones temere adhibuimus; vel alioqui leuiter in rebus nihili, & absque iusta veneratione vsurpauimus. Quare nos quoque, cum principibus coetus, animum inducamus, quidquid tanto sponsoe promissimus; etiam si circumuentos esse nos intelligamus, illud tamen praestare, atque ratum facere. Et si quod inde nobis damnum eticnerit, hoc aliis potius honestis rationibus sarcire, quam fallendae fidei causam vllam quaerere. De illis promissis loquor, quae cum lege Dei non pugnent, eoque inoffenso praestari possint. Non lubet hic in nostri saeculi mores multis verbis inuehi; quo mortalium cupidines, ex carne indomita & effrenata ortae, afflatu Satanæ excitatae, atque inflamatae, voluptatum denique vsu irritatae, pro causis iustissimis habentur, fidem conceptis verbis, & mente sana Deo ipsi datam, facillimè frangendi. Sumus enim nunc ita morati, vt ferè cum corporis aduersus animum causa disceptatur, non rationem vtriusque dominam feramus iudicem: sed quam ipsa caro pronuntiat sententiam, eam obuiis amplectamur vlnis, probemus, sequamur: atque ad eam firmandam, Dei etiam sacra verba mirandis interpretationibus extorqueamus. Quid enim, pro Deum immortalium, auditum est vique Sardanapali acumine scilicet magis dignum, quam sic argumentari, sic colligere, sic statuere! Lex iubet neminem interficere: & Christus dixit, satis esse cuique dici suam ærnamam: non sunt ergo obseruanda ieiunia, quae etiam votis nuncupatis, ipsi nobis constituimus. Rursus. Paullus semel pronuntiauit; satis esse, conubio iungi, quam vri libidine. apage ergo vitam istam caelibem, quam Deo vouisti; postquam saturum te, ne dicam ebrium etiam, tua caro titillat voluptate. Sed pudet profectò leuissimae vanitatis, ad quam viri alioqui docti, sunt delapsi; dum vndique flagitorum suorum patrocinia quaerunt.

Sacro Dei nomine non esse abutendum.

Iusiurandum; quoad eius fieri potest, seruandum est.

Nosrori leuitae in violando sacramento.

Dicebant, inquam, principes ad illos, *Viuant, & sint caesores, &c.*

21.

VERSICVLVS iste in alias atque alias sententias potest interpretari, propterea quod ipsa verborum structura non satis est explicata. Nos quae simplicissima nobis visa est, eam expressimus. neque enim vllis verbis, tamquam praeteritis, quod scriptum est, suppleuimus. Litera Vau dumtaxat, quae est in verbo, נִחַמְנִי, quamuis vocalem patah habeat, non eam vim attribuimus, vt futurum tempus in praeteritum mutaret. Sed hoc minime insolenter fecisse videmur. Nam etiam alibi, sic vsurpatur. & assentitur hoc nobis tum Latinus, tum Chaldaeus in praesenti loco. At R. David Kimhi, qui literam Vau ex futuro fecisse praeteritum putat, curta esse orationem ait; suggeritque post verbu *viuant*, haec omnia verba: Et sint lignatores & aquatores totius coetus. atq; deinceps sequi illud existimat: *Et fuerunt caesores lignorum & haustores aquarum, &c.* atq; hunc sensum expresse- runt etiam LXXI. interpretes; vt certè à Syro lecti sunt. Habent enim illi ad hunc modum: *Viuèt, & erunt lignatores & aquatores vniuerso coetui. Et facti sunt lignatores & aquatores vniuerso coetui: sicut dixerat ipsis Principes. Atqui intempestiuu erat hic dicere: fuerunt, siue facti sunt lignatores & aquatores, &c.* Tum enim demu fient, cum Imperator sententiam

R. David Kimhi.

sententiam pronuntiaverit: vt audiemus. Quare causam non video, cur nobis desistendum sententia illa nostra sit. Nam illam verborum complexionem, quæ in extremo versu posita est *אם תשיגו להם וקברו להם* nisi ad eam consultationem referas, qua Principes inter se deliberauerant, qui possent suum iusiurandum tueri; vt est à nobis interpretata; prorsus superuacanea certè videbitur. Et Pronomen illud, *אם* pro, inter se, aut apud se ipsos, vel secum, hoc est, *ωσπερ*, atque, quod Grammatici dicunt, reciproce positum alibi quoque esse, certum est. vt apud Ecclesiasten, cum is ait, *אם תהיה חכם* quod ipsi sint bestia sibi ipsi. Neque opus est pluribus exemplis in re aperta. Nam si, ipsos, accipias de Gabaonitis; necesse est, vt dicas, Principes cum Gabaonitis seorsim de dura illa seruitute egisse; prius quam ea ad ipsos vteretur Imperator obiurgatione, quæ proximo versu dicitur. quod non est quidem absurdum planè; sed profectò incertum. Quapropter Latinus hanc clausulam ad proximum versiculum transtulit. Et hic dictionem illam, *אם* non, similitudinem, sed tempus significare, atque pronomen, non Gabaonitas, sed Israelitarum milites demonstrare censuit: commodo ille quidem sensu: sed interpunctioni, quæ nunc est in Hebræorum libris, non satis congruente. Sunt etiam qui sic interpretentur; vt assensionis & approbationis militum, qui antè fremuerant, det significationem. Sed certè nimis trunca atque imminuta fuerit illa oratio. Et diuinare hoc est potius, quam interpretari.

*Vocauit ergo illos Iosua: & locutus est ad ipsos, &c.*

22 23.

PROBABILE est, quæ adhuc dicta sunt, ea ad Israelitarum inter ipsos pertinere deliberationem: neque quidquam cum Gabaonitis actum adhuc esse. Sed quæ de communi Principum consilio, atque etiam populi assensione sunt constituta, nunc demum ab Imperatore coram istis reis euocatis edici. Ceterum an illi deliberationi Iosua interfuerit, & in castris apud Gabaonitas factis ista edixerit; an verò quæ à tribunis ceterisque præfectis apud milites acta deliberataque fuerant, ea sint deinde ad ipsum relata; & euocati Gabaonitæ ad Galgala non vsquequaque certum esse diximus supra. Quumquam simul adfuisse apud Gabaonitas Imperatorem, & cupidos pugnandi milites cum cohibuisse, dici videatur versiculo x x v i. Verum hoc mox quale sit exponetur. Sed enim cum interrogatione aggreditur Gabaonitas, inquit, *Cur nos decepsistis*, mirificè accusationem, per se alioqui grauissimam, auget. Maxima enim vis est in illiusmodi interrogationibus, atque acerbitas. Quamquam autem doli, & falsi eos apertè conuincat, ob quæ peccata rescindi factum fœdus, atque irritum fieri iure posset: tamen, quam dixi præcorum illorum fuisse hominum religionem, præstare datam fidem, quibus fas est rationibus pergit, inquit, *Iam ergo maledicti estis, &c.* Diximus antè, & iterum dicturi sumus; nulla prorsus conditione Chananæos tolerari ab Israelitis debuisse, nisi religionem puram, cultumque sacrum fusciperent, cui ea regio peculiariter à Deo dicata fuit: quippe in qua desideratissimum ab omnibus sæculis mysterium olim esset perficiendum celebrandumque: quo cælum ipsum mortalibus recluderet Dei filius æternus, ab æterno patre in mundum missus. Igitur Imperator Iosua cum reliquo senatu, rationes incunt, quibus & suum iusiurandum conferuent; neque tamen sacram legem violent. atque à maiorum suorum superstitionibus vt posthac illi desistant, verumque Deum colant, in primis statuunt. Deinde haud ignari veteris etiam Noæ vaticinij, quo ille Chananæos fratribus ipsorum mancipauerat in seruitutem, ipsis seruitutem quoque imponunt. Non fit quidem in sacris verbis apertè religionis mentio: idque ideo, vt arbitrantur nonnulli, quia Gabaonitæ vtrò suas superstitiones cum Israelitarum religione commutassent. verum, vt id secus esse putemus; quis non intelligit, eos à fœdo dæmoniorum cultu debuisse alienissimos esse, qui in æde Dei opt. max. officio atque muneri alicui præessent? Satis ergo de religione depectus videri potest Iosua, cum Dei sui ædem nominat, in qua illi perpetuam debeant seruitutem seruire. Doctores Heb. tractationis de mulieribus capite octauo, statuunt, istam Iosua maledictionem, qua vtitur aduersus Gabaonitas, excludere ipsos prorsus in perpetuum ab Israelitarum affinitate, atque connubiis. Id an verum sit, ipsi viderint. nullo certè satis firmo argumento conficiunt. Ceterum calonum & lixarum, siue lignatorum, & aquatorum determinam fuisse conditionem, & locum vltimum in populo, cum ex ipsa regionis natura; in qua & lignorum, & aquarum magna erat penuria; tum ex Moysi verbis, quibus est in Deuteronomio vsus, satis certum est. Israelitas enim alloquens, Vos, inquit,

*Ecclesiast. 3. v. 18.*

*1. Esdræ 8. v. 10.*

*Gen. 9. v. 25.*

*Tractat. כתיבות cap. 8.*

*Deuter. 19. v. 11.*

*Aquatores & lignatores, omnium vicini erant.*

inquit, itatis hodie omnes coram Domino Deo vestro; principes vestri, tribuni vestri; seniores vestri, atque apparitores vestri, omnis denique Israelita. paruuli vestri, vxores vestrae, & aduena vester, qui in castris tuis est; ab lignatore vestro, vsque ad aquatorem vestrum; vt transcas in fœdus Domini, atque in sacramentum ipsius; quod Dominus Deus tuus ferit tecum hodie. &c. Ordine enim decurrit ille à summis ad infimos: atque hos facit lignatores & aquatores. vbi illud insuper est animaduertendum; etiam istos cum ceteris ordinibus fœderatos Deo esse debuisse. id quod nos de Gabaonitis quoque dicimus. At enim mirabitur fortassis in eo aliquis, quod hic Iosua Gabaonitas facit calones & lixas ædis sacrae; cum huius antè nulla fuerit in deliberatione mentio; sed vniuersi cœtus. Verum credibile est, in primis sacrae domus rationem habuisse Principes, viros sanctissimos; cum de ista re inter se consultarent. Neque enim cœtui illos seruire potuisse videtur, postquam sorte diuisa terra, distractus ad suas quisque possessiones esset populus vniuersus; sed solis tum Leuitis, hoc est, sacrorum in templo administris addictos mansisse. quod ab Ezdra quoque literis proditum est. Sed cum istam orationem illi adhiberent ad tranquillandos tumultuantis populi animos, vt diximus, prudenter eam seruitutem ostentabant verbis, quæ ipsi esset populo futura utilis, & commoda. Erat enim hoc magis popolare, quam si officium in sacra æde faciendum prædicassent. Et existimat Nehmannus, etiam tum illos, cuius est vulgo Israelitæ; aquatores lignatoresque esse debuisse, cum distributæ fuissent possessiones; qui modò ipsos de eo officio interpellasset; quamquam non planè gratis; vt ipse censet; sed exigua mercede conductos; qua victum sibi possent parare. Nam qui sacrae seruiebant aræ, ij cum Leuitis alebantur. Sed enim ego probabilius esse dixerim, numquam Gabaonitas singulis Israelitis seruitutem seruire debuisse; sed vniuerso dumtaxat cœtui; hoc est, rei communi: propriumque illorum munus fuisse, aquam, & ligna Leuitis, in templo, atque in sacrificijs, & epulis publicis, subministrare. Hoc enim profectò erat operam dare vniuerso cœtui. Quamquam nolim hoc defendere pertinacius, si quis contra pugnet.

*Et responderunt Iosua, dixeruntque, Quia fama perlatum, &c.*

24 25

Ex isto Gabaonitarum responso confici videtur, fidem ipsos adiunxisse iis, quæ & de mirandis factis, & de promissis Dei communi fama sermoneque audierant: porro ex hac qualicumque fide procreatum esse in ipsorum animis timorem: non illum quidem planè piùm, obsequiosum, & cum iusta reuerentia coniunctum fortasse: qualis est bonorum filiorum aduersus suos parentes; & qualem in Rahab perspicuè videre erat: sed seruilem potius: & tamen qui ipsis viam ad salutem aperuerit: ac veluti manu, à maiorum superstitionibus ad fidem sanctam & puram religionem auerterit. Soler enim ille talis timor mentes hominum iis informare cogitationibus, quibus paullatim in spem venæ ducantur: qua spe deinde erecti fulti que rationem vitæ melioris in eundem meditari; ac demum caritatem ipsam exercere: neque iam seruili metu Deum timere; sed vt clementissimum patrem piè reuereri incipiant. Itaque fit vt seruilis ille timor se tandem ipse pellat. quod diuus Augustinus scientissimè, per collationes, his ferè verbis, ostendit, cum in Ioannis epistolam scriberet. Si nullus, inquit, est timor, non est qua caritas intret. Sicut videmus per fetam introduci filum, dum sicutur aliquid: seta quidem intrat prior; sed nisi rursus exeat, non succedit linum: sic timor occupat mentem prior, verum non ibi manet. quia ideo intrauit vt introduceret caritatem. Et post pauca, altera vtitur non minus scita similitudine à chirurgo vlcus secante; scalpelloque abradente. Sed hæc hæc tenus. Est autem ipsum responsum vniuersum ad gratiam misericordiamque mira arte compositum. mirifica enim vis in singulis panè verbis inest: dum se seruos vocant, dum Iehouam, hoc est, verum Deum, prædicant; eumque peculiariter Iosua Deum appellant: denique Moysi auctoritatem laudant: & hunc quoque à Dei familiaritate commendant: ac tandem cum ad ipsum crimen ventum est, nullo id nomine proferunt; tamquam eius recordationem detestentur; sed, hæc, inquit, rem egimus. Postremò, cum se totos in arbitratum Imperatori dedunt. Ceterum verbi *ויר* geminatio, ad ostendendam nuntiorum frequentiam, famæque cœritudine spectat. Eaque ite vt Gabaonitæ metu se iustiore percussos, tantoque magis ad dolum adhibendum incitatos esse ostendunt; ita luculentissimè arguitur aliorum Chananæorum stupor: quo diuinitus ipsos fuisse occæcatos diximus. Refellitur etià hoc verbo Doctorum Heb. iactatio, qui, vt dixi, gloriöse ostentant legis scriptionem

*Obiectio.*

*Solutio.*

*R. Mosè Gorundenfis.*

*Timor seruilis origo est fidei & charitatis interdum.*

*Ardificium responfi Gabaonitarum*

*Doct. Heb. ista ratio refellitur.*

in lapidibus apud Hebal, quam L X X. linguis factam ferunt, vt ne qua gens posset ignorantem excusare: & ex ea Gabaonitas quoq; ista Dei iussa didicisse, absque omni dubitatione dicunt. Porro terræ vocabulum, hic de sola Chanaanæ est accipiendum. Neq; enim de vniuerso terrarum orbe agitur. Itaque L X X I I. interpretes eius rei patefaciendæ gratia, addiderunt de suo, demonstrationis Pronomen, *עברו*, et ram istam: omiseruntque notam vniuersitatis, *omnem*. Postremò illud est hoc loco obseruandum, Gabaonitas ipso iureiurando, quod ab Israelitis per dolum acceperant, minime niti ad salutem conseruandam. Neque enim tam erant rerum imperiti, vt vitium non agnoscerent. Interim tamen boni æquique admonere Imperatorem videntur, fiducia quadam prisca illius, quam dicebamus, probitatis, atq; erga iusiurandum religionis, quasi dicant: Fateamur quidem peccatum à nobis esse: sed præ magno metu. Verum quando Deum salutis nostræ spòsorem fecistis, bonam spem habemus, vos peccati quidem nostri pœnas æquas petituros, quas etiam libenter soluemus, ceterum fœdus sic sancitum conseruatuos.

*Fecit ergo illis sic: liberauitq; ipsos à manu &c.*

26 27

S I C, vt dixerat videlicet, verbis superioribus: Neque deerit è vobis seruus, &c. Idq; insequente versu explicatum est. cum dicitur: *Constituitq; ipsos Iosua eo die caesores lignorum, &c.* Commodè tamen particula *q;* accipiatur tamquam Nomen, significans, id quod rectum, honestum, & ipsa æquitate firmum est. Nam, vt diximus, scelus admisissent Israelitæ, si Gabaonitas interemissent, cum salua religione possent suum iusiurandum, quod illis dederant, commodis rationibus tueri. Porro lignatores aquatoresq; que isti sunt posteris temporibus, tamquæ peculiari appellatione dicti נתיני Nathinæi, à verbo נתן, quasi dedititios dicas, & cœtui atque aræ Dei mancipatos. At enim obicias, Nathinæos à Dauide primùm esse institutos. Id enim apud Ezdram esse scriptum. Non ergo Gabaonitas fuisse Nathinæos: quippe quos Iosua hic muneri illi præponit, & in eam seruitutem dedit. Responder ad hoc R. Solomon: Dauidem fuisse quidem nouæ illius appellationis auctorem, vt pro Gabaonitis dicerentur, Nathinæi; at non officij, aut seruitutis. Mihi vero videtur esse verisimile, Ezdram id eò Dauidis, tamquam auctoris, mentionem facere, quia hic pleraque omnium seruitiorum & munerum rationes filio suo Solomoni, sub extremum vitæ actum, certo ordine modoque præscripserat; quæ obseruari atque effici in sacra æde, postquæ ea foret exædificata, voluisset. vt est in Paralipomenis scriptum: quamuis non solum noster hic Iosua de Gabaonitis, quo deberent ipsi munere fungi, constituisset; verum etiam ipse Moses non nullas leges de aliis quoque officiis condidisset. Porro illæ verborum circumscriptiones, *vsque ad præsentem diem, & in eo loco quem esset electurus*: nõ definiunt certum tempus, certumque locum præstitutum seruituti Gabaonitarum. Sed prior significat, etiam tum, quando ista historia conscribatur, durasse illorũ hanc muneris functionem. Posterior verò, non de vltima, atque perpetua, vt vocatur in sacris literis, electione modò loquitur; qua tandem electus est locus in Ierusalem. Sed æquè de aliis electionibus, quibus diuersas stationes suo sacrario, aliis atque aliis temporibus, ante constructum Solomonis templum, Deus delegit. Quamuis enim, vt diu Augustini verbis vtat, vbiq; sit Deus, & nullo contineatur loco, qui condidit omnia, quiq; cælum implet & terram: eumque à veris adoratoribus oporteat adorari spiritu & veritate; tamè, dedicata sibi esse voluisse semper certa quædam loca, in quibus, quasi vno ore, à piis hominibus coleretur, nemo qui sacrae historiarum monumenta aliquando inspexit, negare potest. Qua in re existimandum est illum imbecillibus sensis nostris benignè confuturè voluisse. Adfert enim religionem pietatemque maiorem animis nostris. Ea opinio, dum Deum nobis veluti præsentem, & ante oculos positum, hoc, illo loco eius cultui dicato adoramus: ibique rebus diuinis & ipsi operam damus, & dantes simul alios intuemur, quàm si mens nostra, per istam rerum vniuersitatem, quasi quæ tota illius templum atq; ædes sit, vt sanè est, vagetur cogitatione. Huiusmodi enim cogitatione vix vquam se satis colligere, atque ad illius admirationem, & amorem intendere totam illa potest. Sed est ista res multis verbis à diuo Augustino tractata epistola c c x x v i i. Quare de ea nunc hætenus. Iam verò explicatis à nobis vt cumque factis verbis, superest vt quæ passim hoc capite, & aliis insuper locis, de Chanaanæ gentis excidio, atque seruitute scripta extant, semel, quoad eius fieri à nobis potest paucis, ob oculos ponamus. Nemo, opinor, ignorat vniuersi generis humani parentem alterum Noam; siue dira deuotione, vt videtur, siue vaticinatione ex arcanis Dei consiliis profecta, vt ego existimo, detestatum esse filij sui Cham progeniem eam, quæ ex Chanaan esset nascitura. Ea autem fuit, quæ

נתיני  
Nathinæi.  
Occupatio.

David instituit  
Nathinæos.  
R. Solomon.

Deus sibi certa  
loca dedicauit  
eius voluerit.

De Chanaanæ  
gentis conditione.  
Nox maledictio.

Ezdra 8. v. 20

1. Paral. 13.

August. epist.  
137.

Gen. 9. v. 11.

Loca ista trans Iordanem Israelitis à Deo hereditatis loco assignata occupauit: quam gentem sacra historia sepe Chanaanæos, interdum Amorrhæos, nonnumquam diuersis septem nominibus, aliquando pluribus, aliquando paucioribus vocat. Cum ergo Israelitæ prognati ex Sem essent, cuius olim nepotibus illos esse seruituros Noa prædixerat: consentaneum profectò fuit, vt ne profus omnes Chanaanæi ab his internecione excinderentur. Nam si armatos in bello, inerme, supplicisque in pace occidissent, quibus tandem potuissent pro seruis vt? Conscitur ergo leges illas, quæ aliis, atque aliis locis scripta, & animis Israelitarum veluti inculcata, iubent illam nationem internecino bello funditus delere; neque vlli aut ætati, aut sexui parcere, planè aliqua esse æquitate temperanda. Quæ æquitas qualis sit, ipsa nos ratio diuinæ illius constitutionis optime doceat. Est enim ratio, vt iuris periti aiunt, legis anima. Erat autem in sanguinaria illa lege instituenda hoc Dei propositum, quod ipse patefecit: ne facer populus; cui loca ista pro habitatione fuerant data, à pura religione abduceretur ad istarum gentium superstitiones, si simul habitaret. Quis ergo non intelligat, vbi nullum esset à tali contagio periculum, ibi neq; illi sanctioni locum esse. Ego verò iam de consilio & voluntate Dei loquor illius legis faciendæ. ceteroqui certissimum est, fuisse Deo iustissimas iam dudum causas; etiam si nusquam gentium vixissent Israelitæ, perdendi profus omnem illam Chanaanis progeniem, cuius nefaria scelera, per aliquot iam sæcula patienter tulerat. Quæ autem potuit esse metuenda contagio ab illis Chanaanæis, qui maiorum suorum fœdam, cum pura Israelitarum religione commutauerat, & sacrorum, ceterorumque iurium commutatione se Israelitis iunxerant, ac planè ascriptitij Israelitæ facti fuerant? Non iam hoc contendendo, Chanaanæos, si Israelitarum ritus amplecti fuissent parati, continuò ceterorum aduenarum iure admitti debuisset. Firmum enim ac fixum esse oportuit illud Dei opertum, quod Noa, vt dixi, olim protulerat; cum ipsos seruos seruorum futuros esse fratribus suis diceret. quibus verbis vili omnino seruitus significata esse videtur. quamquam fortassis non omnium viliissima, qualis erat lignatorum & aquatorum, quam suo etiam dolo promerere Gabaonitæ. Nam si illi, qui longinqua incolebant loca, vt pax ipsis dari posset, & vectigales, & serui fieri debebant, quis putet meliore conditione deuotos istos fuisse? Sic enim in Deuteronomio scriptum est: Si pacificis verbis tibi respõderit, aperueritque tibi, ciuitas vilielicet, omnis populus qui in ea fuerit repertus, erunt tibi vectigales, & seruient tibi. Scio equidem sic sentire plerosque Iudæos, vt existiment tributum hic ad exteros pertinere, at seruitutem ad solos Chanaanæos. Nam, quod supra qtoque dixi, nisi fallor, omnes ista verba accipiunt, tamquam promiscuè & communiter de Chanaanæis, & de longinquis dicta. Sed id iam non laboro, modò vt confectum fatis à me putes; indigenas; hoc est, Chanaanæos; nisi in seruitutem mancipatos, conseruari non potuisse. Sed ex hac mea disputatione forsitan occurrat illud. Si Chanaanæis, nisi seruis, non potuerunt parcere Israelitæ, Rahabam quoque seruam fuisse: quod nusquam memoriæ proditum est. Atqui non sunt omnia literis consignata, quæ in prisca illa gente acciderunt. Scio equidem Iudæos illam è Chanaanæorum numero eximere, & alienigenam fuisse dicere: in quo oscitantium Talmudicorum dictata reddunt modò: non etiam eorum quæ dicunt, causas vllas afferunt. Veruntamen si Rahabam libertatem tenuisse maui omnino existimare, quid vetat, cur minus dicamus, priuilegium fuisse, quod illam seruitio omni exempt, quæ animo apertissimo, atque vltro, atque prius quàm in Chanaanæa Israelitæ traiecissent; atque cum propria etiam vitæ præsentissimo periculo fidem suam & Deo, & eius populo probauerat? Aut tum demum ea lege Israelitas agere debuisset, cum in Chanaanæam traiecissent. quod capite septimo Deuteronomij videtur esse scriptum; Rahabam autem sibi vitam fuisse depectam antè: vt secundo capite huius commentarij vidimus. Sed hoc hætenus. Ceterum interpretandam explicandamque esse illam de Chanaanæorum exitio legem ea, quam modò diximus, æquitate; illud insuper argumeto est; quod post dicitur: Id eò omnes Chanaanæorum vrbes esse excisas, præter Gabaonitarum; quia nullæ aliæ pacem cum Israelitis fecissent. Item illud, quod Regum memorata historia: Solomonem sat habuisse, reliquias Chanaanæorum redegeisse in seruitutem: ceteroqui non occidisse. Quis enim illum talem, tamque potentem regem; & quidè quo tempore ob egregiam pietatem Deo erat familiarissimus, atque duobus regibus, Tyrio fraterna amicitia, Aegypto etiam affinitatis arctissimo vinculo coniunctus: vt quas cum reliquis finitimis gentibus, Syris, Idumæis, Ammonitis, Moabitibus, habebat necessitudines, præteream; quis, inquam, opinetur eum regem, & pietate, & opibus tum suis, tum

Supra 138. 6.

Exod. 13. &  
Deutero. 7. &  
20.

Genes. 11. v.  
16.

Deut. 10. 11.

Deutero. 7. v. 1.

1. Reg. 11. v. 10.  
2. Reg. 9. v. 20.

Leges de excidio Chanaanæorum temperandas æquitate esse.

Obiciat.

Solutio.  
Rahab an serua facta.

Solomon teli quis Chanaanæorum non excisit.

amicorum florentem maxime, reliquias gentis Chananæ aut debellare non potuisse, quæ tamen sibi veltigales, & seruos efficiebat, aut noluisse, si seueram illam Dei legem id iubete intelligebat? Denique audiemus, à Iosua nihil non esse factum eorum, quæ eum facere Deus iusserat per Moïsem. Non ergo aduersus Dei iussa vel Rahabæ, vel Gabaonitis pepercit. Sed hoc iam satis multis egisse videmur. Ad illud verò, cur exteris se simularat Gabaonitæ, si indigenis licebat esse tutis, qui seruitutem seruare, & puram religionem amplecti vellent; tum cur Israelitæ negauerint se pacem dare posse domesticis, ac deinde patefacta fraude, vix ab armis abstinerint, ad illa, inquam, antè est à nobis responsum, vt spero, satis. Tamen vt paucis repetam: Mirum non est, Gabaonitis, hominibus barbaris, & misericordiæ veri Dei inscius, illam æquorem legis interpretationem inuenientem non venisse. Nam quæ fuerit illorum de consilio Dei opinatio, ipsi apud Iosua declarant. Neque verò etiam satis firmum illud est, quòd vero Deo nomē dare parati venerint illi: quamuis ita Augustinus, Liranus, Nehmannus, sentiant. Et seruorum nomen, quod suæ fraudi opponunt, per submissæ potius appellationis causam, vt fit; atque ad gratiam; quàm quòd se ilico in seruitutem conceptis verbis dederent, vsurpasse videri possunt. Porro quòd Israelitæ sibi fas esse negant cum indigenis pacifici: id est de iis conditionibus accipiendum, quibus exteri, quales se illi esse simulabant, potuerit admitti. Ad hoc, nō nefas est existimare, ne Israelitis quidem ilico venisse in mentem illam, quam dixi æquorem legis interpretationem, sed tum demum vbi de tuendo suo iureiurando disceptare inter se occiperent. Magna enim de causâ Principes, vt suum iusurandum tueri possent, fuere solliciti. Ne videlicet dum alienam perfidiam ipsi punitum venissent, sua ipsorum fides apud omnes fieret dubia: & quasi præ crudelitate sacra omnia suscipere deique habentes suspecti omnibus essent, qui iustitiâ veramque pietatem supra omnes mortales colere, soli; verum Deum scire volebant videri. Equidem non sum nefcius, diuum Augustinum eam habere opinionem, vt censet, Israelitas præuaricatores esse aduersus illam, quam nunc tracto, legem, de Chananæis perdendis vniuersæ laram, potius quàm vt iusurandum datum fallere in animum suum inducerent. Sed ille rigidior duræ istius legis est interpret, quàm pro meo sensu. Scio equidem vniuersè dictum esse, nulli animæ illarum septem nationum esse parcendum. Sed id eo esse factum interpretor, quòd paucissimi essent futuri, quos consuetorum scelerum pœniteret; vt supra dixi, tamen si qui pro occulto Dei iudicio respicerent, eos vnâ cum ceteris pari exitio inuoluendos fuisse; neque vllis pacis conditionibus vel inuitari, vel admitti potuisse, mihi certè religio est existimare: qui sic de æterna Dei misericordia sentio, vt putem, eum nullos mortales ita perpetuò addicere exitio, vt si pœnitere possint, veniam tamen consequi non possint. Quam opinionem videor etiam ipsius Augustini, viri profecto diuini, auctoritate posse tueri, cum is dicat: Qui prædestinatus non est, (sic enim Theologi loquuntur) videat, vt prædestinetur. Et plenus diuinis oraculis liber, quem Sapientiæ vocant, prodidit, idè tractum esse longius bellum Chananæicum, Dei consilio, vt paulatim puniendo locus daretur pœnitentiæ. Sed hîc illud fortassis occurrit: Perdi planè voluisse Deum gentem illam, etiam si quos pœniteret, in hac vita. ceterum eius misericordiæ locum fuisse in altera. Ille enim, vt alibi à nobis est expositum, quemuis mortalium, iure multare potest præsentè vita. Verum id non esse ita, quid attinet contendere, cum Deo non inuito seruatos esse Gabaonitas in hac vita, dilucidè testetur seuerâ illa eius vindicatio, qua Saullis stirpem eum esse persecutum, supra diximus. Vt taceam suppetias, quas proxima narratione ferri illis iubebit. Sed iam fortassis lectori molestus sum hisce tam multis verbis. Ego tamen facere non potui, vt non prolixius pugnarem aduersus eam sententiam, quam intelligebam à plurimis, non tam defendi, quàm teneri. Hoc igitur modò addam. Multa extare apud veteres Iudæos, cum in prioribus libris Misnaïoth, tum in vetustis commentariis, quæ vocantur הלכה הוריות, hoc est, Deuteronomium magnum, atque etiam in Tanhuma, prodita de literis publicis, quibus Iosua, simul atque in terrâ promissam peruenisset, omnes vbique vrbes, prius quàm bello eas inuaderet, ad pacem deditione redimendam, quibus æquum erat conditionibus, sit cohortatus. Iam verò Gabaonitas propterea indignos venia Israelitis, visos esse, cum rescitum esset, eos esse Chananæos, quia literis illiusmodi inuitati nō venissent ad depaciscendum; nisi demum vbi Haiensium exitio tertiti etiam fuissent. Ego verò vt non planè possum ei rei de publicis literis fidem adiungere: ita nō omnino nihil esse illud, quod pifci illi, de offerenda pace, scriptum reliquerunt, facile crediderim.

quos scilicet respicit, eis venia dari potest. August.

Misnaïoth. הלכה הוריות. Iosua an iudicis publ. pœc obtulere Chananæis.

Augustina quæst. in Iosua.

Sapient. 12. v. 10.

Deuter. 20. v. 10.

Deuter. 23. v. 5.

Deuter. 2.

Supra cap. 1. v. 5.

2. Reg. 1. v. 4. c. 5.

rim. Nam sanè ipsa æquitas dicat, bellum nullum nisi denūtiatum, videri iustum. est; hoc ita apud omnes gentes semper existimatum. Quin Moïses ipse, Dei interpret, iubet, cum ad urbem accesseris, non prius oppugnare eam, quàm pacem ipsi obtuleris. Idque Nehmannus, Leui F. Gersonis, Kimhi, atque adeò vniuersa ferè Iudæorum turba, non solum de peregrinis urbibus, verum etiam de Chananæis accipiendum esse censent. Neque vllam gentem, præter Moabitæ & Ammonitæ, non esse ad pacem inuitandam putant. De his enim duabus nationibus singularia extant Dei iussa, in hanc sententiam. Non petes ab illis pacem: neque id quòd ipsis commodum sit. Cur autem erga istos homines inclementior videatur esse Deus (non est autem ille aduersus vllum vniquam inclemens) quàm erga alios, præsertim Idumæos, qui similiter atque illi fuere ei rebelles, id verò in æterno ipsius arbitrio positum nos lateret, neque huius loci est, inquirere curiosus. Sed dices: Quid attinebat Chananæos ad pacem cohortari & prouocare, quibus semel omnibus afferre necem Deus iusserat? Ego verò te vicissim interrogando, clauum, quod dicitur, clauo pellâ. Cur Moïses homo planè diuinus, cum ei Schonè regè dedidisset in manum Deus, & simul vrbes eius omnes non aliter atque Chananæas occupare, verbis disertis iussisset; tamen pace prius experiri ausus est oblata regi, quàm armis eum inuaderet? Immo eas pacis conditiones proponere, quæ si acceptæ ab illo fuissent, Dei promissa rata esse non posse videbantur? Et tamen minime tulisse Deum ægrè eam importunam, vt videbatur, Moïsi humanitatem, ipse euentus rei docuit. Quamquam ad Iosua, & Chananæos, quod attinet, vt bellum ab illo his denūtiatum non fuerit: excusari tamen potuisse videtur. quia bellum ipse non inferret, sed Deus, cui pœi aliquot iam sæcula hî, nefariis suis sceleribus primi bellum fecissent; neque adhuc longa eius patientia ad meliorem mentem reuocari potuissent. Sed iam in his pertractandis nimium me esse sentio.

Bellum denūtiandum est.

Obiectio.

ANDRÆ MASII COMMENTARIORVM IN IOSVAM CAPVT X.

Vt verò audisset Adoni-zedek rex Ierusalem, &c.

1 2 3 4 5.

SUPERIORIS capitis initio monebam; regulos Chananæ, alios, atque alios vt quosque suarum sedium, ditionumque vicinitates & confinia conciliabant; in fœdera mutui subsidij, si vsus esset, conuissè: ceteroqui delectus militum adhuc non instituisse: vt erant mirifica inertia atque stupore à perpetuis suis voluptatibus imbuti, & planè occaecati. Iam verò, postquam rescitum ab eis est, Gabaonitas, gentem validâ, & munita oppida incolentem, cum hostibus, alioqui propriis viribus, atque sua fortuna nimis potētibus, pace coniunctos consociatosque esse, expurgantur illi quidem tandem ad arma. Verum ea tamen aduersus Israelitas capere audent: vt dilucidè videamus, quàm suos omnibus terribiles fecerit Deus: & quàm verè promissi illius sui munus confecerit; quo dixerat; non futurum quemquam, qui consisteret aduersus Israelem. Sed ipsos Gabaonitas inuadere cōstituit. Nimirum vt exemplo alios deterreant à simili defectione; & loca, hostibus opportunissima commodissimaque, ipsorum amicitia atque coniunctioni tempestiuè eripiat. Is enim erat urbium Gabaonitarum situs locorum, vt regulis istis, si ipsas obtinerent, maximè ad defensionem propugnationemque momentum; sin amississent, certissimam perniciem viderentur allaturæ. Nam vt ab Ierolymis propè admodum; ita ab reliquorum quatuor regū sedibus parum longè aberant. Has enim ego istis regulis belli aduersus Gabaonitas faciendi causas fuisse potius arbitror; quàm quòd odium acerbius in gentiles suos, quàm alienigenas cōceperint, vt nonnulli explanatores existimant. Sed enim cur rex Ierolymæ primus exciter ceteros, in promptu ratio est. Fuit enim ille periculo proximus. Nam medius erat inter Israelitarum statua castra, in Galgalis posita, & Gabaoniticas vrbes. Quin credibile etiam est, hunc dignitate alios antecessisse. Ceteroqui dubium non est, quin de compacto ista iam fiat belli apparatus. Commemoratur autè simul cum Gabaonitarum defectione, clades etiam urbium Ierichuntis, & Hai, quia his malis permotos Chananæos, fœdera inter se primùm fecisse certum est: sed quorū fœderum pacta nunc demum ad rem conferunt, postquàm suos etiam gentiles transire ad hostes vltro vident. Pro Adoni-zedek, habet lxxi. interpretes, Adoni-bezek. Sed hunc non Ierolymæ, verum oppidi Bezek fuisse regem, scriptum est in Iudicum historia. Mendum igitur est in Græcis libris; sed, vt videtur, olim admissum. Nam Eusebius quoque, Adoni-bezek,

Rex Ierusalem cur expeditio nis princeps.

lxxi. interpretes. Bezek. Menda translationis lxxi. interpret.



Adoni-bezek, legit. Et verò sunt illiusmodi multa alia; præsertim quibus appellationes hominum, vel locorù propria sunt deformata; menda tam vetusta, vt nullius exemplaris antiquitate possint corrigi. Vocabantur autem reges Ierosolymæ plerique omnes, illis præcis temporibus; vt au cumant Iudæi; vel Malchi-zedek, vel Adoni-zedek. quorù illud; regem iustitiæ, hoc; dominum iustitiæ, significat. vnde bonâ coniectura capi potest; vrbem illam primùm, *צדק* Zedek, hoc est, iustitiam, fuisse nominatam; postea verò, Salem; ac tandè, Ierusalem. Nam Iebus; quæ appellatio ipsi est aliquado à vulgo attributa; incolarum, nõ vrbis propria erat. Nimirù propter sacrosanctum œconomix Christi mysterium; quod illic olim peractum iretur, tam augusta nomina sunt huic loco diuinitus posita, planè *ἁγία ὀρθότης*: vt Plato loquitur. In eo enim mysterio iustitia, & pax, atque felicitas totius orbis posita fuit. Salem autem esse dictam; quod nomen à *שלום* Schalom, hoc est, pace, ducitur; testatur diuinus vates, cum canit. Et fuit in Salem tabernaculum ipsius, & in Ziõn eius habitatio. Ierusalem autem post appellata est, siue à Dauide, vt Iosephus existimare videtur: siue ab alio quopiam; factò ex coniunctione nomine. Nã cum Abraham sacrificaturus filium suum; loco dedisset nomen *ירושלם*, hoc est, Dominus prouidebit: ex illo *ירושלם*; Iereh, id est, prouidebit, & verustiore appellatione Salem, formatum est Ierusalem. hoc est, prouidebit aut videbit pacem. Nugæ enim sunt, quas fabulatur Iosephus, cum alibi à Melchi-zedeko positum esse hoc nomen dicit; qui ad vetus, Salem, addiderit, nõ *ירושלם*; propter exædificatum illic à se fanum. quasi verò Melchizedek græcè locutus sit. Alibi verò à Dauide; propter murum, quò vrbem cinxerat. Hieron enim Hebræos mœnia vocare. Sunt enim ista tam insulsa, vt à Iosephi obtræctoribus; & aduersariis insperfa in eius libris potius, quàm à tam erudito viro scripta existimarem, nisi eum in Hebraicorum nominum enotationibus etiam alibi vsque adeò halucinantem animaduertissem, vt iute ignarus suæ linguæ, & in sola græca educatus, eruditusque videri possit. Longè etiam errat Stephanus Byzantius; qui hanc vrbem Solymorum nomen à montibus Solymis accepisse scribit. Sunt enim Solymi, quorù etiam Homerus meminit, in Pisidia, apud Telmessum, quærendi; vt auctor est Strabo, scriptor diligentissimus. Nam profectò, si Solymorum nomen vniquam est à bonis scriptoribus isti vrbis nostræ accommodatum, à vetere Salem corruptù potius esse, quàm à procul distitis montibus acceptum, quis non existimet? Porro illa sacræ orationis circumscription, *Et agerent inter illos*, significare modò videtur, Gabaonitas iuris, legumque, ac vitæ totius cõmunionem cum Israelitis cõiunctos fuisse. Aut, si id malis; assiduos in Israelitarù castis familiariter versatos esse. erant enim aquatorù lignatorumque officia cotidiana. Debebat autem hæc res suspecta esse Chananæis; cum viderent sua omnia hostibus proditum iri à suis gentilibus. Verbum, *Timuerunt*, positum est numero plurium. quia regis vocabulo, per metonymiam, ceteri quoque; Ierosolymæ ciues cõtinentur. Vrbes regni, structura verborum Hebræis familiari, sunt vrbes regales; vt Latinus rectè cõuertit. hoc est, quantæ illæ ferè solent esse, in quibus reguli splendide dominantur. Pro vrbe Eglon, versu tertio, reddiderunt L x x i i, Odollam: Et tamen aliam esse Eglon, aliam Odollam perspicuum fiet capite x i i. Suspicio ergo etiam hunc locum in græcis libris iam olim esse corruptù. Eusebius tamè, excusat mendam, cum dicit, libello De locis Hebraicis, vrbem Eglonem fuisse binominem: Odollam enim quoque dictam esse: nimirù consensione exemplariù victus. Vt autem obiter non nihil de istis vrbibus dicam: Pertinebunt illæ omnes ad possessiones tribus Iudæ. quippe quæ ab Ierusalem ferè versus meridiem sunt posite. Et Hebronem quidem locat libellus de loc. Hebr. x x i i. millib. pass. ab Ierosolymis versus austrum, & meridianam plagam. Ea nunc à vulgo Calil appellatur: & in valle habitatur, cum olim exstaret in monte. Sed de ista vrbe multa erunt alibi dicenda. Ierimuth verò, siue Iarmuth, duarù vrbium nomè est: altera ad Issacharianos pertinebit; de qua agetur capite x x i. At ista nostra sita erat, vt in libello de loc. Hebr. proditum est; quarto ab Eleutheropoli lapide, non procul à villa Esthaol. Meminit tamen etiã idem ille libellus Iarmuthæ positæ decimo milliario ab Eleutheropoli, quæ versus Ierusalem ascenditur. Vtra fuerit istarum nostra, Deus viderit. illa longius, hæc propius multo abfuerit ab Ierosolymis. ego certè mendosum esse posteriorem hunc numerù puto: Iarmuthamque; esse eandè vnam. Sed quando de Eleutheropoli mentio incidit; cuius vrbis ego positum, diu multumque; quæsitum in illo Eusebij de locis Hebraicis libello, nondum inueni; is auctor, qui ex populi Romani actis, varia itinera certis interuallis distincta collegit; quem vulgus; nescio quàm rectè; Antoninum nominat; is, inquam, auctor locat Eleutheropolim circiter

Nomina Regù Ierusalem.

Ierusalè olim dicta Zedek. Salem. Ierusalem. Iebus.

Plato in Cratyllo.

Iosephus taxatur.

Stephanus Byzantius.

Eglon & Odollam.

Hebron. *חברון* Calil. *ירמuth* Iermuth.

Esthaol.

Eleutheropolis. Antonini itinerarium.

Psal. 76. v. 2. Antiquum. lib. 7. cap. 3. Genes. 22. v. 14.

Bell. Iudæi. lib. 7. cap. 18.

Antiq. lib. 7. cap. 3.

Strabo lib. 13. in exætopo.

ter septuagesies septies millesimo passu à Cæsarea Palæstinæ, nisi in subducta ratione mendum est. Certum est enim libellum esse mendosissimum, & tantum non perditum incuria libratorum: ab Ierusalem verò, siue vt ipse nominat, Aelia, vicies millesimo: Ab Ascalone porrò, decies & quater millesimo: denique à Diospoli, quæ Lydda est, in sacrâ historia, decies & octies millesimo. Quæ idèd exponenda hîc semel putauit; quia libellus ille de locis Hebraicis; quæ sæpe citare cogemur; etsi nusquam Eleutheropolim, vbi sit locorù, ostendat: tamen in plerisque; aliis locis monstrandis, ea vrbe; tamquam quodâ Chananææ ymbilico, vtitur: fortassis quia scriptoris sui Eusebij tempore nota omnibus erat. Porro Lachis aberat ab Eleutheropoli millia passuum septem, versus Daroma; interiorè videlicet: si quidè vicus, quem etiamnum existare scribit Eusebius, verum est illius vrbis monimentum. Et Burchardus, què suprà quoque semel atque iterum laudauit, prodidit Lachin positam fuisse, duabus leucis, hoc est, plus quàm quinquies mille passibus, à Cariath-Iaarim, versus Occidentem ferè. Est huius vrbis mentio in Regum historia, & in Paralipomenis; atque etiã Isaiâ. Denique Eglon, decem aut x i i. mil. pass. ab Eleutheropoli ad orientè distabat. Nam scriptum est illo de locis Hebraicis libello, prægrandè adhuc vicum nomine Adollam illic loci Eglonem representare. Sed sanè ista coniectura, mihi certè, incerta nimis videtur. Nam illud cõstat, aliã fuisse regiam vrbè Adollam; siue Odollam, ab Eglone diuersam. quam quàm, vt apparet, nõ procul ab ea distat. Vtramque munivit Roboam Solomonis filius, postquã decem tribus, iuuenili cõsilio vsus ab se alienasset, atque ad secessionè verbis insolentibus impulsisset. vt est in Paralipomenis scriptum. Exstabant autem istæ omnes, quas modò cõmemorauit, vrbes in montosis illis locis, quæ montana Iudææ vocantur in sacrâ literis. Sed erit rursus de singulis agendum accuratiùs, suis locis. Quamuis ad Eglonem quod attinet, puto eã ab Eleutheropoli partim quidè ad Orientè versus, sed simul ad Austrum; hoc est, ad Eurum recessisse; vt mox dicemus. Porro cum quinq; isti reges vocantur Amorrhæorù reges, positum est hoc gentis vocabulum, vt sæpe aliàs, pro gente Chananæica. Certum enim est, Hebronis ciues fuisse Hethæos; vt ostèdimus capite primo, ad versic. quartum. Amorrhæi enim dispersè & diffusè per vniuersam Chananæã habitabant. Nam, quantum assequi cõiectura possumus; cum ea natio primùm felicissima illa regna Sehonis, & Og, occupassent, mox numerosissima prole aucti, colonias multas emisere in diuersas Chananææ partes. Alij enim circa Antilibanum confederunt; alij nõ procul à Cades-barnea, & Amalecitis, atque ad Hafason-Thamar; quæ est vel ipsa En-gaddi, vel huic vicinus locus. Alij denique, quod certè apparet ex Speculatorum Moisis relatione; in istis Iudææ montanis, vt vocantur. Quare mirum videri non debet, hanc appellationem sæpe ad quosuis Chananææ incolas accommodari.

*Porro Gabaonitæ mittebant ad Iosua in castra. &c.*

NON antè mittebant Gabaonitæ imploratum opem Israelitarum, quàm circumfessi ab hostibus essent, atque etiã oppugnati: vt coniciamus de sacrâ verbis. Quod propter dici posse videtur probabiliter, certam fiducia ipsos in eius Dei potentia habuisse, cuius religionè & sacrâ nuper susceperat. Et proinde ad eos accommodari nõ debere illud Ieremiæ: Exsecratus est quisquis fidit homini; & statuit carnè sibi brachium; cum à Domino Deo discedat mens eius, &c. Nam si in hominù sociorù armis & viribus spem omnè collocatã habuissent, multo antè oratum eos misissent, vt se ad difficilis pugnæ societate compararent. Neque enim quinque regum copix de improuiso conscribi, cõuenire, obsidere, oppugnare denique Gabaonitas potuisse videntur. Quin sanctã illam fiduciam tantum nõ apertissimè præ se fert verbum illud, *Serua nos*, quo vtuntur apud Iosua, tamquã profusus nihil dubitantes de sua salute; modò vt ille adesse velit: quem tamen numquam aduersus Chananæos reges simul plures pugnantè viderant, vel audierant. Ceterum vtuntur ad permouendum misericordia Imperatoris animù, solo feruorum submisso & abiecto nomine, nimirum intelligunt, apud quem virum agat. Impij enim, immanes, & barbari homines, ad eam appellationem dubitent, hæsitarent, cunctarentur potius; quàm maturarent suppeticas. Dum huiusmodi secum inirent rationem. Quanti tandem nobis esse debent ferui isti, vt res nostras quietas atque pacatas cum illorù turbatis commiscere; periculaque communicare debeamus? Leuis est feruorum iactura. Et belli alea semper incerta est & anceps. Igitur aut se defendant illi, aut pereant. At quos pura religio, vt Dei amore, ita vera humanitate informauit, iis omnis vitæ conditio, quam tumuis humilis, suorù hominum, sibi ob oculos posita, inexplicabilem iniicit ferendæ opis necessitatem. Neque enim potest is, penes quem est principatus, suos populares, aut ciues; neque; herus suos

Antonini itinerarium in Egiptum.

Lachis.

Burchardus.

Eglon.

Montana Iudææ.

Amorrhæi.

Hafason-Thamar.

Reg. 18. Paralip. 32. Isaiâ 36. & 37.

Paralip. 11. v. 8.

Leue. 1. v. 39. & 65.

Duter. 1. v. 20. Genes. 14. v. 7. Paralip. 20. v. 2. Numer. 13. v. 36.

Ierem. 17. v. 5.

Principes & domini debent suorum saluti consulere.

Principes cur dicti patres & pastores.

Amorrhæi.

Iosue pietas & cura. Principes volu- prates plus quam popula- tes suos curat.

Latinus.

עם- חמל חמה גבורי חיל חיל Frugalitas.

suos seruos, citra turpem crudelitatem, in periculis vel animi, vel corporis negligere: no magis quam parens suos liberos. Nam quos quisque sibi parere æquum cenfer, eorum se rebus consulere æquum esse, debet existimare. Et leges ciuiles seruum in libertatē vindicant, quem morbo periclitantem domo sua herus eiecit publicè, neque eum ipse procurans, neque alij commendans; vel alio quo potuit modo iuuans. Neque profectò abs re apud omnes, tam profanos, quam sacros scriptores, ij qui in alios homines dominatione vtuntur, patres atque pastores vocantur. Est autem pastorum munus, non solum pascere, sed etiam tueri suas oues, atque eas omnino procurare. Et patribus natura ipsa proliam suarum curam imposuit. Exstat quoque in Regum historia memorabile exemplum, de seruo, qui ab hero suo Amalecita, cum inualitudine laboras crudeliter inedia, atque adeo morti destitutus fuisset in via, recreatus cibo atque potu à Dauidis comitibus, tum impio domino suo, tum vniuerso illi exercitui attulit exitium. Sed de his nunc satis. Vniuersitatem Amorrhæorum; quam dicebant Gabaonitæ, vt acrius vrgerent Imperatorem; eam contrahunt, ad montis incolas, quod de montosis Iudææ locis accipiendum esse cenfeo. Nam ad Antilibanum quoque, & in aliis montibus, complures habitabant Amorrhæi, (etiã si præcisè hoc nomen dictum putes, de sola vna ex septem gentibus; non vniuersè) qui sub istis quinque regulis non militabant. Illud *וְיִשְׂרָאֵל לֹא יִשְׂרָאֵל* usurpari, non est insolens.

Iosua ergo conscendit à Galgalis, & ipse, & omnis populus, &c.

**V T I N A M** de hac Iosue sollicita pietate, magistratus nostri sæculi exemplum sibi caperent: ac non suarum voluptatum, quas ferè ex rebus plus quam puerilibus, certè eo fastigio dignitatis indignissimis comparant, curam maiorem, quam suorum parentum, ciuiumque haberent. Poterant sanè, vt apparet, multa retinere Iosue, cur minùs ad eam expeditionem se ilico accingeret. Nam ei Gabaonitarum fides non satis cognita, nedum explorata adhuc erat: quorum fraude in insidias facilè potuisset pertrahi. Neque suorum militum animos fore alacres ad pugnandum pro illis, quos nuper ipsi lubenter oppressissent armis, sperare posse videbatur. Verùm Imperator cordatissimus, quod suum officium est, id solum spectat: idque summa fide, cura, diligentia præstat. cetera Deo permittit; à quo omnium victoriarum euentus pèdet, & bellorum exitus. Memoratur quidem omnè populum militarem, omnèque viros strennuos eduxisse secum in expeditionem. sed ego hoc ad fortissimos quosque, & strennuissimos, ex vniuersa multitudine delectos, puto pertinere modò. Quis enim credat, non plurimos, pro tutandis, si opus sit, castris, & defendenda imbelli turba mansisse in Galgalis? Quamquam autem Latinus, Græcos secutus, inter populum bello aptum, & viros strennuos, nihil discriminis fecerit; copulamque, quæ in Hebræo est, omiserit; ego tamen, illud *וְיִשְׂרָאֵל לֹא יִשְׂרָאֵל* significare puto eos milites, qui è vulgo pugnacissimi habebantur: at *וְיִשְׂרָאֵל לֹא יִשְׂרָאֵל*, eos viros, qui nõ solum manu prompti, & animo imperterriti aduersus hostes essent, verùm etiam consilio, atque industria ad res deliberandas constituendisque pollerent. *חיל* enim apud Hebræos non magis ad corporis vires, quam ingenij pertinet. Sæpe enim industriam, sedulitatè, ac cum prudentia consociatam diligentiam significat: & tres ferè virtutes continet, fortitudinè, iustitiam, prudètiã. Quare optimè, & latinissimè, frugalitas, dici posse videatur; vt certè hoc frugalitatis nomen est à Cicerone expositum. Nam Pharao cupit suis gregibus præfici, *אֶנְכִי חֵיִל*, hoc est, gnauos, sedulos, industrios viros. Et Ruth vulgo habebatur, *חיל* frugi mulier. qualem Solomon alibi dicit, viro suo esse pro corona: alibi, vt inuentu difficillimam, non tam de corporis, quam animi virtutibus mirificè deprædicat.

Dixerat autem Dominus ad Iosue: Ne metuas ab illis, &c.

**E C O** verbum interpretatus sum per tempus præteritum plusquam perfectum, vt Grammatici loquuntur, quia probabile mihi videtur, & Iosue virtuti consentaneum, nõ ante consultum, datumque à Deo oraculum, milites eum castris eduxisse in expeditionem. Sic enim statuo: Illum audito suorum clientum tristi nuntio, ilicò omni cura & studio incubuisse, ne boni Imperatoris officio in defendendis nouis ciuibus deesset. Itaque in ea apparatione illo occupato; & tota interim mente, voluntas Dei qualis in ea re esset, requirente, instinctu afflatuque diuino hoc oraculum in ipsius intelligentiam esse infusum. hoc est; planè ipsi in mentem venisse ea Dei promissa, quæ ille initio imperij dederat: eumque illis promissis spem victoriæ admouisse tam certam, vt non ad vllam deliberationem eius iam animus, sed ad rem ipsam exsequendam esset comparatus. Prorsus non aliter, atque si ex diuino oraculo verba illa, quæ in sacro texto sunt, dici

C. de Iosua. lib. tollent. 6. uel. in aqua feruens & 1. 2. ff. qui sine manu. ad lib. p. uic.

1. Reg. 30.

Cicero. lib. 3. Tuscul. quæst. Genes. 47. v. 6. Ruth. 3. v. 15. Proverbi. 12. 6. 31.

Augustinus. in Iosua.

1. Reg. 15.

dici audiuisset. Quamquam si Eleazarum pontificem exposuisse Imperatori responsa Dei, malis existimare, non refragabor. Diuus Augustinus non petiturum à Deo, sed datum vltro esse hoc oraculum cenfer. Nimirum sentit ille, opinor, quod ego modò dicebam; cælesti instinctu spem victoriæ certissimam concepisse Imperatorem; prius quam Pontificem consuleret. Nam etiam tum fuisse incertum; cum copias suas educeret; iterque inuaderet, mihi certè non fit verosimile. Erat enim recentissima memoria angustiarum, in quas & ipsum, & principes ceteros, dictis Gabaonitarum inconsideratè adhibita fides adduxerat. Ceterum quod Deus tam promptè, tamque prolixè victoriam pollicetur de Gabaonitarum hostibus, satis magno est argumento; non sine illius diuino nutu hos fuisse conseruatos ab Israelitis. Nam nemo nescit, quàm tulerit ægrè, quòd Saul Regi Agag pepercisset, contra sua iussa. Quod autem ait ad Imperatorem, *Ne metuas ab illis*, significare videtur, non nihil ipsum angoris cepisse ex nuntio insperato. Neque enim viri, quantumuis sanctissimi, & Dei, vt Homerus, & Plato vocant, *δαρσαί*, prorsus ab omni metu vacui semper sunt: etsi certissimis promissis animos suos diuinitus fultos habeant. Nimirum benignissimus Deus, & vndiquaque humanæ salutis occasionem offerens, ita suorum mentes comparat, vt interdum tam excellèsi, firmi, & omnium rerum securi sint, quasi in celo ipso iam nunc cum illo versentur; interdum rursus molliores, infirmiores, demissiores, quàm pro exploratissima illa spe, qua iure niti promissionibus diuinis debèbant. Atque his rebus dilucidè ille nobis ante oculos ponit admirabilem suam erga nos benignitatem. ostendit enim, securam illam, & iocundissimam fidentiam; qua beata immortalitas nobis quadam tenus adumbratur; suum esse munus, & virtutis nostræ præmium, fructumque. Diffidentia verò, aut hæsitatio potius, quæ humanæ est infirmitatis, se benignè nobis gratiam facere: atque adeo ea animos nostros leuare quoque paratum adesse; si modò nostram imbecillitatem agnoscentes, in ipsum nos totos reiciamus. Itaque si quas angoris nebulas Iosue animo nuntius ille rerum turbulentarum offuderat; eas iam Deus hoc suo oraculo prorsus discutit: mentemque illius confirmat.

Superuenitque illis Iosua de improviso, &c.

**O S T E N D I M V S** ad versiculum xvi. superioris capitis, millia pass. fuisse xxvi. & insuper stadia duo, vt minimum, ex Galgalis ad Gabaonem. Non est ergo incredibilis celeritas & festinatio illa, qua Iosua, cum suis copiis, vnius noctis spacio è castris ad obsessam Gabaonem peruenit. præsertim cum per sacra verba liceat, præcedentis diei, quantam velis partem, nocti addere. Nihil enim aliud illa significant, quàm eius noctis partem nullam quieti datam esse: sed vniuersam in faciundo itinere consumtam: Itaque primo mane de improviso peruentum esse ad hostes. Magna igitur cura diligentiaque Imperatoris hic laudatur. Nempe intelligebat vir prudentissimus, numquam faciliùs hostem opprimi, quàm si inopinans, & vacuus metu, atque ab rebus omnibus imparatus inuadatur. Qua arte Iulium Cæsarem tot victoriis clarum fuisse, ne ipse quidem dissimulauit. Notum est enim illud eius responsum, *μηδὲν ἀναβαλλόμενος*. Et illud Themistocles: Amicos patientia; hostes celeritate: cum vterque de suis victoriis fuisset interrogatus. Sed suppetunt sacre historię exempla. Abraham enim, vt fratris sui filium Loth à Barbaris captum reciperet, in ipsis tenebris hostem improviso oppressit, ceciditque. Gedeon per diuerticula factò itinere, castra secuta, nihilque mali meruentia, Regum Zebec, & Salmana adortus, deleuit. Dauid, vt captas ab Amalecitis tum suas, tum comitum suorum vxores, & bona recuperaret; hostem dubia luce inuasit; epulis & gestiente lætitia solutum. Quippe improvisum malum semper eo grauius difficiliusque accidit illo, quod expectatum est, quo est securitas iniuriis opportunior, quàm cautio, atque prouiso. Sed existimet fortasse quispiam: nihil Iosue tanta diligentia, nihil occasionis commoditate obseruanda opus fuisse: cum illi Deus certissimam pollicitus esset victoriam, atque hostes tantum non in manus iam tradidisset. Illa enim; milites lætissimos ducere in expeditionem; properare; de nocte iter facere; improviso inuadere, sua industria nitentis potius, quàm Dei pollicitationibus fidentis esse videntur. Atqui fortunam admota manu esse inuocandam, me alibi etiam monere memini. Non est profectò existimandum, Dei benignitatem ad fouendam nostram ignauiam spectare. Nulla dubitatio est,

Plato in Minoc. Viri sancti aliquando metu corripuntur, aliquando planè confidunt. Dei in nos benignitas.

Fidètia adumbratio est beatæ immortalitatis.

Iosue diligentia. Improvisè hostes facillimè vincuntur. Iulius Cæsar.

Themistocles.

Abraham, Gedeon.

Dauid.

Inexpectatum malum prouiso grauius.

Dei benignitas nostram operã non facit: sed pecuacanzã.

Deus ad pleraque sua beneficia operam nostram sedulam requirit. Liberum arbitrium.

Symmachus.

מִתְרַבֵּן

R. David Kimhi.

מִתְרַבֵּן

Hypotyposis metus qui de improviso incidit exercitui.

Dei consilium causa primo palis hominum indistincta causa adiuuans.

Pan. Deus. & quis verus Pan fuerit. Fortuna.

Pan mortuus.

quin Iosua illis Dei promissis fidem integerrimam adiunxerit: inque illis, perinde, ac si in re presentis versaretur, acquieuerit: sed quo illa certius euentura credebat, hoc suum sibi enixius exsequendum esse munus recte cogitabat. Deus enim ad pleraque beneficia, quae gratuita in nos confert, nostram ipsorum operam; neque eam leuem, aut segnem; sed acrem, nauam, industriam requirit. non quidem quo nostro auxilio egeat; cum sit omnipotens: sed ut nostram voluntatem atque arbitrium ad suum consilium accommodet: eaque re mutuum in se amorem nostrum excitet. Neque tamen eo fit, ut non solidum beneficium; quantum quantum est, ipsi acceptum debeat referri: cum illud ipsum etiam in accepto beneficio collocandum a nobis sit: quod nostra ille opera uti dignetur: atque adeo ipsa etiam omnis actio nostra, illius sit beneficium. Porro ille verborum ambitus, Totam noctem conscenderat ex Gabaon, tamquam interpositio debet legi. nisi verbum commutetur in Participium; quod Symmachus fecit: quem est Latinus imitatus. conuertit enim Symmachus ὅλην τὴν νύκτα ἀναβὰς ἐν γαββαὼν.

Et perturbabat illos Dominus coram Israele, &c.

10.

PERTURBANDI verbum est in Hebraeo, מִתְרַבֵּן. Quod ego existimo ad primam inflectendorum verborum formulam, quam Kal, hoc est, lenem, vocant, pertinere: atque esse ex eorum ordine, in quibus secunda & tertia positionum elementa sunt gemina. Vocalem autem Kametz sub litera Iod, quae futuri est nota, mutatam esse in Scheua, propter affixum Pronomen. Holem vero aut Schurek in vocalem paruam esse versum, ut Dagges admitteretur, quod medium thematis elementum desiderari ostenderet. Kimhi tamen in sua Grammatica, censet ex tertia esse formula, quae Piel vocatur. Porro ad significationem quod attinet, Iudaei Chaldaeorum secuti, interpretantur, conterere, frangere, dissipare. at LXXII. cum hic, tum alibi, sic transferunt, quasi, mente permouere quempiam, significet. quae notio est quidem verbi מִתְרַבֵּן propria. Sed quia מִתְרַבֵּן, & מִתְרַבֵּן cognatae sunt voces, nihil absurdi est, alteram pro altera usurpatam esse existimare. Hanc ergo sententiam ego quoque amplexus sum; & quidem eo lubentius; quia Deus in Exodo; cum se terrorem diuinitus immisurum in animos gentis Chanaanicae pollicetur; hoc ipso utitur verbo. Sic enim loquitur: Terrorem meum mittam ante te, מִתְרַבֵּן לְפָנֶיךָ, hoc est, & perturbabo, siue, in caecos tumultus conuicium omnem populum, contra quem venturus es: efficiamque ut omnes hostes tui terga tibi vertant. Mihi enim certe illud sui promissi munus videtur hic nunc efficere Deus: atque etiam istius narrationis scriptor ad illa verba alludere. Diximus autem nonnulla de ista animorum perturbatione, & veluti Panico terrore, ad versiculum nonum secundi capituli. Solet quidem plerumque sic euenire, ut qui de improviso inuaduntur; quamuis alioqui fortissimi sint, & bellicosissimi; impressionem tamen hostium, & vim subitariam, aut non plane, aut aegre sustineant: & quanto sunt copiae maiores, tanto perturbatiores, nullo ordine, & propè nullo cum sensu ruant: eoque minus aut Imperatoris, aut tribunorum suorum iussa, monitaque audiant: denique intrastabiles plane, & indociles sint: dum quisque ex alterius trepidatione maius vero sibi periculum fingit: & quo maiore vocis contentione a suis ducibus in clamatur, reuocaturque, eo propius a se abesse malum putat. Atque haec isti collectio exercitui iam accidisse videmus. Verum tantae huius formidinis causam, non tam subitum inopinatumque Israelitarum interuentum, quam occultum terrorem, qui diuinitus illis incidit, fuisse, ipsa attestantur sacra verba. Sed nihil vetat, opinor, Dei consilio, ut principali, perfectaque causae, pauorem illum attribuere: & simul Iosuae stratagemati, ut causae adiuuanti. Neque enim causae naturales diuinam prouidentiam excludunt: sed ad huius ductum sese applicant: cuius ignoratione priscorum hominum superstitione Pana Deum istius generis affectionum auctorem finxit: ut multorum aliorum euentuum, Fortunam: cum praeter proximas causas diuinior quaedam efficiencia quaerenda esset. Nec tamen illi absurdè, si se ipsi intellexissent. Magni enim illius Panis, qui Tiberij principatu, κατ' οἰκονομίαν, moriebatur, cum daemorum omnium admirabili gemitu; ut Thamus Aegyptius, qui audierat, narrabat. Nimirum gemebant illi casum sui imperij, quod illa morte frangebatur: sed illius inquam Panis nutu & ratione, vniuersus iste mundus, & qua est aspectabilis, & qua fugit omnem sensum, regitur, & gubernatur. Deus enim est, qui, quod rebus omnibus, ut effector moderatorque adfit

Exod. 23. v. 17. 22 23 24 25 26 27 28 29

Plutarch. lib. 10 de defectu oracul.

Clem. Alex. Strom. lib. 1.

Supra cap. 5. v. 13.

1. Paralip. 7. v. 14. 2. Paralip. 8. v. 5. 3. Reg. 9. v. 17.

Luc. 24. v. 13.

adfit Pan à vetustissimis illis Philosophis est appellatus. Sicut idem Apollo, quando ipsum mens humana, ut perfecte vnum solumque, & aeterna felicitate per se beatum; admiratur & veneratur. Est enim Apollo, solitudinis nomen, sicut Pan vniuersitatis. Atque hoc à doctissimo illo Clemente Alexandrino quoque proditum est; in Stromatis. Vnus, inquit, Deus in mysteriis, ἀπόλλων intelligitur, καὶ ἑρμῆσιν ἵππὸν ποδῶν, hoc est, quia omnis ab eo multitudinis ratio absit. Cui etiam illud est consentaneum quod scripsit Plutarchus, Apollinem vocatum esse ἵππιον, hoc est, vnum, solumque. Sed iam à proposito desectimus. Habet autem praesens locus dubitationem, utri nomini haereant verba illa in sacro texto, caedebat, persequabatur, percutiebat, Dei ne, an Israelis. Et LXXII. quidem primum Deo, cetera duo Israeli accommodant. Nam quin illud, perturbabat, sit ad Deum referendum, nulla dubitatio est. Verum meo certe iudicio, illa omnia Deo, omnia etiam Israeli recte attribuantur. Deus enim, ut trepidationis; ita fugae, caedis, persecutionis auctor fuit. Eius autem voluntati consilioque operam suam Israelitae accommodabant; hostesque diuino terrore perturbatos, caedebant, persequabantur, percutiebant denique. Illud porro, in Gabaone, positum est, pro, ad Gabaonem; aut in agro Gabaonitico. plane sicut capite quinto memorabatur Iosua esse in Ierichunte. quae etiam tum occlusa munitaque erat. De Gabaonis situ diximus nuper. Duae autem fuere vrbes nomine Beth-horon, sed altera superior dicta est, altera inferior. Illa cum Ephraimitis fuisset forte assignata, Leuitis deinde attributa est. Haec videtur Beniaminitis obtigisse. In Paralipomenis memoriae proditum est, vtramque à Sara quadam filia Ephraimi esse conditam: Pòst autem à Solomone vtramque munitam esse muris, portis, vestibus, testatur alter Paralipomenon liber. Sed Regum historia solius inferioris meminit, tamquam à Solomone instauratae. Videntur autem ambae haud magno loci interuallo disiunctae, prope Nicopolim, siue Emaunta existisse, non nihil versus Septemtrionem; si è Gabaone spectes. ut certè à diuo Hieronymo sunt in Paullae epitaphio descriptae: ad montem Silo. Nicopolim autem ab Ierusalem abfuisse stadia sexaginta, proditum à diuo Luca est. Sed enim libellus ille itinerum populi Romani, quem nuper dicebam, cum iter à Caesarea Stratonis ad Eleutheropolim metitur, primam mansionem nominat urbem Betoro; vel, ut habent alia exemplaria, Beth-ocro. hancque collocat millibus pass. circiter xxxi. à Caesarea. Inde ad Diospolim; quam Lyddam esse diximus; facit passuum millia, plus minus, xxxi. Et hinc ad Eleutheropolim pass. mil. xv. Et illam igitur Betoro, siue Beth-ocro, nostram esse Beth-horon arbitratur Iacobus Ziglerus, descriptor Palaestinae diligentissimus quidem, sed qui in multis locis tamquam digito ostendendis, ad quae ne bona quidem coniectura vniquam perducipotuit; nimium sibi licentiae, ne dicam intolerandae audaciae, vel temeritatis potius, permisit. Sanè si vera sunt, quae Hieronymus de Paullae itinere, & Iosephus de Cestij, ut nuper dicebam, memorant, neutra nostrarum esse potest illa Betoro, quam in Romanorum itineribus modò notatum esse dixi. Et de Beth-horon nunc haec; plura enim in diuisione terrae dicenda erunt. Maceda autem posita erat, ut ait Eusebius, millibus pass. octo ab Eleutheropoli, contra Orientem. non nihil tamen erat declinandum ad Aquilonem, ut ego arbitror. Porro Azecam inter Gabaonem, & Macedam sitam fuisse ipsa praesentis fugae ratio dilucidè ostendit. Atque hic illud quoque dignum animaduersione est, quod cum ferè ab Oriente hostibus superueniret Iosua, illi non rectè subito versus suas ipsorum vrbes, Azecam, Macedam, Eglonem, Lachim, Iarmutham, Hebronem, fecisse fugam videntur: Erant enim illae vrbes Gabaoni partim occiduae, aliae australes; sed primum rectè versus Septemtrionem sese effudisse: ac mox, veluti agnito errore, ad Occidentem, Meridiemque se recepisse. Nam Beth-horon aquilonarem fuisse Gabaoni, firmè ex Hieronymi dictis conficitur, cum memorat, Paullam à Nicopoli conscendentem Beth-horon, vidisse Gabaonem & Aialonem à dextris. Nimirum ita fieri assolet, ut qui subito consternantur in fugam, ij ferè incertissimam eam ilico arripiant. Quamquam verum esse potest, eam declinationem illos fecisse, viae anfractus flexusque secutos. Ceterum quia hoc versu mentio est clini Beth-horon; proximo autem, decliuitatis Beth-horon; apparet ex Gabaone tendentibus Beth-horon, cliuum fuisse conscendendum; quamuis Gabaon, ut dixi, in mote exstaret. Et rursus ex Beth-horon versus Azecam & Macedam fuisse decliuem viam. Verum si cui hoc minus probatur; cum Beth-horon inferior, de qua hic fieri mentione multi probabiliter existimant; sub Silontis monte fuerit posita, Gabaon autè super

Apollo Deus; cur.

Plutarch. U. bello de se consecrato Delphiis.

Beth-horon duae בית-הורון

Hieronymus. Nicopolis, siue Emaus.

Itinerarium Antonini.

Iacobus Ziglerus.

מַכְדָּא Maceda

אֶזְעָא Azeca

Clivus Beth-horon.

is putet, eundem vnum fuisse locum, qui modò accliuus, modò decliuus nominatur, inter Beth horon, & Azeccam. Nam cliuo Beth-horon ei nomen quidem fuisse, verùm decliuitatem rectè esse appellatum, cum per eum hostes pronò cursu Azeccam versus deferrentur. Quamquam neque illa absurda fuerit sententia, si opinemur, vt Gabaoem super Siluntem, sic Beth-horon super alium quempiam collem extitisse. Certum est enim, illa, quæ ab Ierusalem in Occidentem, atque Meridiem vergunt loca, admodum esse montosa.

Accidit autem vt dum fugientes illi Israellem, &c.

11

Dei admirabilis clementia.

De lapidosa pluuia.

Satan Dei simia.

Claudius.

ADMIRABILIS est sanè, & gratissimo animo semper deprædicanda hæc tanta Dei clementia erga suos, qui iam non contentus Israelis hostes ita permouisse mentibus, vt præ timore & trepidatione, non solùm pugnandi ratio ipsis non constaret, verùm ne fugæ quidem: nisi insuper sua ipse tamquam manu, in cædendis fugientibus operam victoris leuaret. Scribit Liuius, cum rex Tullus, deuictis Sabinis, magna gloria, multisque opibus rem auxisset Romanam, in monte Albano lapidibus pluuisse: neque aliter, quam cum grandinem venti glomeratam in terras agunt, crebros cecidisse è cælo lapides. Et alibi quoque meminit similis lapidei imbris; cum Scipio ad Carthaginem res feliciter gereret. Verùm illas inusitatas pluiuas aut certa aeris intemperies peperit: aut malus Satan Dei in plerisque rebus simia, & fraudulentus imitator, generauit: vt à malè religioso populo cultum sibi nouemdialem compararet. Hanc verò nostram Deus ipse, vt sacra verba disertè monent, produxit: ac, veluti collimatis oculis manibusque, tam certo ictu deiecit in hostes, vt mistos cum his victores, aut certè ipsorum tergo inhaerentes, ea calamitas non attingeret. Quod sanè admirabilius fuit, quàm terram Gosen immunem grandinis eius fuisse, qua reliqua Aegyptus vniuersa concutiebatur. Sed enim Iosephus in antiquitatibus rerum Iudaicarum narrat, non solùm inusitata grandine, verùm etiam tonitru, & fulmine terribilem fuisse istam tempestatem: similiter atque erat illa Aegyptiaca. Idque ei videtur assentiri vates Habakuk quoque. Hic enim, cum Solis Lunæque miraculum, quod mox dicitur, attigisset oratione; hæc subiunxit verba. Ad lumen telorum tuorum incedebant; ad splendorem fulgoris hastæ tuæ. Quasi dicat, cælestia fulgura, quæ hostibus terrorem, ea Israelitis alacritatem cum lumine attulisse. Neque verò dissimilem accidisse rem Marci Aurelij imperatoris exercitui, scribit Eusebius: cum ad Christianæ legionis preces, quas ad Deum suum illa adhibebat, largè profuso cum fulgoribus imbre, ille potu recrearetur; hostes verò Germani in fugam pauore agerentur. Et nota est narratio de Theodosij victoria, quam Claudianus lepidissimis versiculis æternæ memoriæ consecrauit, cum sic caneret.

O nimium dilecte Deo, tibi militat æther: Et coniuurati veniunt ad prælia venti.

SED non adiungam plura exempla. Est enim semper sui similis diuina clementia atque benignitas. Ceterùm quod lapides isti è cælo demitti dicuntur, ex vulgi sermone sumtum est: Sive quia diuinitus cadebant; sive quia ex ea regione, quæ supra nos est. Nam vtrumque verum est. Descendebat enim lapidosa ista grando ex media aeris regione, vt vocant nostri Philosophi: quam vulgo, cælum, abutentes vocabulo, sæpe dicimus. in qua regione, diuino nutu, affectio temperatioque talis è terræ halitu sursum educto generata tum fuerat, vt saxis veriùs quàm grandine pluere omnes existimarent. Grandinem tamen fuisse argumento est vox Hebraica, גָּדָר. Et L X X I I. interpretes grandinem vocarunt. Sed credibile est, materiem illam maiore frigoris vi contractam validius, quàm pro vilitate grandine, fuisse: & multo etiam maioribus particulis decidisse. quippe quæ facillè quosuis casu interimerent. Id quod in Aegypto quoque accidit.

Tunc loquebatur Iosua Domino, quo die dedebat, &c.

12

R. David Kimhi.

Mechilta.

PARTICVLAM Iſ conuertere futurum aliquando in præteritum, dixi capite octauo, ad versiculum x x x. Iudæi plerique, loqui, pro canere, aut cantu prædicare, dictum esse censent. Neque enim Iosua ad Deum, sed ad Solem verba facit, vt videtur. Et Kimhi quidem carminis verba aut non esse adscripta; aut illa esse. Et insirrit Sol, & Luna substitit, donec ulcisceretur gens hostes suos, putat. Nam illa, inquit, Sol in Gabao inſiſte, & Luna in valle Aialon, vota modò sunt, precesque. sic ferè Kimhi. cui assentitur vetus Commentarius Mechilta, in Exodum scriptus, dum in explicando capite x v. districtus est. Enumerat enim illic cantilenas decem

Luci. lib. 2. Decad. 1.

Idem lib. 10. Decad. 1.

Exod. 9. v. 26. Iosephus lib. 5. cap. 2.

Habakuk. 1. v. 11.

Englb. Hist. ecclesiast. lib. 5. cap. 5.

decem ex sacra historia: & inter eas quinto loco hanc Iosua. Sed adscribam eas paucissimis. conducunt enim ad pietatem. Primam, inquit, canebant Israelitæ in Aegypto: quod Isaias absconditè significauit, cum diceret. Et canticum erit vobis sicut in nocte, qua cõsecratur festum, & gaudium animi, &c. Secundam canebant iidem transmissio mari rubro. Tertiam ad puteum, cuius est in Numeris mentio. Quartam condidit Moses paullo ante suum excessum. Quintam canit hic Iosua noster. Sextam cantabant Debora & Baracus. Septimam Dauid, cum eum ab omnibus hostibus, atq; etiam à Saule liberasset Dominus. Octauam Solomon dedicata æde sacra. Nonam vniuersus cantorum ordo, cum eum Iosaphat recens instituisset. Decimam cantabunt beati in altera vita. eritque ea, qualis illa Isaiæ, Cantate Domino canticum nouum, laus ipsius inde ab vltimis finibus terræ: vel illa altera, Dicite, redemit Dominus seruum suum Iacob, &c. Et superiores quidem omnès illas nouæ, cæque grauiſsimæ insecutæ sunt calamitates. at postrema ista nullo per omnem æternitatem malo interpellabitur. hæc enim Mechilta. Sed Chaldæus illud verbum, loquebatur, conuertit, laudabat. Idque etiam faciunt veteres Hebræi in commentario Tanhuma. Scribunt enim illic in hanc sententiam. Sol tantisper dum cæli orbem percurrit, Deum tenore perpetuo laudat. Id enim sacer vates sensit, cum caneret: Ab ortu Solis vsque ad eius occasum laudatur nomen Domini. Atque idè Iosua, dum tacere illum iubet, simul cogit insisterè. Neque enim tacere laudes Dei potest, dum mouetur. quare ille interea pro Sole Deum deprædicabat. Hæc illi pluribus quo dixi libro dum persequuntur, ostendunt non vnum Solem, sed vniuersam istam mundi machinam hominum seruire vtilitatibus atq; commoditatibus. Sed omiſſis Iudæis, credibile est Iosua, vbi præcipitem hostium fugam animaduertisset; veritum, ne persequendis cædendisque tam multis, parum temporis superesset ad noctem vsque, adhibuisse primùm Deo pias preces. Deinde certissima fiducia benignitatis illius, quem videbat sibi adesse præsentissimum, ea verba esse prolocutum; Coram Israele Sol in Gabaoe inſiſte; & quæ sequuntur cetera. Et quidem tali mente, quali Thesbites ille Elias cælesti imperabar igni, vt eos consumeret, quos Ochosiæ cum superbis mandatis ad se miserat. Quod si verò malis, Deo loqui, pro, in Dei nomine, siue Dei fiducia dicere, positum esse existimare; non contendam contra. Nam verbum illud דָּבַר, cum simpliciter, verba facere, significat; hæud ferè sollet absque interposita præpositione vsurpari. Porò illa pars orationis ob oculos Israelis, incertum est, vtri verbo hæreat, Loquebatur, an, inſiſte. Mihi posterius idè magis placere posse videtur, quia non satis aptè dicatur, loqui in oculis, siue ob oculos. Quod tamen à Latino approbatum est. Quamquam parum refert vtrum probe. Huc enim certè tendit oratio, Omnes debere animum aduertere ad tantum miraculum, atque inde alacritatem mentibus concipere ad bene cœptum bellum, sub tam felici, lato, augusto auspicio conficiendum. Ceterùm quod Kimhi tam est incertus, adscripta ne sint carminis verba, an minime, id argumento est, in quanta versentur suæ linguæ ignorantia nunc Iudæi: & quàm prorsus nullum habeant de ea iudicium. Nulla enim obſcuritas, aut dubitatio esse potest, quin verba illa numeris sint ligata; & ex libro Recti transcripta. Ita dico.

שָׁמַשׁ בְּנִבְעוֹן דָּוָם וְיָרַח בְּעֵמֶק אֵילָן  
Et rursus illa:

וַיֹּלֶם הַשָּׁמֶשׁ וְיָרַח עִמָּר עַד יָקָם גּוֹי אֲבוֹתָיו  
וַיַּעֲמֵר הַשָּׁמֶשׁ בְּחֵצֵי הַשָּׁמַיִם וְלֹא אָץ לָבוֹא כִּיּוֹם הַמָּוֶת

Ipsum enim orationis genus, & verborum constructio se ilico prodit apertissimè. Quamquam, quod ad singularum syllabarum numeros, atque mensuras, siue tempora attinet, hæud scio, an hodie aliquis vsquam sit, qui ista in illa lingua habeat satis cognita: licet diui Hieronymi sæculo, earum rerum scientia atque ars, nondum prorsus interciderat; vt apparet, non ex huius sanctissimi viri scriptis solùm; sed etiam ex Deuterofis. Nam hoc quoque Hebræorū doctrinæ genus illis ferè temporibus est cõscriptum, quibus floruit Hieronymus; aut certè paullo post. Etenim in tractatione, cui titulus est, quæ passim in sacra historia sunt, non pauci in suum statum, mensuræ ratione, restituti leguntur; cum antè fuissent à librariis confusè & permixtè scripti, vt etiamnum sunt in nostris libris. Posui ego certè, (cur enim non confitear meam curiositatem?) non nihil studij in ea re inuenienda; sed frustra.

Decem cantilenæ factæ.

Chaldæus.

Tanhuma.

Insita qua mēte Soli imperauerit quierem.

דָּבַר loqui.

Iudæi suæ linguæ nunc sunt imperiti.

Verba Hebraica numeris ligata.

De syllabarum Hebraicarum quantitate, & versibus.

Deuterofis quando composita.

מִסְכַּת כּוּמָרִים

Auctoris curioſitas.

Nihil enim satis certi, absque præmonstratore, video me de Hebraicarum syllabarum numeris; ac proinde neque de versuum mensuris modisque percipere. Sed est profecto ingenium meum minimè acutum & perspicax. quapropter nolim alios meo exemplo terri. Ne tamen profus diffimulem, quale habeam iudicium: sed quid dico iudicium? immo quamnam habeam obscuram opinionem de tribus illis versibus, quos modò posui. Equidè eos números in illis animaduertere videor, quibus ligati sunt nostri iambici tetrametri acatalectici, ut vocamus. Si modò in primo scribatur, *וַיְהִי כִּשְׁמֹתָא*. In tertio verò, *וַיְהִי כִּשְׁמֹתָא*, illic apposita, hinc ablata litera He. quales librarios mendas cò plures notarunt etiam Doctores Heb. illa quam modò dicebam tractatione. Verùm si hac inea cogitatione coniecturaque longè à vero aberro; debet certè venia à lectoribus mihi dari: cum ista neque arroganter dicam, neque pro certissimis affirmem. Sed hæc hæcenus. Porrò verbum *וַיְהִי*, etsi, tacere, interdum significet, hancq; notionem secuti sunt illi, quos nuper dicebam Doct. Heb. in commentario Tanhuma; atque etiam Aquilas Ponticus; tamen verior mihi visa est Chaldæi, & L X X I I. interpretum, Symmachii & Latini sententia: qui omnes pro, insistere, morari, interquiescere acceperunt. Hæc enim dilucidè ostendit veram esse, Verbum, *וַיְהִי*, stetit, quod Lunæ est attributum in pari casu. Verùm enim verò, quod ad præsens miraculum retenti Solis, Lunæque, attinet; R. Leui F. Gersonis, acutus sanè Philosophus, ut habetur inter suos gentiles, in ea est sententia, ut existimet; haudquaquam re ipsa visitatum atque consuetum istorum astrorum morum fuisse impeditum, aut interruptum. neque enim Mosè perpetuè orbium cælestium legi vimquam attulisse, quem tamen miraculorum gloria ceteros viros diuinos omnes antecelluisse sacra testatur historia. Quin, inquit ille, Solem non substituisse, conici potest ex ipsis sacris verbis, hisce: *Et non maturauit occumbere.* properantiam enim illa, non motum tollunt. Neque verò Iosua iussit Solem, nisi in Gabaone morari. Et qui in vrbe quapiam manere aliquè iubet, non quouis illi progressu interdicat. His ille rationibus ferè vtitur: putatque huc modò tendere votum Iosue: ut vnicus ille dies, & nox satis sint profligandis hostium tantis copiis: perinde ac si his usus esset verbis. Da pater omnipotès, ut prius quàm Sol & Luna occidat, tuus populus ab hisce tam multis hostibus tuis poenas sumere possit. Hocque miraculi solum habuisse eum diem: quò ad hominis preces tantam stragem tam paruo temporis spacio Deus ediderit. Eadem multo antè Moses Maimonius Ægyptius prodidit, in illo libro, quem inscripsit *מורה נבוכים*, quasi Doctorem dubitatum dicas. Sed quid acuti isti Iudæi faciant, inquit, illis decem gradibus, per quos Solis vmbra retrorsum acta est regis Ezechie gratia? Illi verò nihilo maiore negotio hinc quoque æquabilem in Solis motu tenorem tuentur. Negat enim Leui apertè, illà vmbra ob retrò actum Solem, propè ab vltima horologij linea ad primam esse reiectam. Sed illius atri radiorum lumen sic fuisse nubium obstaculo repercussum, ait. Atqui in Paralipomenis memorantur Babylonij ad Ezechiam viros de illo ostento interrogatum allegasse, quod in terris acciderat. Certum est igitur rem in rerum natura inusitatam, in ipsa cæli conuersione animaduertisse Chaldæos; quippe astrologiæ assiduo vacantes homines. Et vates Habakuk, inter alia diuina miracula, quæ orans enumerat, Solem Lunamq; memorat substituisse; cuius verba nuper à nobis prolata sunt. Denique Iesus Syrah, in aureo illo suo Sapietiæ libro, cum hunc nostrum cognominem suum prædicat, his vtitur verbis. Nonne per eum substitit Sol: & dies vnus euasit in duos? Inuocauit Altissimū præpotentem, cum vndique vrgeretur ab hostibus: & exaudiuit ipsum magnus Dominus: atque lapidibus grandinis violentissimæ prorupit in bellum contra gentes: & in decliuitate perdidit aduersarios: ut agnoscerent gentes ipsa arma: seque bellum aduersus Deum gerere intelligerent. Sic Syrah luculenter vniuersam hanc præsentem narrationem explicat. Omitto Dionysium illum Areopagitam, cuius omnia, mihi certè, admirabilia, & quadam vetustatis maiestate veneranda videntur. Omitto Nemesium in omni philosophia eruditissimum Christianum: quorum ille ista perpetui cælestium rerum ordinis mutatione Apollonem sophistam induci debuisse, ait, in admirationem maximam, atque oratione inexplicabilis potentie Dei: qui res omnes & condiderit, & conferuet, proque suo nutu moderetur. Hic verò, Deum idèd semel suo imperio, perpetuè alioqui, & quadam naturæ necessitate semper æquabilem Solis Lunæque cursum cohibuisse; ut ostenderet, nullis se necessitatis legibus teneri: sed ipsum omnis necessitudinis ut opificem, sic & dominum esse. Non ergo credendum esse illis Iudæis censeo; quamuis subtiliter; ut suis gentilibus videntur; aduersus peruagaram apud plerisque omnes

Doctores Heb. Aquilas Ponticus.

De miraculo Solis & Lunæ. R. Leui F. Gersonis.

Horologij Achaz miraculum.

Dionysius Areopagita. Nemesius.

Deuteronom. ultimo.

Maimon. Moreh Neuchim. parte 2. ca. 35.

4. Reg. 20. & Iste 38.

2. Paral. 32. v. 31.

Habakuk. 3. v. 11. Syrah 46. v. 5.

Dionys. epist. 7.

Nemes. de hominis natura. cap. 38.

omnes bonos scriptores sententiam, differentibus. ut neque tertio eiusdem nationis philosopho, nomine *שם טוב*; Cui cum Maimonis illa opinio haud satis probaretur, censuit dici credibilius posse, Deum noui generis corpus in cælo condidisse, quod Solem, postquam ille occidisset, repræsentaret, & vsque eo orbem terrarum illustraret, dum depugnatum ab Israelitis esset. Immo verò existimandum esse potius opinor, nò modò Solem Lunamque, verùm ceteros etiam omnes globos cælestes, interrupta conuersione, re ipsa interquiescisse: ne videlicet ab ipso rerum ortu constitutus omnium inter ipso perpetuus ille tenor, & consensus, vnus, aut duorum aliquando inæquabili progressionem perturbaretur. Quamquam si quis nò alios, quàm Solis, & Lunæ orbis stetit autumet, non pugnauro contra. quando hoc etiam admirabilius fuerit; cum supremum cælum, atque extimum, immò machina vniuersa cælestis continua conuersione torqueretur, non simul duas istas partes raptas in orbem esse. Sed enim non est quod miretur aliquis, rem tantam, & prorsus summa admirabilitate spectabilem, non esse gentium etiam litteris proditam memoria. Quid enim ista nobis, omnium quæ ante bellum Troianum acciderunt, commemorant? præter pauca: quæ ipsa ex sacris historiis cum percepissent alieni à vera religione homines, sua conspurcarunt vanitate. At bello Troiano vetustiores sunt res ab Iosua gestæ, annis circiter mille, si Theophilo Alexandrino ad Autolycum scribenti credimus, auctori probatissimo. Iam verò ad Mosè quod attinet, cuius gloriam sibi defendendam putabat Leui Gersonis; nihil profectò illi laudis detrahit hoc Iosue in Solem Lunamque imperium: ut neque admirabilia Eliaz, Elizæi, aliorum sanctissimorum virorum facta. Sunt quidem Rabbini, qui somniantes veriùs, quàm percepta narrantes, scribunt, etiam Mosè iussu quiescisse aliquando Solem: ne à Iosua superatus videatur. ut prodidit ille quem nuper dicebam *שם טוב*. Sed magis ferendus Maimonius est, qui hoc maiorem fuisse Iosua Mosè scribit, quòd hic & plura, & diuturniora, & à pluribus aspectabilia fecerit. Nam de Mosè, inquit, scriptum est *לְעֵינַי כָּל יְהוָה*. hoc est, ob oculos omnium Israelitarum. at de Iosua, *לְעֵינַי יְהוָה*. ante oculos Israelit. omiffa vniuersitatis nota. Rursus idem, pressius, ut mihi videtur, rem attingens, censet Mosè quatuor modis ceteros vates omnes excelluisse. Aliorum enim mentes non nisi per administrum angelum diuino afflatu vmquam esse concitatas: Mosè verò suo ore ex Dei ore affatus diuinos excepisse. Ceteros in somnis, & secundum quietem: hunc vigilem sacra visa vidisse. Illos non sine pauida animorum consternatione diuinos percepisse monitus: hunc autem perinde atque si amicus cum amico colloquatur. Denique reliquos vates non nisi certis interuallis, modò crebris, modò raris: at Mosè quouis tempore suis oraculis dignatum esse Deum. Sic Maimonius. Sed R. Ioseph Albus hanc inter Mosè & alios vates constituit differentiam. Ceterorum vatum, inquit, ea animæ vis, quæ imaginatiua vocatur (Græci *εἰμαστικὴ* dicunt) diuino primùm afflatu pellitur. Et deinceps per hanc illa quæ rationalis appellatur. At Mosè ipsa vi rationali planè percipiebat affatus cælestes, absque vlla imaginatione; postquam angelum vidisset in rubo. Et proinde in ipsius verbis ænigmata nulla erant. Sed omiffis Iudæis, ego, quod ad miracula attinet, Mosè prærogatiuum; quo in Deuteronomio eius gloria amplificatur; in eo positum esse dixerim: quod nemine mortalium, vel antè, vel post, ad Christum vsque, Dei filium, tam sit familiariter vsus Deus, atque illo vsus est: non autem in earum rerum quæ gererentur, præter visitatam naturæ legem, magnitudine atque admirabilitate: quippe quas nemo ignorat, non humanis viribus, aut industria: sed potentia diuina patrari; quocumque tandem in iis efficiendis vtatur Deus administro, tamquam instrumentum quopiam. Quam ob rem Christus suos discipulos erudiens, non eo magnopere placere ipsos sibi debere ait, quòd ipsorum imperiis dæmonia seruirent: sed quòd in regni cælestis albo inscripti essent. Quin memoratum est ab Evangelistis, fuisse qui Christi nomine miracula faceret; neque tamen Christum sciret. Nimirum cum Mosè ecclesiæ veluti pædagogum esse oporteret, à quo illa ad Christi mysteria erudiretur: & cuius legibus tantisper se haberet, dum aduenissent dies salutis, summam necesse erat esse eius auctoritatem. quam sanè ipsi non tam miraculorum facultas, quàm intima Dei familiaritas conciliare potuit; apud eos certè, qui res ipsas iudicarent. Porrò quod Sol iubetur insistere in Gabaone, Luna verò in valle, siue campo Aialonis. (*קק* enim & vallem, & planitiem significat) hoc Kimhi sic explicat: Erat, inquit, iam tum meridies, quando apud Gabaonem conferens cum hoste manus Iosua, Soli imperabat, ut cursum sisteret. Itaque substitit ille vnus longissimi

Sem Tob. שם טוב commentariò in Moreh Neuchim.

Cur Solis quies non sit à gentibus prodita literis.

Mosè gloriam non obfcurat hoc Solis miraculum.

Sem Tob. שם טוב Mosè quibus modis ceteros vates excelluerit.

Cur Mosè miraculis poltere oportuerit.

קק R. David Kimhi.

Theophilus ad Autolycum lib.

Maimonibus, seu R. Mosè Maimonius, lib. 2. cap. 35. More neuchim. Deutero. ult. in extremo. Maimon. in Deutero. ult.

R. Ioseph Albus lib. i. iust. diuini. oraculorum. 3. cap. 8.

Deut. 34. v. 10.

Luc. 10. v. 20. Marc. 9. v. 38. Luc. 9. v. 49.

diei interuallo; quanti dies sub æstiuam conuersionem aguntur; prius quàm inde ad occasum uersus, more uisitato, iter cœptum continuaret. Cumque iam confecto duorum dierum spacio ille occideret tandem; hostes fuga ad Aialonem iam euaserant. Ibi ergo succedens Soli Luna, ceteroqui uicina occasui; (erat enim noua, solique propinqua.) tantisper fixa hæsit, dum profligati hostes profus essent. nonnulli etiam, quos pedum celeritas seruabat, in sua se præsidia recepissent. Talia ferè Kimhi: sed quàm rectè iam videndum est. Aialon ubi existerit, his ferè uerbis expositum est in libello de loc. Hebr. Aialon uallis atque præruptum est, iuxta uillam, quæ etiam nunc Aialon dicitur: contra orientem Siluntis (sic enim cum Ziglero, pro, Beth-elis, legendum cenleo); tribus ab ea pass. millibus distans, haud procul à Gabaa, & Rhama Saullis urbibus. porrò Hebræi affirmant, Aialonem uicium esse iuxta Nicopolim, in secundo lapide, pergentibus Aeliam. Hęc ibi. Ego autem Hebræorum, quam profert siue Eusebius, siue eius interpret Hieronymus opinionem, esse ueriores arbitror. Neque enim ista nostra Aialon, admodum uicinam habere potuit Saullis Gabaa, quæ in Beniaminitarum finibus posita erat, cum ista pertineret ad Danitas: sed Gabaaonem: quæ profectò longè diuersa urbs est à Gabaa Saullis. Recedebat autem Aialon à Gabaa ad Austrum uersus. positaque erat in recto itinere, quo ex Nicopoli itur Aeliam, hoc est, Ierusalem. unde conficitur; eam ab Ierusalem abuisse stadiis, non amplius, quadraginta quatuor. uicinior enim erat stadiis sedecim, quàm Nicopolis. hanc autem ab illa distitam fuisse stadiis sexaginta scriptum in Luca est. Porrò sub Gabaaone & Aialone planitiem fuisse certissimum est: in quam è Beth-horon descendebatur, per illud, cuius supra est facta mentio, cliuū. Eaque planities, ut hęc Aialonia, ita apud Isaiam Gabaaonia nominatur; cum ille uates, ad hanc alludens pugnam, ait: Sicut in ualle Gabaaonis irascetur Dominus, ut faciat facinus suum, inuolutum facinus suum: & ut patret opus suum; extraneum opus suum. Quippe erat ea planities utriusque urbi communis; atque propè ad Macedam usque pertinebat: ut est à nostris hominibus proditum; qui ea loca sunt contemplati. Illud igitur credibile est; huius narrationis scriptorem; eum dico, qui istud miraculum sonoro hoc metro retulit in librum Recti; ludentem poetica copia, locum eundem significare uoluisse, cum diceret, in Gabaaone, & in ualle Aialonis: eam uidelicet quam modò dicebam, planitiem: atque ab eadem quoque scribendi uerbiore ratione, profectum esse; quod præter Solem, etiam Lunam ille nominauit. Nam hæc duo præ ceteris aspectabilia astra, pro iis orbibus posita sunt, quorum conuersione diei noctisque uicissitudo efficitur. Immodò uerò pro uniuersa fortassis cæli machina. Huiusmodi enim ferè prece usum esse Iosuum, significare, nisi fallor, ille poëta uoluit. O uos cælestia lumina subsistite: neque propero cursu uestro lucem hanc nobis, in ista opportunissima ualle, ablatum pergit, tantisper dum Dei hostes cædimus. Stultum ergo est; & ex absurda locorum æstimatione natum commentum, quo Kimhi se sequi diei tandem, aut eo longiore temporis interuallo à Gabaaone ad Aialonem tumultuaria fuga euasisse uictos cum uictore facit: cum neque magna esset inter Gabaaonem Aialonemque loci intercapedo, neque ab Gabaaone Macedam uersus fugientibus occurreret Aialon; præsertim iis qui cliuū Beth-horon institerint. hæc enim urbs Gabaaoni aquilonaris erat, Aialon uerò eidem australis. Nam Aialonem stadiis aliquot uicinior Aelia fuisse quàm Gabaaonem, consentaneum est iis, quæ supra diximus. ex quo etiam efficitur, magis ad Orientem recessisse. Iam uerò ex Gabaaone Macedam petere; est ab Oriente uersus Occidentem ire. Neque uerò minus stultum illud, quod non unus Kimhi, sed plerique etiam alij Iudæi existimant, Lunæ uicarium lumen, Solis lumini, postquam is occubisset, fuisse suppositum: ne in tenebris, Antabatarum more scilicet, pugnaretur. Ex ipsis enim sacris uerbis, nemo, nisi stupidissimus, non intelligat; Solem non ante confectam pugnam, è nostro orbe finiente excessisse. atque ea causa est cur proximo uersiculo unus Sol substituisse memoretur: Lunæ uerò nulla sit mentio. Quod propter rectè Iosephus diem esse productum scribit; ne nox succedens Hebræorum impetum cohiberet. Sed illud, si quis credibile esse censuerit, Lunam illo tempore nouam fuisse, neque procul ab Sole measse; & proinde utriusque astri moram conspici in cælo potuisse, non pugnauro. Nam id R. Isaias quoque placuit, cordato scriptori.

*Et moratus est Sol, & Luna substitit, donec, &c.*

SEPTUAGINTA duo interpretes, quas gentis uocabulum nollent Israelitis accommodare, quod ei ferè subiici soleant profanæ nationes in sacra historia; conuerterunt clausulam

Aialon.

Gabaon.

Planities Gabaaonis & Aialonis.

R. David Kimhi refellitur.

R. David Kimhi, & alij Iudæi refutati.

R. Isaias.

22. x. 11.

Luc. 14. v. 13.

Isaias 28. v. 21.

Ioseph. lib. 1. cap. 2.

clausulam uersiculi in hanc sententiam: donec uultus esset Deus hostes ipsorum. Nimirum putauerunt illi, uia, hoc est, uerbum illud, gens, in accusandi casu positum esse: quod Symmacho quoque uisum est; qui his est interpretatus uerbis, eam uerborum complexionem: *εως ημηναιτο τον λαον των εχθρων αυτων*: Donec puniisset (Deus uidelicet) populum hostium ipsorum. Chaldæus uerò, tamquam etiam ipse simili constrictus religione fuerit, pro, gens, reddidit, populus Israeliticus. Atqui, cum, ut dixi, hæc oratio certis sit uincta numeris, non est mirum, uia gentis uocabulum, pro Israelitis esse positum. hoc enim etiam in soluta oratione non semel esse factum, certissimum est. Sed de libro Recti, cuius, cum hęc, tum alibi mentio est in sacris literis, incredibiliter nugantur Auctores Gemaroth in ea tractatione, qua de cultu alieno disputant: & rursus in uetusto illo commentario, cui titulus est *כרם תורה*, Genesis Rabba: sed proferam acutissimorum hominum scilicet commentum unum; de quo conicias facile cetera. Liber recti, inquit, est Moysis primus liber, quem Genesim uocamus. quia ille continet res gestas Abraham, Isaac, & Iacobi; qui præ ceteris mortalibus *עשה*, hoc est, recti, sunt uocati, cum Balam diceret, Moriatur anima mea morte rectorum. In illo enim libro scriptum est de Ephraim; Et semen eius erit abundantia gentium. iisque uerbis hoc mirabile facinus Iosue est prædictum. qui ex Ephraim est prognatus; cum ille imperium habuerit in Solem & Lunam, quæ omnium gentium uitam moderantur, naturali quadam sua efficientia, aut quia sui nominis fama, ob hoc tam præclarum factum, uenit omnes impleuit. Non facerem profectò, ut hanc tantam illorum hominum uanitatem scriptione dignarer; nisi cuperem testatissimum omnibus esse, quàm sint absurdi atque inepti ad tractandas sacras literas. Et in quantis uersentur tenebris; postquam Solem iustitiæ Christum semel repudiarunt; atque pro uiribus perditum iuerunt. Et tamen tam stultum, tamque longè quæsitum figmentum, neque ulla etiam probabilitate explicatum Lirano placere potuit. Sed exornat ille fortassis meliore colore: immò profectò longè etiam deteriore; ut illis hircum mulgentibus hunc cribrum supponentem uideas. Hanc enim reddit Lirani uaticinij illius rationem. Erat Iosua, inquit, congregatio gentium: (sic enim ille interpretari uocem *אֶלְפָאֵי* mauult, quàm abundantiam, aut plenitudinem;) quia Israelitæ congregati erant, cum ille Solis Lunæque cursum sisteret. Quasi uerò uel tunc imbellis Israelitarum turba pugnae illi interfuerit, uel non sæpe alias apud uniuersam Israelitarum multitudinē res magnas gesserit Iosua. ueluti cum Iordanem exsiccaret, peruiumque faceret. Sed neque illud solidius est, aut melius, quod David Kimhi, etiam parentis sui Iosephi adiutus acumine scilicet, profert: cum uniuersos quinque Moysis libros, quos *תורה*, hoc est doctrinam uocant, siue legem; statuit esse librum recti. Sed omisis istis, Iosephus mihi propius ad ueritatem accedere uisus est; qui in suis Antiquitatibus, pro Libro recti, scripta in templo asseruata dicit. Nam ut in huius commentarij exordio scripsi, ego eam habeo opinionem, ut credam, præcis illis temporibus, quæcumque in Ecclesia Dei agebantur digna apud posteros memoria, ea eruditos, & ab ingenio atque arte scribendi paratissimos uiros, in annales retulisse. Inter illos igitur annales fuisse uos, qui *תורה*, id est, liber recti, ideò uocabantur: quod optima fide atque serie res apud Dei cœtum gestas perstringerent, aut quia Israelitici populi facta continerent; quem populum, *תורה*, tum Moyses, tum Isaias uocauerunt: siue idem ille liber fuerit, qui in Numeris, Liber bellorum Domini uocatus est; siue eius pars quædam; aut etiam diuersum opus. Neque uerò est, quod miremur, illiusmodi annales iam nullos superesse. Postquam enim historia sacra, ut nunc habetur; ex illis, siue per Ezdram: ut mihi sit uerisimile; siue per alios fuit compilata; leuior uisa est illorum iactura. Et quis nescit, qui modò Regum historiam, & Paralipomena, uel oscitanter, legit; quàm multa alia sacrarum rerum scripta monumenta interierint? Sed quæ eius diræ literarum cladis fuerit causa; an quod præfractæ ceruicis gens Iudæorum tam sæpe, ob sua scelera, solum uertere coacta est: an uerò diuino consilio acciderit, non est præsentis loci disputare. Illud sanè constat, qui etiamnum in manibus sunt sacri libri, eos ad agnoscendam Dei uoluntatem, atque æternæ uitæ uiam inueniendam, abundè satis esse. modò ut nos dociles simus. Scripsit Nathan uates; scripsit Gad uidens; scripsit Achias Silonita, Iaddi, Semaias, Iddo, alij multi, proculdubio uiri diuini, & ut Philo eos uocat, *θεοφειδόμενοι*. Sed quis non rideat dementiam, si quis istorum scripta in nostris, ut uocamus, Bibliis quærat? uel si quis contendat; & nescio quibus argutiolis nitatur, tria illa elogiorum, siue sententiarum millia, uel

Symmachus.

Chaldæus.

De Libro Recti.

Genesis magna.

Tract. תורה עברה עפ. 2.

Numer. 13. v. 10.

Auctores Gemaroth absurdi ad sacras literas tractandas.

Liranius refellitur. Prouerbium.

R. David Kimhi, & eius pater.

Ioseph. Antiq. lib. 1. cap. 2.

Ezdras. 32. v. 11. Isaias 44. v. 2. Numer. 21. v. 27.

Veteres annales sacros intercidisse. Multa sacrarum literarum monumenta perierunt.

vel quinque supra mille cantica à Solomone confcripta; quibus vniuersam propè rerum naturam ille persecutus esse memoratur, istis circiter octingentis versibus esse comprehensa, qui soli iam diuinam Solomonis sapientiam nobis representant? Sed obiicias. Ineptum videri, Iosvam æqualis sui testimonio atque auctoritate uti, ad probandum hoc Solis miraculum. Immo verò minimè absurdum est, si publicarum literarum testimonio res à se gestas comprobauit: quales certè habebantur annales illi, in sacro tabellario asseruati. Verùm ego haud cum illis sentio, qui presentis commentarij, quem explicandum suscepimus, scriptorem esse Iosvam putant. Nam, vt alia multa præteream modò, quæ passim à me annotata sunt certissima signa; quis existimare possit, quod sæpe dicitur, hoc, illud ad præsentem vsque diem durare, id à Iosua dictum esse; in cuius diebus ipsum euenit; ac non potius ab eo scriptore, qui sibi in iis, quæ iam tum vetustate oblitterata exoleuisse videbantur, fidem velit comparare ex alijs, quæ cum sint illis vetustis consentanea, aut etiam eorum monumenta, adhuc extant? Sed satis multa ante quoque de hac re à me dicta sunt. Sequitur in sacro texto, *Et substituit Sol, in medio calo.* &c. Nulla hinc Lunæ mentio est. nimirum non prius occidit Sol, quàm depugnatum esset. Eoque refellitur, vt dixi, Iudæorum opinio; qui Soli Lunam, tamquàm vicariam facem, successisse putant. Quia verò medium cælum dicitur; existimat, vt supra exposuimus, Kimhi; cui etiam alij astipulantur; meridiem fuisse, quo tempore Iosua Solis cursum sua prece impediēbat. Idque ego refellere nolim. nam rei gestæ series minimè videtur ab illo tempore dissidere. Est enim credibile, Iosvam cum prima luce aggressum esse hostes de improviso, cum totam noctem iter fecisset. Atque in prima illa impressione, dum alij cæduntur, alij arma armis opponere parant, alij sua cõuassant: denique alij trepidam & tumultuariam fugam molitur, aliquot abiisse horis, priusquàm simul omnes auersi in fugam sese effusè darent, atque à Gabaone ad illam planitiem, siue Aialoniam, siue Gabaoniam vocare lubet, euaderent. Eoque cum esset fugiendo, cædendoque peruentum; illa Iosvam precatione vsum esse. Sed quãdo, vt dixi, illa planities ab Aialone & Gabaone per longius interuallum pertingebat propè ad Macedam vsq; vrbē hostilem; hoc etiam videretur probabiliter dici posse: Imperatorem fortissimum nõ antè sollicita ista vota fecisse, quàm diē in vesperam esse incliniorē; victoriæ verò magnam adhuc partē restare animaduertisset, veritusque fuisset, ne appetens nox preliū citius dirimeret, & securā hostibus fugā afferret. Nam mediū cæli, pro cæli parte nõ omnino vltima, sed in qua spectatus Sol, haud dubia luce terras etiam nõ illustrat, non in versu solum, sed etiam soluta oratione, nõ ineptè dicitur. Porro illud, *Circiter die integro*, conuertit Aquilas, vsque ad diem perfectum. Hic rursus illud ambiguum est, Substitit ne Sol diei integri mora: an verò inde ex quo iussus est inũstere, vsque dum occideret, vnus diei tempus triuerit. denique an id modò dicatur; cum non properasse ad occasum, vsitata alijs diebus, qui perfecti habentur, conuersione: sed solito diutius in nostro orbe finiente hæserit. Syrah, cuius apud omnes summa debet esse auctoritas; solidi spacio diei fixum constituisse censuit; & tantundem temporis motu quoque consumsisse. itaque diem illum geminatum fuisse. vt ex eius, quæ supra sunt à nobis citata, verbis constat. Maimonius, qui, vt dixi, autumat, nihil insueti passum esse Solem: sed æquabili, vt solet, motione diem eum absoluisse; noua quadam istorum verborum explicatione, tamquam parua declinatione, hunc scopulum deuitat. Perfectus siue integer dies vocatur, inquit, longissimus: qualem efficit cotannis solstitiali conuersione Sol. tantus enim, aut eo etiam longior, visus est dies iste victori populo, pro rerum à se gestarum multitudine, atque difficultate; quamuis re ipsa multo fuisset contractior. Hunc sequitur suus astipulator R. Leui F. Gersonis, astrologus astrologum, plenis approbationis velis. Neque inusitatam fuisse in Sole moram; sed in pugna expeditam victoriam existimans, ait, ideo medij cæli mentionem esse; quia Sol, dum in ea parte versatur, tardissimè videtur properere. Sed mihi profectò videntur astrologi isti Hebræi nimium de æquabili cælestium orbium conuersione, atque concentu solliciti, de effectoris Dei potentia non satis bene, & parum liberaliter existimare. Vniuersus enim sacrorum verborum tenor rem nouam atque inusitatam præ se fert. Quare censeo id verissimum esse, quod טוֹב טוֹב de istorum argutis dixit, cum in Maimonium scriberet, verba esse ventosa, hoc est, prorsus inania.

*Neque fuit dies similis illi, ante ipsum, aut post ipsum, &c.*

PLERIQUE interpretes istum diem hic pro longitudine contendi cum reliquis omnibus diebus, qui ab orbe condito fluxere, fluentque, existimant. Vnde varia inter ipsos

Obiectio.

Responsio.

Iosvam non esse scriptorem huius libri.

Medium cæli. R. David Kimhi.

Aquilas.

R. Leui Gersonis.

Sem Tob. in More Neuchim.

1. Reg. 4. v. 34

Respon. Syrah 46. v. 5.

R. Maimonius in More Neuchim parte 2. cap. 35.

4. Reg. 20. & Iste 38.

עבירה זרה פ. ב. Et in פרק ר' ארעור

Iustinus martyr, contra Tryphonem Iudæum.

Exord. 4.

Luca 1.

4. Reg. 17. v. 1. & 18. v. 44.

ipsum nata est disceptatio, & discrepantes sententiæ; quot horas ille omnino complexus fuerit. Nam ille Ezechiaæ agrotantis dies plerisque omnibus videtur horas xxxi. habuisse. Si enim Sol, inquit, ad decimam lineam iam tum peruenerat; hoc est, horas decem diei cõfecerat, cum inde reciprocatur, ac totidem horis sensim primam repetiuit lineam; à qua deinde rursus ad decimam, in partem anticam, & tandem ab hac ad duodecimam, hoc est; ad vltimã, atque ad occasum progressus est; planè horas triginta duas vitro citroque commendo consumsit. Doct. Hebr. igitur, cum in tractatione de alieno cultu, tum in Capitulis R. Eleazaris, post perplexissimas altercationes, in hanc tandè opinionem ferè conueniunt, vt censeant, hoc nostro die bis interquiescisse Solem. Semel in cæli media parte, iterum in vltima, id est; cum occasui proximus esset. hoc enim, vt dignū tanto illorum conatu acumen cognoscas; illis confici verbis putant, cum semel dicitur, *Substitit in medio cæli*; & cum rursus, *Non maturauit occumbere*. Itaque istorum alij hunc diē xxxvi. alij xlv. horarum spacio definiunt: vt cuique non tam certa ratio, quàm opinandi libido dicat. Atque hoc modo facile eum illi Ezechiaæ diei præferunt. Quin Iustinus quoque noster, Martyr, atque Philosophus, non dubitat apud Tryphonem, istum diem nostrum ad horas xxxvi. producere. Statuit enim ille, Solem fixum hæsisse, perfecti, hoc est, vt vocant, naturalis diei mora. id est horis xxxvi. Quibus si addideris horas xi. quas ab ortu ad occasum motu transegit, confeceris horas xxxv. Verùm ego certè non video, cur dare illis debeamus, quod à se ipsi sumunt, qui tam longum fuisse diem Ezechiaæ conantur conficere, vt horas duraret xxxi. cur, inquam, id concedere ipsis debeamus; illa Solis reciprocatione, qua ab linea decima ad primam reuocabatur, decem solidas horas esse consumtas. Potuit enim, ita iubente architecto Deo, temporis minimo, aut etiam nullo momento transilire. ac deinde à prima linea sensim ad duodecimam alias horas duodecim conficere. Sicque totus ille dies horis xxxi. fuerit absolutus. cum hic noster, vt minimum, xxxvi. durauerit. Sed si quis istis, propè dixerim, de asini vmbra, quæstiunculis delectatur, is Liranum audiat, cum hoc in loco commentantem, tum in narratione illa rerum ab Ezechia gestarum. Nihil enim est, cur in istis angustijs laboremus diutius, quando de huius nostri diei longitudine non agitur comparatio: sed is eo solum antefertur diebus quibusuis: quod nullum alium diem Deus ad vilius hominis preces, cædendi hostis gratia, interrupto Solis motu sic produxerit, vt hunc produxit. Iam verò ad Ezechiam quod attinet, haud ille votis à Deo flagitauit, vt lux sibi aduersus hostes, sed vt vita aduersus morbum diuturnior daretur. Cumque ipse voti compos, diuino tamen responso parum fideret, Deus vitro tali ostento eius diffidentiam arguit magis, quàm integritatem animi probauit: Similiter atque Moysi vitiosum metum prodigijs quibusdam emendauit; sed non sine indignatione: cum ille in Ægyptum reuertit, ad liberandos Hebræos, retractaret, atque tergiuersaretur. Et Zachariae linguam impediuit, vsque dum eueniret id, cuius promissi, ille parum credulus, signum ab angelo poscere fuerat ausus. Nascebantur enim illiusmodi signorum petitiones ex fidei infirmitate. quare neque pro exemplis ad imitationem nobis in sacra historia esse propositas, existimandum est. sed ad cautionem potius. Atqui alia ratio est eorum ostentorum, quæ arcano quodam cælestis Spiritus instinctu à Deo postularunt viri sanctissimi; & plena fiducia atque confitione ea datum iri ab illo credebant. quale est illud Elia, de cælesti flama, cuius nuper memini. Et de cohibita ptimum, deinde producta pluuia. atque etiam hoc præsens nostri Iosua. Postrema pars, *Nam Dominus pugnabat pro Israele*, causam affert; vt nonnulli Doctorum Hebr. qui de horarum numero minus solliciti sunt, autumant; cur dies ille parem non habuerit, aut habiturus sit. Neque enim alio, inquit, depugnauit vniquam Deus pro Israele lapidoso grandine. Ego verò existimo vel reddi rationem, cur Deus Iosua in prece illa occurrerit. Nempè præter petentium fiduciam, ipsa etiam rerum quæ petuntur conditio, & ipsa promissa Dei maximum habent, vt preces audiantur, momentum: Ac si sic dicatur; vt promissi sui munus conficeret Deus, diem produxit, cohibito Sole. dixerat enim, *Tradidi ipsos in manum tuam*. Iam verò ingruentis noctis beneficio elapsuri videbantur hostes, nisi substitisset Sol. Vel particulam, וַי, non causæ, sed temporis significationem dare: dicendumque esse, *Cum Dominus pugnaret pro Israele*. Verùm enimverò prius quàm ab hoc memorabili ostento transeamus ad reliquam narrationem, admonendus lector est, vt hinc pij gratique animi meditatione expendat immensam illam Dei

Dies longus Ezechia.

Nicolaus à Lira.

Ostenta Dei non sine indignatione facta.

Alia ostenta plena fide à Deo postulata.

Quæ conditio cantat præcâ efficaciam.

Dei benignitas in suis admirabilis.

Deus, hostia gratia, vim naturae asserit.

Quanta hominum in caelis futura beatiudo.

Dei aduersus suam ecclesiam benignitatem; qua tam variis, tamque admirabilibus modis perpetuo voluit nostras mentes in sui admirationem rapere: atque ex admiratione ad se amandum colendumque, non quidem sua, sed nostra causa, inducere. Semel hominum gratia vniuersam istam aspectabilem machinam condidit: eamque stabili & perpetua lege imposita; ad illorum prorsus vsus accommodauit. Sed hoc multorum libris satis est explicatum, qui de diuina conscripti sunt prouidentia. Iam vero immutabilem illam in omni aeternitate caelestium corporum, tam immenso spacio a nobis semotorum, legem, & tenore, ad vnius hominis humi strati preces interrumpit; & si fas est ita loqui, ipse rerum omnium opifex & dominus, vnius seruuli sui desiderio obsequitur: atque vt populo suo hostib. caededis tempus proroget, ipsam caeli naturam, ceteroqui inuiolatam, ab suo vsitato cursu refranat, coercetque. Hoc est, stabili potius, quam rerum naturae semel indidit, legi vim adfert, quam vt suae ecclesiae commodis vtilitatibusque non prouideat. Cum igitur in hac infelici, & aeternosa vndiquaque vita tantas creet commoditates iis, quorum animos vel adumbrata quadam pietate permouere potest, vt rerum naturae dominari videantur; quales quantalque tandem existimandum est fore eas iucunditates, quibus nos perfundet beabitque, cum perfecta pietate sanctitateque ipsum in caelesti colemus regno? Sane nullus vniquam oculus vidit, nec auris audiuit, vel animus humanus cogitare possit; qualis quantalque nobis beatiudo parata a benignissimo parente nostro Deo sit; modo vt eum redamemus, qui admirabilibus modis, & quidem plane gratuito nos amat. Sed haec digitum tamquam ad fontem intendisse sufficit.

Et reuertebatur Iosua, & vniuersus Israel cum ipso, &c.

H V N C ego versiculum esse superuacaneum existimo hoc loco: atque ad huius capituli finem reiciendum. Neque enim ipse narrationis tenor fert, vt credi possit, Iosua ad Galgala iam cum vniuersis copiis reuertisse, licet hoc Dauidi Kimhi probetur; sed inconsiderantia, non iudicio: logius enim erat a Galgalis ad Macedam via spaciū, quam vt tam facile vltro citroque traduci illa possent: quod ex iis que de istorum locorum situ ante a nobis dicta sunt, facile potest intelligi; quamquam illud dici, neque absurde, opinor, posset, verbum *Reuertebatur*, pro reuerti constituebat, vsurpatum esse. Nam capite x i i i, simili prorsus loquendi modo, Balaam ad suos rediisse memoratur, hoc est, reuerti cogitasse. Quippe Imperator cum profligatum putaret hostem, militemque diurna pugna fatigatum; quamquam Sol ad occasum prouectus nondum esset, stantebat fortasse receptui canere. Sed cum improviso nuntium acciperet, de quinque regulis in specu abditiis, deque magno fugientium hostium numero adhuc reliquo, aliud consilium ex re cepit; hostesque etiam longius persequendos; & illos interea in specu esse asseruandos decreuit.

Fugerant autem quinque reges illi, & abditi fuerant, &c.

I L L V D, in Maceda similiter dictum est, atque capite quinto, in Ierichunte, & nuper, in Gabaone: vt vrbis nomen ad agrum suburbanum pertineat. Ferunt autem, qui loca illa, religionis ergo, perlustrarunt, adhuc in colle quodam, haud procul a Maceda; quae in motosis posita locis erat; specum illam ostendi ab accolis: eiusque iam olim obstructum os muro esse, conseruandi monumenti causa. Credibile est autem, speluncam istam, cum Regi Eglonis; qui vicinus habitabat; notissima esset; ab omnibus istis regulis simul fugientibus, communi consilio, vt tutissimam latebram, esse appetitam. Nam in vrbes ipsas aut non satis cito euadere se posse; aut non satis se in illis tutos ab exercitu victore futuros existimasse. Sed nesciebant miseri, vindicem oculum Dei effugere neminem posse: quod diuinus vates Amos luculenter edixit, his ferè verbis. Non effugiet, neque reliquus fiet ex ipsis quisquam. (de impijs loquitur). si se apud inferos defoderint, illinc eos extrahet manus mea. si in caelum conscenderint, inde ipsos deducam. Et si in Carmeli se vertice abdiderint, ibi inuestigatos comprehendam. denique si in ipso maris fundo fallere meorum oculorum conspectum conati fuerint, illic iussu meo serpens ipsos mordebit. Et quae sequuntur. Similia etiam apud Dauidem dicta leguntur. Nimirum aduersus Dei iram nullum mortalibus praesidium est, nullum effugium, nisi in eius ipsius placabilitate atque clementia: ad quam nobis perpetuo aditus patet certissimus, per fidem in Christum cruci affixum, & ante actae vitae poenitentiam. Sed enim animaduertenda hoc loco est diuina prouidentia: quae quinque istos regulos simul in eandem vnam speluncam, quasi nassam, agit: vt viui in Israelitarum potestate veniant, suoque singulari supplicio & victoriam plurimum illustret, & reliquis per Chanaanarum regibus metum afferant maiorem:

Spelunca Macedoniae.

Dei oculos vindices nemo potest effugere.

Effugium aduersus Dei iram, quale.

Dei prouidentia.

Iosua 64. 24. 1. Cor. 2. 9.

Isra 18. 22.

Amos 9. v. 1.

Psal. 138. v. 2.

iorem: denique Israelitis animos addant. Cuius quidem diuinæ prouidentiae consilium cum caelesti afflatu intelligeret Imperator, latibuli os occludi asseruarique iussit. Participium illud, קָרַקַר, praeter Grammaticorum legem, habet in secunda syllaba Scheua, pro Kamez. קָרַקַר, quod eo factum ego certe autumo, vt expeditior pronuntiatio; ad vltimam syllabam; quae accentu est efferenda; posset, properare; cum mora longiuscula in litera Heth spiratio ante faciendā fuisset.

Vos vero ne stetis, persequimini hostes vestros, &c.

P R O illo, peruenire ad vrbes suas, reddas recte, cum L X X I I, Chaldaeo, atque Latino, intrare in vrbes suas. Verbum enim כָּבַד etiam intrare est, quod alibi me dicere quoque meminimus. Quod conuerti, caedere caudam ipsorum, est Hebraice קָרַקַר. id verò est, si ita liceat loqui, decaudare, auferre caudam. plane sicut שָׁרַף, eradicare, atque radicem auferre dicitur Hebraei. Estque illud per translationem dictum, pro, carpere postremum agmen. Chaldaeus interpretatus est, assequi postremos, iisque inhærere. Est autem credibile, Imperatorē ista verba facere, non ad vnum, atque alterum; a quibus perlatum ad ipsum nuntius ille de abditiis quinque regulis fuerat: sed ad eas cohortes, quae iam lassae frequentes ad eum se conferebant, tamquam debellatum esset. Hoc enim standi verbo significari videtur. Postea enim quam comperit, ne reges quidem ipsos, qui solent ab omnibus rebus ad fugam, si vsus sit, esse paratissimi; in sua praesidia adhuc esse elapsos, propius apud animum suum Dei promissa reuolens, atque diuinum eius consilium voluntatemque ex re nata rectius intelligens, excitat rursus omnium animos, atque acuit ad pugnam tamquam reliquias persequendas: & quidem his argumentis, a desidia turpitudine, cum ait, *Ne stetis*. a iusto & aequo, cum dicit, *Hostes vestros*. a facili, cum caudam meminit. ab vtili, & simul contrario malo, cum hortatur, ne sinant ipsos peruenire ad vrbes suas, quippe maximum praesentis belli conficiendi momentum in eo versari videbatur; si isti hostes non elaberentur in sua praesidia atque arcēs; vnde rursus bellum redintegrare, aut certe non facile expugnari possent. Denique a certissima spe victoriae, cum addit: *Nam Dominus Deus vestester tradidit ipsos in manum vestram*. Est enim ac si dicat, ipsi iam manibus victoriam partam tenentis, quid est ergo cur eam abiciatis? Atque hic rursus illud mirificam habet adhortamenti vim, quod Iehoua, siue, Dominum, nominat; ipsorumque Deum esse eum dicit. quippe cui nihil factu sit difficile; cum sit omnium rerum Dominus, & prima causa. cuiusque oblata beneficia frustra esse sinere, cum sit eorum Deus, summum fuerit nefas. An porro simul ipse Imperator hostes sit longius prosecutus; an verò expeditissimis quibusque a se ad eam rem dimissis, ipse castra cum reliquis apud Macedam fecerit, non satis certa atque expedita res est. Mihi posterius veri similitudinem maiorem habere videretur ex iis quae ad versiculum x x i. dicuntur.

Cumque absoluissent Iosua & filij Israel caedem illorum, &c.

A P P A R E T quidem ex his verbis, Iosua ipsum, non ante quam debellasset prorsus, hostem insequi desiisse. Sed nihil vltatius, quam quae a milite fiunt, ea Imperatori attribueri. certe quod milites, postquam pugnandi finem fecissent & insequendi, in castra ad Macedam reuerti memoratur, facit, vt existimem, illum pugna abstulisse ad Macedam: castraque illic fecisse; & eorum qui hostem longius prosequiebantur, reditum expectauisse. Quod autem nonnulli elabuntur in vrbes & praesidia, est *וְהָיָה אֲנִי* ad insequentem narrationem. Diuinitus autem id accidisse putandum est: tum vt Israelitae, post istos longos labores, ad oppugnandas vrbes illas essent alacriores, in quas elapsos sibi e manibus hostes dolerent. tum vt vrbes ipsae, communi eorum quos exceperant pauore consternatae, expugnatae faciliores fierent. Illud, *Nec (canis) acuisset in quemquam filiorum Israel linguam suam*, explicauit Chaldaeus his ferè verbis. Neque vllum accidisset damnum Israelitis, vt quisquam esset animo afflicto. Mihi plane gemina huic locutio esse videtur, ea quae in Exodo legitur, his verbis, וְהָיָה אֲנִי לְפִי וְהָיָה לְפִי וְהָיָה לְפִי. Id est, Et in vllum Israelitarum, non acuit canis linguam suam &c. Est enim; vt recte, meo certe iudicio, exponit Leui F. Gersonis; vetus prouerbum, Ne canem quidem acuisse linguam in quemquam: cum eum adeo nihil mali passum esse dicere volumus; vt nec canis ipsum allatrarit, animal cum primis irritabile, sed dentibus, non lingua metuendum. Quo prouerbio similiter vsa est Iudith apud Olophernem, cum veller ei persuadere, nihil metuendum ipsi ab Israelitis mali esse. Nam cum paullo ante dixisset; וְהָיָה אֲנִי לְפִי וְהָיָה לְפִי וְהָיָה לְפִי, mox subiungit, וְהָיָה אֲנִי לְפִי וְהָיָה לְפִי וְהָיָה לְפִי. Hoc est. Et duces eos tamquam oues orbas pastore: neque latrabit canis lingua sua aduersum

קָרַקַר

כָּבַד

decaudare.

Argumenta cohortationis Iosuae.

Dei beneficia negligete nefas.

Chaldaeus.

Prouerbum Hebraicum.

Exod. 11. v. 7.

Iudith. 11.



te. His igitur ego argumentis adductus sum, ut nomine canis, addito de meo; quia praeritum esse videbatur; scriptum supplerem; cum verbum חרץ, nulli alioquin nomini haberet. Neque enim est insolens, in peruagatis illiusmodi prouerbiis, verba quaedam omitti. Si quis tamen, hostis, quam canis, nomen potius suggerendum esse malit existimare, non contendam contra. Non enim incommoda fuerit sententia, si dicatur: Neminem hostem, in tanta omnium trepidatione, linguam petulantem, nedum arma, acuisse in Israelitas. Interpretatur quidem R. David Kimhi, verbum חרץ, mouit. Ego vero, acuit, dicere malui. Sic enim alibi certum est usurpari. Neque mihi placet, diuersas res vni eademque sermone temere subiicere; quando vna ipsius simplexque significatio, vel per translationem saltem, aut alium loquendi tropum conseruari potest. At enim noranda obseruandaque est hoc loco, singularis militum continentia atque obedientia, qui non ilico subactis hostibus ad praedam longè lateque populabundi sese diffundunt: sed ad Imperatorem suum se recipiunt; ad alia imperia, si visus sit, accipienda. Deinde & illud animaduertendum: pugnare eos felicissimè, qui Dei auspiciis bella gerunt; infelicissimè verò, quorum illi causis non probatur. Id enim ea ἀνθρώποι, quae in hisce duobus versiculis est, luculenter nobis ponitur ante oculos: cum Chananaei ad internecionem caesi memorantur. contra verò Israelitae adeò nulla affecti clade, ut ne oblatrantem sibi canem quidem audierint.

Tunc dicebat Iosua: Recludite os specus, & producite, &c.

22 23 24.

His proximis versiculis describitur triumphus, quem Iosua ex captis quinque regulis agit, quos ad eam rem in specu viuos seruari iusserat. Apparet ille quidem superbus triumphus, ne dicam immanis, & plus quam barbaricus. sed si consilium voluntatemque Dei expendamus propius, planè talis est, qualè agere conueniebat Imperatorem sanctissimū. sed ista mox exponentur dilucidius. Singulorum regum nomina denuò commemorantur, ut narratio certior sit, & victoriae amplitudo gloriaque maior appareat, & omnino res gestae admirabiliores apud posteros videantur: ex admiratione porro ista tanta Dei in suos benignitas iustam habeat venerationem. Certum est autem ista acta esse in castris apud Macedam; in conspectu totius exercitus. Ideoque dicitur Iosua, aduocasse omnem virum Israelitam. ויש, enim, ut diximus, egregium hominem significat: quales, procul dubio, solos secum ille duxerat in hanc expeditionem. Chaldaeus tamen & לך לך, de omnibus Israelitis accepisse videtur haec verba. Ille enim, omnem hominem Israele, hi, omnem Israelem, conuertere maluerunt. Verbum ויש, habet à fine Aleph ויש, in fine He littera, quae addita est, fungitur vice Pronominis relationis, ויש, qui. Idque etiam in aliis verbis non raro fit. Sed illiusmodi ויש, à fine duodecies omnino in sacris literis inuenitur, ut obseruatum est à curiosis Hebraeorum magistris, quos בעלי המסרת vocant. At R. David Kimhi existimat, tale perpetuò esse Aleph Pronominis, ויש, ipse. Sed hoc Grammatici viderint. Nos de isto triumpho paullum videamus. Audiuius quidem etià in narratione captæ Hai, regis ad singulare, & foedissimū supplicij genus viuum fuisse asseruatum. Et nihilo quoque clementius actum esse cum Ierichuntis rege dictum est in huius decimi capituli principio. Nimirum Regum, & Principum omnium flagitia; quia non solum ipsa per se grauissima sunt, eo quod illos oportebat esse tanto probiores, quanto fuissent ceteris hominibus ad omnem virtutem instructiores: sed etià plurimis exemplo nocet. quippe, quae in summa dignitate, tamque excelso loco, & clarissima luce patrata, latere neminem possunt. Et quia illorum vita omnis, est parentium vitae animata lex, norma, atque praescriptio: ut alibi est à nobis explicatum: idè acerbiorè supplicio debet meritò illa expiari. Sed quod Iosua suos tribunos insultare ceruicibus regum iubet, qui victi, capti, prostrati, supplices ante ipsius pedes iacebant, magnam profectò insolentis & barbaricae immanitatis; atque per superbam tyrannidem crudeliter exercetis victoriæ Imperatoris speciem habere existimet aliquis. Sed quis credat eum virum, qui fuerat in Moysi schola eruditus; quo nemo omnium mortalium vixit omnibus in terris mitior, ut est in sacris literis, sic supra modum insolere potuisse? Planè ergo est existimandum; hac in re Iosua; ut in ceteris quoque, nihil fecisse, nisi caelesti instinctu. atque adeò grauius peccatum fuisse, nisi ita fecisset: similiter atque Saul, & Achab peccarunt; cum ille Amalecitarum regi, hic Benadado malè pepercissent. Quin hanc triumphandi speciem, quamuis, ut apparet, nimis superbam, & inhumanam, Moyses sub excessum suum vaticinans non solum praedixit: verum etià ut maximam dignitatis & felicitatis populi Israelitici argumentum mirificè extulit, cum sic caneret. Beatus es tu Israel: quis similis tibi popule seruate per Dominum; qui est clypeus tibi auxiliarius, & gladius dignitatis tuae?

R. David Kimhi.

Continentia militum litae-liticorum.

Dei auspiciis victoria obicitur.

Triumphus de quinque regulis, an superbus & crudeliter.

ויש

והלכות

בעלי

המסרת

דו"ט

R. David Kimhi.

Principum peccata, & maxima sunt: & grauissimè puniuntur.

Iosua mitis & modestus.

Iste triumphus per Moysen praedictus est.

Numer. 12. v. 3.

1. Reg. 1. 1.

3. Reg. 20. in fine.

Deuter. 3. 5. in extremis.

tuæ? Subiicientur enim tibi hostes tui: & tu illorum excelsa calcabis. Excelsa enim, hic colla dici, omnium interpretum sententia est. Atque ad hanc Moysi, nisi fallor, alludens vaticinationem David, cum Israelitas ויניקו, & ויחרימו hoc est, mites, lenes, siue humiles, & benignos atque misericordes appellasset, hac tamen ipsos gloria amplificatos à Deo esse ait, quod sint armati gladiis ancipitibus ad exercendam vindictam in gentibus; atque ad castigandos populos, vinciendoque reges catenis; & principes ferreis compedibus. Quis ergo nisi insanus, populo Dei id vitio vertat, ob quod tanta gloria atque praedicatione à sanctissimis duobus vatribus effertur? Summa est. Hoc ritu non immanem & barbaram aliquem, sed Dei auspiciis dignum, atque absolutissimum triumphum significari. Idque multis insuper aliis sacrarum literarum testimoniis probari potest. Quale est illud. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et illud Malachiae. Conculcabis impios. erunt enim citis sub pedibus tuis. Rursum illud Davidis. Super leonem & aspidem calcabis: conculcabis leunculum & draconem. Et ut non nulla ex Christi suauissima atque mitissima lege adiungam, cum ille discipulis suis dominationem summam se in Satanam concessisse vellet significare, sic loquebatur: En dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, atque super omnes vires aduersarij. Denique Paullus hac quasi pulcherrimae victoriae & triumpho diuini spe confortatur suos Romanos, cum ait; breui fore, ut Deus pacis conterat Satanam, sed pedibus ipsorum. Sic enim eum locum explicat diuus Chrysostomus. Voluit igitur Deus in hisce maximi & difficillimi belli initiis, hoc amplissimo gloriosissimoque triumpho semel suorum animos acriter excitare inflamareque. Atque similis successus spe, ad ea quae gerenda restabant, confirmare; omnique prorsus aduersae fortunae metu vacuos facere. quod dilucidè proximus versiculus testatur. Huc addi etiam illud potest: singulari ista animaduersione, grauique supplicio, quo ne regibus quidem parcitur; armari debuisse populi animos aduersus prauam vitiosamque misericordiam, qua aliqui fortassis erga non nullos vsuri Chananaeos fuissent. Deinde & illud: detereri illos non leuiter potuisse tam horrendo spectaculo à Barbarorum superstitionibus; quos viderent, ob foedam illam & flagitiosam religionem, tam graues Deo poenas dare. Sed hic fortassis occurrat illud: Condoceferi quoque potuisse Israelitas his tantis poenis sumendis, ad vindictam cupiditatem. quae affectio hominum animis alioqui nimio plus quam oportuit familiaris, plenissimè in sacris literis, passim vetatur. Et quidem visque adeò seuerè; ut si qua nobis sit illata iniuria, eam non solum mutua iniuria vindicare nefas sit; verum etiam beneficium pro illo rependere iubeamur. Atqui meminisse oportet; aliam priuatim acceptae iniuriae vindicandae rationem esse: aliam eius ad quam puniendam gladius ab ipso Deo nobis, tamquam in manus, porrigitur. Alioqui funditus omnem magistratum sustuleris, qui maleficia in repub. moribus atque iudiciis vindicare, & officia omnia moderari debet; si modò vlla omnino respub. est futura, & hominum inter ipsos vitae societas. Nam fanaticum genus hominum Anabaptista, iam pridem sunt omnium bonorum conscientione reiecti: & ferè desitum est contra eos disputari.

Et ait ad ipsos Iosua, Ne timeatis, neque frangamini, &c.

25

Hic versiculus disertissimis verbis luculenter ostendit, quorsum illa spectauerit, ut videbatur, insolentior & crudelior triumphandi ratio. Nimirum ut non aliter animarentur milites, atque si iam vniuersam Chananaeam protererent, & conculcarent. hoc est, suis victoriis premerent, subiectamque sibi haberent. quarum victoriarum hoc veluti specimen erat: quod cum posthac semper esset illorum mentibus obuersaturum, mirificè audacia atque fortitudine eos confirmaret. neque fineret ad Chananaeorum regum audita nomina expauescere, aut populum illum inuidum, & tamquam giganteo robore sibi fingere. qui metus patribus ipsorum exitio fuerat. Quippe incredibile est, non solum vulgus militum, verum etiam fortes spectatosque, & in quorum auctoritate ceteri erant; in tanta rerum omnium difficultate, apud suos animos interdum metu & diffidentia quadam conflictatos esse: ut qui praesentem Dei opem tam certa fide complecti nequiuissent, atque nunc Iosua; & ideo huiusmodi confirmationibus opus habuisset. Nam Iosua ipsum ceruicibus regum pedem imposuisse, non audimus. Porro verba, quibus hanc caeremoniam Iosua profectur; eamque alioqui per se inutile, veluti animatione quadam, atque efficientia informat, & ad usum accommodat, eiusmodi ferè sunt, cuiusmodi Deus ipsum cohortatus fuerat initio mandati imperij, quae illic sunt à nobis exposita. Illud tamen notandum est, Iosua eam priore loco dicere, quae metu animis militum eximant: r 2 deinceps

Psal. 149.

Psal. 118. v. 2. Malach. 4. v. 3. Psal. 91. v. 13.

Luc. 10. v. 19.

Rom. 16. v. 20. Chrysost. comment. ad Rom.

Ritus conciliandi hostem pedibus.

Cur Deus voluerit reges conculcari pedibus.

Occupatio. Vindicatio cupiditatis.

Magistratus debet punire vicia in seipso.

Anabaptista.

Rursum quo spectantur conculcatis regibus.

Ceremoniae sunt sacris versibus tamquam animandae.

Supra cap. 1. v. 9.

Dei verba non egent mediis preparatoris.

A Deo omnis victoria.

deinceps quæ robur addant: cum Deus contra fecerit. Scilicet Dei verba suapte vi fortitudinis efficientia sunt; neque caussarum, ut vocant, adiuantibus, aut mediis preparatoris egent. Nominat autem Iehouam, siue, dominum, ut auctorem à quo omnis victoria proficiscitur: cuiusque solius ope res recte geri possunt: ut illi nihil suæ laudi sumant: sed modesti gratique beneficiorum Dei memoriam secum recolant. Ceterum hostes ipsorum vocat, non à quibus ipsi sunt lacessiti, prouocati que iniuriis. id enim esset, quod nuper dicebam, vindictæ ipsos cupidine stimulare: sed, ut insequens verticuli clausula ostendit; eos cum quibus bellum gerunt, non quidem vilo priuato susceptum odio: sed Dei imperio. Nam illud, ut est probabile, memoria satis retinebant, quod Moses sæpissimè inculcarat: non propter suam ipsorum iustitiam venturos in possessionem felicis illius terræ, pulsus veteribus colonis: sed cum propter horum impietatem, tum ut promissa sua, quæ patribus promiserat Deus, Abrahamo, Isaac, Iacobo, ea perficeret tandem. Neque verò etiam alioqui cuiquam vllæ in mentem venire potuerunt priuata inimicitia cum ea gente suscepta, cum qua ipsis nulla vniquam vitæ ratio ante intercesserat. Intelligebant ergo facile, Chananæos non alio nomine hostes suos dici ab Imperatore; quam quia Dei hostes essent. Et proinde se Dei in hoc bello esse administratos.

Deuter. 9. v. 1 & deinceps.

Deinde percussit ipsos Iosua, & interfecit ipsos, &c.

26 27.

Reges cur acti in crucem iam mortui.

Vrillissime puniuntur grauius & publice principum scelera.

Quod interfecti reges in crucem aguntur, non ad pœnæ illorum cumulum; quæ mortuis nulla infligi potuit; sed ad pœnæ existimationem, atque omnino ad famam, & exemplum spectat. Nam ut Principum virorum dignitas præclara, quasi in loco, ad omnes vitæ ipsorum actiones affert: neque vllas siue rectas siue improbas, in occulto esse patitur: ita si meritas pœnas persoluunt suorum scelerum, de illo suæ amplitudinis gradu deturbati; has quoque quàm plurimis notissimas esse, vtilissimum est: ut illi gloriosæ dignitati ista supplicij opposita indignitas, illustrius maleficiorum puniendorum statuatur exemplum: maioremque omnium animis terrorem afferat: & cuius spem omnem impunitatis vitiorum suorum præcidat. Huic rei satis magno argumento est illud in Numeris, cum populo à prostitutis puellis Moabiticis ad falsos cultus pellecto, vehementer indignatus Deus iubet Moysi, ut principes scelerati populi apprehensos suspendat Iehoua, siue Domino. Hoc est, ut alibi me explicare memini, in celebri & illustri loco, vbi omnibus sint conspicui. Sic enim addita illic particula, ad Solem, disertè hoc interpretata est, meo iudicio. Ceterum reliquam cæremoniã, qua sub Solis occasum auferebantur, humabanturque, profectus sum satis prolixè capite octauo, ad versiculũ x x i x. Hoc ergo in præsentĩ monebimus modò: damnari hoc loco magnæ stultitiæ, aut cæcitatũ verius, Iudæorum magistros. qui præclara religione scilicet, legem instituerunt: fas non esse, vno die, viros duos in crucem agere. quia singulari numero dictum est à Moise, Si fuerit in quoquam peccatum morte damnandum; & is interficiatur; suspendaturque ex ligno. & quæ sequuntur. Iosua enim simul quinque viros suspendit. Sed illi fortassis de suis gentilibus loquuntur. Quasi verò non prolixius animaduertendum sit in eos, qui viam virtutis; semel ingressi, data opera ab ea decedunt, quàm qui illam numquam nouère. Sed nugantur illi plura, de isto crucis supplicio, & de patibulo cum corpore humando, vel multo etiam anilius: ut sunt miseri in huiusmodi tricis toti impediti; dum syllabas stultè venantur; corticemque contrectant verborum: neque ad fructum intendunt animum. Sed sepultis Achænis cineribus, & cadaveri Regis Hai, saxa, quasi statuae imponebantur, pro monimètis: ut in illorum historia exponebamus. At hic specus ipsum, quod, ut est credibile, erat eo sæculo celebre, pro monumento simul omnibus est. atque ideo nihil aliud quàm eius os occluditur: ne à feris protracta corpora, in hominum conspectu, sed occultata intus, tamquam humata, iaceant. Adamantius hanc de quinque istis regulis narrationem, quos Iosua militum suorum pedibus subiecit, per anagogen, accommodat, suo more, ad nostrum Iosua; hoc est, Iesum Christum: qui corporis nostri quinque sensus, omnium vitiorum administratos, imperio nostræ rationis subdit: modò ut ipsi conculcare illos velimus. Sed hæc apud illum prolixius tractantur. Tum præsens quoque Gabonitarum historia vberimurum piæ meditationis campum ponit ante oculos sacrorum philosophorum. Illi enim, simul atque à Chananæis ad Iosua, siue Iesum transuerunt, inuaduntur à maxima hostiũ multitudinẽ. Sed dum in fide constanter manent, vniuscunque Iesu potètia, & ope freti, neque ad diuersa cõsilia animos adiciunt, neque ad alia auxilia oculos vertunt, non solum paratissimum præsidium aduersus hostiũ suorum vim inueniunt: sed gloriosè triumphant de illis victorẽ Iesum læti vident. Sed ista attigisse mètione satis est.

Macedam

Anagoge.

2

Macedam quoque cepit Iosua eo die: & percussit ipsam, &c.

28

Iosua profligatis iam hostibus, actoque de captis regibus triumpho, cum nõ nullis fuga euasisse in proximis vrbes intellexisset, prudenter existimans maximum eam rem habituram momentum ad illas facile expugnandas, si subito inuadantur, diro nuntio cladis quinque regum conturbata, prius quàm se colligant; atque ad defensionem maiore apparatu instruant: morã nullam esse inperponendam ratus est. Sed illico Macedam, ad quam proximè castra, ut audiimus, fecerat, tentauit urbem, ut est credibile, egregia suum enim ea quoque habebat regulum: atque eo ipso die quo tentauit, cepit. Non enim hoc, de longo illo die, quo Sol substitit, accipiendũ esse cenfeo: sed, vel crastino, vel perendino, aut certè non magno intervallo temporis ab illo remoto. Deus enim suo exercitui, post longam illam pugnam, non solum nouum robur & vires, sed voluntarem quoque alacrem suppeditabat. Illud, quod vsurpatur quidem interdum pro, quod, hoc est, cum ipsis. Estque etiam verborum hinc coniunctio, per se aptior, si sic accipias. Verum ego sequi malui accentuum interpirationes atque interpuncta, quos pauantes vocant, Segol in verbo מִיָּגֵד, & Rebia in illa ipsa particula מִיָּגֵד, atque propriam huius notionẽ conseruare. Putaui enim huic accusandi casum Pronominis, ipsos, & eum qui sequitur, omnem animam, rectè דָּבָר נִוְוֹד, ut dicunt Grammatici, ad verbũ מִיָּגֵד id est, anathemate perdidit; referri posse. Debet autem hoc, omnem animam, de solis hominibus, accipi. Nam pecudes in prædam concessas esse militibus, audiemus proximo capite. Ut enim antè diximus, lex illa quæ in Deuteronomio de capiendis vrbibus sancita est, ea, à decimo versiculo ad decimum quartum, tam pertinet ad Chananæos, quàm ad longinquos & externos: est autem illic scriptum. Omnem prædam eius diripies tibi; comedesque spolia hostium tuorum. Quamquam in peregrinis vrbibus mulieres, & puellos fas erat mancipare in seruitutem, at in Chananæis nefas. atque ideo hinc promiscua cæde trucidantur omnes. Quod facinus quĩ possit; & debeat etiam à crudelitatis opinione vindicari, diximus alibi. Porro supplicij singularis de vrbis istius rege sumtum esse, indicatur quidẽ exemplo regis Ierichuntij cursim attackto; nimirum, ut rerum gestarum celeritas narratione ipsa deproperata nobis poneretur ante oculos: sed quo mortis genere perierit rex Ierichuntius, id verò nusquam satis est explicatum: Ex verbis tamen versiculi primi huius capituli coniectura fieri potest, tales eum pœnas dedisse, quales sunt de Rege Hai captae, quamquam hoc Kimhi, absque vlla dubitatione, neget: & in promiscua cæde trucidatum dicat. Sed ego coniectura niti malo ex sacra scripturã, quàm ex Kimhi verbis facta; eum hic nullum opinioni suæ dicat argumentum.

Deut. 20. v. 10

Numer. 23. v. 4.

Suspendere Iehoua, aut Dominus, quid. Supra cap. 4. v. 13.

Deuter. 21. v. 22.

Transiitque Iosua, & omnis Israel cum ipso ex Maceda, &c.

29 30 31 32.

Credibile est Lebnam, siue Libnam, aut Lobnam, (non enim eadẽ vna vbique est prioris syllabæ vocalis litera) est inquam credibile, illam occurrisse proximam à Maceda inter eas vrbes quas deinceps victores aggrediuntur, atque euertunt. Quis enim nõ existimet, ordine fecisse progressum; neque hostem à tergo reliquisse Imperatorem, prudentissimum? Distabat Maceda octo millibus pass. ab Eleutheropoli, versus Orientem. vt Eusebio auctore diximus, quamquam, vt ego existimo, plurimum ad Septentrionem declinabat. Iam verò Lobna, vt idẽ scriptum reliquit, propius ab Eleutheropoli aberat; quippe in ipsa Eleutheropoleos posita regione. Ducebat igitur principio Iosua exercitum inter Occidentem & Meridiẽ, ferè contra Africum, siue לִיבָא. Nam ab Elia, quæ est Ierusalem, recta, Eleutheropoli, ibatur Afcalonem. vt in populi Romani itineribus, quorũ supra memini, notatum est. Cum porò ex Lobna Lachin petit, ferè versus Euronotum contèdit. Nam Lachis, vt diximus, ab Eleutheropoli aberat pass. mill. v. i. ad Daromam versus, hoc est, ad Austrum, non nihil tamen ad Orientem. Et in Regum historia memoratum est, Regem Assyriæ Senacherib, post oppugnatã Lachin, castra fecisse ad Lebnam. nempe ille, ut quæ suis allegatis mandata ad Ezechiam dederat, persequi re ipsa videretur, sensim versus Ierofolyma promouebat suas copias. Nondũ enim acceperat nuntium tristem de Regis Æthiopum aduersus se apparatu. Iosua verò magis magisque ab Ierofolyms discedit. Ceterum diem illum, quo capta est Lachis dici secundum ab obsidione, autumat Kimhi. idque ego ei assentior. Neque enim probabile potest videri, postmodum quàm expugnata fuerat Lobna; nedum Maceda, Lachin quoque, in potestate Israelitarum venisse. Cum tantillum tempus prædæ istarum vrbium faciendæ, agendæque vix satis esse potuerit. Illud, Et omnis Israel cum ipso, de iis modò est accipiendum, qui in expeditionem Gaboniticam illam educti fuerant.

Accentus Hebraici segol & Rebia.

R. David Kimhi.

Lebna.

Lachis.

R. David Kimhi.

Per id tempus ascenderit Horam Rex Gazer. &c.

EX QUIDEM statui vix posse certum existimo, quo tempore Rex iste Israelitis super- uenerit: an cum ia circumcideret Lachin nondum expugnatam: an paullo ante ceptam obsidionem: an denique post captam direptamque urbem. Apparet quidem non nulla causa, cur suspicemur; primum esse verius. Nam quia secundo demum die narratur illa capta esse, videtur Rex suo interuentu primum oppugnationis impetum in se auertisse. Aequè incertum est etiam illud, quae hunc regem mouerit ratio, ut isti urbi ferret suppetias; à qua longius abfuisse ipsius ditionem vt fateamur necesse est, si eius ille Gazeris dominus fuit; quae inter Ephraimitarum possessiones numeratur, atque Leuitis conceditur: vt fuisse scripsit Eusebius libello de locis Hebr. Sed quando hoc sine causa scriptum ab Eusebio est; ego credibilis esse puto, illius cum Gazeris fuisse regulum, quae in Paralipomenis, verbo ad literam immutato, Gazera est appellata. vsque ad quam cecidit Dauid Philistaeos; cum illi per vallem Rephaim fecissent excursions. Hanc enim Gazeram à Lachi haud procul positam fuisse, illa ipsa Dauidis expeditio, & Philistinorum fuga luculenter ostendunt. Periculi igitur propinquitas regem istum exciuit suppetias Lachi: quas Ierichuntis & Haiensib. tulisset potius, si illius alterius Gazeris princeps fuisset.

Gazer. 777

Gazera. 777

Eglon. 777

Libellus Eusebij de locis Hebr. mendosissimus.

Hebron.

R. David Kimhi.

Caleb Hebronem expugnavit post mortem Iosue. Lirani taxatur.

Alia obiectio.

Progressus est Iosua, atque cum ipso omnis Israel, &c. 34 35 36 37. Ex libello Eusebij de locis Hebr. dictum à nobis supra est, Eglonem x i i. millib. pass. ab Eleutheropoli versus Orientem, Lachin verò v i i. millib. pass. ab eadem illa, sed contra austrum fuisse positam. Vnde conficiatur, Iosuum ab Lachi propè ad Macedam nuper expugnatam reuertisse, cum Eglonem oppugnatum veniret: atque inde rursus, & repetito ferè eodem itinere, contendisse Hebronem. Scribit enim ille auctor, vt Eglonem x i i. ita Macedam octo millib. pass. abfuisse ab Eleutheropoli: & quidem versus Orientem utramque. Quando igitur illiusmodi vltro citroque tamquam vagatio, nisi certa ratione, qualis nusquam apparet, instituta fuerit; videri inepta atque absurda debet; planè inducor vt credam, aut librorum mendam esse, cum Eglon versus orientem Solem ab Eleutheropoli locatur: est enim ille libellus mendosissimus: aut scriptorem ipsum, nomine urbis Adollam in errorem esse delatum. Cum enim; vt iam de praesentis narrationis non satis concinna consequentia nihil dicam; cum, inquam, vbique Lachis & Eglon, tamquam propinqua inter se vrbes nominari simul soleant; quis non intelligat, quam sit absurdum, dicere, alteram planè ad Orientem, alteram ad Austrum; & quidem tanto utramque locorum intervallo; ab eadem vna vrbe recedere? Quòd si verò propemodum versus eandem illas caeli partem ab Eleutheropoli sitas fuisse statuerimus: & Lachin quidem septem, Eglonem verò duodecim millibus pass. Illam versus Daromiam interiorè videlicet, ferèque Euronotum. Istam autem non profus versus Orientem, sed Eurum potius, omnia his Iosuae gestis & progressui consentanea dicentur. fueritque ab Eglone quam Lachi breuior ad Hebronem via. Hebron enim Eleutheropoli ad Eurum est ferè, cum sit Ierosolyma australis: siue ad meridianam plagam, vt in libello de locis Hebraicis scriptum est. Sed enim miretur meritò aliquis de hac capta Hebronis, & interfecti eius reguli narratione: quando hanc urbem Caleb demum sibi deposcet expugnandam, vt capite xv. audiemus; & nuper in memorabili illo triumpho, Rex quoque Hebronis conculcatus, interfectus, suspensus est. Verum ad regem quod attinet, fieri potest, vt illa eius caedes huic communi urbis cladi sit annumerata: aut, quod opinatur Dauid Kimhi, in hostilis exercitus aduentu aliis à ciuibus raptim creatus Rex sit: ne urbis propugnatio atque defensio nullius imperio administraretur. Quod autem Caleb subiugata Hebrone gigantes eiecturus est, id verò post Iosuae obitum tandem fiet, vt apparet ex Iudicum libro. Quare mirum videri non debet, si interea Hebronitae, gens fera, & potens, vires suas reuocauerint recreauerintque. Non hic addo, quòd Calebo nò vrbs, sed urbanus ager, & municipia concedentur. Nam Lirani commentum de duabus diuersis Hebronibus, quarum alteram in valle expugnarit Iosua, alteram in monte Calebus capturus sit, vanissimum, mihi certè, videtur. Cum enim omnia etiam Hebronis municipia hic euerfa legantur; pessimè de Iosuae virtute existimantis sit; opinari non debet, quòd Iosua eum intactam reliquisset. Sed quae causa est, inquis, cur nulla hic Gigantum mentio fiat, quòd genus hominum illos circum Hebronem montes incoluisse certum est. Et de Gigantibus quidem dicendi locus erit in proximi capitis extremo. Interim verò illud respondisse satis fuerit: Iosuum hac expeditione transcurrisse potius raptim armata manu

1. Paral. 14. v. 16.

Exod. 33. v. 23. Xenoph. insir. lib. 4.

Supra. 1. v. 3.

Numer. 13. v. 25.

Iosue. de bell. lib. 5. cap. 7.

manu australem istam regionem; quam eam profus atque omnino populasse. Satis enim habebat, eatenus terrorem sua victoria omnibus incussisse, vt ne sibi, populoque Dei quibusquam deinde vltro molestiam exhiberet. Itaque quos assequeretur; eos, pro Dei iussu; perimebat; nemini que parcebat: ceteroqui non omnes omnium locorum latebras extrema diligentia peragrabat. Hoc enim veluti spicilegium cuiusque tribus propriae virtuti relinquebatur, in sua hereditate cernenda. Neque verò etiam vtile erat, terram cultoribus vacuam profus fieri, prius quam Israelitae suam quisque partem colere inciperent. Nam, vt ait Xenophon, ἐρήμην ἀνθρώπων γῆν, ἐρήμην καὶ τῆς ἀγαθῶν. Latuere igitur fortassis interea Gigantes, montiuagum genus, in speluncis suis, aut se receperant ad suos gentiles urbium Gaze, Geth, atque Azori ciues. Porro quod conuerri, Et omnia municipia ipsius; si verbum pro verbo reddas, est; Et omnes vrbes ipsius. Significari autem vrbes municipales, etiam Kimhi auctor est. Quo autem loco fuerit Hebron supra diximus paucis. Est is locus etiam hodie diuersarum religionum nationibus celeberrimus, ob monumentum sanctissimorum virorum Abrahæ, Isaci, & Iacobi, quod illic religionis causa cateruatim frequentant. Quin ipsos etiam humani generis parentes, Adamum, & Euam, illic humatos esse, per sua iam olim multis est, de qua re disputandum nobis erit in extremo capitis x i v. cum istius urbis nomen enodabimus. Ceterum Hebron in Numeris vetustissima Aegypti totius metropoli annis septem antiquior esse proditur. ea autem erat γῆ, Id est, vt Lxx i i, & Chaldaeus putauerunt, Tanis: vt Iosephus verò, Memphis. qui ab Hebrone condita fluxisse scribit sua ætate annos bis mille & trecentos. Sed plura de ista vrbe alibi.

Et rediit Iosua cum omni Israele, Dabir, &c.

Qua regione sita vrbs ista fuerit, non vna est scriptorum omnium sententia. Plerique citra Hebronem collocant: hoc est, minus longè à Galgalis; aut potius minus propè ab Austro; statuuntque mari aliquato, quam Hebron est, viciniorem fuisse. In quo positu video eos Ziglerum secutos esse, cui etiam sacra verba ad stipulari videtur: cum Iosua memoratur ab Hebrone reuertisse Dabir. At Borchardus descriptor Palaestinae, vt mihi videtur, diligentissimus, positam fuisse Dabir, ait, duabus, vel, vt alia habent exemplaria, tribus leucis; hoc est, circiter quinque aut sex millibus pass. vltra Hebronem; cõtra Austrum nempe, vt opinor, versus Libonotum, aut Liba. Idque mihi profectò videtur probabilius. Ordine enim progressum esse Imperatorem prudentissimum puto. Et videre videor, eum non reuerti ab Hebrone Dabiram petiuisse. Neque enim, vt à Maceda Lebna, à Lebna Lachin, ex Lachi Eglonem, ab Eglone denique Hebronem, sic ex Hebrone Dabiram traduxisse copias memoratur: sed Dabiram reuersus esse. Vnde coniectura auguror, illud ab expugnata deletaque Hebrone vltimus non nihil ad sinistram propè ad Idumæorum fines vsque excurrisse, & inde ad Philistinorum. Mox enim audiemus vsque ad Cades-Barneam, & vsque ad Gazam esse grassatum armis. Cum ergo ab Hebrone versus vicinam Cades-Barneam, & inde ad dextrum latus, per illas Chanaanæ extremitates, ad Gazam procurrisset infestis armis, reuersus demum est; relictis Philistinorum urbibus; Dabiram. Illas enim non attingebat. Sed de Dabir plura erunt dicenda capite xv. quare nunc haec tenus.

R. David Kimhi. Hebron.

Dabir 777

Ziglerus. Borchardus.

Negeb. 777

עֲרֻדוֹת

Et cecidit Iosua vniuersam regionem montosam, &c.

Hic epilogus amplissimam istam expeditionem, atque victoriam generatim explicat, atque ob oculos nobis ponit; ostenso semel maximo locorum spacio, quod modò transcursum est, & armis subactum. Nominantur autem quatuor terreni genera, natura inter se propè contraria, certè multum diuersa, עֲרֻדוֹת, אֲרָצוֹת, אֲרָצוֹת, אֲרָצוֹת. Hoc est, loca montosa, arida, humilia, siue aquabilia aut campestria; & deuexa, siue valles caua. Montosis opponuntur aquabilia. Aridis opacae valles. Significatur ergo, in summa, nullum tota regione locum cladis illius immunem fuisse. Ceterum אֲרָצוֹת loca arida proprie significare Hebraeis, dilucidè ostendit lingua Chaldaea; quae ex Hebraica est nata. Nam quod pro australi plaga caeli eadem vox saepe vsurpatur: qua notione etiam hoc loco ab Aquila, Symmacho, & Chaldaeo interprete exponitur: id quadam translatione fit, & migratione in caussae locum. quia inde siccitas terrae prouenit, meridiani solis apricatione exsucta. Sed verbum אֲרָצוֹת Aseoth Lxx i i. interpretes, quos secutus est Latinus, quasi proprii loci cuiuspiam nomen, conseruarunt integrum. Iudaei interpretantur profluua: qualia colles fundunt videlicet. nimirum id Chaldaeam dicere interpretem autumant: cuius auctoritatem in plerisque sermonibus explicandis libenter solent comprobare. Reddidit autem Chaldaeus, pro אֲרָצוֹת hæc verba Chaldaica, חֲרָבָה חֲרָבָה Huc etiam illud addunt, quod,

Iudaeorum opinio refellitur.

וְשָׂרָפְאֵי

וְשָׂרָפְאֵי

Israélite vindicatur a crudelitate exstimatione.

Causa bellorum iniuste.

Dei iussa obsequanda.

Cades-barne.

קָדֵשׁ בַּרנֶּעָה

200 COMMENT. IN IOSUAM

quod, *וְשָׂרָפְאֵי*, apud Chaldaeos; quos dicebam ab Hebraeis suam linguam esse mutatos, significat, ut aiunt, effundere. Atqui debebant Iudaei intelligere, Chaldaeam interpretationem non fere vniquam vti verbo, *וְשָׂרָפְאֵי*, cum profuere, aut profundi aquam, vult dicere: sed *וְשָׂרָפְאֵי*. Id quod ab Elia Leuita Germano Grammatico acutissimo etiam est annotatum. Et errant sane pueriliter, cum, *וְשָׂרָפְאֵי*, existimant id esse Chaldaeis, quod, fundere, Latinis. Ea enim est vis verbi *וְשָׂרָפְאֵי*, cui Aleph in formula Hiphil, solet praeponi. Ego igitur Chaldaeam illis, quae produxi, verbis, significare voluisse puto; ea loca, quae à Graecis *וְשָׂרָפְאֵי* dicuntur, hoc est, ubi montes collesue in campos se porrigunt, proiciuntque. Nam porrectionem, siue proiectionem, aut effusionem loci eleuati, illa eius verba interpretor. Quae sententia misericorditer cum proposito consentit: atque etiam cum illo Deuteronomij loco, in quo idem verbum Hebraeum est positum, cum dicitur *וְשָׂרָפְאֵי תְּהֵי אֶרֶץ חֲמָדָה*. A Genesara usque ad mare solitudinis, siue mare campestre, mare, inquam, salsum, sub decliuitate, siue radicibus montis Phasga, ad Orientem. Sunt enim plerumque sic sita loca, ceteris cultiora, laetioraque: quia ex motuum destillatione rigantur. Sed quando *וְשָׂרָפְאֵי* Chaldaeis, proprie axis est rotae: vt ex interprete Chaldaeo, capite v. 11. tertij libri Regum constat: & Aquilas Ponticus idem verbum interpretatur excisum, vt est à Syro meo annotatum; atque etiam, vt meminisse videor, ab Hieronymo: non errauerit, opinor, si quis putet, in praesenti, verbum, *וְשָׂרָפְאֵי* significare conualles; quae montibus aut collibus interiectae iacent: siue quia illae quodam modo axis speciem praeseferunt, vt quae citimae sunt montium, colliumue vtriusque assurgentium partes; sicut axes rotarum: siue potius, quia quasi intercisus montibus factae videntur. Sanè hæc notio etiam appositissima est in Numeris, vbi verba ex libro bellorum Domini proferuntur huiusmodi. *וְשָׂרָפְאֵי תְּהֵי אֶרֶץ חֲמָדָה* videtur enim hic, *וְשָׂרָפְאֵי* pro fluminis alueo esse positum: qui tamquam conuallis est, assurgente vtriusque ripa. Conualles autem opponi rectè australi & aridae terrae; praesertim in calidis alioqui regionibus, quis dubitet? Sunt enim illae solo habere & semper læto: quippe quae satis ex montibus humoris accipiant: neque diuturno aestu affligantur, propter montium umbras. vnde tum opacae, tum virentes à poetis sunt appellatae. & à vulgo amoenae dicuntur. Si quis tamen Iudaeos sequi malit: neque eos à meis satis confutatos putauerit; fruatur is suo iudicio: & pro conuallibus, dicat in sacro texto; loca irrigua. Porro clausula huius versiculi, *Sicut praeceperat Dominus Deus Israelis*: ad leniendam apud posteros tantae stragis acerbitate addita videri potest. Quis enim animo sit usque adeo ferreo, vt non exhorrescat ad auditionem tam copiosi sanguinis humani profusi: dum in ampla, & populosissima regione, omnis aetas, sexus omnis, nullo discrimine iugulatur? quis eum in gente Hebraea animi rigorem, nò plus quam barbaricam, imò belluinam immanitatem esse censeat, nisi persuasum ei sit, illos non suam, sed Dei causam egisse; Dei vindictam administratos fuisse? Neque verò dubitatio vlla esse potest, quin eius numine id quoque effectum sit, quòd militum animi, ceteroqui nulla iniuria lacerati, nulla tamen misericordia labascerent: sed vno perpetuoque tenore ad innumeras illas, & quidem omnium generum promiscuas caedes, siue in homines imbelles inciderent, & supplices, siue in feminas, siue in mares, sufficerent durarentque. Non igitur illi aut priuatis odiis, aut imperandi libidine, aut denique cupidine praedae, quae solent plerisque mortalibus nefariorum bellorum esse causa; tam immanem crudelitatem exercebant: sed Dei iussa voluntatemque secuti, eam gentem, cuius ille multis iam saeculis, continuo auersentem impietatem, nunc autem omnibus modis perfectam, patienter sustinuerat; funditus perditum, & extinctum ibant. Dominus praeceperat: qui nihil nisi quod iustissimum, sanctissimumque sit, iubere potest: cuiusque imperium quisquis demutat, minuitue, ne dicam detrectat, aut respuit, scelus facit, quanto magis Israelitis nefas fuit, non modis omnibus ei morem gerere; quorum ipse Deus erat? hoc est, quos sibi ille gratuito in populum peculiarem delegerat ex omnibus totius orbis nationibus: ac tot tantisque beneficiis ornauerat. Et quod omnium bonorum caput est, qui leges ipsis praescripserat, quibus à ceterarum gentium foedissimis superstitionibus ad veram pietatem exculsi, non solum sancte viuendi rationem acceperant; sed etiam cum certissima spe vitae aeternae moriendi.

*Percussitq. illos Iosua, à Cades-Barnea usque ad Gazam, &c.* 41

C A D E S - B A R N E A extimam terrae sanctae oram claudebat à meridie. Id enim cum ex possessionibus Iudae ostendendis, tum ex Mosis verbis, quae extant in Deuteronomio, certum est. Sic enim illic suos alloquitur Moses: Perueneram ad Cades-barne: Et dicebam

Elia Leuita lib.

Deut. 1. v. 7.

3. Reg. 7. v. 33.

Numer. 21. v. 15.

Deut. 1. v. 22.

“ Et dicebam ad vos: Venistis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus noster dabit nobis. En obtulit Dominus Deus tuus in conspectum tuum ipsam terram: inuade, posside. &c. Illinc igitur, vt ex ipsis finibus missi sunt exploratores; qui mox ad Hebronem peruenisse, & rursus perlustrata terra illac ad suos regressi esse videntur. Chaldaeus pro Cades-barne, plerumque reddit Rekem-Gea. Quod est, si Latine dicas; Rekem superba, inclyta, nobilis, magnifica. Nimirum ille Petram nobilem Arabiae urbem vult significare: cui Cades-barneam fuisse confinem proditum ab Eusebio est in libello de loc. Hebraicis. Petram enim urbem Rekem esse vocatam, à quodam regulo suo Madianita nomine רקם, Rekem, auctor est Iosephus in suis Antiquitatibus. Opinor autem à Chaldaeo, Gea, hoc est magnificam & inclytam dici: tum quia per se vrbs egregia erat Petra, tum vt ab altera Rekem ignobili oppido distingueretur; quod situm erat in Beniaminiticis possessionibus. Porro Gaza erat olim, teste Strabone, mediterranea ciuitas. Distabat enim à portu passibus paullo minus mille. Fuisse autem potentem urbem, satis magno indicio est nomen ipsum: רקם enim est, ac si, duram, pertinacem, fortem, & multo robore firmam, dicas. Nam quod à Cambysa thesauris nomen acceperit, vt Mela libro primo suae Geographiae; nescio qua fretus auctoritate, prodidit, vanum profusum est commentum. Persae enim thesauros, non רקם, sed סוּזַנָּה vocant: nam quod Graeci pro Ain, Gamma scribere, id ad representandam eius literae anhelatam vocem fecerunt; similiter atque in Gomorrhæ: & pluribus aliis. Ceterum quo tempore Christus in terris versabatur, desertam fuisse Gazam, ex Actis Apost. constat. Nempe, vt scriptum est apud Curtium, Alexander eam, geminato suo periculo, euerterat actis cuniculis. Atque ex eo tempore desertam mansisse ad suam usque aetatem, Strabo testatur. Sed augustissimi Imperator Constantinus nouam exaedificauit; verum maritimam, ad portam Maioniam, vt Sozomenus scriptum reliquit. Exstatque etiam nunc illic forum rerum venalium, celebre quidem, & amplum, nomineque veterem Gazam referens; quamquam non nihil, vt tempore fieri affolet, mutato. Gazera enim nunc dicitur à vulgo. Sed non in ipso maris litore; verum, vt per fossam merces facile scaphis vltro citroque conuehi possint. Abest autem Gaza circiter sex millib. pass. aut eo amplius, ab Ascalone, secundum maris litus ad Austrum recedens. Atque vt olim, ita nunc quoque Palaestinae terminus & extremitas habetur, versus Aegyptum. Inde enim secunda mansio in desertum Aegypti, quod Albiset nominant, peruenitur. Sed de Gaza hactenus cuius distantiam ab Ierusalem; & planè situm omnem; quantum certè, ad ea quae nunc tractamus, illustranda, satis sit, ex iis facile quiuis intelligat, quae nuper de Ascalone, ex Romanorum descriptis itineribus, siue Antonini libello, produximus. Descriptionem autem istam, ex Cades-barne ad Gazam, orae australis Chanaanæ partem magnam terminatam, tum videbimus, cum Iudaeae totius fines constituentur certis limitibus. Sed Gosen fuisse urbem in montosis Iudaeae locis positam, intelligemus ex capite x v. Quo autem existerit loco, non satis certis potest argumentis ostendi. Apparet tamen circumiacentis agri bonitate celebratam fuisse. At enim Gazam non cepit, nedum vastauit, ac ne tentauit quidem Iosua, vt proximo audiemus capite. Quippe non habebant eam Chanaanæ; sed Philistini, gens ferox & valida, quam oportebat post Iosuae mortem infestis armis subinde Israelitarum turpia otia interpellare. vt suo loco explicatum est. Similiter neque Gabaonem vel cepit vel vastauit: quia se ipsi dederant Gabaonitae. Ea quoque causa est, cur addita sit illa clausula, *Et usque ad Gabaon.*

Isoph. antiq. lib. 4. cap. 5.

Pompon. Mela lib. 1.

Act. 8. v. 26. & Curtius lib. 4.

Strabo 162. b.

Numer. 13. v. 28.

רקם Recem. Petra Arabica.

רקם Gaza.

Graeci pro Ain, scribunt Gamma saepe.

Sozomenus.

Gazera.

Albiset.

רקם Gosen.

42

*Omnem autem istos reges & ditionem ipsorum, &c.*

Q U O D conuerti, *וְשָׂרָפְאֵי*, Hebraice est, רקם גֵּזַן, Id Chaldaeus interpretatur, vno tempore. Symmachus, vno impetu. Et hunc secutus est Latinus. Quòd si verbo reddendum sit verbum, dicas, vno incessu. quo loquendi modo etiam vulgus vti solet; cum rem quampiam vna continuaque opera facile actam esse significat. Continuata igitur expeditione res ista omnes à Iosua gestae sunt, postquam semel Gabaonitis suppetias venire cepisset: neque vsquam longa obsidione morae multum est interpositum. Victoriae igitur gloria istis verbis augetur, per contentionem angusti temporis, cum rerum gestarum amplitudine. Et de victoriae magnitudine, tum potentia Dei, tum eius erga suos benignitas conicitur: cuius ope atque fauore tot reges, tot vrbes ditionesque tantillo temporis spacio deuicerunt Israelitae; vt minore ne visere quidem potuissent; si non hostes, sed amici fuissent. Nullae ergo res humanis rationibus tam videri difficiles possunt, vt nò facillimè in iis promissorum suorum ille munus possit exsequi. Nota est omnibus exploratorum

Deo nihil difficile.

torum Moſis oratio ; cum reuerſi , apud populum , & vrbes barbarorum munitiffimas , & gentem ferociſſimam potentiſſimamque deprædicarent : ſequè tamquam locuſtas viſos eſſe , prævt illorum hominum vaſta corporis moles fuiſſet , clamitarent : viſque eò , vt deſperatione regionis promiſſæ potiundi , de repetenda , infeſtiſſima ſibi Ægypto omnes tandem cogitarent , conſiliumque caperent . Sed quid contra hæc ad Iosvã Deus ? Omnem , inquit , locum , quem calcabit planta pedis veſtri , cum vobis dedi . Neque conſiſter quiſquam aduerſus te . Quàm autem iſti promiſſo Deus prolixè iam ſatiſfecerit : & quàm faciliè inuicta illa , vt videbantur , hominum monſtra , vrbeſque inexpugnabiles & vicerit , & expugnauerit , expediſſima iſta expeditio nobis poſuit ante oculos . Quare eſt , quod huiuſmodi exemplis confirmati , magnis , atque excelſis animis ſumus , aduerſus ea omnia , de quibus victoriam in manu noſtra fore , ſi ſtrenuè ſub ſuo ſacramento militauerimus , pollicitus eſt Deus . Non enim nos fruſtrabitur , etiam ſi mundus ipſe ſuperandus ſit ; atque adeò vincenda mors , omniũ acerrima , terribiliſſimaque ; vt videtur , naturę hoſtis . Porro iſtiuſ verſiculi clauſula , Nam Dominus Deus Iſraelis pugnat pro Iſraele , cauſſam affert manifeſtariam , cù narrationi , ceteroqui incredibili , fidem abrogare nemo debeat , vel res tantas militum virtuti arrogare . Nam cum Iſraelis Deus nominatur , teſtè omnia , quibus ille adhuc , Iſraelitarum gratia , rerum naturæ vim fecit , miracula in memoriam reuocantur . quæ quiſquis ſecum reputat , profectò haud ille iſtum expediſſimæ victoriæ ſucceſſum , ſupra infinitam Dei potentiam fuiſſe exiſtimauerit . Sed cum pugnare Deus pro Iſraele dicitur , non debemus Iſraelem tamquam otioſum pugne ſpectatorem , cogitatione fingere . Verùm exiſtimare , Deum , audaciam , vires , voluntatem , atque omnino proſperum ſucceſſum ſuis ſuppeditare : hoſtibus verò , metum ac trepidationem , ignauiam , inertiam , atque planè aduerſa omnia obiicere . Chaldæus iſtum verborum ambitum reddidit *ὁ θεὸς ἔρχεται* , hiſ ſerè verbis . Quoniam Dominus Deus Iſraelis per verbum ſuum belligerabat pro Iſraele . De quo loquendi genere ſemel ſatis multa diximus .

Omnia diffi-  
cillima, Deo  
aduatè poſ-  
ſumus ſupe-  
rare, qui nos  
numquã fallit  
promiſiſſi.

Deus Iſraelis.

*Reuerſusque eſt Iosua, & cum ipſo omnis Iſrael in caſtra, &c.*

43

Hic poſtremus verſiculus eſt etiam decimo quinto loco poſitus : ſed quàm aptè , diximus illic . Certè dubitatio nulla eſſe poteſt , quin domicilium ei proprium ſit in hoc loco . Non ergo rectè eſt etiam hic à Lxxi. interpretibus omiſſus . Neque enim nunc ſuperuacaneus videri poteſt . Significat enim , exercitum , maxima , quod eſt credibile , præda onuſtum , poſtquam ad extimam Chananæ oram tranſcurſum eſſet , ad ſtatiua eſſe reuerſum . Nimirum vt paullisper corpora reficerent , cõiuges natoſque reuiſerent , ſpolia apud ſuos deponerent : denique ad nouam expeditionem ſeſe compararent .

ANDRÆ MASII COMMENTARIORVM  
IN IOSVAM CAPVT XI.

*Porro cum audiſſet Iabin, Rex Haſor, &c.*

123

In huius capituli initio conuertendo longè videntur Lxxi. diſceſſiſſe ab Hebræo , iudicio ne , an aliis libris abducti , incertum eſt . Nam pro *בְּצֵדָה* , quod eſt , à Septemtrione , dixerunt , à Sidone , quaſi *בְּצִידָה* olim ſcriptum fuerit . Et pro *בְּנָב* , quod eſt , australis regio , reddiderunt *בְּנִינְוֹן* . ac ſi legerint *בְּנָב* . Niſi exiſtimare velimus , Sidonem , urbem celeberrimam , pro Septemtrionali plaga dicere eos maluiſſe ; cum eſſet illa , proſus aquilonaris tum Haſori , tum etiam Galgalis : verbum verò *בְּנָב* omiſiſſe , cum australis regio ſatis indicaretur mentione Genefarę . Eſt enim Genefara Haſori australis . Ad cetera verò quod attinet , in quibus illi interpretes hic diſſentiunt à noſtra tralatione , ſunt ea ex interpunctionibus nata , aliis quàm nunc in Hebraicis libris habentur . Nam illud *בְּרֵכָה* , hoc eſt , à mari , bis illi coniunxerunt inſequenti orationi , cum pertineret ad præcedentem . Porro verbum *בְּרֵכָה* Araba , quod Lxxi. vt nomen loci conſeruarunt hic , poſt interpreta- buntur , Occidentem ; Aquilas verò , pro eo reddidit hoc loco *τὸ δμαλλῶν* , Symmachus *τὸ πλάγιον* . Ego Aquilam ſecutus ſum ; planumque dixi : quod id mihi videretur montolis eſſe locis oppoſitum : neque enim neſcio , aliàs ſæpè , pro locis incultis uſurpari . Rurſus illud *בְּפֹת דֹר* exiſtimauerunt Lxxi. , eſſe loci appellationem propriam ; ipſamque expreſerunt vocem , cum dicerent *ναφθολὸς δὲ* , vt eſt in bonis libris ſcriptum . At Symmachus conuertit *τὸ ἀνατὼ τῆς θαλάσσης τῆς δὲ* . litus maris Dor . Neque opinor omnino malè . Nam & Chaldæus & Kimhi verbum *דֹר* , ſic accipiunt , tamquam terminum , oram ,

*בְּרֵכָה*

Naphoth dor.  
*בְּפֹת דֹר*

Chaldæus.  
R. David  
Kimhi.

*Infra v. 16.*

*Infra v. 3.*

oram , regionem ſignificet . Et profectò Hebræis *גִּלְגַּל* terræ tractum eſſe , quem Germani , *glend/ & gegne/* ſive *glagenhept/* dicimus , mihi certè conſci planè videtur Davidis verbis , cum ille montem Zionem laudans , eum appellat *גִּלְגַּל* : vult enim dicere , eum eſſe ſitu ipſo pulchrum ; ſiue in amœno terræ tractu poſitum . Quin eos terrarum tractus , quos Græci *κλιματα* , Iudæorum vulgus vocat *נוֹפֵת* . Sed de vocabulis hæcenus . iam ad ſententiam ſacri texti veniamus . Cum audiſſet Iabin Rex Haſor , illam videlicet ampliffimam victoriam communium hoſtium Iſraelitarum ; quæ ſuperiore eſt capite expoſita ; mittebat ad omnes eos reges , cum quibus ſalutis periculique ſocietatem dudum coiuerat . vt in capitis noni initio dicebamus . Erant autem illi reges ; quotquot ferè inde ab Ierolymorum regis ditone , per ſuperiorem Chananæ partem paſſim dominabantur . vt enim nuper vniuerſa australis plaga Iſraelitarum armis ſubacta eſt , ita nunc non minus glorioſa atque ampla , per omnem aquilonarem regionem adornatur eorundem victoria . Cur autem Iabin ceteros ad arma primus conuocaret , cum ab eſſet ipſe à periculo longius , cauſſa eſt ; quòd eius vrbs in illis regionibus obtineret principatum , vt mox dicetur . Verumenimverò , prius quàm pergamus , expendendâ nobis paullisper eſt admirabiliſſima Dei benignitas ; qua Eccleſiæ ſuæ res ita perpetuò moderatur atque gubernat ; itaque humanam imbecillitatem , tamquam manũ , ducit , vt diuinæ eius providentiæ conſilio noſtri arbitrij facultatem , quantulacumque ea in nobis eſt , accommodare vbiq; poſſimus ; & quod bonum probumque eſt , illius freti auxilio patrare ; niſi noſtræ vitioſitate contra retractemus , tergiuerſemurque . Quis neſcit , quæ ferocitatis exiſtimatio opinioque de gente Chananæ , atque adeò difficultatis rerũ omnium , peruagata multo antè fuerit apud Iſraelitas , quàm ad Iordanem perueniſſent ? Igitur ne cuiuſquam animus nimio metu cõcideret , atque ad diuerſa conſilia ſpectaret , ille expugnandis primũ , viuo etiam tum Moſe , duobus regibus Amorrhæorũ , qui cis Iordanem dominabantur ; tamquam velitatione quadam , ſuorum fortitudinẽ exercere autè voluit , quàm in Chananæ eos introduceret , rumoribus terribilẽ . Deinde hoſtis trepidatione per ſpeculatores Iosvæ nuntiata , animos ſuis maximos addere etiam : atque rumores illos , quos dixi , proſus extenuare , aut extinguiere potius . Inſuper in ipſis traiciendis tantam ſuam potentiam omnibus manifeſtam facere : vt iure quiduis , tali auſpicio audere deberent . Iam verò traiciētibus , nullum ſe hoſtem opponere ſinit : nullum circumſiſſione faucis etiam ; aut diẽ feſtum agitantibus ; vt dum antè terra ipſa potiuntur , quàm hoſtem vident , paullatim ſeſe confirmant ipſi ; animoſque ſumant . Porro in belli principio , cum de oppugnanda Ierichunte deliberatur , ipſe præſentiam ſuam patefacit Imperatori ; armatumque ſe offert , tamquam paratiſſimum ducem , & præmonſtratorem . hoſtem verò intra mœnia cohibet , ne vel conſpectu quemquam terreat . denique ipſus urbem expugnat . Dehinc ad Hai tale ſuis ſtratagema comonſtrat , vt non niſi cum auerſis hoſtibus pugnam conferere debeat . Denique vbi iam Haienſi victoria confirmatus , cum pluribus ſimul regibus committendus eſſet exercitus , primũ ipſe admirabili terrore hoſtium animos conſternat , ipſoſque in fugam vertit : deinde cœleſti grandine proſtigat , occiditque : & ſolis etiam inſigni miraculo , auſpicio ſanè optimo , ſpem certiffimam felicis euentus omnibus facit . Poſtremò , cum iam illud victorioſiffimum bellum eſt conſectum ; non prius novos ſe hoſtes mouere patitur , quàm ſui ad ſtatiua cum ſpoliis ampliffimis reuerſi , vires animoſque probè recreauerunt . Et quamquam illa nupera victoria ſatis iam per ſe animati eſſe , ac meritò turpis ignauiz timiditatisque damnandi videri poſſint , ſi poſthac ſibi à Chananæis timeant : tamen rurfus antè , quàm in expeditionem educantur , ſpem certiffimam victoriæ iniicit . Et quo minus dubitent , quid victis hoſtibus fieri velit , præſcribit , tamquam conſtituta iam victoria . Nimirum ea eſt noſtræ fidei imbecillitas ; vt continuò aliis , atque aliis Dei adminiculis egeat : neque vniquam ſe queat ſuſtinere ipſa ; vt ſatis firmè diuinis promiſſis inſiſtat . Fuiffet quidem Deo nihilo difficilius , vniuerſos ſemel Chananæos per ſe exterminare occidereque , & ſuos Iſraelitas in terræ promiſſæ poſſeſſionem vacuam , & tamquam caducam mittere , quàm ſic alios poſt alios aggredi . Sed habenda erat infirmitatis fidei Iſraelitarum ratio : quos oportebat per liberæ volũtatis aſſenſionẽ diuinæ ſubferuire gratiæ ; qua gratia patraru præclara illa facinora ibat ; vt ipſoru ea virtus propria etiã eſſet . Nam vt ſacrarũ rerũ interpretes loquuntur , Deus quod bonũ eſt in nobis , nõ ſine nobis operatur : ſed vnã operantibus nobis . Et doctiffimus ille Clemens Alexandrinus , ſic eſſe ſcribit ,

Dei benignitas, qua nos ad ſuam voluntatem ipſe ducit, vt diuinæ Arbitrium liberum.

Quo ſenore moderatus ſit Deus res Iſraelitarum.

Imbecillitas fidei humane.

Quomodo noſtrum arbitrium operatur vna cum diuina gratia.

*Anceſſi ad Sinuſe. lib. 1. quaſt. 4. Tit. 4. C. 1. Alex. Strabo. lib. 5.*

Bernhardus.

scribit, *ψυχῆς αὐτῆς ὡς λόγῳ συγκαταθεῖται*; hoc est, libera animæ assensionem ratione constitutam. Cui stipulatur Bernhardus, cum ait: Quod à solo Deo, & soli datur libero arbitrio, tam absq; consensu esse nõ potest accipiētis, quàm absq; gratia dantis. Quin ipse etiã Cicero hoc ingenij sui lumine vidisse videtur. Contendit enim, vt peccatũ nullũ esse nostrũ sine assensione, ita neque virtutem posse. Assentiri autẽ, & diuino cõsilio auxilioq; operam nauare, atque, vt Gregorius ille Theologus loquitur, ipsa sua voluntate, ea, quæ Deus suppeditabat, virtutis femina excolere haud illi quiuissent; si rerũ gerendarum diffidentia, præ difficultatis opinione, laborassent; alioq; mentem, quàm quò à Deo vocabatur, auertissent. Hoc est, si nõ certa fide in promissis Dei acquiescissent, seque totos ad illa applicassent. Sed reuertamur ad sacra verba. Quando iã, vt dixi, in ea Chananæ parte versamur, quæ Galgalis est aquilonaris, certũ est, eius Hasoris esse mentionem, quæ haud procul à Cedese posita fuit, in superiore Galilæa, quam Gentiũ vocat: à qua Hasore capi illi habuere nomẽ, inter ipsam & Cedese iacetes, in quibus Ionathas Machabæus singularis suæ fortitudinis specimen aduersus Demetrij copias aliquando edidit; vt à Iosepho proditum est, atque etiam in Machabæorum historia scriptum: in qua mendose vulgò legitur, *νασὼρ*, pro *ασὼρ*. Fuere enim aliæ etiam Hasores in Iudæa hereditate, quæ suo loco ostendentur. Sunt qui existimant hanc nostram, fuisse Tobia patriam, quod mihi nõ sit verisimile. Habebat enim Tobia vrbs, quæ à *LXXII*, *Θηβῆς* vocata est, (sic enim scribi debet, pro *Θηβῆς*) habebat, inquam, patria Tobia urbem Sephet, vt est in Latino Tobia scriptum; atq; Cedese Nephthalim, vt in Græco, (est enim illic *νεφθαλιμ*, pro *νεθθαλιμ*, legendũ) à sinistris, at nostra Hasor istarum vrbũ vtramq; spectat à dextris. Est autẽ in Regum historia de Hasore memoriã proditum; captã eam esse à Theglath-phalasar, vnã cum vicina Cedese, cum ille Nephthalimitas solum vertere, atque in Assyriam exsulatum abire cõgeret. Sunt qui dicunt, vrbis istius olim potentissimæ vestigia adhuc extare, circiter *xx* millib. pass. à Tyro, ad Orientem versus, alij *xxi* v. millium pass. dumtaxat id intervallum faciunt. De vrbe Madon nihil dum habeo ex sacra historia comperti, quo loco sita fuerit, non est enim celebrata. At Samaria celebratissima, & planè trita. Dedit enim ea toti regioni nomen, quæ inter Iudæam, Galilæamq; interiaccens accuratè est à Iosepho descripta in opere de bellis Iudaicis. Sed vnde id nomen accepit ipsa, disertè proditum est in Regũ historia, his ferè verbis. Anno tricesimo primo Regis Iudæorum Asa imperabat Amri Israelitis, duravit autem huius imperiũ an. duodecim. Nã cum Therfa regnasset an. sex, emit montem Semeris à Semere, duobus talentis argenti, eumq; cultũ reddidit ædificiis, & urbem, quam sic extruxerat, appellauit Samariam de nomine Semeris, cuius fuerat mons ille. Hæc sacra historia. Ceterũ montẽ istũ, in quo exædificabatur ab Amri Samaria, cum pedẽ illius muro per ambitum cinxisset; ea esse forma narrat oculati testes, vt coni pinus planè figuram referat. Eius summũ verticem arx habitatioque regis occupabat; reliquas vndiquaque partes ciuiũ ædes confertim cooperiebant: vt totus mons pulcherrimæ vrbis, ex densis compactæ racemis speciem vndiquaque representaret. Fuisse autem munitissimam, & propè inexpugnabilem testata res est. Nam Benadad quidem, quantumuis longa obsidione, nullo modo, Salmanasar verò, demum postquam per triennũ circumfedisset, capere eã potuit. capta autem, decem tibus abduxit in Assyriam: quarũ illa iam diu regia fuerat. Rursus posteris temporibus, sacrilegus ille Hyrcanus, qui Davidis sepulchrũ recludere ausus, ter mille talẽta inde sustulit, annali demũ obsidione ad extremã famem redactã expugnauit, soloq; æquauit. Quam deinde magnus Herodes denuò exædificatã, Sebasten nominauit, cum multis modis Augusti gloriæ & laudi studeret. Eius ciues semper fuere ab Iudæorũ ritibus alieniores, ex quo post Solomonis excessum semel ab his defecerunt. Nã praterquã quod hoc ipsum discidiũ animos illorũ vehemẽter primũ abalienauit, plurimi etiã peregrinẽ religionis homines illuc post immigrarũt, à Salmanasare, siue Senacherib, tamquã colonia quædã, missi, quos *Κουθαι* appellant Iudæi, hoc est, Cuthæos, à flumine *Κουθα* Cutha, cuius fuerant illi in Perside accola; vt scribit Iosephus. qui plura prodidit de ista gente extremo libri noni suarum Antiquitatum. Et multa quoque R. Abraham Leuita, libro suæ Cabbalæ; quo ante annos abhinc plures quàm quadringentos luculenter est suæ gentis historias profecutus. Sed de Cuthæis hæctenus, quos ego suspicor Cossæos à Diodoro Siculo esse nominatos, quamquam is in Mediæ montosis locis hos collocauerit. Nam & Iosephus non ex Perside solum, sed simul etiã ex Mediã Cuthæos emissos fuisse ait. Porrò Samaria exstabat circiter quatuor aut quinq; horarum itinere à Sychem versus Ortum ferè, Therfa

Hasor. Cedese Galilæe.

Madon. Samaria.

Hyrcanus.

samaritani alieni à ritibus Iudæorum.

Cuthæi.

Iosephus. R. Abraham Leuita.

Cicer. Acad. dem. lib. 1. Nazan. de nat. lib. Christi. & rursus Apolog. 12.

Ioseph. antiq. lib. 13. cap. 8. 1. Mach. 12.

De Theb. vide Iudic. postea erat uos prociã à Sychem, ad orientem. 4. Reg. 15. v. 29.

Ioseph. bell. Iudic. lib. 3. cap. 2. 3. Reg. 16. v. 24.

4. Reg. 6. v. 24. 4. Reg. 17. v. 5 & 6.

Ioseph. antiq. lib. 13. cap. 17. & lib. 15. cap. 10.

Diodor. Sicul. lib. 17. sub extremum.

Therfa verò, quæ ante conditam ab Amri Samariam fuerat regũ Israelitarum sedes post secessionẽ, quam diximus, aberat à Samaria circiter trium horarũ itinere, versus Vulturum, in edito monte etiã ipsa conspicua; vt ait Burchardus. Porrò vrbs Achsaph fuit Aseritarũ terminus ad Septemtrionẽ, aut potius Circium, supra Hasor. Quare error est in libello de loc. Heb. cum villa Chafalus substructa illius vestigijs dicitur, quæ exstat ad radices môtis Thabor; millib. pass. octo dumtaxat à Diocæsarea, hoc est, Sephori. Multo enim longius ad Septemtrionẽ recessisse Achsaph intelligemus ex iis locorum descriptionibus, quæ cap. XIX. ponentur ante oculos. Quin scriptum alibi in eodẽ libello est, Chafalum repositum, vrbe Achsaph, in Issacharitarũ ditione posita. Rursus minus quidẽ longẽ, sed aberrant tamen etiã illi, qui hanc nostrã Achsaph collocant nouies millesimo passu à Ptolemaide, qua Tyrũ iter est. Illa enim vrbs Achziph, nõ Achsaph, nomẽ habet. Sed hæc alio iterum loco disputabuntur. Illã verborum coniunctionẽ, *Et ad reges qui erant à Septemtrione*, existimo continere vniuersitatẽ eorum regũ omnium, qui istam Chananæ partẽ suis ditionibus obtinebãt, de qua in præsentĩ agimus. eamq; deinde vniuersitatẽ diduci atq; distrahi diuersorũ locorum qualitatibus, vt sic dicã, nominatis. Illud enim, *in môte*, ad eos reges qui in Libano, aut ad Libanũ regnabant spectare. hoc enim etiã Iosephus sentire videtur. Illud verò, *in plano*, ad superioris Galilææ dominos. Aut si mauis, hanc etiam particulã esse vniuersẽ positã, pro iis regibus omnibus, qui plana loca vsquã in ista Chananæ parte habebant. Ea; deinde loca plana diuidi in ea quæ ad Meridiẽ siue Generarã spectabãt. (est enim Generara Libano australis.) & in ea, quæ ad Vallẽ illustre pertinebãt; siue regiam. Nã est hæc summior secundũ Iordanis ripam porrecta. Deniq; in ea quẽ in Doræ regione iacebant; sub Carmelo videlicet, & versus Cæsareã Palæstinae. Quod ego Generaram conuertit, est hoc loco in Hebræo positũ numero plurimum, *קנרות*. Et quia hoc insolens est; existimat Kimhi idẽ fieri, vt nõ solum vicinissimos, atq; adiacetes illi stagno campos nores; sed etiam paulullum remotiores, pari glebæ bonitate fertiles. Est enim illud vbertatis vocabulũ, vt alio explicatum est loco. Omissæ sunt autẽ, vt videtur, Præpositiones, in illis verbis, *קנרת קנרת*, dicendumq; est, *קנרת קנרת*; similiter atq; paulo post est scriptum, *קנרת דור קנרת*, in regionibus Doræ à mari, siue ab Occidente. Mare enim in describenda Chananæ Occidentem significare, peruagatum & tritum est. Doram autem Generarã ad Occidentem versus obiacere, ad litus maris mediterranei, inter Carmeli promontorium, & Palæstinae Cæsaream, meminĩ me etiam alibi dicere. Stephanus masculino genere *δωρος* dicit, nisi mendosus liber est. Plinius neutro, Dorum. Terminabit ea vrbs hereditatem Manassensium. Generara lacus, aliãs Tiberiadis mare, interdum etiam Taricheæ vocatur. Habet enim ab Occidente insignem urbem Tiberiada: à Meridie verò Taricheam. Longus est, si verum dicit Plinius, pass. millia sedecim, latus verò sex. Sed crit de costæpius dicendum. Quæ porrò versu tertio dicuntur, *Chananaeos ab Oriente, & à mari & c.* ipsa continent gentium earum nomina, quarum regulos fuisse à Iabin euocatos, vniuersẽ dictum iam est. Illustratur enim, vt victoria, ita Dei gloria, tot gẽtium simul deuitarum enumeratione. Sunt autem ea sex, quas præcipuẽ Chananæam tenuisse est notissimum. Fit autem mentio Chananæorum qui ad Orientem, & qui ad Occidentem habitauerunt. Quia, vt exploratores referunt in Numeris, Chananæi vocabãtur, quasi proprio nomine, qui ad Iordanem incolebant. is autem Orientis nomine hoc loco significatus est. Et qui ad mare, quod Occidentem diximus notare. Sed redeat hĩc lector in memoriam eorum, quæ de Chananæis prolixè differuimus initio capitis quinti. Amorrhæi verò, Hettæi, Pherezæi, & Iebusæi, tamquã montium incolæ recensentur. Nam de tribus quidem hoc ipsum est ab illis Mosis speculatoribus relatũ. Pherezæos autẽ habitauisse circa Samariam, certũ est, quæ loca, etsi non planè aspera, at certè montosa esse cõstat. Cur autẽ præcisẽ Heuæi sub Hermone nominarentur, hæc ratio est, opinor: Ne quis existimare possit, Gabaonitas cũ istis se hostibus cõiunxisse: quos nuper dictũ est, Heuæos fuisse. Est autẽ Hermon iste Libani pars, versus Orientem, supra Iordanis fontes, atq; ad Trachonitidẽ pertinens: vt dicitur ad versic. xvii. Ceterũ alius minor Hermon exstat apud fluuiolum Chifon, non procul à monte Gelboe. Habitasse autẽ Heuæos in illo Hermone, proditũ est Iudicum historia, his ferè verbis: Et Heuæus incolẽs montẽ Libanum, à monte Baal-Hermon, vsq; ad aditum Hamath. Idem enim mons est, Hermon, & Baal-Hermon, atq; etiam *שניר*, Sanir, & *שרון*, Sarion, & *שרון*, Siron, quarum appellationum rationes, idoneo loco, si vita suppetet, conabor explicare. Errat ergo nimis longẽ Kimhi: qui locum Maspha; cuius hĩc est mentio; eum esse statuit, ad quem Israelitæ conuenire saepe

Thier. Achsaph.

Diocæsarea, quæ & Sephori.

Generara. Vallis illustris.

קנרות R. David Kimhi.

Doræ.

קנרת Generara. Tiberias. Tarichea.

Chananaei.

Pherezæi.

Heuæi.

קנרת

Hermon. Chifon fl. Gelboe mons.

בצל קנרת

שניר Sanir.

שרון Saron.

R. David Kimhi refellit.

מספה Maspha.

Num. 13. 30.

Ios. 12. 5.

Iudic. 3. 3.

sæpe solebant, faciendorum comitiorum causa; non procul ab Rama positum. Aberat enim Rama stadiis dumtaxat quadraginta ab Ierusalem; si Iosepho credimus. At ista nostra Maspha ad Libanum pertinet, qua parte ille spectat Orientem.

Et egressi sunt illi, & omnis exercitus ipsorum &c.

Arena litoris maris.

LXXII. videntur,  $\text{ספריה}$ , legisse, pro,  $\text{ספריה}$ . Reddiderunt enim, βασιλεις, & affixum pronomen ad sex memoratas gentes spectare putarunt. cum potius reges ipsos demonstraret. Ceterum illa collatio hyperbolica de arena litoris maris, familiaris admodum sacrae historiae; qua innumera hominum multitudo significatur; pertinet ad ampliam victoriam: & simul terrae fecunditatem mirifice commendat; quam Abrahami se daturum femini promiserat Deus; quod ipsum quoque terrae pulveri par futurum esset innumerabilitate.

Numerus copiarum hostilium.

Cum igitur impia gens tam illic fecundè sit propagata, ut infinitate conferri possit cum arena maris; quis metuat, ne angustiores illi fines sint, pro innumerabili sobole promissa Abrahamo? Iosephus in suis antiquit. definit ille quidem istarum copiarum numerum, ter centum peditum millibus, decem equitum: & duobus currum, aut, ut Zonaras, sed male, opinor, legisse videtur, qui hunc Iosephi locum compilavit, triginta millibus currum. Sed fides penes auctores esto. Certè liber Iudicum memorat, solius regis Hasor praefectum Sisaram, nongentos currus falcatos, siue ferreos; hoc est,  $\text{σπερμιφορα αρματα}$ , ut à Xenophonte vocantur, in bellum produxisse aduersus Israellem.

Currus ferrei.

77

Verbum,  $\text{קח}$ , quod hic patendi formula expressum est; non simpliciter, sed de compaeto congregari, siue coire, significat. Ideoque dixi, cum Chaldaeo, *Congregati sunt statuto tempore*. Posset autem in hanc quoque sententiam interpretari: pactis, siue sponsonibus mutuuum inter se obstricti sunt. Nam & pacisci verbum illud,  $\text{קח}$ , significat: & Aquilas, Symmachusque;  $\text{αμολογησεν}$ , hoc est, pacti sunt, reddiderunt. Et fortasse idem dicere voluerunt LXXII. quoque, illo suo verbo,  $\text{σωεελαον}$ , quo hic vtuntur. Nam quod in Vaticano codice est,  $\text{σωηηλδον}$ , id supposititium esse puto, & ab aliis de Hebraeo expressum; quibus illud quod apud LXXII. legebant, non satis placebat. Certè Syrus legit  $\text{σωεελαον}$ . Ceterum ubi fuerint aquae Merom, coniectura nodum assequi satis potui. Eusebius libello de loc. Hebr. existimat haud procul à Dothaim abfuisse, hoc est, millib. pass. x i i. à Samaria ad Aquilonem versus, quia illic loci etiamnum vicus existat nomine Merus. Atque hoc secutus, opinor, Iacobus Ziglerus, paludem Merum vicinam locat ubi Beth-san: neque ab ea ultra tria pass. millia abesse versus Occidentem significat, ubi proximè. Iosephus verò ad Merothum (sic enim legendum censèo, non Berothum.) superioris Galilaeae oppidum, coitionem hanc factam scribit. Nimirum statuit ille, Aquas Merom, vrbeim quamdam, non lacum esse. Rursus alij contendunt, paludem Samachonitidem dici Aquas Merom, de qua dixi capite primo, ad versiculum secundum. Ego certi nihil possum constituere. Videntur quidem Barbari eo animo ad Aquas Merom copias coniunxisse, ut inde acie instructa continuo impressionem facerent in Israelitas. Sic enim est in sacris verbis: *Et simul castra fecerunt ad aquas Merom ad pugnandum cum Israele*. Ad hoc, Deus, cum Iosiam victoriae fiducia animat, vnus dumtaxat dici moram ad conflegendum vincendumque interponit, quantum certè apparet. Ex his autem illud confici videtur: haud longo à statuius Israelitarum abfuisse interuallo eum locum. Sed facile respondeat Iosephus, ceterique, qui aut apud Samachonitidem paludem, aut certè alibi in superiore Galilaea coiuisse regulos arbitrantur, dicantque illud, *ad pugnandum cum Israele*, de administrandi belli consilii esse accipiendum, quae inter se Barbari conferre debebant prius, quam versus hostem venirent, finibusque eius appropinquarent. Iosuae verò spem craftine victoriae Deum dedisse non in ipsis castris ad Galgala, sed hosti obuiam iam tum longè progresso cum exercitu, atque magis magisque sollicito de belli euentu, cum quò accederet propius, eò certiores continuo nuntios acciperet de tanta aduersariorum, tamque instructa multitudine. Et certè hanc habuisse opinionem Iosephum, id argumento satis magno esse potest, quòd quinto tandem die è Galgalis Iosiam hostibus superuenisse scribit.

Aquae Merom.

Ziglerus.

Samachonitis palus.

Dicebat autem Dominus ad Iosiam: Ne metuas &c.

ספריה

CASOS, est Hebraicè,  $\text{ספריה}$ . hoc interdum occisos, sæpe etiam vulneratos modò, aut magno dolore faucios significat. Mihi cum Chaldaeo & Symmacho hic, occisos dicere placuit, Latino cum LXXII, vulneratos. Sed enim parum refert, in castris ne ad Galgala morantem etiamnum Iosiam, an verò, ut erat vigilantissimus Imperator, ad famam venientis hostis; aliquo vsque iam tum illi obuiam cum suis egressum hac suauis spe victoriae confirmauerit

Ios. ant. l. 2. c. 22.

Ios. ant. l. 5. c. 22.

Ios. ant. l. 5. c. 22.

Sup. c. 10, v. 8.

Iob. 4, 19.

Psal. 12, 1.

Apo. 3, 6. Iob. 11, 14.

Apo. 5, 9.

Deut. 17, 16.

Ps. 147, 10.

Ps. 20, 8.

Num. 31.

Origen. in Ios.

firmauerit Deus. Illud sanè apparet; in metu ipsum fuisse, nimirum ob immensam Barbarorum multitudinè; atque inusitatum belli apparatus. Equitatus enim maximus, & falcati currus merito formidabiles erant peditatui, praesertim nudo. quales fuisse maximam Israelitarum partem, est credibile. Hic in memoriam redeat lector eorum, quae sunt à nobis dicta ad versiculum octauum superioris cap. Possunt enim illa appositissime ad hunc quoque locum accommodari: loquor de sanctissimorum virorum metu: & de consolationis oraculo; quo id modo ediderit Deus. Debet autem nos huiusmodi rerum narratio admonere, quàm parum firmam habeamus omnem confidentiam in Deo; nisi eius continua nos fulciant responsa. Sæpe antehac sponderat Deus, nullos fore hostes, qui vel conspectum Israelitarum non vererentur. idque verissimum esse, re ipsa compertum iam multis modis habebant. Et tamè perinde ac si suo adhuc Marte vicisset Imperator, diuinorum promissorum si non oblitus, at certè immemor, de suis viribus, non de potentia Dei, cogitare videtur; suasque vires cum illo tanto hostium apparatu contendere; vir alioqui Spiritu sancto plenus. neque satis potest; ut apparet; noxiã anxitudinè; quã caro ingerit, Dei fiducia à se depellere; nisi nouis promissis confirmatus. Nimirum, nihil est in rebus nostris omnibus, cuius fiducia possimus fieri securi. Neque vsque eò, dum in his luteis domibus habitamus; ut ait Iob; terrenis fundati rebus, fidei vllis exercitiis ad eã absolutionè perfectionemque euadere possumus, quin eo in bello; quod planè  $\text{ασπονδον}$ , cum potētissimo, vigilantissimoque hoste nostro Satana gerimus, continuis Dei responsis opus habeamus. quibus nisi perpetuò erigantur animi nostri, ne minimum quidè aduersarij insultum possumus sustinere. Quare debemus oculos nostros semper in illum montè sublatos habere, ad effectorem caeli & terrae; à quo omne auxiliu nobis defertur. Sed dices: Nulla iam è caelo redduntur oracula, quae in rebus dubiis mentes nostras afferunt. Immò verò omnium certissima è caelestis sui Patris sinu nobis semel operata protulit benignissimus Dñs noster Iesus Christus; quae nos in omnibus, quantumuis inexplicabilibus rerum difficultatibus, abundè instruant, dirigant, confirmet, expediant; si diuina verba, pia atque religiosa meditatione, ad omnem casum in promptu habuerimus: sed ea ex libro petenda sunt, quem solus ille aperit, qui habet clauem David; penes què est sapientia & fortitudo, consiliu, atque prudentia. Hic igitur nobis perpetuò adeundus casta mente est: hic orandus; ut nobis libri illius sigilla resignet; & caelestis sui Spiritus afflatu nos sacrorum verborum vim atque sensu doceat. Quod faciet profecto promptissime; cum etiam sanguine suo nos Deo Patri comparauerit; atque conciliauerit. Itaque fiet, ut solertissimus hostis noster Satanas atque acerrimus, non possit tam varias, aut tam violentas excogitare nocedi artes, quibus nos oppugnet; quin sacre ille literae & consiliu, & fortitudinè nobis suggerant, quibus illius impressiones non modò facile sustineamus, verum etiã, quasi offusam nebulã ilicò discutiamus. Sed iam euagati sumus longius. Certu quod praestituit victoriae tempus, illis verbis, *Cras hoc circiter tempore, certissimi euentus significationem dat*. Estque magna vis in Pronomine *Ego*, ac si dicat Deus: Nihil est, quòd instantis belli molè, cum tuis viribus expendas. Ego enim istam rem prouidebo. mea potentia, quae immensa est, quã tibi toties patefecì: meoque nutu, quo caeli terraeque concutiuntur, ista gerentur. Ad hæc, Verbu praesentis temporis, *reddo*, rem ipsam tamquam in manibus sit, ponit in Imperatoris conspectu. Quod sumus interpretati, *eneruato*, est Hebraicè,  $\text{קצת}$ , ac si fundamentu, vel radicè auferre, dicas. Nã, ut bene ait Kimhi, equorum pedes sunt ipsorum fulcimenta: quoru si nervos incideris, nullus deinde fuerit eius animalis vsus. Est ergo, ac si iubeat, equos prorsus perdere. Nimiru nolebat Deus, ut sui illis, ab hostibus captis, in bello vtrentur aliquando. Atque huc quoque, illa spectabat lex à Mose edicta, ne suum Regem pateretur multos sibi equos comparare. Illiusmodi enim adminicula, opinionè auxiliij diuini minuere facile potuissent, quo vno fidere planè oportebat. Vnde est illud sacri vatis: Non placere Deo equorum robur, aut fortia virorum crura: sed eos qui se reuerentur, quiq; in sua misericordia spem positam habent. Et alibi idem canit: Hi curribus, illi equis; nos autem nomen Domini Dei nostri animo versabamus. Itaque illi succubuerunt; nos verò stetimus, & magnificati sumus, &c. Ceteroqui enim nefas minimè erat, animalia hostium pro præda habere. Nam deuictis Madianitis, supra sexagies mille asinos abegerunt Israelitae. At equi, currusque falcati, instrumenta bellica erant. Sed enim si anagogen hic spectare lubet; Monemur, non solum Satana impetum fortiter fidei scuto sustinendum frangendumque esse: sed etiam eius arma, quibus nos potissimum oppugnat, perditum nos ire debere. Equum enim, ut ait Adamantius, eneruamus, quando lasciuum corpus iciunio frangimus. Idem de aliis pietatis exercitiis

Iosua in metu fuit.

Viri sancti interdum metuti.

Infirma est nostra fides, & continuis Dei responsis fulcienda.

Admonitio, auxiliu à Deo semper petendum esse.

Obiectio. Responso. Oracula etiam nunc è caelo redduntur nobis.

Ego.

Equos eneruare. R. David Kimhi. Equis vt interdicitur Israelitis in bello.

Anagoge. Equum eneruare quid.

dici potest; quibus medemur vitiis nostris; fomitemq; eorum mature dissipamus pro viribus. Neque enim inculcauit temere nobis Christus, docuitque, eas corporis nostri partes esse rescandas, quae nobis offensionis sint. Sed haec haec tenent.

Superuenit itaque illis Iosua, & omnis populus &c.

LXXII. interpretes addidere de suo ad finem huius versiculi istam verborum clausulam, ἐν τῇ ὄρεσιν; ut certe testantur quotquot ego vidi codices: quasi regionis illius gnari, viri illi, pugnam istam in montosis facta locis fuisse, velint significare. Atqui quid montoso loco cum aquis? Et verò quis nescit, castra, praesertim in quibus sit tantus iumentorum numerus, aquationis causa, in montosis fieri locis non posse? Neque est quòd putemus, illos, cognito Israelitarum aduentu, prope in editiora loca se recepisse, pugnae vtilius faciliusq; conferendae causa; cum Israelitae improuisò ipsis superuenerint. Quin Chaldeus illud, ad aquas Merom, explicat, quasi per interpositionem dictum; hoc sensu: (illi autè manebant ad aquas Merom.) Sed librariorum ne errore, an illorum interpretum consilio, & quonam illo, sic in omnibus libris scriptum sit, Deus viderit. Nos verò rursus monet praesens locus, ne Dei proluxa promissa in segnem vertamus securitatè: quasi ille supinè stertentibus, quae semel est pollicitus, aut debeat, aut velit etiam praestare. Qui error, cum primis grauis, multorum hominum nostro seculo animos occupauit. Nam etiam profani homines intellexerunt, τὸν θεὸν ποιοῦντα δὲν τὴν τύχην ἐπιμαλεῖν, hoc est, admota manu fortunam esse inuocandam. Et Euripidis sunt illi senarij, φιλεῖ, τὸν ἀμύμοντι σωσάδειν τὸ θεῖον. Et, τὸ ποιοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει, id est, Solet Deus iis ferre opem, qui ipsi incumbunt operi. Quod Aeschylus sic extulit: ἔταν ἀσάθει τις αὐτὸς, καὶ θεὸς σωσάσειται. Promiserat quidem certè Deus Iosuae; craftino se die daturum Barbaros caesos Israelitae: atque in solis equis curribusq; perdendis operam Imperatoris requirere poterat videri. At ille, quippe Dei numine afflatus, diuinam voluntatem rectius cum intelligeret, maturato opus esse putabat: eaq; diligentia suos ducebat, ut hostem improuisò opprimeret, omni; ut est credibile; metu solutum, atque inferèdi belli, non depellendi consilijs occupatum: aut fortasse corpori ab itinere fessò in primis curando deditum, & in delitijs profusum. In quo stratagematis genere maximum semper fuisse ad preclaras victorias momentum, omnes omnium temporum historiae testantur.

Tradiditq; illos Dominus in manum Israelis &c.

SOLENT, qui vicinis suis bellum, proprijs freti viribus, faciunt, ut magna eos inuadere audacia, qui intra suos ipsorum fines manentes, depellere modò à se hoste cogitant: ita vix sustinere vquam eorum impetum, qui ipsis extra suos limites occurrit obuiam; captaq; occasione primi pugnam committunt. Idq; Barbaris istis iam accidere ab Israelitis videmus; sic vtrorumq; consilia moderante Deo: à cuius solius numine victoria omnis pendet. Is autem in praesenti non solum animos hostium costernat in fugam, sed etiam suorum pectora singulari fortitudine atque audacia imbuit: quippe qui tam longè fugietes per loca incognita persequi nihil dubitant. Vrbs Sidon, magna vocatur sepe in sacra historia, non alicuius minoris collatione, qualis nusquam extare memoratur, ut ait Adamantius, olim huius vrbs habitator: sed ob veterè celebritatem & gloriam. Semper enim cum artificum industria, tum portus maxima commoditate celebrata est. Nam & Homerus Sidonios πολυδαίδαλους vocat, id est, ut Strabo interpretatur, πολυτέχνους, καὶ καλλιτέχνους, artificiosos artifices. Vsq; eò enim claruit, ut iam olim dubitetur, ipsane an Tyrus pro Phoeniciæ metropoli sit habèda. Certè Homerus, qui sepe Sidonè laudat, Tyri ne meminit quidè. Existat autem Sidon in litore maris mediterranei sub Antilibano, qui illinc versus Orientè porrigitur. Abest autem à Beryto, aut, ut hodie nominant, Baryto, stadijs quadringentis, ut Strabo scribit, versus Tyrum, à qua distat stadijs circiter ducentis. Iosephus opinatur nomen hoc vrbi impositum esse à Sidone Chanaanis filio natu maximo, idq; ego ei assentior. Iustinus tamè, is qui Trogum compilauit, Phoenices sic eà appellasse scribit, à piscibus, quorum illic maxima esse solet copia. Quod ipsum quoq; magnà habet similitudinem veri. Nam certum est, illas gentes piscatorem dicere, ציד, Said. Et sanè vrbs ipsa hodie Said nominatur à vulgo. Ceterum pertinebat Sidon ad fines Aferitarum, ut suo dicitur loco. Porro illud, מים חיים, quod ego interpretatus sum, vsrinas aquarum, Chaldaeus conuertit, fossas siue lacunas aquarum; ut est in meo manuscripto cod. Complut. aut fossas maris, ut habet codices peruulgati typis. Hunc autè secuti, ut solent, Iudaei, scribere non dubitant, lacunas illic ad mare fuisse, in quas deductae saluginosae aquae, excoquebatur solis feruore in salè. Verbum enim, ציד, à quo nomen, מים חיים, Misrephoth, formatum est,

Dei promissa non vertenda in segnem securitatem.

Euripides.

Aeschylus.

Improuisò adesse, maximum est ad victoriam momentum.

Qui alijs bellum parant, qui pot sunt facile vincere.

Omnis victoria à Deo.

ציד Sidon.

Origenes.

Tyrus.

Antilibanus, Berytus.

Iosephus.

Iustinus.

Said.

ציד מים חיים Misrephoth-maim.

Mat. 5. a. 18. Marc. 9.

Sup. c. 2, v. 1.

Hem. II. ad. Strab. l. 16.

Judic. 4. 3.

est, vrere atque cremare significat. Aquilas, & Symmachus Misrephoth quidem, ut proprium nomen, retinent integrum: at ציד, Maim; conuertit Aquilas, ut sanè debuit, ציד ודאן, aquarum. Symmachus verò, tamquam ציד, pro ציד, legerit, mutatis vocalibus, reddidit, ציד צאלאסיה, à mari. Aquilam imitatus est Latinus. At LXXII. vtramque vocem intactam reliquerunt; dixeruntque, מצרפת מים חיים. Ego, etsi Iudaeorum sententia non repudiam, probabili tamen coniectura augurari posse videor, vitrarum officinas istis verbis esse significatas. Constat enim eas apud Sidonem fuisse plurimas, siue illic etiam loci vitrarum arenae effoderentur; siue à Pagida, vel Belo rituulo, qui prope Ptolemaidem ex Carmelo defluit, illuc importarentur. Nam eam arenam, ut in vitrum duci queat, perpetuo igni necesse est excoqui. Quod apud Venetorum Murrantum ipsi vidimus. Illic enim nauibus pro saburra ex Palaestina vsque deuehitur. Sed vbi vbi hic tandem locus fuerit, certum est, haud procul à Sidone abuisse: vnde ad Orientem vsque transitur, cum deinceps conuallis Masphè nominatur. Nuper enim vidimus Maspham sub monte Hermone collocatam; in Nephthalitarum possessionibus videlicet. Porro qui locus hic conuallis Masphè dicitur, is versiculo xvii. appellabitur, Vallis Libani. Putant quidem eam vallem multi inde à Caesarea Philippi, hoc est, ab Iordanis fontibus, ad paludem vsque Samechonitidem describendam esse, secundum illius fluminis ripas. Ego verò potius existimo, ad Orientem versus, secundum Libanum, esse extendendam. Sed ut hoc est; sanè ex istorum locorum consideratione, ad quae refugientes Barbaros insequuntur Israelitae; duci ad suspicandum; aut opinandum posse videmur; aquas Merom; de quibus supra diximus; aut in ipsa superiore Galilaea fuisse, ut Iosephus censuit: aut certe ei regioni proximas. Porro versiculi huius clausula, donec nullum fecisset ex ipsis reliquum; illi promissioni diuinæ consentanea est, quam supra audiuimus, cum diceret Deus, Ego ipsos omnes reddo caesos Israeli. At enim si quis existimet; credi vix posse, ex tanto numero euasisse neminem: is in hanc sententiam interpretetur illa verba, ut dicat, Israelitas nullius vitæ pepercisse, quotquot assequi potuere. Quod porro additur; Iosua paruisse diuinis iussis: equosq; enervasse; & currus cremauisse: tum Imperatoris obedientiam aduersus Deum; tum militum erga Imperatorem commendat. qua disciplina optimè geri bella certissimum est. Et est sanè praecleara laus exercitus; in quo ita omnes suis animis temperauerunt, ut neque equi, neque currus alicuius pretio ad violanda Imperatoris sui iussa quisquam induceretur. quamuis in maximo Barbarorum luxu pretiosissimos fuisse & currus, & equos, credibile sit.

Et reuersus est Iosua eo tempore, & cepit Hasor &c.

II S, quae de istorum locorum situ supra à nobis dicta sunt, consentaneum est, quòd Imperator reuertit Hasorem memoratur: cum longè supra hanc urbem, quaqua versus, fuisset hostes persecutus. Ceterum apparet quidem, regem Iabin in istam suam regiam elapsum esse ex percussorum manibus. atque eam ob rem ilicò huc recurrisse Iosua; vbi illum huius tanti belli inceptorè, vnà cum sua regia, opprimeret, etiam tum à fuga trepidum. Verum si quis putet, neminem hostium fuisse factum reliquum; ut octauus versiculus dicere videbatur: is dicat hunc Hasoris regem, non in capta vrbe; sed paulo ante in pugna, aut fuga percussum esse. Nam idem de ceteris quoque regulis proximo versiculo narrabitur: quos tamen non omnes elapsos in suas vrbes esse, credibile est. Ego verò coniectura quadam augurari videor: etsi non admodum longum, attamen non nullum fuisse ab illa pugna & persecutione, ad captam euerfamq; Hasorem, temporis interuallum. Et pluribus etiam longioribusq; spacijs reliquas deinceps vrbes aliam post alia expugnatas direptasq; esse. Illud enim, per id tempus, laxiusculum tempus significare, nemo non intelligit. etsi Latinus, pro eo reddidit, ilicò. Et mox audiemus, Iosua multis diebus, hoc est, longo tempore belligerasse cum istis regulis. Possit igitur id quoq; probabiliter hoc loco dici, quod de Hebronis, aliarumq; vrbiu regulis nuper dicebamus; cum illi memorarentur in suis vrbus caesi esse, quos ex specu extractos necatosq; fuisse certum erat. Id autem est; subito alios à ciuibus dictos creatosque fuisse, propter periculi propinquitatè. Ceterum quòd Hasor caput omnium istorum regnorum fuisse dicitur, id de ea Chanaanæ parte est accipiendum, in qua nunc versamur. Quare non satis rectè, opinor, proditum est in libello de loc. Hebr. illam fuisse omnium regnorum Philistinum, hoc est, Palaestinarum metropolim. Palaestini enim praecise dicebantur, qui à Caesarea Palestinae, siue, Stratonis turri, secundum maris litus ad Gazam vsque tenebant Chananaeam. Sed enim hic illud occurrat fortasse; Regem Iabin, in Iudicum historia, annis viginti Israelitas du-

Vitrarum officinae apud Sidonem.

Vitrarum atene vbi.

Murrantū Venetorum.

Conuallis Masphè.

ציד מים חיים Vallis Libani.

ציד מים חיים Caesarea Philippi.

ציד מים חיים Caesarea Philippi.

ציד מים חיים Caesarea Philippi.

Aquae Merom.

Obedientia aduersus Deum & Imperatorem optima disciplina in bellis.

IO II

Hasor metropolis.

Palaestini.

Occupatio.



ro premere impetio suo. non ergo hic casum fuisse. Verum in promptu est, quod respondeatur. Et si has gentes propè ad internecionem deleuisset Iosua: tamen paullo post eius excessum denuò vires vrbesq; renouarunt atq. instaurarunt suas, regesq; sibi nouos creant, vt Israelè vexarent, & aliis atque aliis molestis ad redeundum subinde in beneficiorum Dei memoriã permouerent, cum ille simul atque otium ab hostibus esset nactus, se omnibus vitiorum generibus facillimè manciparet. Idem autem nomen perpetuò regibus suis, alij post alium, imponere cõsueuisset Barbaros illos, satis certum est, similiter atq. Ægypti reges Pharaones dicebantur.

Præterea omnes vrbes istorum regulorum &c.

12

Post captam exustamq; metropolim, narrantur iam reliqua etiam municipia cū suis regulis, qui in superiore expeditione fuerat, subacta esse. Pronomen *וְיָמָם*, quod conuertitur, *ipsum*, ad ciuium cõterum spectat, & simul regulos. Nam vrbes ipsæ conseruatae sunt, vt mox dicetur. At enim reguli in fuga interierint, an in suis vrbibus, disputatum nuper est. Quod additur, *Sicut præceperat Mosès seruus Domini*; approbatio est confecti belli: qua Israelitæ vindicantur à crudelitatis existimatione: & simul ab obseruatione in Deum cõmendantur, vt qui adhuc nihil Dei iniussu fecerint. nihil etiam iussi neglexerint. Quippe magna pietas est, perdere, cum mandauit Deus: cõtrà verò inepta, immò verò impia lenitas, parcere. Etenim cum Moabitidè ille vastitati addixisset, execrabatur eos, qui nõ gnauiter suo fungerentur officio, in funesto illo, quod ipse iusserat, opere patrandò, cum his ferè verbis vteretur: Execrabilis est quisquis opus Domini non plenè perficit: & gladium suum abstinet à sanguine. Rursus cum Achab fraternum scedus cum Ben-adad fecisset, què interimere debuerat, hæc ad illum verba diuino ore vates faciebat: Sic ait Dñs, Quia dimissisti virum, què ego exitio addixeram, è manu, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius. Sed nihil necesse est plura adiungere exempla. Sunt enim plurima in sacris literis: quæ profectò effeminati, isti magistratus nostri ante oculos versare assidua cogitatione deberent, qui per crudelissimam illam suam misericordiam (maximo enim & perniciosissimo vitio præclaræ virtutis nomen imponunt) paucis improbis parcendo, innumeram proborum multitudinem violari diuexariq; sinunt. Sed ista etiam alibi sunt à nobis incultata: atque vtinam aliquo cum fructu: vt ipsa horum temporum diritas postulat.

Verum earum vrbium, quæ stabant in tumultu suo &c.

13 14

EXPLICATUR quod proximè dictum est: ne quis malè arbitretur, vnà cum regulis ciuibusq; ipsas etiã vrbes esse euersas. sunt enim hæc cõseruatae, vt Israelitis aliquando essent receptacula. Nã satis erat in ipsam metropolim potentia Dei exemplum memorabile statum esse: quo hostes reliqui terrentur. Illud, *quæ stabant in tumultu suo*, propter pagos, villasq; dictum fortassis est, qualia loca credibile est passim per agros incensa vastataq; esse plurima. Nam LXXII. pro eo reddidè, *וְיָמָם מְנוּחָה*, hoc est, aggeribus munitas. Et Theodotion, *ὄχυράς*, fortes. Sed Iudæi, neq. ipsi absurdo sensu, sic hunc locum interpretantur, vt putent, eas modò vrbes cõseruatas esse, quarum mœnia, dū expugnarentur, nõ fuissent, per vim furorè me militum, diruta: hoc est, earum vrbium, quibus furor atq. impetus primus pepercisset, nullà deinde consultò esse dirutã, perditamq; præter vnã Hasorè. In qua sententia dicendã videntur illi Chaldæum secuti esse. Conuertit enim Chaldæus Hebraica verba sic: *Quæ manebat in sua firmitate*. Sed esto cuiq. libera sua existimatio. Mihi verbum, *וְיָמָם*, i. tumulus, nõ tam aggerè, quales muniendis oppidis homines manu faciunt atq. industria, significare videtur, quàm soli eminentiam, cuiusmodi areæ struendis oppidis aut deligi, aut data opera parari solent. Idq; vel ex illa suauissima Ieremiæ cõsolatione potest intelligi, cum ait: Sic dicit Dñs, En restituo capta tabernacula Iacob: & habitationum eius miserebor; exædificabiturq. vrbis super *וְיָמָם*, hoc est, tumulum suum; & ædes vetere solo collocabitur. Id enim vetus vrbis solum dicere videtur vates, quod, tumulum eius, antè nominauerat. Sed enim nõ temerè hic, modò Iosua nomen, modò Israelis positum putes. Israelitæ enim nullam incensione vastasse vrbem memorantur, vt iustificata militum Dei continentia omnibus testata sit, qui nihil incitatem & temerè, sed sedatè omnia gesserint. At Iosua narrantur exussisse Hasorem, vt intelligamus, isti vrbis non esse iniectam flamam militari aliqua licentia atq. petulantia: sed consultò, atq. ex Imperatoris deliberatione: ad quam deliberationem, credibile est, Dei in primis oraculum esse adhibitum. Quod veteribus quoq. Iudæorum magistris placuisse video. Nam hi in Bereſchith rabba scriptum reliquerunt, Deum Mosi, Mosèn porrò Iosue, veluti per manus, tradidisse, vrbem Hasorè esse olim

Perdere pietas est, seruare impietas; eum mandat Deus.

Jer. 48, 10.

33

34

35

36

LXXII.

Theodotion. Iudæi.

Chaldæus.

וְיָמָם tumulus.

Jer. 30, 18.

Militum Dei continentia.

Iosua consultò Hasorem exustauit.

בראשית רבה Gen. 31.

olim

olim à Iosua exurendam: quippe quæ esset earum trium vrbium vna, quas sibi Barbari, ad faciendum inde populo Dei bellum, præstituisent. Porrò prædam Chananaicarum ciuitatum diripere fas fuisse Israelitis, iam sæpè diximus. At simulacra, quæ ad alienorum deorum conspiciendum à Barbaris erant; ea seruare, atque asportare, nefas fuit; quantumuis pretiosa esset eorum materia. His enim verbis edicta lex est ab interprete Dei Mosè in Deuteronomio: Simulacra deorum illius gentis comburitote flamis, ne concupiueris argentum, aurumve, ex quo illa sunt coagmentata: neque tibi acceperis: ne te illaqueet. Est enim detestabile apud Dominum Deum tuum. Neque infertò rem detestabilem in domum tuam, ne sis æquè detestabilis ipse, sed execrando executor illud, & abominando abominator ipsum. Est enim res deuota. Hæc Mosès. LXXII. præsentem locum de spoliis vnus vrbis Hasor perperam interpretantur.

Sicut Dominus præceperat Mosi seruo suo &c.

15

Hæc approbatio explicatior est, quàm quæ versiculo XI. dicebatur. ceteroqui profusus illi gemina est, nisi fallor. Nã quòd quidam putant, istam ad vtramq. expeditionem spectare, & Australè, & Aquilonarem, id mihi nõ fit verisimile. Est ergo sententia sacrorum verborum: Iosua in hoc bello omnia ex Mosi præscripto administrasse, hoc est, nihil per iram, auaritiam, libidinem, aut vllas omnino animi sui perturbationes temerè gessisse: aut per pigritiam fœcordiamve quidquam omnium neglexisse: sed profusus, atque omni ex parte Mosi se legibus habuisse; mandataq. omnia executum esse. quippe qui sciret ea non humana, in quibus sæpè multa improba, multa inofficiosa insunt: sed diuina, & caelestia esse præcepta, quæ nunquam abducant à recto. Fuerat enim ipse Mosi in sacro illo colloquio proximus, & tantum non in caeleste cum eo admissus adytum in monte Sineo; & proinde voluntatis consilijque Dei probè conscius, de Mosi legibus, quin planè essent diuinæ, haud potuit dubitare. Docemur autem hoc obsequentiſſimo Iosua: obsequio, ipsi quoque diuina oracula sacris literis prodita, & à Catholica atque Apostolica Ecclesia explicata, planè, *κατὰ ἀρελῶς* obseruare; neque in ea curiosè inquirere; aut eorum rationem nostro captu expendere metiriq; sed humili ac reuerente animo, eam doctrinã, quæ à Christo tradita Ecclesis est; & deinceps ab Apostolis, alijsq; sanctissimis viris, Dei interpretibus & ministris, cõtinuata serie, tamquã per manus, ad nos vsq. propagata, modis omnibus amplecti; & vt rectissimã normã, & regulam sequi. Neq. enim profectò dubium est, quin Iosua virum in Mosi schola ad omnem mansuetudinem eruditum, variã subinde animi affectiones subierint; & tantum non permouerint, perturbarintq; in tam rigida passim exercenda victoria; per omnis generis hominum mortes grassandũ cum esset, & tamen obfirmato obstinatoq; animo id persequendum sibi putauit, quod Mosès præscriperat. Hoc igitur exemplo nostram quoq. nos curiositatem, cum in omnibus diuinis præscriptionibus, tum in iis maximè, quæ ad religionis nostræ mysteria attinent, in auctoritate sacrosanctæ & Catholicæ Ecclesis acquiescere compellamus. cuius auctoritas; vt D. Augustinus scriptum reliquit, miraculis est inchoata, spe nutrita, caritate aucta, veritate firmata: denique perpetuè successionis tenore inde à Petro ad nos continuata: atque plurimorum populorum pulcherrima consensione comprobata. In huius igitur nostræ matris; vt sacri scriptores appellant; sincerissima sapientia religiosè acquiescamus; eius dictis fidem adiungamus; iussis obtemperemus; ductum vsquequaque sequamur. ita profectò à recta æternæ vitæ via nusquam aberrauerimus. Sed obseruanda est in verbis istis tradendæ caelestis doctrinæ series & ratio. Sicut, inquit, *mandat Dominus Mosi seruo suo; sic mandat Mosès Iosua*: atque, *ita fecit Iosua*. Apertè sanè ostenditur, eam doctrinam, qua Deus Ecclesis patefacit suam voluntatem, ab ipsius diuino afflatu proficisci quidè; sed per homines; quos ipse consilij voluntatisque suæ certos interpretes & ministros sibi delegit; ceteris hominibus tradi, explicariq; Quod diuus Paullus quoque ad Romanos scripsit. Rectè igitur exploduntur, & meritiſſimò inprimis omnes illi fanatici homines, qui vt olim, ita nostro quoque sæculo, magnas turbas in Ecclesia Christi derunt. Deinde & illi, qui diuinum hoc munus inire, profiterique non verentur; cum neque Dei, neque Ecclesis auctoritate ei sint præfecti: neq. sacrarum literarum scientia, & pietatis exercitijs ad ipsum satis instructi. Posset quidè facile Deus arcano afflatu mentes suorum iis præceptis, quibus ad piè, congruenterq; ipsius voluntati viuendũ est opus, informare: atq. cuiusque vitam caelesti instinctu pulsuque, quasi manu, regere. Verum optimo sapientissimoq. parenti visum est, hominum opera eam ad rem vti. neq. verò quorumuis hominum: sed eorum quos ipse vocat, vt Aharonè, inquit Paullus, fieri enim alioqui nõ posset,

Simulacra in reliqua præda diripere, nefas erat.

Iosua planè obsecutus est legibus Mosi. Mosi præcepta diuina erant, non humana.

Diuina verba nõ esse nostrò sensu mutanda.

Iosua animus variis modis concussus conſtitit firmè &c.

In auctoritate Ecclesis esse acquiescendũ.

Series & ratio tradendæ caelestis doctrinæ.

Deus ad propagandã suam doctrinã vtiur opera hominum. Fanatici explorati Refelluntur qui sibi ipsi assignant munus in Ecclesia.

Dq. 7, 15.

Aug. contra Manich.

Rom. 12, 11.

Hebr. 1, 4.

Confusio religionum res perniciosissima est. Indocissimi sunt audacissimi concionatores.

Suae gloriae ferui, non Dei.

Anagoge. Iosua est Iesus Christus.

Aeternus Rebia.

Monte Israel. R. David Kimhi.

Ierusalē vocata est mons Israel. Ierusalē altiore loco quam vlla vrbis in Chananæa.

Occupatio.

Annales facti.

Chananæa quæ sit.

Seir. Mons glaber.

R. R. Solomon & Kimhi.

quin Dei Ecclesia per infinitos mox circumduceretur errores; confusioq; consequeretur religionum; res omnium perniciosissima. Quando quidem ita est mortalium ingenium, vt quo quisque est ineptior, atque ab omnibus bonis rebus imparatior, eo maiore licetia, in diuini illius muneris functione versetur. Recte ergo Moſen, per quem ſua Deus mandata Iosua patefecit, ſuasq; leges edixit, ſeruum Iehouæ, ſiue Domini, ſacra iſta verba appellat. Nam qui ſua commenta, quæ ipſi, ad libidinem accommodata imperitorum, ſinxerunt, non autē perpetua Eccleſiæ cōſenſione proſtitam doctrinā, obtrudere populo, atq; perſuadere ſatagunt, ij profectō haudquaquam Iehouæ, hoc eſt, veri Dei, ſed Satane, & glorioſæ oſtentationis ſuæ ſerui atq; mancipia debent eſtimari. Idque ipſo rurfus luculentet ſacer contextus oſtendit, cūm habet : Non omiſit verbum ex omnibus, quæ mandarat Dominus Moſi. Poſtulare enim videbatur orationis ſeries, vt diceretur : Quæ mandarat Moſes Iosua. Sed Moſis dicta merum fuiſſe Dei ſenſum, id clarum atque teſtatum eſſe oportebat. Adamantius hic, vt ſolet, Iosua adumbrare Chriſtum Ieſum ait: qui factus eſt Moſis legi obnoxius, cū ſerui formā ſuſſiſſet: illaq; nō abrogauit, euerſit, aut perſegit: ſed ipſe paruit, vt homines ea implicatos ſolueret, aſſereretq;. Et recte Adamantius.

Cepit itaq; Iosua omnem terram iſtam montioſam &c. 16

CHALDÆVS verbum גלגל, quod ego, cepit, reddidi, interpretatur, poſſedit, ſiue apprehendit tamquam hereditatem. Nam de captis regibus, expugnatiſque vrbibus dictum eſt, גלגל. Ego verō, & ſi Chaldæi ſententiam reſellere nolo, videre tamen videor, promiſſuē vſurpari interdū illa verba גלגל, & גלגל. Nam in Deuteronomio Moſes, quod ſemel dixerat, לא יהיה כרתי כרתי, & cepimus omnes vrbeseius: mox iterū dicit, לא יהיה כרתי כרתי, Non erat vrbis quam non cepimus ab eis. Eſt autem in iſtis verſiculis epilogus, opinor, rerū omniū adhuc in Chananæa geſtarū ab Iſraelitis. Ei enim rei videtur eſſe argumento ipſa, quæ proximo verſu explicatur, deſcriptio locorum. Demonſtratiuum ergo Iſtam, δεικνυμένης accipiendum eſt, neq; ſine emphati. vt quo multorum regū populorumq; ditiones quaſi oculis lectorum ſubiiciuntur; vt veluti vno aſpectu, tantam operum tam facile patratorem copiam complexi, intelligant clariū, Deum promiſſorū ſuorum munus prolixē conſeciſſe. Debet autē interpuncto ſiſti lectio in hoc ipſo pronomiſe. Appoſitus eſt enim ei accentus nota, quem, Rebia, vocant Grammatici. Primum enim vniuerſe omnis terra; hoc eſt, Chananæa tota, aut certē quatenus per eam cum armis peruaſit Iosua; deinde varij locorum ſitus habitusque ponuntur in conſpectu; planē vt verſiculo quadrageſimo ſuperioris capituli. vbi pleraq; nomina à nobis explicata ſunt, quæ hic vſurpantur denuō. Sed mons Iſrael, inquit R. David Kimhi, is mons eſt, in quo habitauit Iacob, cui Deus Iſraelis nomen impoſuit. Sed velim deinde mihi expoſuiſſet Kimhi, quonam in monte habitatiſq; Iacobū potiſſimū eſt iſtmet, habitauit enim in pluribus. Equidē ſcio vrbē Ierusalē eſſe vocatā hoc nomine ab Ezechiele, cūm tenellū cedri ramum à Deo depactū iri in monte Iſrael vaticinatur: & rurfus cū illic Iſraelitas purū cultū adhibituos ad Deū p̄dicit. Exiſtiſſe enim eam vrbē altiore loco, quā vllā aliā tota Chananæa, certiffimū eſt: & nos in deſcribēdis ſingularū tribuū poſſeſſionibus oſtēdemus. Verūm quando mox Iudæ mons tanquā ab Iſraelis monte diuerſus dicitur; ſtatueūdū abſq; omni dubitatione puto, Iſraelis montē vocari, loca illa mōtoſa omnia, quæ circa Samariā, ac Neapolim; & omnino per illū tractū poſita erant, quæ decē tribus, poſt ſecefſionē, incolēbāt. Hæ enim, cūm à Iuda ſecefſionē feciſſent, poſt Solomonis exceſſum, Iſraelis nomē, quaſi propriā appellatiōē, peculiariter vſurparūt. Neq; verō eſt, quod mihi tēporum diſcrepantiā opponas; quia hæc Iosua bella ſæculis aliquot ante Solomonis diuiſum regnum geſta ſunt. vſus eſt enim qui iſtā hitoriā ex ſacris annalibus; vt dixi, conſcripſit, ſui ſæculi nominibus. quod etiam à Moſe factum eſſe oſtēdimus alibi: & alioqui certiffima res eſt.

A monte Glabro, qui ſurſum porrigitur verſus Seir &c. 17

Hic vniuerſa Chananæa duobus concluditur terminis; altero ad Auſtrum, ad Aquilonē altero. Nam tota ſecūdum Iordanis curſum, & maris mediterranei litus obliquē ab Helleſpontio vento & Aquilone tēditur longitudine ad Africum & Libonotum verſus: latitudine enim admodum eſt anguſta. Iam verō Seir montem Idumæ eſſe, atque Idumæam ab Auſtro Chananæam terminare, ſatis certum eſt. Igitur montem glabrum iſtū exiſtimo ad montem Seir pertinuiſſe, prope Cades-Barneam. Nam illuc vſque ſuperiore expeditione victoriam protuliſſe Iſraelitas, dictum eſt. Neque ab hac mea opinione diſſentire videntur R. R. Solomon, & Kimhi. collocant enim iſti hunc montem ad deſertū Sin. Quin ipſum etiā nomē fauere mihi videtur: quod credibile eſt iſti monti datū eſſe

Philip. 1, 7. Gal. 4, 1.

Deut. 3, 5.

Ezech. 17, 11. & 20, 40.

Sup. c. 10, v. 41.

eſſe נור' אור' אור' אור', à vicino Seir. Nam נור' נור', comofum, vt ſic dicam, ſignificat: cui planē opponitur, גלגל glabrum, & læue. atque vt Symmachus dixit, λείον. Hæc enim mihi interpretatio probatur magis hoc loco, quā Aquilæ; qui conuertit, Montē diuidētem; vel Chaldæi; qui, diuiſum, vel denique Latini, qui partem montis dixit; parum fanē rectē, pro ſacrorum verborū coniunctiōe, vt certē ea ſcripta habentur. Nam Lxxii. ipſam vocē Hebraicā retinuerunt, cūm ἀλάλι dicerent. Porrō Baal-gad exiſtimant plerique partem eſſe Antilibani Sidoniis obiectam. Ego verō partē quidem Libani eſſe, ſed verſus Orientem exiſtimo; cūm Sidon proxima Occidenti ſit. Nam terram Maſphe ad Orientem poſitam vidimus verſiculo octauo. Eam verō monti Hermoni fuiſſe ſubiectam, verſiculo tertio. Iam verō Baal-gad affinis Hermoni deſcribitur: vt etiam capite XIII. Quapropter ſunt, qui in eo exadificatam fuiſſe augurantur; neſcio qua coniectura; magnificam illam ædem è candido marmore, quam magnus Herodes, non procul à Panio Iordanis fonte, dicauit Cæſaris Auguſti honori. Sed iſta diſputabuntur alibi accuratiū à nobis, ſi volet Deus. Nunc enim illud ſcire ſatis eſt; Baal-gad ad Libanum pertinuiſſe; quem eſſe Chananæa extremitatem verſus Septemtrionem, dictum eſt in ipſo initio huius cōmentarij. Sed enim cur Chaldæus, גלגל-גד, Baal-gad, conuerterit, campum, ſiue planitiem Gad, nondum ſatis conſtituere poſſum. Neque enim memini, poſitionem, גלגל, id ſignificare Hebræis, quod nos campum aut planitiem dicimus. Ceterū quod vniuerſa Chananæa in Iosua nunc redacta poteſtatē dicitur, id ſic accipiendum eſt, vt putemus, nullos fuiſſe reliquos, qui bellum mouere, atque partitionem terræ impedire auderent. Ceteroqui multas fuiſſe adhuc in illa gentes, nulla affectas ab Iſraelitis clade, ipſa nobis ſacra patefaciet, ſuo loco, hitoria.

Multis diebus geſit Iosua cum omnibus regibus iſtis bellum &c. 18

TOTIVS narrationis ſeries rerum adhuc geſtarum ab Iſraelitis, ex quo tranſmiſerunt Iordanem, eo proceſſit tenore, vt paucorum dierum ſpacio hæc tanta bella conſecta exiſtimari poſſint. Hocigitur ne quis opinetur; & vt ſua quoque certior conſter hitoria fides; dicitur, multum in his bellis conſumtum eſſe temporis. Diei enim vocabulum, numero plurium, pro tempore aut pro annis, vſurpare ſolent Hebræi. Et Iosephus, quidem hoc tempus quinquennio deſinit. Iudæi verō in ſua chronologia, quam סדר עולם, Sedar olim; hoc eſt, ſeriem ſæculi, vocant, ſeptennio. Nam Calebus; inquit, quadrageſimum agebat annum, quando à Moſe ſpeculatum Chananæam mittebatur è Cades-barnea. Iam verō hæc bella vbi conſecta fuēre, præterierant ex illo tempore anni quadraginta quinque. Id enim ipſe Calebus dicit, capite xiv. de quibus ſi demas annos xxxviii. quos ab exploratorum reditu oberrarunt in ſolitudo Iſraelitæ, cūm dignas ſuo rebellio pœnas Deo darent; reliqui fuerint anni ſeptem. Sic Iudæi iſtam ſubducunt rationem: & vt mihi videntur, rectē. Iosephus verō non xxxviii. demere; ſed xl. videtur: quippe qui exiſtimet; vt coniciio; poſt reuerſos Moſis ſpeculatores, erratum per ſolitudo eſſe totis annis quadraginta. In qua ſententia fuiſſe etiam Lxxii. interpretes; dixi ad verſiculum ſextum capituli quinti. verūm id non eſt ita. Narrat enim diſerte ſacra hitoria; Moſen anno quadrageſimo, die primā mēſis vndecimi, verba feciſſe ad populum in campis Moabiticis, poſt deuictos reges Sehonem, & Og. atque vniuerſam Dei legem explanaffe. & alibi, à Cades-Barnea relicta ad tranſiſſum torrentē Zared, interuallū fuiſſe tēporis annorū xxxviii. Et verō annos illos quadraginta, non ab illa rebellionē dira, quæ ad Cades-Barnea acciderat, eſſe cōputandos; ſed à relicta Ægypto, luculenter explicat verba, quibus Aharonis mors prodita eſt in Numeris. Habent enim; è viuus illū exceſſiſſe mēſe quinto anni quadrageſimi ab exceſſu Ægyptiaco. Sed de his iam ſatis multa. Nam tractatus eſt hic locus à nobis etiā capite quinto, ad verſiculum ſextū. Super eſt, vt quibus de cauſis tractum tam diu hoc bellū ſit, videamus. Hic impuros Iudæos dicere nihil pudet: Iosua data opera belli huius conſciciendi morā feciſſe, longioris vitæ cupiditate; cūm non neſciret, mox è viuus excedendū ſibi fore, poſtquam proſtigatiſ Chananæis terram ſuo populo diſtribuiſſet. Sed mittamus abſurdiſſimos ad tractadas ſiteras ſacras homines. Certum quidem eſt, facile potuiſſe Deum, atq; etiam iure, & meritō Chananæos; quorum turpiſſimā vitam aliquot iam ſæculis patienter tulerat, vel lue, vel fame, vel alia re aduerſa, ſolo nutu, funditus extirpare: aut ipſos ad ſolū Iſraelitarū conſpectum exterminare: & trans mare, trans Libanum, trans Iordanem, trans ſolitudo denique, metu percuſſos attonitosque abigere; & ſuum populum in poſſeſſionem vacuā mittere. Verūm id ad ſacram iſtam rempublicam firmē conſtituendam minimē expediebat.

צעלי גר Baal Gad.

Terra Maſphe. Hermon.

Templū è mat more dicunt Auguſti honori in monte Libano.

דעל דיא.

סדר עולם Sedar olim. Quam diu p̄gnatum ſit cōtra Chananæos.

Cur bellum Chananæum diu protrahit. Indignum impudentia.

Sup. c. 1, v. 4.

Iof. 4, 13, v. 7.

Ant. l. 5, c. 2.

Iof. 14, v. 7.

Iud. v. 10.

Deut. 1, 3.

Deut. 2, 14.

Numer. 33, 32.

diebat: cuius omnis salus in cognitione Dei, & perpetua aduersus illum obseruantia, atq; obsequio posita erat. Numquam enim Iudæi potuerunt vllis miraculis, ad considerandâ Dei potentiam, & supra Barbarorum Deos præstantiam satis excitari, vt eius beneficiorû memoriam gratis animis perpetuò vsurparèt. Tanto enim superstitionum profanæ gentis, tamq̃e infano amore impediti tenebantur; vt etiam si interdum prodigio quopiam insigni, velut expergefacti, in cælum mentis oculos paullisper attollerent; mox, quasi veterinosi, in profundam illius obliuionem relaberentur. Nihil opus est exemplis. sunt enim vbique obuia in sacris literis. Quapropter semel diutinis bellis istis, veluti perpetuis miraculis, condocofaciendi erât, atque exercendi ad amandum stabiliore firmioreq̃e ratione Deum; eum solum spectandum; ex eo vno dependendum; cum pietas sanctitasq̃e, longiore temporis spacio, in ipsorum animis inueterauisset, & tamquam in venis medullisq̃e infedisset. Ad hoc, quò ex illatis moris, atque impedimentis magis ardua videtur possessionis sanctæ terræ occupatio, eò illustrior ad omnem posteritatem trãsmittitur memoria curæ & studij Dei; quò is suam Ecclesiam condidit: magisq̃e splendescit eius erga hanc amor. Præterea, discunt istius reip. ciues durare in rebus aduersis: neque continuo despondere animû, si qua sibi posita ad salutem obstacula vident. quin potius existimare, nihil esse tam difficile, quod non possit Deo duce perumpi. Insuper ista bellorum diuturnitas spectatam magis, cognitamq̃e reddebat omnibus, gentis Chananæ vitiositatem, atque impietatem: quæ tam pertinaciter & obstinatè pergeret, Deo; cuius in toto bello præsentia multis modis apparebat, repugnare: neque in animum induceret, pace facta, sub tam benigni erga suos cultores, tamq̃e potentis aduersus hostes suos numinis iugum sese dedere. præsertim cum maturè omnes intellexissent, quàm id feliciter Gabaonitis euenisset. Denique, quod vel primo loco dictû oportuit, ista belli conosciendi procraftinatio luculentissimum nobis immensæ Dei misericordiæ dat testimonium. vt bene multis, & quidè suauissimis verbis, in libro, qui Solomonis Sapientia inscribitur, est explicatum. Priscos enim, inquit auctor, ad Deum verba faciès, colonos terræ tuæ sacræ exolus, quia pessima veneficiorum patrarent facinora, & im piis sacræ operarentur; cum essent liberorum suorum paricidæ; & humanorum viscerû carnes, per scelus, cruentis dapibus epularentur, suorum indefensorum liberorû ipsi per se carnifices: illos, inquam, perdere voluisti manibus maiorum nostrorum: vt quæ terrarû omnium in pretio apud te maximo erat terra, ea coloniam filiorû Dei reciperet dignâ. Verumetiã tales cum essent, pepercisti tamen. quippe quia homines essent. Missiq; præcursores exercitus tui vespas, quæ paullatim ipsos profligarent. Non quò nequites, acie impios dedere pijs in manû: aut immanibus feris, vel breui verbo semel delere: sed vt paullatim puniendo pœnitentiæ locum concederes &c. Et mox: Docuisti portò populû tuum illiusmodi factis; eum qui iustus sit, humanum quoq; esse oportere: & bona spe animos tuorû informaisti; vt qui in peccatis locû esse sinas pœnitentiæ. Nam si tuos hostes, & mortem promeritis, tanta cum considerantia puniuisti, concesso tempore locoq; quibus recederent à vitijs, quanta cura gubernas filios tuos, quorû maioribus insuandum, & fœdera dedisti bonarum promissionû. Et quæ sequuntur. piget enim plura adscribere. Ista autem eò lubentiùs, propè κατὰ λήξιν, conuertimus; vt lector nostrorû codicum animaduerteteret mendas. Nam pro, ἀλαλχοφάγων, legendû est accusandi casu, ἀλαλχοφάγους. Et pro, ἐν μέσσω, dicendû, ἐν μέσσω; ac deinceps pro, ἀφείσω, ἐφείσω. pro, ἀποσδύχης, ἀποσοχίης. Et quod hîc sequitur καὶ δέσσω, expungendû est. Deniq; pro, πείσσω scribèdum est πείσσω. Affert quidè ipse Moyses causam, cur paullatim expelli oporteret Chananæos. Nempe, ne feræ bestia frequentes existerent in locis solis; populoq; Dei infestè essent. Neq; enim Israelitæ ilicò occupare omnia potuissent. Sed illa causa videtur magis ad ea spectare tēpora, quæ sunt post Iosua excessum consecuta. quamquam huc quoq; non ineptè accommodari posse fatear. Sed & illud dici potest. hanc diuturni belli commemorationè, pertinere ad laudem Imperatoris Iosua, & vniuersi exercitus. qui magno & inuictò animo tanta pericula, tantasq̃e molestias, tam diu, sustinuerint, donec peruincerent. Nam & Christus nobis inculcauit, Eos qui ad extremum perseuerarint fore saluos.

Non erat ciuitas quæ pacem faceret cum Israelitis &c.

LXXII. interpretes contrariã prorsus sententiã reddidisse videntur: nisi si existimemus, corruptû olim esse locum; atq; expungendâ negadi particulã in illis verbis, ἢ πᾶσι παρὲς δὸν: aut certè, παρὲς δὸν, dictû ab illis esse, pro, concessit, Israelitis scilicet: hoc est, victa ab eis fuit. Sed Latinus simpliciter id representasse videtur, quod ipse apud LXXII. scriptû esse existi-

Aug. quest. in Ios.

Exod. 9, 12. Exod. 14, 17. Dent. 1, 30. Exod. 9, 35.

Sup. 11, 3.

Iud. 11, 19.

Dent. 7, 22.

Matth. 10, 22. & 24, 13.

existimabat; cum diceret, Non fuit ciuitas, quæ se non traderet filius Israel. quod quantû discrepet ab iis, quæ in Hebræo habentur, nemo non intelligit. verû ego hunc quoq; corruptû esse existimo. Continet autè hic versiculus caussam diuturnioris belli. Nepe manu res gerèda erat aduersus obstinatissimum hostè, ἢ ἀποσδύχων. Facile enim amplissimè percurruntur, subigunturq; prouinciæ; quando vna quapiam victoria sic percelluntur simul omnium hostium animi, vt victori exercitui vtrò vndiquaq; supplices se illi offerant, dedatq̃e. Verû vbi propè ad singula vestigia insistentû, explicandi ordines, expedienda tela, conferendæ cû hoste manus: atq; omnia vbiq; apud aduersarios desperationis vltimæ plena sunt: quia nullû est difficilius atq; pertinacius malû. neque quisquam omnium, nisi ipsa morte, depacisci vult: longa profectò, & laboriosa expeditio sit necesse est. Quod porrò additur, omnes ceperunt bello, qui potest verû esse: quâdo necdû sub Iudicibus aut regibus capte omnes Chanangorû ciuitates fuere ab Hebræis? Hunc modû sic dissoluit Augustinus: Omnes esse captas per vim, ad quas Iosua cum armis accessit. aut omnes, quæ sunt supra commemoratæ. Ceterû nominantur Heuæi Gabaonis incolæ, quia, quod antè diximus; plurimi fuere alij Heuæi.

Quia à Domino erat, vt obfirmarent cor suum &c. 20

OBFIRMANDI verbû hoc loco, est modi infiniti, ὀμνῶ. qui modus quoniã neq; personis, neq; numeris distinguitur, redditus est à LXXII, & eos imitato Latino, per patiedi verbû. Est enim anceps per se oratio; Deus ne cor Israelitarum, an verò ipsi suû obfirmauerint. Et sanè vtrumuis rectè dicitur. Legimus enim in Exodo, Dñm obfirmasse cor Pharaonis. Dominum obstinasse cor Ægyptiorû. Et in Deuteronomio, Dñm obstinasse spiritû Sethonis, & obfirmasse cor ipsius; vt cum traderet in manus Israelis. Rursus alibi scriptû est, Pharaonè obstinauisse cor suum. Sed nihil attinet plura adiungere exempla. sunt enim vtriusq; formulæ loquedi multa in sacris literis: vnde conficitur, perinde esse, siue à se, siue à Deo ipso obstinari homines dicatur. vtrûq; enim fit, quâdo ipsi suis flagitijs, atq; improba voluntate, qua diuinis legibus parere recusant, easq; petulater perfringere pergunt; eam contumaciã, quàm duritiè appellant sacræ literæ; sibi promeretur; tamquã sceleribus suis dignâ pœnam: Illorum autem flagitiorum faciendorû libido, ex Dei lenitate, atque patientia nascitur: quibus isti non ad peccandi licentiã; sed ad respiciendû occasionè vti debebat. Ego verò mea interpretatione causam in homines vertere malu, vt apertius diuinã iustitiam, in illiusmodi prauitatis animorû, tuerer. Neq; enim earû ille magis dici auctor debet, quã magistratus suppliciorû; quibus fontes, ob sua peccata, condemnât, plectuntq;: Aut quã benignus, & lenis herus, auferentis in seruo improbitatis, pro qua tandè pœnam ab illo meritã sumit. Sed adscribam diui Basilij verba, vt certè ea Latine consequi potero; quibus ille mihi videtur rem istã, strictim quidè, sed luculenter tamè, dixisse. Obstinavit, inquit, Pharaonè Deus, cum per longam huius patientiã, & supplicij procraftinationè illius flagitia auferent: vt tandè, vbi ad vltimum terminum excreuissent eius peccata, illustrius fieret diuinum, quo periturus esset, iudicium. Itaq; cû à minoribus progressus flagellis Deus, maioribus, atq; maioribus eum plectere pergeret; neq; emolliret tamè obstinatum; cõperit patientiè lenitatisq; suæ illum esse contemptorè; atque ipso vsu aduersus plagas occalluisse. Et tamen ne sic quidè morte ipsum multauit; donec se ipse submergeret; cum ausus esset præ superbia, eadè qua iusti, insistere via: atq; existimasset, vt Dei populo, sic sibi peruiû fore rubrum mare. Hæc ferè Basilij; & multa insuper alia in eandem sententiã diuinè scripsit, oratione ea, qua docuit, Deum non esse causam malorû. Et plura etiã diuus Augustinus, cum multis in locis strictim, tum copiosissimè libr. De prædestinatione & gratia. Hos auctores probatissimos audiat, qui plura de ista animorû obstinatione requirit. Ego enim semel sic statui: ea quæ ad diuinam pertinent prædestinationè; vt vocatur à Theologis; quia abstrusa sunt in profundo sapientiæ & cognitionis Dei, teste Paulo ad Romanos; & æquitate quadã occultissima, atque ab humana intelligentia remotissima dispensantur; vt scripsit Augustinus; procul religiosè & submissè adoranda, non autè curiosioribus mentis oculis inuestiganda nobis esse: ne cum insolenti ingenij confidentia accedere conantes propius, in barathrum erroris abforbeant. Quod nostra memoria euenisse viris alioqui doctissimis videre videor, Sed nihil attinet quemquam nominare. Ipsa enim illæ horridæ voces quas edidère in Ecclesia Dei, satis eos produnt. Sed vt ad sacra verba reuertar; existimandum est Chananæos nequaquam per Dei præscientiã, vt sic dicam, aut vllò cælesti pulsû adactos esse ad illam animorum suorum prauitatem; aut, vt vocamus, duritiem, & obstinationem: sed spontè ipsos per sua scelera obfirmasse sibi animos, vt meritò iustoq̃e Dei iudicio non respicerent;

Desperatio pertinax malû.

De obstinatione animorû, vnde oritur.

Homines simul à se & à Deo obstinantur.

Deus non est auctor obstinationis, sed iudex scelerû potius.

Basil. orat. quòd Deus nò sit causa malorum.

Augustinus.

De prædestinatione disputatio, periculosa est.

Explicatus locus.

Cor.

Israelitæ non crudeliter.

Quæstio.

Responsio.

De Aenacinos suis.

Gigantes.

Casus.

Atque.

quod.

rent: cum ipsorum tanto altius radices ageret impietas, quanto diuina lenitas diutius poenitentiam meritis differret. Atque hanc immediabilis prauitatis naturam scita figura expressit Zacharias vates, dum ei plumbeam in ore massam posuit: ut quæ suo opere ponderè altius atque altius fudit, mergiturque. Non solum ergo iustam; sed etiam euidenter iustam, ut loquitur Augustinus; poenam de illorum peccatis sumebat Deus; quæ ultra quartam iam generationem maturuerant: neque diutius ferenda erant, cum vlla melioris vitæ spe. Et tamè non ita sumebat libenter, ut non, pro æterna sua misericordia, locum concederet poenitentiae. quod exemplis rationibusque satis opinor, antehac ostendimus. Cordis verbum, pro mente, ut sæpè aliàs, positum est. Nam versiculi totius sensus est, Nullos Chananæos deditioem fecisse, præter solos Heuæos Gabaonitas. Nam diuino iudicio factum esse, ut omnes obstinatissimis animis perseverarent bellando aduersus Israelitas: quo ab his stirpibus excinderentur, absque vlla miseratione; qua solemus non erga repugnantes, sed supplices commoueri. Sed quia de innumerabili hominum cade agitur, rursus à crudelitatis suspitione vindicatur Israelitæ, cum additur clausula, *Sicut mandat Dominus Moysi*, q. d. nullam eos in ista tanta carnificina exercuisse iracundiam, aut crudelitatem in Chananæos: sed Dei iussa exsecutos esse, quæ à Moysè acceperant. Mouet hoc loco Augustinus quæstionem, Quid opus fuerit Chananæos sua peruicacia omnem à se misericordiam auertere; ut exitium, quo prorsus deleterentur, sibi accerferent: quando, ut maximè fuissent supplices, tamen lege diuina, erant exterminandi. Deinde respondet. Fas quidem non fuisse, ut illis Israelitæ parcerent, cum id facere prohibuisset diuina lex: verum tamen paruos fortassis fuisse multos, præ misericordia; si supplices occurrissent, ut pepercere Gabaonitis. Et, ut demus, Iosua animi permoueri misericordia iniqua non potuisse: tamè credibile esse, etiam ipsum lentiorè fuisse futurum, nisi illi per suam contumaciam ad vindictam illum stimulassent. Porro si Iosua superstitè, atque imperante, non fuissent illi delicti, facile deinde à diuisis tribubus manendi veniam consecuturos fuisse: cum ipso etiam tum viuo, sed præ senio bellum non administrante, populus in Dei mandatis obseruandis negligèntior, non paucis Chananæis pepercerit, subiugasse eos contentus; quosdã subiugare, nedum exterminare nequiuisset etiã. Sic ferè Augustinus. Sed nos aliã sententiã secuti sumus; quæ capite nono satis multis verbis explicauimus: ut superuacaneum sit, huc plura apponere.

*Et venit Iosua per id tempus, & excidit Aenacinos &c.* 21 22

Ex multis sacræ historię locis certum est, אֵנַקִּינִים, Aenacinos hominum genus fuisse, magnitudinis inusitatae, qui videntur quodam viro nomine פֶּנַח Aenac prognati, eius nomen retinuisse. Nã quod Iudæi plerique putant, hoc nomen esse appellatiuum, ut vocat Grammatici; quod torquatos dicas; atque à vasti corporis cultu quodam hominibus illis attributum; id leuissimi coniectura; quippe sola verbi significatione; ab eis iudicatur. Sed proferam locum vniuersum, ex quo illud, quod dixi, omnino possit videri credibilis. His vtuntur verbis speculatores Moysi reuerfi: Vidimus, inquiunt, Gigantes, filios Aenac, è gigantum genere: & videbamur nobis quales locustæ; talesque videbamur etiã illis. פֶּנַח בְּנֵי, hoc est, filios Aenac, vocant illos gigantes. Et paullo antè dixerat: Atque etiam prognatos Aenac vidimus ibi, hoc est, פֶּנַח בְּנֵי. Quis hinc nõ putet, Aenac dici, primũ illius stirpis parentem? Ceterum quod cõuertit, גִּיגָנִים, est Hebraicè, אֵנַקִּינִים; quo verbo, à cadèdo, vt videtur, dicto, vocantur etiã in lib. de rerũ ortu, ista naturæ monstra. Et haud scio an non iidè sint, quos Ennius dixit, Cicerone teste, Cascos esse à priscis vocatos. Constat enim antiquitatè multa ex sacræ literis compilasse. Iudæi אֵנַקִּינִים, dictos esse scribunt; quod, vt violenta rēpestate labes & calamitas sit in segetibus; ita isti in hominum cõtibus strages faciant. quod sanè consentaneum relationi speculatorum est: qui narrant, cum de hoc hominum genere verba faciunt; terrã suos vorare incolas. Atque ob hanc quoque causam, vt Iudæis placet, iidè vocabantur אֵנַקִּינִים, quasi terrores dicas; cum essent ceteris hominibus formidabiles. Sed אֵנַקִּינִים, ego certè appellatos esse existimo, quod quasi inferi, in antris, & cauernis sub terra habitarent plerique eorũ. Incepta enim est antiphrasis, quã quidam commenti sunt. Sed de his mox plura. Ceterum gigantes istos potissimum eos motes obtinuisse, qui circa Hebronem existerant, disertè referunt illi, quos nuper dicebam, speculatores. Et proditum sacra historia est, ipsos à posteris Loth: atque etiam Elau pullos inde aliquando fuisse. In illis igitur locis etiamnum ea progenies reliqua erat, & præterea in aliis quoque per Chananæam, montosis præsertim; quam nunc memoratur noua expeditione prostrigasse Iosua. Et si enim antè per vniuersam Chananæam cum exercitu longè lateque esset grassatus, eumque omnibus incussisset metum Barbaris, vt mutire amplius nemo auderet, tamen credibile est, immanes illas belluas potius quam homines,

Zach. 5, 8.

Aug. l. 2. quæst. in Exod.

Aug. quæst. in Ios.

Exod. 20.

Sup. c. 9. v. ult.

Nom. 13, v.

vi.

Iud. v. 12.

Gen. 4.

C. l. 1. quæst. 126.

Nom. 13, 12.

Deut. 2, v. 11.

Gen. 11.

Iud. 5.

Gen. 14, 5.

Nom. 13, 12.

Deut. 2.

homines, iterum ad res nouas animum adiecisse: & diuersis locis, in quibus sua latibula habebant; ostentare iam denuò se cœpisse: vt reprimendi viderentur; ne partitionem terræ mox nouis motibus impedirent. Quamquam si quis opinari malit, duos istos versiculos, corollarium continere maximarũ duarũ expeditionum, quæ hoc, & superiore capite sunt enarratæ; easque historias hoc veluti auctario, de fortissimis etiam Gigantibus à Iosua exterminatis absolui modò; is me sibi facilem astipulatorè est habiturus. Quod porro Calebus, vt xiv. & xv. capite audiemus, sibi Hebronis montem, quasi etiã tum integrum atque intactum ab armis Israelitarũ, deposcet; atque Gigantes inde eiiciet; vt etiã è Dabir Othoniel; id cum hac narratione non pugnat. Nã illæ Calebi, & Othonielis victoriæ, post Iosua demum contingere excessum: quantum certè ex Iudicũ historia apparet. Et hanc opinionem habent etiã R.R. Solomon, & Leui F. Gersonis. Interea autè verisimile est, gentem illam ferocissimã; cum antè, partim in suis antris abditiuam in vicinas vrbes Gazam, Geth, Azotũ profugi, manus Iosua euasissent; denuò illas maiorũ suorũ sedes occupasse, & ad res nouas alios sollicitasse: donec tandè à Calebo, post Iosua obitum, sunt prorsus deleti. Existimat quidè R. David Kimhi, Calebum id, etiã tum viuo Iosua, gessisse; cum Iudaica tribus suã hereditatè creuisset; & ipse dudum Hebrone donatus fuisset. Ei autè, & tribubus ipsius, præ ceteris Israelitis, victoriam illam adscribi: quia illi maiore studio in id bellum incubuerint; cum sua ipsorum res ageretur maximè. Hic verò Iosua etiam, vt Imperatori, attribui, cuius auctoritate res esset gesta. Et huic assentitur etiam R. Isaias. Interpretaturque isti, qui hanc habent opinionem, illa quæ in Iudicibus scripta sunt verba, in tempus præteritum plus quam perfectum; vt vocant Grammatici: Perreerat Iuda ad Chananæam habitantem Hebrone: percussit Sefai: dixerat Calebus: ceperat Othoniel. atque ita cetera; vsque dum memoratur Iudas cum Simone profectus contra Gazam esse. Sed de multis sanè istis, Calebum cum suis tribulibus, ex Hebrone, Othonielem ex Dabire, exterminasse Gigantes; vt scriptum est in Iudicibus, etiam tum superstitè Iosua, atque imperante: quid quæso faciant de ceteris locis, quæ hic memorantur, Anab, monte Israel, vniuersa denique terra filiorum Israel? An ista etiam ad illam Iudicum narrationem pertinere dicent? Ad hoc: liber Iudicum prodit, mortuo Iosua consultum esse oraculum Dei; quæ tribus prima aduersus Barbaros exire deberet. Cumque ex operto caelesti responsum esset, Iudaicam debere bellum auspiciari: hanc cum sociã Simeonitica primũ inuasisse regem Adoni-bezek. deinceps urbem Ierusalem: mox descendisse ad Meridiem versus, atque Hebronem contendisse infestis armis: ibique tres illos Gigantes cecidisse: Othonielem verò sua virtute cepisse Dabiram. inde vnã profectos Sephat, occidisse eius loci habitatores Chananæos: deinceps cepisse Gazam, Aſcalonem, Accaronè. Quæ vniuersa narratio, cum pulchro tenore procedat; ipseque locorum situs optimè rebus ex ordine gestis respondeat: non potest profectò non ineptum videri; ipsam diuersi temporis verbis interrumperè. Huc etiam illa addi possunt; quod isti, post debellarum regem Adoni-bezek, & captam Ierusalem, memorantur in Iudicum historia, Hebronem esse profecti: rex autè Adoni-bezek nusquam inter eos enumeratur, quos vicit Iosua. Quodque Gazã expugnarit: quam præfens locus, quem tractamus, non esse captã à Iosua, apertè ostendit. Quod si verò etiam auctoritate pugnandum est, certè D. Augustinus mecum facit. Censet enim illam Calebi de Hebronis Gigantibus victoriam, in Iosua quidem libro, κατὰ ἀρχὴν Ἰωσὴφ; at in Iudicibus, suo tempore, locoque narrari. Obseruandum est autem, Aenacinos è montibus; non etiam vallibus aut campis eiectos dici. Quippe hominum genus ab omni humanitate alienum; & vt est credibile ex iis quæ speculatores retulisse nuper dicebam, ἐν θρωπέφραγον; montes potissimum, ferarum in morem, habitabat. in quibus cuniculos sibi effodiebat; quales in campis fieri non patitur humor. Vnde Homerus de simili hominum genere, Cyclopiibus, cecinit:

Odyss.

Τοῖσι δ' ἔτι ἀγροεὶ βελιφόρεσι, ἔτε θέμιστες:  
 ἀλλ' οἷον ὑψηλῶν ὄρεων ναῖεσι κάρλυα,  
 ἐν ἀπέσσι γλαφυρήσι. θεμιστεύει δὲ ἔκμαστος  
 παίδων ἢ δ' ἀλοχῶν ἢ δ' ἀλλήλων ἀλέγρουσι. &c.

Iud. 4.

Κράτσοι μὲν ἔσαν, καὶ περὶ τοῖς ἐμάχοισι  
 φηρσὶν ὄρεσκαίοισι, &c. Centauros ille montium incolas feras appellat. Quod si

Iud. 1, 15.

autè in vallibus quibusdã etiam manebant Aenacini, aut campis, quales videntur fuisse, qui falcatis curribus sese aduersus Iudæos defendebant, in Iudicum historia; existimandum

Occupatio.

Quando Caleb eiecit Gigantes ex Hebrone. R.R. Solomon & Leui Gers. comment. in Iudic.

R. David Kimhi.

R. Isaias.

Explicatus locus.

Augustinus.

Gigantes in montibus fere habitasse speculatas.

dum est, hic montium modò, non etiã summiffiorum locorum, mentione esse, quia illorũ pars maxima versabatur in montibus. Aut diuino nutu preteritos esse quosdã à Iosua, qui aliquando molesti populo Israelitico essent: ne is nimio otio Dei sui obliuisceretur; atq. in omne vitium sese dederet. Aut denique, illos, qui in Gaza, Geth, Azoto se seruauerant; post in valles illas mississe colonias. Ceterum quod est in sacro texto, *de monte*, complectitur vniuersè ea, quæ deinceps speciatim enumerantur, loca, Hebronem, Dabir, Anab, hæc enim ferè loca sunt, quæ *ὄρη* vocat Lucas. Paulo etiam amplius patet illud, *ex omni monte* Luc. 1, 39.

**Mons Iudæ.** *Iude.* omnes enim illos montes significat, qui in ea Palæstinæ parte vsquam sunt, quæ ab Ierusalem ad Austrum iacet. De monte Israel, suprà satis multa diximus. De Hebrone quoque, & Dabir, pauca. & erit de istis vrbibus alibi rursus dicendum. At *אנב*, Anab, locatur ab Eusebio libello de loc. Hebr. quarto, aut vt alios censere dicit, octauo lapide à Diospoli, hoc est, Lydda, ad Orietem versus. eiusq. vrbis representare adhuc vestigia, ait, villulam nominatam Beth-Anobã. Ex qua ego descriptione conicere probabiliter mihi videor; eandem vnam fuisse vrbem, quæ primùm *אנב*, Anab, deinde verò *אנב* *אנב*, Nob, vocata sit. Nam nostri homines, qui illa loca peragrarunt, religionis causa; prodiderunt memoria; Nob dici nunc vulgo Beth-anobe, & Beth-anopolin. sitamq. eam esse in decliui montis cuiusdam: & iis qui ab Ioppe Ierosolymam petunt, apparere à dextris, cum non procul à sinistris se Lydda conspicienda offert, hoc est, Diospolis. Porro illud, *vnã cum suis vrbibus deleuit ipsos*, dissentaneum esse videtur ei, quod modò dicebatur, vnam Hasorem inter hostiles vrbes esse deletam, in ista expeditione. Atqui responderi potest; hanc aduersus Ænacinus nouam fuisse expeditionem: quæ paullo post alteram fuerit suscepta: aut Ænacinorum vrbes, vt pote à fortissimis defensas viris, non nisi subuerfis mœnibus capi potuisse: ideoq. deletas esse. In eam enim sententiam interpretari quosdam illa, de sola Hasore cremata, verba, monebam. Quin hoc quoque dici potest, vocabulum, *אנב*, hic non vrbes, sed ciuitates significare: Ænacinosq. cum suis ciuitatibus, in quibus dominatum habebant, perditos esse. Tres vrbes, Gaza, Geth, & Azotus, maritimæ fuere. Et de Gaza quidem quæ proximè versus Ægyptum posita erat, suprà differuimus. Geth autem, sunt qui Plinij Gettam esse censent. Verum cum ille hæc locet inter Carmeli promontorium, & Ptolemaida, siue Acen, fieri non potest, vt illud verum sit. Neque enim Philistinorum vrbes quinque, è quarum numero nostra Geth vna est; tam longè à Gaza sursum recedebant. Sunt etiam qui Anthedonem, & Agrippinam fuisse putant. At *ἀνθηδών*, vt Stephanus scriptum reliquit, Gazæ erat admodum propinqua. vt nomina ista aut ipsam Afcalonem, aut proximam Afcalonem vrbem quampiam significare potius videri debeant. Nam & Strabo Anthedonem septem dumtaxat stadiis abfuisse à portu Gazæ, suaq. ætate euerfam iacuisse scripsit. At Iosephus illis regionibus natus, cum libro quinto, tum rursus nono suarum antiquitatum, prope Iamniam collocat Geth. Nostri verò, qui illa loca adierunt, scriptum reliquere: istam Geth in rupe existisse, in qua etiamnum eius cernantur ruina: inter Iamniam, quam Veneti hodie Zaniam vocant; & castrum Beroaldi. sed nonnihil introrsum à maris litore recedere, atque abesse ab Ioppe versus Meridiem millia passuum circiter duodecim, hoc est, quatuor horarum itinere pediti. Afcalonem verò à Geth distitam esse versus Austrum, quantum itineris conficiat pedes horis decem. hoc est, millia passuum circiter triginta, & vulgò Geth nunc vocari Beyselea. quod ego nomen significare autumo, domum rupis; de quæ Hebræo, *בית קלע*, formatum esse. Sed quando Castrum Beroaldi atigi mentione, existebat illud propè à maris litore, sub Iamnia, versus Gazam. hoc est, inter Iamniam & Accaronem; à Godefrido Bullionio structum. Sed de Geth idoneo loco plura sumus dicturi. Habuit hæc vrbs ex gigantea illa, siue Ænacinæ progenie ciues monstrosæ magnitudinis, ad Davidis vsque memoriam. Nam & Goliath ille gigas, quem Dauid admodum adulescens, memorabili duello occidit; & eiusdem nominis alter, quem idem post Saullis necem, cum tribus fratribus quartum interemit, Geththæi fuere. At longè diuersa ab hac fuit Ionæ patria, dicta *גת-הפער*, Geth-Hepher. Erat enim hæc vrbs prorſus mediterranea, posita circiter bis mille passibus à Diocæsarea, siue Sephori, quæ ibatur Tiberiadem. vt suo loco dicemus. Post Geth sequebatur non procul à maris litore pergendo versus Gazam, & Ægyptum, vrbs Accaron: & deinceps, circiter duodecimo lapide, Azotus: post Azotum Afcalon: ac demum Gaza. Vt autem Strabo libro xvi. scriptum reliquit, vicinæ admodum fuisse inter se videntur Azotus, & Afcalon. Facit enim ille itineris spaciũ inter Iamniam & Azotum Afcalonemque pænè par. id autem est, ducentorum stadiorum.

*ἐπιθ.*  
Mons Iudæ.  
Anab.  
*אנב*  
Nob.  
Beth-anobe.  
Lydda.  
Occupatio.  
*אנב*  
Gaza.  
Geth.  
Anthedon.  
Iamnia.  
Afcalon.  
Bey-selea.  
Castrum Beroaldi.  
Goliath gigas.  
Geth-Hepher.  
Accaron.  
Azotus.  
Afcalon.

Luc. 1, 39.  
Sup. v. 16.  
Sup. c. 10, v. 36, & 37.  
Sup. v. 13.  
Sup. c. 10, v. 41.  
Stephanus de vrbibus.  
Strabo. Ioseph. ant. li. 5. c. 3. & lib. 9. c. 11.  
1. Reg. 17.  
1. Reg. 31.

rum. Sed Azotus, vt minùs mireris, introrsum à mari recedebat. Afcalon autem in maris exstabat litore. Est autem Azotus recepta arca Dei nobilitata vrbs. Et Philippus cum Eunuchum Christiano latro tinxisset, in hanc vrbem deportatus est ab Angelis. vnde maris litus prope relegend, Cæsaream Palæstinæ peruenit. & inde in Samariam est reuersus; ex qua primùm sublatu fuerat. Sed de istis vrbibus nunc hæcenus, plura cap. xiii. si volet Deus.

*Itaque accepit Iosua vniuersam terram: secundum omnia &c.*

**CONTINET** iste versiculus epilogum omnium adhuc actorum à Iosua; & simul argumentum eorum quæ deinceps agentur. Fuisse quidem magnam Chananæ partem reliquam, neq. adhuc subactam à Iosua, dicitur capitis decimi tertij initio. Sed ille, *κατὰ σωματὸς γῆς*, omnem ceperat; hoc est, & montosam, & planam, & deuexam, siue valles, & apricam. vel eatenus omnè sibi subegerat, vt nemo esset reliquus vsquam aduersarius, qui motis armis distributionem fieri prohibere posset. hoc enim versiculi clausula significare videtur, his verbis, *Et quiescit terra à bello*. q. d. nullæ vsquã hostiles conspirationes, aut motus per vniuersam terram audiebantur amplius. vt iam nulli metuendi videretur, qui diuidendæ hereditatis otium interpellaret. Et sanè credibile est, cum quosdam superstites, & tamquam integros manere voluisset Deus; qui olim flagitiosa Israelitarum otia bellis factis interromperent; sic diuinitus comparatum fuisse Iosua animum; vt illos ante partitione excindere non esse opus existimaret. Itaq. omnia vbiq. iam fuisse tranquilla. Quod ego dixi, *secundum distributiones*, id Latinus non satis aperte interpretatus esse videtur, secundum partes. Neque enim Iosua singulis viris, sed tribubus suas assignauit portiones. siue, ipsis Israelitis, pro tribu, in qua quisq. censebatur, dedit hereditatem.

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM  
IN IOSVAM, CAP. XII.

*Sunt autem hi reges terra, quos ceciderunt Israelita &c.*

*גת*, quod nos torrentem, Græci *ὄρη*, hoc est, vallem, aut conuallem interpretantur; locus est, in aluei speciem depressior; siue aquis coopertus sit, siue humore careat. Symmachus hic *καταρρα*, id est, torrentem, conuertit. Verbum autem, *ערכה*, explicatum alibi est à nobis. L x x i i. rursus, vt loci propriam nomen, vocem ipsam conseruauerunt. Latinus, desertum, interpretatus est. Ego verò cum Symmacho, planitiem, dicere malui. quòd animaduertim sic locum istũ à Mose descriptum esse in Deuteronomio, cum diceret: Accepimus illo tempore terram de manu duorum regum Amorrhazorum; qui erant trans Iordanè, à torrente, siue valle, Arnon, vsq. ad montem Hermonem, quem Sidonij vocant Sarion; Amorrhæi verò Sanir, omnes vrbes *הקניזים* (hoc est) planitiei; & vniuersam Galaad, vniuersamq. Basan, vsq. ad Salecha, & Edrai, vrbes regni Og in Basan. &c. Porro quia propositũ est, deinceps vniuersæ terræ distributionem exponere, tam eius quæ citra, quàm quæ vltra Iordanem iacet; primùm, tamquam epilogo quodam, in cõspectu proponuntur loca omnia, quæ ad distributionem cum pertineant, vel Mosis, vel Iosua imperio sunt subacta. idq. nominatis regibus potius, quàm locis ipsis. Est enim hoc & ad narrationem compendiosius, quia in vnus regis ditione multa fuerunt loca; & ad victoriæ gloriam illustrius atq. augustius: cù fuerit semper apud omnes gentes amplissimũ regis nomen & dignitas. Existimat autè R. Leui F. Gersonis, filios Israel nominari, nõ Mosen, à quibus casũ sunt reges cis Iordanè; vt intelligamus, eam victoriam nõ Mosis virtuti, sed gratuito fœderi Dei; quod ille cum Israele, eiusq. maioribus, & posteris pepigerat; acceptam referri debere. Et piè quidem Leui; sed an satis firmè, nescio. Cur enim in iis victoris percensendis, quæ trans Iordanè de Chananæis partæ sunt, non item soli Israelita, sed ipse Imperator ante hos, Iosua, nominatus est? Verum, diceret, opinor, ille, maius periculũ fuisse; ne vulgus Mosen existimatione diuinitatis supra hominè coleret, quàm ne Iosua. Ego verò malim sanctius aperiret, de vero Iosua; i. de Iesu Christo, mysterium. sed omiffis mysteriis; equidè puto, Iosua mentione fieri magis, quã Mosis, quia hoc cõmentario res ab Iosua gestæ potissimũ explicandæ sunt. Mosis enim præclara illa facinora suis locis sunt perscripta. Diximus suprà, Hermonè montè, esse Libani partè versus Orientè. id autè verè dictũ à nobis esse, cõficitur ex huius versic. verbis: quæ planè de locis in Galaaditide positis sũt. Arnò siue fluius, siue torrens, Moabitas seuigeat ab Amorrhæis cis-jordanis, vt sic dicã. Id enim in Num. scriptũ est. Is, vt ait Ioseph. ab Arabicis motibus per

Al. v. v. v. h.  
Num. 21, 13.  
Ioseph. ant. li. 4. c. 14.

23  
Occupatio.  
i  
ערכה  
ערכה  
Regis nomen augustum.  
R. Leui Gers.  
Hermon.  
Amon fl.  
prærupta

preiupta delapsus, in mare mortuū, siue Asphaltiten lacum se exonerabat, non procul ab Iordanis ostio. Etenim Israelitę partim per loca deserta, partim per ea quę in posterorum Esau & Loth erant ditio, profecti, post transmissum tandē Arnonē arma expediuerunt ad quarendas sibi possessiones. Ibiq; præclaris istis victoris sunt potiti, quę nunc cōmemorantur. Nā neq; eos qui ad montē Scir habitabant, vtpote progeniem Esau, neq; Moabitā, aut Ammonitas, posteros Loth, lædere fas fuerat. Planities autē versus Orientem, cuius est mentio, ea est, quę, campestris Moab, sæpē solent nominare. hoc est, campi illi, qui ab Arnone sursum porrecti iacent, aduersus sinistru Iordanē, & dextros montes Arabicos. Sed describentur mox ipsis sacris verbis: ad quę explicanda prius quā accedam, videndū est, An fas fuerit Israelitis cōfidere cis Iordanē in hisce locis: quando diuinā illę promissiones omnes ad eam solam spectasse terrā videntur, quę Iordanē claudebatur ab Oriente? Nā pro rebellij pœna fuit Mosi, & Aharoni, quod in hanc peruenire nō possent. Id enim Deus ipse testatus est. Quare istam occupare regionē, nihil aliud videri potest, quā terminos hereditatis ab ipso Deo olim positos, refigere. & quod omnium malorū maximū est malū, Ecclesię corpus diuidere, scq; à cōmuni societate fœderis diuini subducere, atq; emancipare. Ad ista, nō malē, opinor, responderi possit: Promissiones illas Dei, has etiā prouincias esse cōplexas, tamquā cum reliqua Chanaanā coniunctas, quāuis interlaberetur Iordanis. quandoquidem in eas vsq; se propagarat à Noe deuota illa posteritas Chanaanis: quorū terrā vniuersam Deus olim Abraham donauerat: cœlestiq; decreto sanciuerat, illos ab Israelitis esse exterminandos. Erant enim Schon, & Og, Amorrhæorū reges ambo. Amorrhæos autē Chanaanē prognatos esse, testata res est. Nā quod illa, quę trans Iordanē tota posita est terra, plerumq; sola potest promissa videri; cum Iordanis traiciendus populo præstituitur: id idē factū existimari licet, & quia præcipua illa portio erat, & quia mysteriū salutis humanę in ea olim patefieri mundo debebat: atq; idē etiā Dei sacrariū illic collocari. Ad Mosē verō, & Aharonē quod attinet, pro magno quidem illud ipsis fuisse supplicio, quod prohiberetur à transmittendo Iordanē: nō quia illa sola terra Israelitis promissa esset: sed quia sola sacro cultui dicata; ob eam, quā modō dicebā, rationē. Non enim viri sanctissimi tantopere affixas terreno alicui mentes habebant: sed Dei promissa ad rem planē cōferri, purumq; cultū ad eum adhiberi, id verō erat, cuius vidēdi maximo tenebantur illi desiderio: & pro quo tot grauissimos exantlaerant labores. Ad hoc, ingens illos cura & sollicitudo angebat, ne, vt ad Cades-barneam acciderat, noua aliqua populi cōtumacia nouę dilationis felicissimi euentus, nouorumq; errorū causā daret. Certē ad hanc Mosi sollicitudinē aliqua ex parte leuandā, videtur illi Deus ē montis vertice sacrā illam ostendere transjordaninā regionem: & simul mandare, vt Iosua addat animos, populū pro se traducturo, quasi dicat: Non est mi Mosēs, quod nimum sis sollicitus. en tibi ob oculos loca illa sacrā: in quā mox, duce Iosua, populus inducetur. Quis enim putet Deū, solo aspectu diuitis regionis, animū Mosi, tamquā auari cuiuspiā hominis, demulcere voluisse; ac nō potius certa spe præsentis euentus promissionū veterū: Sed dices: Si ista regna Schonis & Og, ad terrā promissā pertinebāt, non erat quod de euentu promissionū sollicitus esset diuitis Mosēs; cū ipse iā in magnā promissā terrę partē induxisset populū. Atqui hoc nō est ita. Nam hæc pars tū demū iure hereditas populi futura erat, cum altera illa sacrator trans Iordanē occupata, & Dei cultus in ea cōstitutus, esset. Verū nondū me dimittis: sed etiā vrges, inquit: Mosē acerbissimē inuectū esse in eas tribus, quę hanc partē sibi donari poscebāt, quamuis minimē petulāter, sed submissē id faceret. Primum enim ignauię eos arguebat, quasi pugnā fugerēt. deinde improborū illorū similes exploratorū esse dicebat, qui populū à promissā terra, ante annos xxxviii. deterrerāt. Immeritō enim tam duriter ab illo tractati sunt; si hæc quoq; pars ad promissā terrā pertinet. in qua cū ipsi manere cupiunt, multū profectō abest, vt reliquū populū ab ipsa auertāt. Ego verō respōdeo: Mosē nō tā grauiter illos accusasse, quia istā regionē pro hereditate ambirēt: sed quia dicerēt, Ne nos facias transire Iordanē. Nā, vt nuper dicebā, hæc pars, sine altera, in qua sacri ritus atq; religio constitui debuerunt, obtineri pro hereditate nō potuit. Reputare igitur illi apud animum suū debebant, faciliē huius suę retractionis exemplo fieri posse, vt omnes à traiciendo refugerent; propter rumores, quos dissipauerant illi speculatores. Et sanē simulatque, re melius deliberata, eas rationes Mosi proponunt, quibus neque sacrarium Dei deferant; quod illuc translatum oportuit, neque focios; facillimē id impetrant, ob quod antē non satis consideratē petitum, acerrimē fuerant obiurgati. Neque hęc Mosēs, dum annuit, vel fœdus Dei, tamquam

Campesstra Moab.

An Galaaditis ad terrā promissā accēnuit.

Responso.

Mosēs & Aharon cur Chanaanē desidio arserunt.

Deut. 2.

Numer. 20, 12. ff 27, 13. & Deut. 32, 48.

Gen. 10, 16.

Numer. 31, 9. 21, & 22.

ca

ea re violetur, vel termini hereditatis moueantur, vel denique Ecclesię corpus discindatur, vllum facit verbum. Sed enim quod ista, vt his vocibus vtat, cisjordanina pars ad promissam terram pertinuerit, ex ipsis Dei verbis effici posse videtur. cum ille ait ad Mosē, & populū: Dedi in manum tuā regē Hesebon Amorrhæorum, & terram eius: incipe possidere. Et paullo post: En iam cœpi tradere tibi Schonē, & terram ipsius: incipe posside, vt possideas ditionē ipsius. Et rursus de Og similia facit verba. Itaq; planē id dicere videtur, promissā terrę possessionem hęc auspicandā esse. Nam verbum possidendi, שָׁרַר, solet ius hereditarium significare. Neq; verō sic loquentē adhuc Deum audiuius, aut de Amalecitarum, aut aliarū nationum terris; aduersus quas per iter pugnauerunt Israelitę. Neq; quemquā Israelitarum petentē vsquam hereditatē vidimus. Ad hæc, vt ego certē existimo; duæ illę diuisę per Iordanem regiones, in quibus separatim populus Dei cōsedit, vel idē ambæ terra promissa videri possint; quia appositissima figura, duās resp. populi Dei adumbrat; quarum alterā constituit Mosēs, alteram Christus. Nam Mosēs eos, qui primi fuerant nati, Ruben, Gad, & Manassen, cis Iordanem collocauit. Et qui per Mosē legē Deum coluerunt, primus fuerunt Ecclesię partus. Qui porrō post illos nati sunt, eos Iosua, hoc est Iesus Christus, per Iordanis sacrum Baptismum, introduxit in eam terram, quę *ματ' ἐξ' ὀχθῆς*, promissa vocatur, & in qua sola verus Deus cultus fit. Rursus vt illi, qui cis Iordanem collocati fuere, sacris ritē operari non potuerunt, nisi Iordanem transmitterēt, atq; ad eorum se cœtus adiungerent, quos in sacrā terram introduxerat Iosua: ita neq; ij qui se Mosi lege habebant, verē Deum colebant, nisi per fidē ad Iosua, hoc est Iesum Christum, eiusq; sacra mysteria transfirent. Quid quod Manassis tribus, partim cis Iordanem collocatā à Mosē, partim cum Iosua transit in terram sanctiorem? An non pulchrē nobis adumbrat, quod multietiam Iudæorum secuti sunt Christum? Sed hæc hæctenus à me ita sunt dicta, vt tamen pugnare nolim, si quis existimare malit, duas illas tribus, & dimidiam, antiquum Dei fœdus, suis ipsorum commodis postposuisse: & flagitiosā cupiditate eas sedes extra terram promissā à Mosē sibi dari postulasse: Deum verō, arcano quodam consilio, vetus promissum auxisse noua liberalitate: & simul, pro immēsa sua misericordia, petacibus filiis delicti eius gratiam fecisse: hoc est: cæcam illorum cupiditatem, in illustri sui in omnes beneficij occasione vertisse. Sic enim solet immensus ille misericordię thesaurus ex cæcæ mortalium mentis tenebris lucem producere. Id igitur in hac re sequatur quisque, quod ad verisimilitudinem putabit esse propensius. Sed animaduertat interim, eas tribus quę præ ceteris abundabant diuitiis, extra sanctiorem terram manere voluisse. Nimirum illud verissimum est: diuites haud faciliē in cælum ire. Quare si à Deo aucti opibus sumus, & diuitiis; ita comparemus animum nostrum, vt ne illis addictior, vel gratius aduersus datorem Deum, vel beneficis erga proximos, & præsertim egenos, vmq; esse cesset. *Sehon rex Amorrhæorū qui habitabat in Hesebon &c. 23*

E A M vniuersitatē regionis cis Iordanē occupatę ab Israelitis, quā superiore vers. propositam vidimus; iam singulis locorū descriptionibus explicatū itur. Primum autē agitur de Schonis regno; quia is primus hostiliter cum occurrisset Arnonē transgressis, primus & vitam, & regnum amisit. Cuius regni descriptio, quę istis duobus versic. continetur, est etiam in Deuteronomio. sed verbis paucioribus; exposita. Possunt autē sacra verba in hanc ferē sententiam interpretari: Schonis regni latus id, quod Orienti oppositū erat, protensum fuisse ab vrbe Aroer, quę est ad Arnonē posita, sursum per Galaaditidē, vsq; ad torrentem Iabok: qui torrens istā ditionē ab Ammonitarū ditione seiungebat: similiter atq; Arnon à Moabitarū. Porrō fines aquilonares secundū Iabok, propē ad lacū vsq; Tiberiadis siue Genesarā, quā is spectat Orientē; descendisse. Atq; hinc latus illud quod Occidenti obiectum fuit, procurrisse secundū Iordanē vsq; ad mare salum; quod Asphaltiten lacū vocamus, qua parte id mare spectat Orientem: quāq; iter est ad Beth-Iesimoth. Deniq; ab illo maris salis loco vsq; ad Phasgā montis radices patuisse fines australes. Iosephus lib. antiq. quarto, eadē hæc loca sic paucis est cōplexus: Situm est, inquit, regnum Schonis, inter tria flumina, quasi insula. Nā à Meridie cingitur Arnone; à Septentrione Iabok: at Occidentē ripa Iordanis terminat. hęc si Iosephus Arabiæ montes opposuisset Orienti, nihil omisisset de expressissima descriptione. Ceterum ex eius id verbis cōficitur, quos fines nos, sacrum textū secuti, fecimus ad Meridiē, eos ab Asphaltite ferē aduersus Arnonis cursum extendi ad Phasgā vsq; radices. Ista loca priscis temporibus habuerant Moabitę. Nā & ij trans Arnonē habitauerant, vt Mosēs versibus ex sacris annalibus prolatis attestatur in Numeris. Sed illis profligatis, Amorrhæi iam olim tenebant, cum Israelitę aduenirent.

Deut. 2, 26.

Exod. 17.

Gal. 3, & 3.

Matth. 19, 24. Marc. 10, 25. Psalm. 62, 11.

Deut. 2, 36.

Numer. 31, 14.

ε 3

Quare

Anagoge scita. Dux habitaciones Israelitarum per Iordanem discretæ; quid adhiberint.

Deus ex testibus nostris mentis producit lucem.

Diuites nō facile in cælum eunt.

Descriptio regni Schonis.

Iabok flu.

Iosephus.

Moabitę.

חשבון Hesebon.
גת רבנים
Philadelphiam.
רבת עמון
ערוער
Aroer. &
Ar.
רבת מואב
Rabbath Moab.
R. Solomon,
גת רבנים
Mons Galaad.
Styrax voc
Hebraica.
גת Labok
Philadelphiam.
Campestris
Moab.
Mare campe-
stre.
Mare salis.
Beth-Iesi-
moth.
עבריים
Abarim mon-
tes.
Phaiga.
Aroer.

Quare iniquè Ammonitæ ea ab Israelitis repetunt in Iudicâ historia, tamquam per vim olim illorû isti maioribus eripuissent. Porro vrbé Hesebon his ferè verbis describit Euseb. libello de loc. Hebr. Est, inquit, Hesebon, ciuitas Sehonis regis Amorrhæorû in Galaaditi- de; quæ cum fuisset antè Moabitarû, ab Amorrhæis belli iure possessa est. Meminit eius Ieremias. Et Isaias quoq. in visione cõtra Moab. Porro nunc vocatur Esbus: vrbs insignis Arabiæ, in mõtibus qui sunt cõtra Iericho, viginti ab Iordane millib. pass. distas. Fuit autè in tribu Ruben separata Levitis. Hæcille. Videtur quidè in hereditate Gaditarû annu- merata esse in hoc cõmentario: quod pleriq. existimât idèd factû, quia in confinio Rube- nitarû & Gaditarum exstaret. Sed ista disputabuntur idoneo loco. Ceterum Solomon in Canticis, oculos amicæ suæ cõparat cum piscinis Hesebon, quæ ad portam Bath-rabbim stant, hoc est, vt opinor, ad eam portâ, qua ibatur ad vicinam Philadelphiam. Huic enim vrbi Rabbath Ammon erat nomè apud Hebræos. Mihi enim dubitatio nulla esse vide- tur, quin Hesebon hæc nostra, sit Ptolemæi Esbuta. Iam verò ערוער, Aroer, quæ sæpe solet dimidiato verbo dici, אר, Ar, ea est vrbs, vt ego censeo, quam Græci ἀρόπολιν nominant: Hebræi verò etiâ, רבת מואב, Rabbath Moab: quasi Moabitarû vrbé frequentissimâ dicat. In Stephano scriptû est, mendosè opinor, ῥαβαθμοוא, pro ῥαβαθμοואβ, aut ῥαβαθμοואμ. So- lent enim sæpe μ & β inter se cõmutari. Videtur autè ista vrbs ita ad Arnonè posita fuisse, vt in medium vsq. alueum fluuij exstruere ædes magnæ partis essent. Nam vanus est & inconsideratus R. Solomon, dum illa sacra verba, intra torrentè, sic interpretatur, vt dicat, Sehonis imperium per mediû torrentem ad ripam vsq. aduersam fuisse extensum. cum alibi expressè scriptum sit, ciuitas intra torrentem. Sed an altera intra torrentè fuerit Aroer, id post videbimus. Porro montis Galaad, mentio etiâ est in Iacobi historia. Ad hoc enim nomèn alluisse videtur vir sanctissimus, cum lapidû aceruum illic loci structum appella- ret גת רבנים, nisi cum Iosepho, atq. etiâ Hieronymo nostro existimare malis, ex illo iurisiu- randi, siue fœderis monumento, nomen monti mansisse. Porrigitur autem Galaad fur- sum ad Libanum vsq. cuius est veluti appendix; aut, vt D. Hieronymus verba Ieremiæ interpretatur, initium. Vocat enim eum Ieremias, caput Libani; feracissimumq. eius res- tinæ esse dicit, quam ab Hebræis accepto vocabulo, nostri Styracem appellant. Hebræi enim, אר, dicunt. Est ab hoc monte, læta amœnâq. regio, quæ inter ipsû & Iordanè pa- tet, vocata Galaaditis; vt auctor est Iosephus, exstet & vrbs nomine Galaad in eodè mon- te, quam Machipitæ armis ceperunt, vt est scriptû in Numeris. Sed גת Labok fluuiolus, etiam ipse à Iacobo nobilitatus, ortus ex Arabiæ montibus, Philadelphiam Ammonitarû clarissimam vrbem præterit: quâ Hebræi, ארמון, Ammon, & vt nuper dicebam, רבת מואב, Rabbath Ammon, appellât. & tandè commiscetur Iordani, nõ procul ab eo loco, vbi iste Genesârâ reliquit. Et ista quidè loca ad illud pertinent latus regni Sehonis, quod Orienti & Arabiæ obiacet. Cum porro sequitur, Et in planitie vsq. ad mare Tiberiadis, versus Orientè, transitur ad eam partè, quæ Septemtrioni est opposita. Deinceps ad illam quæ Occidèti, cum additur, Et vsq. ad mare campestre, mare salsum, quâ iter est ad Beth-Iesimoth. Continetur autè his duabus descriptionibus campus ille, què solemus Moabitarû dicere: quia Moa- bitæ olim, vt nuper dicebamus, eû habuerûnt, antè quàm ab Amorrhæis per vim inde trãs Arnonè pellerentur. Iacet enim ille campus inter duo maria, Tiberiadis, & mortuû; perti- netq. ad vtrumq. ab Oriente. Idq. sibi vult illa verborû clausula, versus Orientè. nã ab Occidète vniuersus clauditur eo Iordanis tractu, quo iste fluuius è lacu Tiberiadis elapsus in mare mortuû influit. Sed cur hoc mare vocetur câpestre, expedita ratio est. quia loco pla- no, & æquabili exstet, qui amœnitate olim paradiso cõparabatur, & Ægypto, prius quã caelesti igne subuersis quinq. celeberrimis in eo vrbibus, & altius flamarum vi exeso solo, aquæ illic Iordanis stagnare cœpisset. Salis verò mare dictû est, à saluginoso & acri sapore aquarû: quas in salè excoqui etiâ sunt qui scriptû reliquerûnt. Sed de istius lacus, siue stagni natura, satis multa Iosephus, & alij, vt otio abusus videri possim, si ego prolixius pergã de- scribere. Beth-Iesimoth, quod est, ac si, domû, aut locû vastû defolatumq. dicas, fuit lo- cus in campis istis Moabiticis, vnde postrema, quæ Moses fecit, castra explicabantur ad Abel-Sittim vsq. Porro extrema verborû complexio, istam dico, ab Austro verò, sub deuexis Phaiga, designat nobis fines australes regni Sehonis, ab Iordanis, siue Arnonis ostio ( sunt enim ista inter se vicina) aduersus Arnonis cursum, vsq. ad radices mõtis Abarim produ- ctos. Nã hinc sursum auspiciabamur Orienti oppositos terminos. Phaiga enim, siue loci propriû nomè est, siue verticè, siue præruptû, aut cauû saxû significat, planè mõtis Abarim pars intelligi debet, ea videlicet, sub qua Aroer vrbs sita erat, quam nuper dicebamus. Latini

Judic. 11. Esch. 1. de loc. Hebr.
Deut. 2. 36
Jer. 22. 6. & 46. & c.
Am. 1. 1. c. 27. Num. 32. 39.
Gen. 11.
Sup. v. 1.
Gen. 13. 14.
Num. 33.

Deut. 3.
Gen. 14. 5.
Deut. 3. 11.
Sup. 11. 1. 11.
Gen. 14. 14.
Deut. 3. 10.

Latini interpretis quædam exemplaria malè legunt, quæ subiacet Afedoth, vsque Phaf- ga. Nã illud, Afedoth, ita verbo Phafga constructione hæret, vt aduerbio loci interposito minimè fuerit ab eo separandum. Certè eadem ille verba alibi rectè conuertit, radices montis Phafga: Nam אפדוּת, Afedoth, radices monti, easq. partes, quibus illi deuexio- res fiunt, significare, diximus capite decimo ad vericulum xl. Sed enim iam vidimus, quàm accuratè istis Israelitarum possessionibus fines certi sint circumdati. Nimirû vo- luit benignissimus Deus suos Israelitas seorsûm à profanis gētibus, quasi in peculiari mû- do, collocatos esse: vt ea etiam re perspicuum omnibus fieret, quanti ille sacrum suum cœtum faciat, cuius admirabilis fuerit impietas: nisi ipsûm mutuo amore obseruet, co- latq. Ad hoc, opus erat Ammonitarum, atq. Moabitarû vicinas ditiones ab Israelita- rum possessionibus vndiquaq. secludere, cû his solos Amorrhæos eliminare fas fuerit, vt diximus. Item terminus Og, regis Basan, de reliquijs Gigantum &c. 4 5 6
PROPOSITVM quidè erat, enumerare deuictos reges: at hic, pro rege Og, regnû ipsûm describitur, quæ causa, opinor, est, cur LXXII. terminorû verbo præterito, regis nomen supposuerint. Fuisse autè Basan huberrimo solo regionè, & potissimum pascuis lætam, multa sunt in sacra historia quæ attestentur. Quin proditû memoria est in Deu- teronomio, sexaginta illic vrbes, altis muris, portis, vechit us munitas, fuisse captas & euer- sas ab Israelitis. Chaldæus hanc vbiq. vocat, מתנן, Mathanan; sed quam secutus sit no- minis rationè, id verò nondum satis possum constituere. Suspicio tamen literâ Mem, pro Beth, posuisse, quod apud Græcos sanè minimè insolens est: cû fortassis eius interpretis memoria sic vulgò vocaretur. Ptolemæus enim, nisi fallor, Batanæa appellat. Nam Sehin, in Tau conuertere, vsitatissimû est Chaldæis & Syris. Non sum equidè nescius, Eusebiû in libello de loc. Hebr. meminisse vrbs Mathanan, sed quãdo hanc ille locat ad Arnonè; non est credibile eam illi regi, oni nomè suû imposuisse, in qua non exstabat ipsa: nisi si pro Arnone, illic Iabok, scribi debet. Cõtinet autè Basanitis partè Galaaditidis, quæ à Iabok in Septemtrionè porrigitur; atq. insuper Trachonitidè, & Gaulonitidè. Sunt enim illi eius fines australes, quos Sehonis regni aquilonares esse dicebamus. Septemtrionè verò clau- dit mons Hermon. Occidèti oppositus est Iordanis. deniq. Orienti mons Galaad, & pro- currentia montis Hermonis iuga. Porro quod Og memoratur fuisse ex Gigantû reliquijs, id R. Solomon, & cû eo Iudæi multi, spectare putant, ad tẽpora Abrahami; quibus Cho- dorlaomer cû sociis profligarût Rephaim, aliaq. id genus monstra hominû, ad Astaroth- Carnaim. Hunc enim eundè vnum fuisse locû, qui hic iam Astaroth simpliciter vocatur, censet tum diuus Hieronymus, tum R. Mosès Gerundèsis. Equidè & si negare nolim, ex illorû Gigantum stirpe fuisse istû Og; tamen quod reliquus fuisse dicitur, id spectare po- tius autumo ad eam cladè, quæ ab Ammonitis, longo post interuallo, vt apparet, mon- stroso illi hominû generi; cum denuò in illis maiorum suorû sedibus cõsederent, est illa- ta. sicut proditû est in Deuteronomio. Id enim certè significare videtur lectus ille ferreus, què Ammonitæ etiâ num ostentabât in sua Rabba, vt illustis victoriæ de Gigantibus par- tæ monumentû: cum Og fortassis ad vicinos Amorrhæos esset elapsus; atq. ob singulare corporis robur, & præstantiâ, ab his in regè creatus. Verbum ארפאך, Rephaim, quod Gi- gantes sumus interpretati, plerumq. intactû seruant Aquilas, Symmachus, & Theodo- tion. eosq. sequitur Latinus. At LXXII. & Chaldæus, à me stant. Putat quidem vulgus Iudæorû admirabilis magnitudinis homines sic esse dictos, formata à verbo ארפה, Rapha, appellatione, quia viribus destituantur, quotquot illos aspiciunt, præ formidine scilicet. At Nehmannus, probabiliter sanè, existimat, Heuæorum id esse cognomen. Nam cum ארפי, hoc est, Heuæi, à serpētibus dicti sint, qui in terræ cauernis habitant; rectè appella- tur iidem, ארפאך, Rephaim; quasi inferos dicas, & sub terra agentes. Hac enim notione vsurpauit hoc verbum Isaias, aliiq. Quin eos etiam, quos ארפאך, Hurim, nominat sacra historia, hoc est, τρωλοδύταις, cauernas incolentes, cognatam fuisse Heuæis gentem idem ille Nehmannus autumat: omnesq. illos Barbaros raræ magnitudinis homines existi- tasse. vt non planè de nihilo finxisse Homerus videri debeat illud, quod nuper de Cyclo- pibus producebam. ἀλλ' ὄν' ὑψηλῶν ὀρέων ναίεσι κάρυβα Εν ἀσείσι γλαφυρήσι, &c. Sed ista attigimus etiam supra. Astaroth eam, quæ cognomento ארפאך, Carnaim. hoc est, bicor- nis vocatur, non eodem perpetuo loco ponit Eusebius libello de loc. Hebr. Modò enim existere ait, in supercilio Sodomorum: modò in Basanitidis angulo, scx mill. pass. ab Adara vrbe Arabiæ. vbi etiam nunc superesse prægrandem villam dicit, quæ vrbem illâ nomine referat, Carneaq. vocetur. additq. inibi præcis temporibus habitasse Iob. Rursus

אפדוּת
Afedoth.
Cur certissimis
finibus circû-
scripi Israeliti-
ce.
מתנן Ma-
thanan.
Batanaea.
Mathanan
vrbs.
Trachonitis.
Gaulonitis.
Og g'gas.
Astaroth- Car-
naim.
Astaroth.
רפאים
Rephaim.
Heuæi.
Hurim.
עשרת
קרנים
Astaroth
Carnaim.

Rurfus alibi affirmat duo superesse hodie castella in Baranea, nouem inter se mill. pass. diffusa; inter Adaram, & Abilam. & vtrumq. Astaroth vocari. Igitur verum esse potest, non vnam esse Astará, sed geminam, ideoque vtramque nomine pluralis numeri, Astaroth, appellari; atque etiam Carnaim, hoc est, bicornem dici. Nam quod Nehmannus prodidit, solam verborum, opinor, notionem secutus; Astaroth montem fuisse bicorné, hoc est, duobus fastigijs eminentem, cui à pecoribus; quæ multa in eo pascebantur, nomen erat, (עֲשְׂתְרוֹת Astaroth enim pecora dicunt Hebræi) parum firmum est, ne dicam aperte falsum. Etenim Astaroth pro vrbe Leuitica recensetur in Paralipomenis. Scribit autem diuus Augustinus, & quidem affirmatè, עֲשְׂתְרוֹת Astaroth, Iunones significare, sicut בעלים Baalim, Ioues. Id enim ex lingua Punica certum esse. Et Cicero in libris de natura deorum, quos sanè mirabiliter in tantis ille tenebris veritatis scripsit, Astarten siue Astarten facit quartam Venerem, Syria Tyroq; conceptam. Sunt etiam scriptores, qui Lunam esse putant. His ego coniecturis auguror, à Iunonis vel Lunæ fanis, quæ fortassis quarta illa Venus fuit, quam Syria suis superstitionibus peperit, vrbibus illis nomen hoc impositum fuisse. Prodidit quidem Stephanus, Rabbam Ammonitarum, Astarten quoq. appellatam esse. Sed vt ei hoc demus (nam & illic fortasse pulchra ista Venus culta est, & delubrum celebre habuit) certè non potest ea nostra esse Astaroth. Nam Ammonitarum vrbes nefas erat occupare Israelitis. Porro אֶדְרַי Edrai, fingit idem ille Nehmannus, positam fuisse urbem, ad pedem illius montis, quem à pascendis pecudibus Astaroth appellabat. Illud enim, *habitabat in Astaroth, & Edrai*, significat, inquit, cum regnasse in Edrai vrbe ad montem Astaroth posita. Sed est nimis incerta illa coniectura. Mihi planè videtur, Edrai, esse Ptolemæi Adra; quam Eusebius, quo dixi libello, locat sex mill. pass. ab Astaroth. & xxv. à Bosra. sed xv. scribendum esse existimo. Recedebat autè Bosra propius ad Septemtrionem, atque etiam Orientem, quàm Adra, pro Ptolemæi descriptione. Neque verò mirari in eo quis iure debet, quòd Og duas habuerit regias in amplissimo & populosissimo regno. Cum porrò dicitur, *in monte Hermone dominatus, & in Salecha*, fines eius ditionis, qui sunt ad Septemtrionem, ostenduntur. Et de Hermone quidem monte pauca diximus supra. Sed dicendum iterum est. Existimant quidam, non istam solam Libani partem, quam hac nostra descriptione attingimus, cis Iordanem positam ad Orientem, Hermonis vocari nomine: sed alias etiam, quæ ad Sidonem vergunt. Hieronymus verò suum laudans præceptorem Hebræum, scribit, Hermonem Paneadi; hoc est, Cæsareæ Philippi imminere: quo loco à nonnullis Baal-gad poni dicebamus. Atque ego quoq. facile credero, cum illuc vsque pertinuisse, & fortasse paullo etiam ulterius versus Occidentem. Sed Nehmannus autumat, hoc verbum, חֶרְמוֹן Hermon, non proprium certi loci nomen, sed Libani epitheton esse, ab inhospitalitate, siue vastitate ei attributum. Nam, חֶרְמוֹן corruptam ac perditam significare rem, quæ nulli sit vsui, sæpe diximus. Libanus autè, in iis certè locis, quæ plurima sunt, in quibus niue coopertus iacet, & frigore rigidus, nullum præbet hominibus sui vsu. Quin & Sanir quoq., inquit ille, dictus idem mons est, à niuib. Nam & Chaldæus hoc nomen, niuosum interpretatur. Quæ Nehmanni sententia, si vera est, vt est sanè admodum verisimilis; mirum non est, Libanum longè lateq; Hermonem vocari. Quamquam & hoc credibile videri potest, partes eas, quæ ad Orientem exstant, reliquis esse rigidiores: & ob id peculiariter sibi hoc nomen Hermonis sumere. Sed enim esse niuosum Libanum vbi Hermonis nomen habet, vel id argumento est, quòd Hieronymus scriptum reliquit, ab Hermone Tyrum niues deferri solere, vt suauis potarent voluptatum architecti. Porrò בְּלֶחָה Salecha, siue Selcha vrbs, posita fuisse videtur in extrema Bafanitidis ora, quæ supra Philippi Cæsareæ est. A cuius tergo introrsum iacuisse apparet Gessuræos, & Maachathæos, in montosis illis quidè locis, sed fertilibus tamen, & populosis. quæ ad אֶרֶץ דָּמַשְׁקִי id est, Syria Damasci, siue Damascenâ vergunt; & propriè אֶרֶץ מַעֲכָתַי Maachathæi, Syria Maachæ vocantur. Nam et si alios etiâ Gessuræos prope Amalecitas fuisse certum est; ad quos Dauid sæpe prædatum excurrere solebat; cum in Siceleg habitaret: & quorum rex fuit Ptolemæus Abfalonis auus maternus, tamen ipse Abfalon Gessur in אֶרֶץ hoc est, Syria, locat; cum ad patrè hæc facit verba: Quia votum vouit seruus tuus, cum habitare in Gessur, in Aram. Pro Maachathæis reddidit Chaldæus Epicæros. fortassis à fluuio Epicæro. cuius tamè latitudo, vt Cosmographi loquuntur, pauciorum graduu apud Ptolemæum esse videtur, quàm pro Maachathæis istis. Metitur enim Epicærum Ptolemæus gradu tricesimo primo: cum Maachathæos locet libellus de loc. Hebr. supra Iordanis fontes, ad montem Hermonem. Porrò *in dimidia Galaaditide* regnabat Og. Nam dimidia-

Nehmannus.

Baalim.

Rabba Ammonitarum.

Edrai.

Adra. Bosra.

Hermon mōr.

Hieronym.

Nehmannus. Hermonis nomen notatio.

Sanir.

Salecha.

Gessuræi. Maachathæi.

Epicærus flu.

1. Par. 6, 77. Aug. quest. in Iudic.

Cic. l. 1. de nat. deorum.

Sup. c. 11, v. 1

Sup. c. 11, v. 17.

2. Reg. 17, 8. 1. Reg. 3, 1. 2. Reg. 13, 8.

dimidiatam hanc nuper Schonis ditioni attribuimus. Torrens enim Iabok inter Schonè & Og diuidebat Galaaditidem. Ista igitur loca, quæ partim Schonis, alia Og antè fuerat, assignarat Moses Rubenitis, Gaditis, & Manassibus: cum ea regibus illis interfectis eripuisset: sic iubente Deo. Verum ea conditione assignarat: vt merum ius ex Iosue, & Pontificis, reliquique senatus arbitrio vsque eò penderet, dum illi promissum fratribus subsidium præstitissent, vt in Numeris scriptum est. hoc est, dum in tuto collocata arca, atque religio & sacra cum repub. constituta essent. Nam alioqui præfractæ cervicis gens, haud facile tam dulcem nidum relictura videbatur. Et ista respub. planè ab altera illa in sacratio terra cõstituenda pendebat, vt dixi. Quippe Mosis Ecclesia in Iosue, hoc est, Iesu Christi Ecclesiâ intueri, in eaq; defixa esse debebat. Sed de hoc nuper paullo explicatius. Demonstrationis pronomina, *Hos*, ad reges, *illam* ad regum ditionè, terramq; spectat.

Num. 32, 29.

Iabok.

Anagoga.

Cur Moses peculiariter seruus Dei vocatus.

Chananæ descriptio.

R. Dau. Kimhi

Hai.

Heb. 3, 5.

Jer. 49, 3.

Ant. l. 8, c. 12.

Num. 21. Iudic. 1.

1. 3, 3, 9.

Galilæa gentium.

לָשָׁרֹן לָשָׁרֹן

tos

*Hic verò sunt reges terra quos percussit Iosua &c.*

QVÆRI posset, cur hîc non perinde Iosua seruus Dei, iterum atq; iterum vocetur, sicut Moses superiore versiculo, quâdo pari vterq; munere functus esse memoratur. Immo verò Iosua præclariore etiam, vt videtur, quippe qui triginta & vnū reges subiugauit, Moses verò duos modò. Sed responderi, opinor rectè, potest. cum hic de Iosua, tamquàm etiam vnū agatur, ipsum virtutis tam absolutæ elogio non esse celebrandum. At verò illud etiam constat: Mofi præ ceteris omnibus viris sanctissimis hoc honoris prærogatiuū attribui plerumq; in sacra historia, vt Dei seruus vocetur: id autè est, quasi interpres Dei & administer dicatur. Nimirum propter Dei legè, quâ ipse edixerat. Eam enim sacrosanctâ haberi, atq; existimari ab omnibus opus erat, vt qua se habere Ecclesia vniuersa, & in qua acquiescere ad Christū vsq; debebat. Nemo enim omnium, quotquot fuere post Mosen, vel vates, vel alioqui viri sancti, aliâ legè scribere instituit: sed in vlla vna explicanda omnes operâ suam posuere. Quod propter & Apostolus fidū illum in domo Dei ministrū vocat: & cum Christo quodâ modo comparat. vterq; enim Dei domum, quæ est Ecclesia, gubernauit, & moderatus est. Sed Moses vt minister, & pars domus: Christus vt caput, cõditor, & Dei Filius. Illud *trans Iordanè versus mare*: non maritimâ modò Chananæ orâ, hoc est, Phœniciâ, & eam quæ propriè Palestina vocatur, significat: sed vniuersam Chananæam, quæ Iordane ab Oriente, mari verò ab Occidente concluditur; ab Libano vsq; ad Idumæorū fines in longum porrecta. Has enim extremitates longitudinis vtrimq; notari montis Baal-gad, & Glabri nominibus, antè exposuimus. Quod porrò additur, *in summis, in planitie*, omne genus loca ostendit, de quorū vocabulis supra satis multa diximus. Illi genitui casus, *Hethæorū, Amorrhæorū etc.* heret nomini, *reges*, quod repetendum est. Quos si in accuratū casum malis cõuertere, vt fecere LXXII, nihil mutaueris sententiâ.

*Rex Iericho vnus. Rex Hai, quæ est ex latere Beth-el &c.*

QVANDO in hoc catalogo nominantur reges aliquot; quorum adhuc nulla fuit in victorijs cõmemoratis mentio, conficitur, ipsâ rerum gestarū veluti capita duntaxat esse enarrata. Monet autè hoc loco Dauid Kimhi: minimè existimandum esse, singulos reges vnis solis vrbibus imperauisse. Multa enim ad vnamquamq. vrbè pertinuisse municipia, pagos, villas. Porrò Hai per vicinâ Beth-el veluti ostenditur: quia fuit altera eodè nomine vrbs apud Ammonitas. vt Ieremias memoriæ prodidit. Eandè ob causam existimandum est, Iacaná, siue Iacnâ, Carmelo vicinâ dici. Sed Samaria, Meron cognominatur; quia, vt auctor est Iosephus, hoc olim ei vrbi nomen erat, prius quâ à montis venditore Seme-re, dicta esset Samaria. Gader, Horma, Arad, vrbes fuere in Iudæ possessionibus: & quidè posteriores duæ in extremis ad austrū finibus. Ad eandè tribum pertinebat etiâ Taphua, à pomis dictū oppidum. sed Hephher ad Zabulonios. Aphet posita erat inter Thaanach, Iezreel, & Magedo, vrbs multū celebrata sacris literis. Sed de omnibus istis vrbibus plura dicetur, cū cuiusq. tribus hereditas describetur. In לָשָׁרֹן Lassaró, celsè Latinus, nisi mendū subsit, literâ ל ad ipsam positionè non attinere: sed gignendi casus notâ modò esse. Saron enim nomè loco ei fuisse, quo nomine significati planitiè inter montè Tabor siue Tabyrium & lacum Tiberiadis, quam, vt fertilitate excellentè laudauit Isaias, proditum est libello de loc. Hebr. Ego verò Saron fuisse planitiem soli vbertate celebrè non nego quidem, verum hoc nostrum לָשָׁרֹן Lassaron, vrbs esse nomen assentior Chaldæo. Et hanc fuisse eam existimo, quæ in Actis Apostolorū ἀσασρων appellata est. Posita autè erat haud procul à Lydda: gentes Galilææ sunt, quæ eam Galilæam habitant, quâ superiorem idèd vocant, quia in Septemtrionè recedit. Gentium enim ea cognominata est Galilæa, quòd portuosâ, mercaturâq; faciendæ accõmoda, varias gentes reciperet. ex quibus, vt fit, mul-



ros etiā homines inibi mansisse est verisimile. atq. etiam illud est credibile, Thadal, qui cū focis Sodomam depopulabatur, in istis oris regnasse. cū gentium rex sit appellatus. De ceteris vrbibus quæ hic enumerantur partim suprà dictum est: partim agetur in terræ partitione. si volet Deus. Est profectò tantus exterminatorū regū numerus, in regione angustissimis finibus circumscripta, admirabilis soli vbertatis certissimū argumentum. præsertim si cogitemus, quā multi insuper reliqui in illa fuerint reguli, & populi nondū subacti. vt proximo capite audiemus. Vix enim centies & sexagies mille passus sui longitudine, qua ab Dan ad Bersabeā porrecta iacet, continere scribit Hieronymus ad Dardanum. Latitudine verò, quam ab Ioppe ad Iordanē metimur, sexagies mille. Debet ergo permouere non leuiter, atq; adeo percellere animos nostros cogitatio grauis, & seueri iudicij Dei: quo regionē omnium fertilissimā, vsq; adeo, vt lacte & melle fluere diceretur, propter Israelitarum; quibus eam gratuitò donat; ingratum atq; impium animū, tam reddidit infœcundā, vt, pro lacte & melle, conspersa iam sale videri possit. Sanè animaduertimus hoc nostro quoq; sæculo: quo cū labefactata semel Ecclesiæ auctoritate, vera pietas, & religio, cultusq; Dei sensim interit: nouaq; religionis simulacra impune, & temerè vel à cerdonibus finguntur, ad sensum imperitorū hominum: vetera autē dogmata à certis, & sanctissimis viris accepta, & posteris tradita, subuersum à quouis pro libidine euntur: animaduertimus inquam: immo verò luculenter videmus, in annos singulos minui terrā, & aquarum prouentus: crescere precia rerum omnium: ipsius etiam cæli faciem fieri tristiores: auras pestilentiores: atque omnino omnia in peius mutari. Quæ mala profectò, non tam lassatæ senectæ, & tamquam effœtæ rerum matri naturæ adscribenda videntur: quod suis culpis blandiētes dicere quosdam audio: quām offensū nostris sceleribus Dei iustissimo iudicio. Quare ille multis est precibus exorandus, vt nos clemēs respiciat: atque ad amabilem concordiam, & religionis consensionem inducat. quo filij ipsius purissimam & salutarem doctrinam, submissis animis omnes vbique à sacrosancta matre Ecclesia accipere, atque amplecti velimus: & congruenter ad eam viuere, mutua inter nos caritate, quæ Christianos maximè decet, tamquam in vnum corpus confociati, cuius caput Christus sit.

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM  
IN IOSVAM, CAP. XIII.

*Iam Iosua consenserat. processerat in dies &c.*

**EORVM** quæ hoc capite exponuntur, hæc summa est. Primū monet ex oraculo Iosuiam Deus, quia iam natu grandis sit, & senectus eum vrgeat, vt ipsam terræ partitionē aggrediatur, & quidē vniuersæ; quāuis nondū tota deuicta sit: se enim hanc rem prouidurum: atq; eliminaturū eos suo tēpore, qui nondū subacti sunt. Deinde, quia solæ nouem tribus & dimidia propositæ erāt, inter quas diuidi Chananaā istā oporteret, cōmemoratur, quas possessiones reliquæ duæ & dimidia noctæ sint à Mosè. Nam ad decimā tertią tribū quod attinet, ea autē est Leuitica; huic Deū ipsum loco hereditatis futurū. Copula quæ est initio scripta, cōtinuat narrationē istarū rerū cum superioribus. Nā tum demū vrgeret senectus Iosua cœpit, postquā ea, quæ adhuc dicta sunt, gessisset. Non est autē superuacaneū illud, *processerat in dies*: sicut aliās absq; tautologiæ vitio, quis dicitur senex, & plenus dierū. Nam præterquā quodd senectutis verbū ingrauescentē modò ætatē significat; illud verò alterū, maturiorē, & propè vltimā; haud temere alij in dies processisse, aut pleni dierū esse dicuntur, quām ij, qui sanctē vixerūt: quippe quibus exacti dies nō perierunt: neq; frustra sunt traducti per vana studia: sed per egregia virtutū facinora. Nam ignaui, & voluptatibus corporis seruientes, atq; vmbatrilē viuētes vitā, vitiis tamquā perpetua caligine cooperti, numquā sobriæ mentis oculos ad iustitiæ solē Christū attollunt ferid; in quo vno lux vera est, & vita hominū: sed dies suos omnes, tamquā somno, trāscunt. atq; ideò cū illi effluxere; quia nullius rei in ipsis bene gestæ vlla est suavis recordatio; quasi nullos fuisse existimant. At Iosua processerat in dies. nimirū eius venerāda senectutis maturitas tantū non singulos retrò actos dies singulis benefactis claros recordari poterat. Confert autē Deus Iosua ætatē parū ad bellicos labores aptā, cū amplissima bel-ladi, quæ supererat, materia, vt ansam habeat sanctissimi fenis animū & cōsolandi, & leniter, quò vult, fleētē di, inducendūq;. Credibile enim est, Iosua existimasse, omnes sibi prorsus Chananeos autē esse exterminādos, quā partitionē posset auspiciari. ne sensim aliis atq; aliis;

Chananeorum magnitudo & fecunditas.

Admonitio, de horribili vindicta Dei.

Religio percurbata.

Cur prouentus rerum bonarū omnium minuantur.

Mundum non senescere.

Processisse in dies, & plenus dierum.

Ignati homines nullos dies viuere videntur.

Gen. 14, 7.

Hieron. tom. 3.

atq; aliis; vt cuiq; esset primū de hereditate prospectū, ad suas possessiones dilabentibus, ipse iusto exercitu destitueretur. Cū ergo iam senectutis incōmoda increbescerēt: magnas autē prouincias debellandas superesse ille videret, nulla dubitatio est, quin variæ & graues viri religiosissimi animū cogitationes fodicarint. Ei ergo succurrit Deus: & fluctuantē curis sedat. Tu quidē, inquiens, senuisti: & multi hostes subigendi restant. Sed nō est quòd idcirco distributionē differas diutiūs, quam ego tibi olim imperaui. Ego enim ipse reliquos exterminabo, suo tēpore. Nam eorū mihi opera vsus erit, post tuum excessum etiam, ad castiganda populi mei flagitiosa otia. Verbū, שׁוּר, quod ego conueri, occupare; positum est hoc loco, pro, in potestatē redigere. *Quare non vobis Chananeos exterminandos est, sedus diuideret. Nō debent enim vlla omnino diuisio esse terra.*

*Hæc terra relicta est. Omnia litora Palestinorum &c.*

**LATINVS** vocabulū גלילית, interpretatur Galilæam. quo vocabulo non opinor eum hic regionē, quā Galilæā vocamus, ostēdere velle. hanc enim ditionē nuper vidimus bello subigi à Iosua. Significat autē גלילית, vt R. R. Kimhi & Solomon testatur, fines, & limites, quibus loca circūscribuntur. quales Galli *marques*, Germani *grauntzen* vocāt. Mihi verò videtur vsurpari propriè hoc verbū de iis oris, quæ ad maria, aut flumina sunt. vel propter sinuosos litorū & riparū recessus; vel quia fluctus illic ventis, aut æstu reciprocantur, volutatimq; ludūt: vel deniq; à congestis ibi passim arenarū tumulis. Nā & vtriq; Galilææ hoc nomē impositū esse arbitror, à maris litore ad quod adiacēt illæ. Porro גסורה Gesuræ hæc, vtrā sit, illa ne in שׁוּר, hoc est Syria; de qua nuper agebamus, an altera Ægypto, & Amalecitis propinqua, Dauidis excursionibus, atq; etiā vxore nobilis, dubitari non potest, cū hic de Chananaa; quæ trans Iordanē est, agatur. Nimirū, vt ad Amalecitas non accesserat cum armis Iosua, quos tandē Saul delere iubetur; ita neq; eorum vicinos Gesuræos attigerat. שׁוּר Sihor, Nilū esse, etiā Hebræi censent. Neq; profectò vlla debet esse dubitatio, quando Ieremias sic cecinit, Quid tibi vis per viā Ægypti? vt bibas aquas Sihor? aut quid tibi vis per viam Assyriæ? vt bibas aquas Euftratis? Nimirū, qua ratione à Græcis olim fluius vocatus est μέλας, hoc est, niger; & inde ipsa Ægyptus μελαμβωλος, id est, nigri gleba, vt sic dicā, teste Eustathio in Dionysiu, eadem dictus est & ab Hebræis שׁוּר. Nam, id quoq; verbū nigri habet notionē: propter turbidas limo aquas videlicet. Equidē non sum necius, eam plerosq; habere opinionē, vt putēt, alium quendā fluuiolū discernere Ægyptiorū ditionē à Chananaa, quām Nilum. Id enim etiā Hieronymus prodidit. Verū quando apud probatos, quod ego scia, cosmographos, nulla vsquā eius fluuij mētio est: Strabo autē in ea arte omniū diligentissimus; supra magnū Pelusiacum Nili ostium, aliud paruum facit, apud montē Casiu: à quo ad magnū vsq; stadiorū tercentū sit interuallū: idemq; auctor Iudæā ad Casium vsq; montē profert; à quo monte propè admodū abest Rhinocolura, vrbis à præcis ciuiū naribus sic dicta; apud quā Hieronymus illum suum fluuiolū in mare deducit: Plinius etiā Rhinocolurā Iudææ extimā vrbē esse cōstituit; planè existimo, non aliū esse fluuiolū illum à Nilo; sed ab eo deriuatū: atq; ideò Nili hoc nomen retinere. Nam à nostræ etiā memoriæ scriptoribus proditū est, qui loca ea ipsi peragrarūt; itinere circiter dierū quinq; à Gaza, versus Ægyptum, citimū Nili brachiū à mari excipi: vulgoq; Carabū vocari. Et ab eo ad Damiatā vsque, hoc est, Pelusiū, viæ tantum intercedere, quantū horis viginti pedes queat conficere. Quod sanè Strabonis dictis consentaneū esse mihi videtur. Quin R. R. Solomon, & Kimhi, nihil dubitantes, dicūt; eundē vnum esse terminū, qui hic per Nilum, & qui capite x. per Gazā designatus est. Verū putant illi hyperbolē esse, cū ad Nilum vsq; fines Iudææ extendūtur. Sed enim ista verba, *A Sichor, vsque ad fines Accaron, versus Aquilonem, Chananeorum censenda est.* quæ per interpositionē, ἢ παραθέσιν, dicta accipi debēt; præsumptionē, quā Græci ἀρόλητον, liue ἀρολητάλητον vocāt, continent. Occupat enim, quæ obiici possent, cur litora Philistinorū, & Satrapæ adnumerētur terræ Hebræis promissæ. cū hæc gens non ex Chanaanis illa deuota stirpe; sed ex מֶזְרַיִם Mezraim, sit prognata, qui Ægyptū primus incoluit, eiq; regioni nomē suū reliquit, vt in historia de rerū ortu memorię proditū est. Atqui, inquit sacrū textum, quāuis illic Palæstini habitēt, tamē regio ipsa pro Chananeorū terra est habēda. Cuius rei hanc afferri causā iustā posse puto, Quòd illa olim Chananaei loca habuerint, atq; per vim tandē à Palæstinis eieciti inde fuerint. Nam in Deuteron. proditum est; Heuzos, qui planè Chanaanis posterū fuisse, olim habitauisse in villis vsq; ad Gazam; sed à Caphthorim eliminatos esse; qui eas sedes deinde occuparūt. Iam verò Caphthorim certū est Philistinorū fuisse gentiles. Iure ergo & hic & in Genesi, vniuersa illa Philistinorum ora Chana-

שׁוּר

גלילית

R. Solomon, R. David Kimhi.

גסורה

Gesuræa.

שׁוּר

Sichor.

Nilus cur niger dictus.

Quis fluuius Chananeorum dicitur ab Ægypto. Hieronymus.

Rhinocolura.

D. Iodocus & Giffelia.

Carabus.

R. Solomon, R. David Kimhi.

Philistini ex quo ori.

Cur Philistinorum dicitur Chananeorum adnumeranda sit.

Caphthorim.

1. Reg. 13, 3.

Ter. 2, 18.

Eustathius in Dionys.

Strab. l. 16.

Gen. 16, 15.

Deut. 2, 23.

Gen. 10, 10.



dispensat, ac moderatur. alioqui enim ad diuina eius iudicia nimium obstupesceremus attoniti. Verbum ורר, quod conuerti, exterminare, aut possessione exuere, hac habet notione, quoties post ipsum sequitur Praepositio נ, de, ab, ex, &c. nam alioqui significat, mittere in possessionem, aut possidere. Debet autem illud, Ego ipsos expellam, sub hac conditione sensum putari, si populus meus sibi ipse non obstiterit. quod sane Moses crebro explicauit.

Homines Dei beneficiis obsequia ponunt.

Homines enim saepe caelestia beneficia vltro ipsi repudiant, atq. ab se abdicant. neq. tamen ob id Dei promissa frustra esse videri debent. Sed hoc quoq. alibi expositum a nobis est, nisi me fallit memoria. Manserunt enim vsq. ad ipsa Dauis tempora multi in Chanaan veteres coloni: neq. id solum, ne ferax bestiarum damnum darent electo populo, nondum satis aucto. sed propter istius scelera, vt nuper dicebam; quae subinde a domesticis hostibus debebant puniri. Scilicet, tantae molis erat selectam condere gentem, vt obiter illud Poetae ad propositum, accommodem. Cum enim dicit, Sortire modo eam etc. haud sane ludificari vult suos Israelitas, qui ipsissima probitas atq. integritas est. sed certissimam illis spem dare suae benignitatis, & victoriae; si sibi non desint ipsi. Sed enim fuit utilis etiam ista ditionum nondum subactarum sortitio ad alendam perpetuam inter Israelitas & Barbaros odij flammam; quae perniciosas inter ipsos amicitias atq. necessitudines prohiberet. Nam eo fere ingenio sunt homines, vt cum sua ab aliis vident possideri, non alia conditione pacisci velint, quam qua, quod suum est, obtineant. Ad haec: si vacuae modum possessiones inter tribus istas fuissent distributae, sua quisque priuata hereditate contentus, atq. otio deditus; eorum causa quae ad omnes in commune spectasset, atq. adhuc penes hostes fuissent, nemo facile pugnare in animu induxisset. Na priuata ambitione leuiter ad quauis tentanda excitamur, nullisq. labores recusamus, si modum rem facere atq. augere spes vlla ostenditur. at quae ad temp. attinent, ea paucissimi volunt attingere. certe negligentius tractant omnes. Et vt demus, pugnaturos fuisse: numquam profecto amicis inter se partiri potuissent, quod eripuissent hostibus. Extrema clausula: sicut iussi tibi, spectat ad id, quod initio dicebat Deus: Tu enim mites populum hunc in possessionem terrae, quam iuravi patribus ipsorum. Habent enim illiusmodi praedictiones Dei, vt videntur, in sacra historia, naturam, atq. vim mandatorum. Ea; causa est, cur tam frequentes sint modorum finiti, & mandatorum, inter ipsos ενανθλαγαλ.

Cur terra hodie dum domita forti sit, subiecta.

Res priuatas quam publicas tractamus maiore studio.

Praedictiones Dei pro iussis habentur. Cur imperatorius modus & futurum finitum saepe commutentur.

Patrimonium nemo sibi negligendum esse putat.

Tribus tredecim.

Et iam diuide terram hanc in hereditatem nouem tribubus &c. 7 AD HVC in eo potissimum versata oratio est, vt intelligeret Iosua, perinde distribuenda esse inter tribus istas loca nondum capta, atq. ea quae iam fuere occupata. Nunc porro de vniuersa illa regione semel diuidenda agitur, quae ab Iordanis ripa ad mare vsq. mediterraneum iacebat. vt LXXII. luculenter sua interpretatione explicarunt. Inculcatur autem iterum atq. iterum hereditatis nomen: nimirum vt de ipso agi patrimonio populus intelligat. Proiectissimae enim ignauiae, atq. detestabilis fociordiae fuerit, paternum & auitum ius negligere. Nam cum, vt nuper dicebam; homines quaecumque ius suum tueri fatagat, quo opes suas & diuitias augeant; tum vbi de patrimonio agitur, atq. auita hereditate; qua nihil aequum proprium esse hominibus videtur, ibi non aliter, atq. pro aris, quod dicitur, & focis decertant: proque piculo ducunt, id non quauis ratione consequi, quod hereditaria successione deberi sibi putant. Iam vero Chanaanis olim capite damnatis, atq. exitio addictis a Deo; & a suo quoque ipsorum auctore exhereditatis, illa hereditas iure optimo ad Israelitas peruenerat, cuius ipsorum maiores fuerant heredes instituti. Itaque nunc intelligunt, in eas possessiones, quae cuique sortitio obtingent, etiam si quaedam adhuc penes hostes sint; non tamquam in rem alienam, pudenda quadam spe, sibi esse inhiandum. Sed veros se earum omnium, & legitimos heredes esse: atq. ad eum dominos.

Cur terra hodie dum domita forti sit, subiecta.

Cur imperatorius modus & futurum finitum saepe commutentur.

Cum ista Rubenitae & Gaditae acceperunt hereditatem &c. 8 9 10 11 12 PRONOME demonstracionis, ista, haeret, dimidia tribui Manassis. quod tamen, non vt dictum est; de ea dimidia tribu intelligitur, cui modum diuidi hereditate trans Iordanem iussit Deus; sed, vt sensum est. nepe de altera, vt sic dicam, medietate, quae cis Iordanem manserat. Sunt autem ista non Dei, sed scriptoris verba, historiam prosequentis; quibus explicat, cur nouem & dimidiam dumtaxat tribubus diuidenda sit trans Iordanem Chanaan. fuere enim omnino tribus tredecim. na Iosephi profapia duas faciebat. Cum igitur duabus, & dimidiam assignata sit a Mose hereditas, cis Iordanem: & Leuitica expers terrene hereditatis manere debeat; efficitur, nouem & dimidiam reliquas esse, quibus sit de possessionibus prospiciendum. Sed ista cognitionem habent facilem. Porro illud, Sicut ipsis dedit Moses seruus Domini, non est prorsus tautologia: sed cum Moses illis duabus & dimidiam tribubus certa conditione assignasset hereditatem; vt nuper dicebamus; ostendit haec clausula, eam Moses distributionem, plane sic, vt ab eo facta fuerat, ratam fuisse Iosuae, ceterisque

ceterisque distributoribus. Describitur autem primum vniuersa tota regio, quae auctore Mose, cis Iordanem est data illis duabus tribubus & dimidiam, prorsus vt supra quoque factum est; ab Arnone incipiendo, vsq. ad Libanum. deinceps vero singillatim explicatur, quae pars cui obuenerit tribui. De ארער, Aroer, diximus superiore cap. Sed quod ibi obscurum videbatur, an vna eademque vrbs & in ripa esset posita Arnonis, & in alueum vsq. producta aedificata; id hic explicatius dictum videri potest. Et sane gemina fuisse Aroer, apparet Isaiam quoque sensisse, cum plurius numero diceret, desertas vrbes Aroer fore gregum stabula. Potest quidem hoc de municipiis Aroer dictum intelligi: verum tamen geminam fuisse, & partim ad ripam, partim intra alueum exstitisse, mihi ipsum etiam nomen geminatum argumento magno esse videtur. Na cum ארער, illis gentibus urbem significet, apparet sane ארער, geminam esse urbem. ארער, Medabam, locat Euseb. de loc. Heb. scribens, non procul ab Hesebon. Sed cum haec Ptolemei Esbura, illa eiusdem Medaua sit, fateri necesse est, Medauam longius ad Austrum, & partim etiam Occidentem, ab Hesebone recessisse; atq. Rabbath-Moab, quam Aroer esse multi suspicantur, vicinioris fuisse: si quidem vera est Ptolemei descriptio: Facit enim ille Rabbatham istam, paullo quam Medauam, australioris. דבון, Dibon, ea omnino vrbs est; vt ego existimo; quae post est a Gaditis exaedificata illis locis, vbi quarta ante Mosis excessum castra posuerant Israelitae: quae loca in Num. ארער ארער, vrbs huius nomine sunt nominata: similiter atq. Lauina litora, ante Lauinae nuptias. Neque enim illis assentior, qui ista, quae dico, castra, longè citra Arnonem ponunt; sicut etiam Deblathaim. vt neque rursus illis, qui hanc urbem Dibon, procul ab Arnone in campis collocant Medabam. Nam exstat illa quidem in iis campis, sed iuxta Arnonem. quod etiam Euseb. testatur. Nimirum non animaduertunt, qui loca ista ex sacra describunt historia; breuissimis spaciis paulatim promouisse castra Israelitas; & quidem per aduersam ferè Arnonis ripam; simul atq. hunc fluuium transiissent; & Amorrhæorum fines attigissent, vsq. dum Schon hostiliter ipsis occurreret. Meminit autem Dibonis, & Medabae Isaias, cum Moabitidis caneret calamitatem. fuerant enim olim ambae Moabitarum, prius quam eas Amorrhæi cepissent. De aliis vrribus supra differuimus. Postrema pars, Percusseratq. illos Moses &c. non ad Re-phaim, & Gigantes, sed ad reges Schonem, & Og spectat. Illos enim ceciderat primum Chodorlaomer; & post Ammonitae. sed hos Moses, paululum ante quam è vita emigraret; deleuit.

ארער.

Num. 33. 45. Vrb. Aroer.

Is. 15. 2. Num. 21. Sup. 6. 12.

Num. 31.

Is. 15. 2. 4.

ארוער.

מדבא.

רבבא מואב.

דבון.

דבלתאימ.

Latius taxatur. Cur Gesuræi & Machathæi non exterminati sunt.

Cur lex de Leuitis prescribitur ex sacris oblationibus toties sit inculcata.

Israelitae porro non exterminarunt Gesuræos &c. 13 DE Gesuræis, & Maachathæis dictum supra est: fuere omnino etiam isti Amorrhæi, & ex deuota Chanaanis stirpe orti: quod LXXII. explicandum sibi putauisse videntur, cum de suo adderent ארער ארער. nam copulam, & ab imperito quopiam lectore adscriptam esse suspicor. Insuper, notatio quoque facta est, sed tunc non inueniuntur, vnde dicitur, de Moabitis, Machathæi, & Machathæi, qui loca ista ex sacra describunt historia; breuissimis spaciis paulatim promouisse castra Israelitas; & quidem per aduersam ferè Arnonis ripam; simul atq. hunc fluuium transiissent; & Amorrhæorum fines attigissent, vsq. dum Schon hostiliter ipsis occurreret. Meminit autem Dibonis, & Medabae Isaias, cum Moabitidis caneret calamitatem. fuerant enim olim ambae Moabitarum, prius quam eas Amorrhæi cepissent. De aliis vrribus supra differuimus. Postrema pars, Percusseratq. illos Moses &c. non ad Re-phaim, & Gigantes, sed ad reges Schonem, & Og spectat. Illos enim ceciderat primum Chodorlaomer; & post Ammonitae. sed hos Moses, paululum ante quam è vita emigraret; deleuit.

Israelitae porro non exterminarunt Gesuræos &c. 13 DE Gesuræis, & Maachathæis dictum supra est: fuere omnino etiam isti Amorrhæi, & ex deuota Chanaanis stirpe orti: quod LXXII. explicandum sibi putauisse videntur, cum de suo adderent ארער ארער. nam copulam, & ab imperito quopiam lectore adscriptam esse suspicor. Insuper, notatio quoque facta est, sed tunc non inueniuntur, vnde dicitur, de Moabitis, Machathæi, & Machathæi, qui loca ista ex sacra describunt historia; breuissimis spaciis paulatim promouisse castra Israelitas; & quidem per aduersam ferè Arnonis ripam; simul atq. hunc fluuium transiissent; & Amorrhæorum fines attigissent, vsq. dum Schon hostiliter ipsis occurreret. Meminit autem Dibonis, & Medabae Isaias, cum Moabitidis caneret calamitatem. fuerant enim olim ambae Moabitarum, prius quam eas Amorrhæi cepissent. De aliis vrribus supra differuimus. Postrema pars, Percusseratq. illos Moses &c. non ad Re-phaim, & Gigantes, sed ad reges Schonem, & Og spectat. Illos enim ceciderat primum Chodorlaomer; & post Ammonitae. sed hos Moses, paululum ante quam è vita emigraret; deleuit.

Ceterum tribui Leui non dedit hereditatem. Sacrificia &c. 14 VERBUM, dedit, haerere nomini Mosis, aperte ostendit vltimus huius cap. versiculus. Dicitur autem Mosis non dedisse Leuitis hereditatem, quia non dari oportere edocuerat Iosua. Ceteroqui enim neque nouem tribubus & dimidiam dedit. Sunt quidem Leuitis assignatae vrbes pro habitationibus: & simul suburbana praedia pecori alendo; qualia suo loco ostendentur. verum ei tribui non est vna aliqua regio attributa; vt ceteris; in qua ex terrae cultu rem facere posset. Causam autem vnam afferunt sacra verba. quia potuit ea tribus; ac debuit etiam, contenta esse sacrificiis Dei. quo nomine ארער ארער, significatur hoc loco oblationes, quae Deo debebantur. in quarum numero etiam decimae erant, & primitiae. Nam alioqui vox, ארער, pro qua dixi, sacrificia, ea proprie significat, quae adolebantur. Est enim, ac si, ignita, dicas. na ab ארער, hoc est, igne, ducitur illud verbum. Quanto autem studio hanc Deus legem omnibus persuasissimam esse voluerit, satis intelligi potest ex eo, quod ipsam Moses tot verbis, tamque saepe edixerit. Nimirum omni inuidia carere ille voluit suos

administratos, quos cum sacris muneribus præfecisset, ex sacrarum rerum prouentu ali oportuit, ne profanis studiis vacare eos cogeret inedia. vulgus autem hominum, ut est maledicum, facile proscindere solet cõuitiis, quos publicè ali videt, q. ipsum suo labore illorum pascototium atq. inertia: nihil pensi habens, quibus, & quâti illi in rebus reip. vtilis sint. Quod dum fit, nõ solum sua non cõstat sacerdotio, atq. ordini ecclesiastico dignitas, maleq. audit sacra doctrina: sed etiã subtrahit malignè prouentu, & veltigali, victus ipse Dei ministros deficit, nullis aliis opibus aduersus famè munitos. Istam igitur calumniarum ansam præripere malignis conuitiatoribus voluit Deus; cum se ex suo pœnore sacerdotes & Leuitas alere inculcasset. Nam cum semper apud omnes nationes, quamuis barbaras, quadã naturali æquitate receptum fuerit, vt ciues suo regi decimas rerum suarũ darent: eaq. re patronum eum suum, & tamquã patrè agnoscerent: hoc enim & sacra Melchizedeci historia testatur, & Samuel eo iure vti reges in populum monet Hebræos suos: minime debebat certè Israelitis ea lex grauis videri, qua Deus sibi decimas, aliãq. veltigalia dari imperauerat: cuius meræ liberalitati quidquid in bonis haberent, acceptum se ferre debere nõ ignorabant; cum ipse eos rerum omnium egenos, his tã yberibus fundis locupletauisset. Iam verò detestabilis fuerit impudètia, si Deo obstrepant, cum quod in ipsius erat ærarium, aut horreum inferendum, id suis largitur ministris: & quidè iis ministris, quibus ad illos ipsos, qui ea pendunt, saluari doctrina pascendos, veraq. religione instituendos vritur, quibusque hoc nomine iure illi ipsi victum suppeditare deberent. Quis enim pascit gregem, & non edit de lacte? Sed hæc satis multis profecutus est Apostolus apud Corinth. Alibi dicit Deus, suum sacerdotium esse Leuitarum hereditatè: alibi se ipsum, atq. hoc profectò luculentissimè sacerdotum amplitudinè dignitatemq. illustrat: quamquã ad eos quoq. omnes possit accommodari, qui animum suum vni Deo addixerunt: neq. res fluxas curat, qualis erat Dauid, cum caneret: Dñs est portio hereditatis meæ, & calix meus. tu sustines fortè meam. funiculi obtigerunt mihi in locis amœnis, &c. Nã profectò, qui Deum ipsum possidet, omnia possidet: estq. infinitis modis huius cultus, quam omnium fundorum cultus delectationis plenior, atq. etiam fructuosior. Non ergo legitima hereditatis portione defraudatos se esse possunt queri Leuitæ, quando, pro terreno, Deum ipsum sunt adepti: & quidè Deum Israelis, hoc est, clemētissimum benignissimũq. illum patrè, & patronum, qui Israelè gratuitò in populum peculiare adoptauit, suoq. sanctissimo cultui addixit, & vt celo affereret, admirabilibus prodigiis excitauit: sanctissimis legibus instruxit: magnificētissimis deniq. promissis inuitauit, atq. animauit. Quæcumq. enim exstabant Dei in posteritatem Abrahamæ beneficia, exstabant autem infinita & maxima, ea omnia populo veluti in cõspectu animi ponuntur, cum Deus Israelis nominatur. Sed enim quauis isthæc Leuitarum exhereditatio, ob perfidiã, & crudelè cædem, quam huius tribus auctor, & primus parès apud Sichimitas fecit, iuste facta in pœnã videri debet, si morientis Iacobi vltima verba memoria recolas, cū de Leui, & Simeone sic loquitur: Detestabilis ira ipsorum, quia vehemēs fuit: & furor ipsorum, quia fuit pertinax: diuidam ipsos inter Iacobæos, & dispertiam ipsos inter Israelitas. Tamen quia Deus, pro immensa sua misericordia, illi iam peccato ignouerat, sanciuit quidè dispertendos inter ceteras tribus illos esse, ne frustra esset Iacobi vaticinatio, sed sic, vt lucè præclarissimã ex meris produceret tenebris: fieretq. illa dispersio & cum summa atq. amplissima ipsorum dignitate, & cum totius Israelitici generis maxima vtilitate. Neq. enim illi docere legem Dei Iacobum, & iudicia eius Israelem potuissent, nisi passim tota regione dispersi habitassent. Iam verò, cum summam, vt dixi, sacerdotum esse oporteat auctoritatè, altera illa dispersionis causa, quæ ignominiosa est, vbiq. dissimulatur: altera gloriosa ostentatur. Quam enim habere potuisset Leuitica gens venerationem apud populum; si hic existimasset, illum sceleribus maiorum suorum obligatum exheredem esse? Porrò contemptis semel sacerdotibus, quo loco futura fuerit sacra doctrina, tristia hoc sæculo exempla certissimo sunt argumento: quibus, vt quisque magis profanus est, eò applausu multitudinis maiore simulacra religionis fingit: & audaciùs, vt Ennius dicebat, sui quæstus causa factas fuscitat sententias. Postrema verborum complexio, sicut locutus fuerat ad illum, ea verba Dei significat, quæ ille ad Aharonem faciebat, in Numeris, cum se ipse Leuitico ordini offerret pro hereditate. neque sanè fefellit. Largè enim, ac liberaliter ipsos ex sacrificiis, atque sacris, vt sic dicam, oblationibus, tamquam è sua mensa alendos esse, plurimis, iisq. seuerissimis constitutionibus sanciuit. vsq. eò, vt sibi surripi, quocumq. defraudarentur Leuitæ, & sæpe, & apertè sit testatus, pœnamque capitalem esse iusserit, si quis sanctitates Israelis pollueret: hoc est, quæ sibi ab Israelitis offerri debere edixerat, ea

Deus est sacerdotum hereditas.

Dei cultus, quam terreni & incundior & fructuosior.

Deus Israelis, cur.

Prima causa exhereditationis Leuitarum, & cur ea diffinuitur.

Sacerdotes nisi eum maximo reip. malo contentini nõ possent. Nunc sibi quisque, religionis dogmata fingit. Ennius.

Deus Leuitas liberaliter profecit de victu.

Gen. 14. 1. Reg. 8.

1. Cor. 9. 7.

Pf. 116. 5.

Gen. 19. 7.

Pf. 147. 10.

Numer. 18. 10. & deinceps.

Numer. 18. vers. vltimo.

ea aliò auerteret, & in profanos infumeret vñs. Quod si verò fuit aliquado tempus, cum minus lautè pascerentur illi, aut fortassis famerent etiam, existimandũ est, ipsorum culpa id accidisse: cum populũ neq. vitæ probæ exemplo, neq. saluari doctrina, quorũ vtrumq. ad functionis ipsorum munus pertinebat, in officio pietatis cõtinere satageret. hoc enim Deus ipse apud Malachiam edixit, his ferè verbis: Pactum meum fuit cum Leui, vitæ & pacis, &c. vos autè declinastis de via: effecistis, vt multi laborerentur in lege: corripistis fœdus Leuiticum, ait Dñs exercituum. & en ego vicissim reddidi vos contemptos & humiles apud omnem populum &c. Atqui nihilominus, quò institutum hunc à se in Ecclesia ordinè cõseruaret, ilico populum ad officia reuocauit: & quia tam facillè obliuionè legis inculcatissimæ sibi obrepere passus esset, grauiter inculcavit, cum rursus apud eundè vatè diceret ad profanum vulgus: Vos iam olim discessistis à meis institutis, neq. ea seruastis. reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, dicit Dñs exercituum. & dixistis: Qua in re reuertamur? numquid defraudabit homo Deum? vos enim me defraudatis. & dixistis: Qua in re te defraudauimus? in decimis, & in aliis sacrificiis. Profus detestabilis estis, cum me defraudatis gens vniuersa. Afferte integras decimas in thesaurũ: & sit victus in domo mea. atq. ita periculum facitote de me, an non recludam vobis cataractas cæli, &c. Quæ vtinam nunc nostri homines vtriusq. ordinis propius apud animos suos penitent. minus, opinor, multis calamitatibus, tenuitatibusq. frugũ continuo multaremur, de anno in annũ, à Deo. *Dederat autè Moses tribui Rubenitarũ in suas familias &c. 15 16 17 18 19 10*

IAM singulatim commemorantur duarum tribuum & dimidiæ possessiones, suisque finibus describuntur: quas Moses singulis assignauerat, non forte, sed diuina auctoritate: cuius in perpetuum tanta vis esset, vt non aliter illas tribus à mutua violadorum finium iniuria cohiberet, atque si natura ipsa montibus fluminibusq. interpositis se iunxisset. Nã Moses ipse non semel professus est, Deum huius partitionis fuisse auctorem. Dederat ergo Moses, hoc est, assignarat; sed Deo præmonstrante; & veluti manu terminos figente, ac vrbes singulas, diuino pulsu, ostendente. Apparet quidem in Numeris, Gaditas in his regnis polcendis primas egisse partes. Rubenitæ tamen hic, nascèdi, opinor, prærogatiuo, illis anteponuntur. nam Ruben & natu maior erat, & ex libera matre editus. Gad autem minor, & ex serua. Nam quamuis Ruben, ob turpè incestum, cetera primogenituræ, vt peruagato verbo vtat, iura amisset: tamen nascendi ordinis, etiam post illud tempus, rationem multis in rebus habitam esse, constat. Particula illa orationis, *in suas familias*, siue, in suas gentilitates, aut stirpes; qua posthac sæpe vtemur; est ac si dicas, pro omnibus singulisq. familiis. Moses enim, & Iosua tributim assignabant hereditates; quæ pro omnibus familiis cuiusq. tribus satis essent: non etiam suas possessiones stirpibus singulis, nedum familiis viritim distribuabant. Hoc enim munus deinde tribunorum, decanorũ, aliorumq. magistratuum, quos quæq. tribus suos habebat, proprium erat. Diximus supra semel iterumq., istas regni Sehonis vrbes plerasq. fuisse olim Moabitarũ. Quare nõ est, quod miretur, qui eas audiet à sacris vatibus, quorũ verba mox laudabo, in Moabide collocari. Amorrhæi enim, auito aliquo, opinor, iure freti, illas Moabitis eripuerant. Alioqui enim fas nõ fuisset Israelitis occupare, cum iussi essent abstinere à Moabitũ propriis terris. Vnde quauis in exiliũ abducti cum essent Israelitæ; hi, tamquã postliminij iure, eas occupatũ rediissent, tamè rursus ipsos solũ vertere mox coegit Senacherib. Verum enim uerò miretur quis, cur Dibon-Gad sit Rubenitis attributa, quã à Gaditis structam esse certum est. Sed facillè est respondere; in cõfinio positam fuisse urbè: ideoq. nunc vni, nunc alteri tribui ascribi. Ego verò suspicor: simul atq. coniunctis precibus, ex tribus à Mose impetrasset, vt sibi in illis sedibus manere liceret; mox, pro se quemq. vrbes, ac caulas substruxisset; vt receptũ cum familiis gregibusq. suis haberent. eas tamen deinde habitatioes Mosèn, pro diuino arbitrio, inter illos dispertiuisset. *במות בעל*, Bamoth-Baal, ea, apud nos, vrbs est, quæ in Numeris depingitur à poetã quodam his verbis: *במות בעל*, Baale Bamoth Arnon; hoc est, dij Bamoth Arnonis. vnde bona coniectura capi videtur, ad Arnonem fuisse positam, aut certè in iis montibus, per quos præcipitat ille fluius. nimirum vbi castra posita habebat Mosès, cum missis legatis à Sehone transitum peteret. Sunt enim, Bamoth, Hebræis loca altiora, in quibus solenne fuit gentibus suos deos colere. Et est credibile, sanum illic celebre fuisse, siue Saturni, siue Iouis, aut alius diui. Baalenim Suidas Saturnum fuisse putat. Augustinus verò, vt dixi, Iouem. Mihi autem videntur quiuus dij sic appellari. quauis fortasse Iuppiter aliquando per antonomasiam. Significat enim, dominum. Eadem ferè nominis enodatio est vrbs eius, quæ deinceps sequitur,

Malach. 2. 5.

Malach. 3. 7.

Num. 33.

Num. 32. 34.

Num. 21. 20.

Cur faceretis aliquando fame aut inedia afflicti.

Admothio.

Moabitæ cur pulsab Amorrhæis.

Questio. דִּבְבוֹן גָּד Dibun Gad.

במות בעל Bamoth Baal.

במות בעל Baal.

בית בעל  
מקוון  
Beth Baal Meon.  
Beth-Ieg-moth.  
Cariathaim.  
יהודה  
Iaafa.

קדמות  
Cadmeth.  
Solutio Cademou.  
מפתח  
Mephaath.  
קריית  
Cariathaim.  
באר  
Bare.  
קריית  
Cariathe.  
שבמה  
Sebama.

צרת שחר  
Sarath Sahar.  
Mons vallis.

בית פגור  
Beth-Phogor.

Suidas.  
Priapus.  
Baal.

Beth-baal-meon. Significat enim, habitatione, hoc est, fanum, aut ædem Saturni, vel Iouis, aut alterius dei tutelaris. Ezechiel omisso Beth, quod ædē notat, appellavit ipsam, Baal tutelare, aut Larē: atq. cū Beth-Iesimoth, & Cariathaim locavit in extremis Moabitarū finibus, terreq; decorē istas vrbes appellavit, quasi, præ ceteris Moabiticis vrbibus, egregiæ & magnificæ fuerint. Et D. Hieronymus scriptum reliquit, Baal Meon, ad suā vīq. memoriā, pagū fuisse apud Moabitas maximū. Rursus Ieremias, omīssa altera parte, appellat, Beth-Meon. Porro, יתעה, Iaafa, siue Iassa, aut Iahas, existit, vt ait Eusebius libello de loc. Hebr. inter Medabam, & Deblathaim. Atq. huius etiam vrbis memoriam scribit Hieronym. suo tempore in ruinis celebratam esse. Alibi idem prodidit, mortuo eam mari imminere apud terminū Moabitudis. quod ego sic accipio, fuisse eā ad montes sitam, qui sunt mortuo mari ab Oriente oppositi: apud quos Israelitæ, aduersus Arnonē, pedetentim se promouebant, cū nuntios ad Schonē misissent: neq. dum sese in subiectis campis diffunderent. Occurrit autē ipsis hīc Schon cum armis, captata, vt est credibile, ex ipso loci situ feliciter pugnandi opportunitate. Sed ineuitabilia sunt consilia Dei. In hac vicinia fuit & קדמות, Cademou, aut Cademou. à quo oppido hæc circa Arnonē confragosa, & salebrosa loca nomen solitudinis Cademou habuisse videntur: vnde allegati illi Mosis ad Schonem abibant. Apud eandē solitudinem posita quoq. fuit מפתח, Mephaath. in qua vrbe Romani præfidiū alebant, vt scribit Euseb. Porro, קריית, Cariathaim exstabat, vt in libello de loc. Hebr. scriptū est, decem mill. pass. à Medaba, ad Occidentē versus: prope locum vulgò Bare dictū. illic enim veteris vrbis, vt videtur, appellatio, Cariathe, adhuc celebratur vulgi memoria. Ieremias istam appellat, קריית, i. munitionē. vnde credibile est, locum fuisse olim munitissimū. שבמה, Sebama, quantū de Isaiæ verbis conuici potest, fuit olim apud Moabitas vitibus nobilis. Quare ego coniectura quadam auguror, ad pedem montis Abarim, in apricis collibus fuisse positam: similiter atq. eam quæ deinceps in sacris verbis recensetur, צרת שחר, Sarath-Sahar: à matutino sole dicta, vt videtur. sic enim ego interpretor illud, קריית שחר, vt putem significari, קריית שחר, eam vallem montis Abarim, siue Nebo, aut Phasga (sunt enim, nisi fallor, ista eiusdē vnus montis nomina.) quæ vallis est summi viri Mosis nobilitata funere. cū id in ea sepultū à Deo ipso esset: ne officiosiores, quàm par erat, Israelitæ, in terram sanctā illud inferrent, quam attingere nō debebat. Nam in Deuteron. scriptum est: Mosen mansisse in valle, è regione Beth-phogor: & inde conscendisse Phasgam. Rursus, cū moriturus subiisset Phasgam, atq. ibi è vita excessisset, memoratur in valle è regione Beth-phogor humatus à Dño esse. Iam verò in præsentī è vestigio post nominatum hunc montem vallis, mentio est Beth-phogor, vt propinqui loci videlicet. Est autem בית פגור, Beth-phogor, ac si eūdem, aut fanū vel locum Phogor dicas. Phogor autē, siue Phegor, mons erat Phasgæ proximus, quantū certè de historia Balaam potest conuici. Existimat quidē Suidas in hoc monte Saturnum coli solere, atq. inde בית פגור, Baal-phogor vocatū eum esse. Sed mihi probabilius videtur, hoc nomen datū esse Priapo, & hunc illic cultum fuisse à gentibus. Nā פגור, detectum, ac nudatum esse significat: & Baal quēuis deum dici posse, nuper monebamus. Verū enim uerò, illud quoq. non minus probabiliter dicatur, Montem vallis, eas esse montis Abarim partes, quæ campis Moabiticis, vt vocant, imminebant, per quas dixi Israelitas paullatim processisse, prius quàm Schon hostem se ostenderet. Itaq. montem istum vallis, ad omnes vrbes pertinere, quæ post Hesebonē sunt cōmemorata. & esse tamquā antithesin illius, quod versu xvii. dicebatur, *quæ erant in planitie*. hoc est, vt dicatur, istas vrbes positas fuisse in illius planitie monte, in qua superiores exstabat. De Asedoth, & Beth-Iesimoth supra actum est. *Atq. omnes vrbes planitie, quæ omnes fuerant regni Schonis &c.* 21 22 23

Cum iam inde à Dibone cōmemorata oppida pleraq. omnia in motosis illis locis, quæ ad Arnonis tractū, capis illis Moabiticis imminebant, exstiterint, denuò, sed vniuersè dūtaxat, ostēditur hereditas Rubenitarū ea, quæ latè per ipsos cāpos diffusa Moabiticis iacebat. Ceterū illud, קריית פגור, interpretatus sum, tamquā gignendi casu dictū, *quæ omnes fuerant regni Schonis*. quia clara res est, non vniuersum, sed dimidiatū Schonis regnum Rubenitis esse concessum. Schonis autē fuisse loca ista omnia, ideo monēt sacra verba: vt ne quid Moabitis ereptum esse possit quispiam suspicari. Erat enim adhuc nefas posteritatem Loth violare. Nam vt in offensa sunt apud Deum improbi hominis nepotes, vīq. ad terciā quartāve stirpē: ita gratā probi memoriā cōseruat ille erga eius posteros, vīq. in stirpē millefimā. In reliqua porro versiculi parte digressio est, occasione nominati Schonis, ad eadē quinq. procerū Madianitarū, qua isti pœnas Mofi dedisse videtur auxiliij, quod Se-

Ezech. 15, 9.  
Hieron. comm. in Ezechiel. Jer. 48, 13.  
Hieron. comm. in Isa. c. 15.  
Num. 21, 23. Deut. 2, 31.  
Deut. 1, 26.  
Jer. 49, 4.  
Deut. 3, 36. extrema. Deut. ultima.  
Num. 21.  
Exod. 10, 6.

Num. 31, 2.

Num. 22, 5.

Isa. 1, 1, 5, 5.  
Sup. c. 10, v. 41.

Isa. 3, 2.

Morib. Neucham l. 2. c. 15.

honi tulerat aduersus Israelitas. In hanc enim ego sententiam illud accipio, quod Schonis præfeti fuisse dicuntur. Neq. enim cum Sehone apud Iaassam ceciderat, sed cū fortasse fuga tunc euassissent ad suos Madianitas, vñ cū his petiere, paullulū ante Mosis obitū. Vocantur quidē isti, in Numeris, Madianitarum reges. Sed solent Hebræi sic illo verbo vri, vt Latini regulos dicunt, qui, quamuis angusto aliquo loco, dominatūm habent. R. Dauid Kimhi opinatur, Schonem, cū eius res florent, etiam apud Madianitas imperasse: atq; ideo istos dici נקטרים, id est, magnates, aut præfectos Schonis, cū Madianitæ essent. Et proinde interpretatur illud, וישקי החרץ, casu gignēdi: atq; de suo copulam suggerit, quæ in Hebræo nulla est. quasi scilicet illi magno loco fuerint cū apud Schonem, tum apud incolas Madiantæ. Sed id profectò diuinare est; atque in suam sententiā extorquere sacra verba. Quis enim, terræ nomen, de Madianitarum regione, ac non de ea terra, quā in præsentī tractamus, accipiat, hoc est, de Schonis isto regno? Nā, quod Dauidē Kimhi mouet, mirandū profectò non est in eo, quod viri magnates Madianitæ, operam Sehonī Amorrhæorū regi dederē: cū etiam Balac Moabitarū rex & consiliarius, & allegatis vīus sit Madianitis in conducēdo hariolo Balaā. Habebantur enim Israelitæ apud istas gentes omnes pro cōmuni hoste. Et credibile est Madianitas præ ceteris illarū regionum nationibus singulari industria excelluisse in rebus tractandis. Iosephus in suis antiquitatibus monet, ab eo qui Recem hic nominatur, vrbē Arabiæ Petrā, Ar Recē, esse appellatā. Et nos supra diximus, Chaldæū interpretē vocare solere Cades-barneā, vrbē Petræ confinē, Recē inclytā. Porro quia in Numeris, narrationi cædis istorū quinq; magnatum adiecta est etia historia Balaam, ideò hic quoq; eadē assuitur, ceteroqui parū ad propositū argumentum pertinens. Sed numquā fatistæpe cōmemorari possunt Dei vt erga pios liberalissima beneficia, ita aduersus impios iusta seueraq; iudicia: vt alij ad virtutē incitētur, alij deterreantur a vitis. Illud certū est, Mosen ab istis rebus apud Madianitas gestis, ad hanc, quam tractamus, distributionē profectū esse. Cū igitur in sacris diariis iunctæ & cohærentes istæ legerentur historiæ, credibile est, præsentis cōmentarij scriptorem, eas hic quoq; coniungere voluisse, vt explicatior vniuersa esset narratio. Nomē קריית, hariolū proprie significat. Isaias tamen vīus est, pro diuino, vel qui subtilioris ingenij sui perspicacitate posset futura conuicere, & quod factū opus est, præuidere. Nā inter alios, qui apud Ierosolymitanos sua prudētia temp. cōseruaret, adnumerat etia קריית, hoc est, bonum coniectore. Quāuis autē haud expers cognitionis veri Dei fuisse Balaā videri possit: & rerū omniū euentū ex huius solius nutu pendere, agnouisse: nulla etiā nisi diuina oracula, de statu populi Dei, aliarumq; gentiū, deq; regno Dauidis, & Christi ediderit, tamquā facer aliquis vates: tamē si quis vniuersam historiā presiliū attingat, dicta, facta illius omnia excutiat, profectò intelliget, turpi ambitione eum, atq. auantia plenū fuisse: & à proborū vatū numero quā lōgissimè esse submouendū. & si in oraculis edēdis Dei fuisse organū fatemur. Nā, vt Maimonius Moses, libro cui titulū fecit, Mōstratori dubitantū, inter alia multa, quæ ad sacras vaticinationes pertinet, scriptū reliquit, Oportet veri Prophetæ mentē, ab omni gloriæ, dominationis, lucri, voluptatis deniq; cupidinē, atq. ambitione prorsus vacuā esse. & ita hominū consuetudine familiaritateq; vti, vt ipsos pro cuiusq. vitæ cōditione, ex vero æstimas, ob nullā se patiatur rē, ab eo quod rectū probūq; est, dimoueri. Quibus sane virtutibus parum cōgruunt animi Balaam passionēs: dū quōuis modo regalibus promissis inhiat, & facultatē gratificadi impio regi, per tam varia diuerticula, captat; alia atq. alia procrastinatione, & suā & illius spem suspendens: si forte interea bene precadi necessitate, qua diuinitus erat cōstrictus, se posset ipse expe dire: aut mutato Dei æterno stabil. q; consilio, (pro nefas) res quiret pro votis vtriusq; aliqui tandē ratione cōfici. Sacrorū enim vatū diuersa planē est conditio. Hi amore Dei inflammati, totos se ad huius obsequiū cōparant: animumq; suum, quantū possunt, ad perspicienda eius cōsilia applicat: res fluxas, & terrenas despiciunt. eoq; fit, vt quarum rerū species cælesti afflatu concipiūt, eas res & ipsi apud se in illo reuelationis lumine, probe intelligat, & cū vili doctrina ad alios mortales perferre possint, tamquā Dei internuntij, & interpretes. Horū enim, vt idē ille Maimonius scripsit, & ea vis animi, quā intellectu vocamus, & illa quā appellare solemus imaginatiuā: (hoc est, quæ res ipsis perceptas sensibus, alijs atque alijs pertretrat modis) cælesti illo instinctu, & diuinis vīsibus imbuuntur, illustranturq;. At Balaā, Caphas, huiusq; conditionis alij, quibus quāuis vitiosus instrumentis Deus ad suæ Ecclesiæ utilitatē aliquando vti dignatus est, diuinorū consiliorū rudes atq; expertes homines, non aliter atq; si mente moti fuissent, dederunt sine mente sonos; vt Poëtæ verbis

Reges qui, Hebræi, R. D. Kimhi.

Madianitæ industria.

Petra Recem dicta.

Dei iudicia sepe sunt cōmōstranda.

Annales sacri, & diuina.

קריית

De Balaam qualis vates fuerit.

Veri prophetæ qualis.

Sacrorū vaticiniorū conditio.

vtar. Eructavit, inquit facer vates, cor meū verbum bonū. At Balaam nihil se in corde, sed ore dumtaxat tenuis oracula, quæ fundit, concepisse ipsius fatetur. Sed iam à proposito deflectit oratio. Nondū tamē dimittere Balaam possum. Mirum enim videtur, qui potuerit ille in Madianitarū clade occisus dici : quando paullo antē ab rege Balac explosus reuenterat ad locū suum, vt narrant sacrae literæ, qui locus toto cælo à Madianitarū regione, in qua pugnatū fuit, diffitus existimatur. Nam Aramæū se esse, & inde ex montibus Orientis vsq; excitū à Balac, iactitat. & habitauisse ipsum in *מור*, Perhor, apud flumen, attestatur sacra historia. Flumen autē illud esse Euftratē, tum Chaldaeus, tum Iosephus celsent; *נחל עוזר* scilicet. Hunc scopulū parua declinatione deuicat Kimhi, cum ait; illū reuertisse quidē domum à Balac : sed ilico ad Madianitas recurrisse, mercedis exigendæ causa; quam sibi pro flagitioso consilio depectus fuerat. Suaserat enim Madianitis, vt in Israelitarū castris suas filias prostituere, eaq; re gentis Hebraicæ religionē labefactaret; qua adhuc eius res secundæ steterat. itaq; deprehensum illū in cetera turba cecidisse. Sed alij, vt mihi certē videtur, probabilius opinantur, Balaā fuisse Madianitā. Longius enim à Moabitide Euftratē fluere, quā vt credibile sit, per tantū loci interuallū, samā vaticinādī artis istius homūculi percrebuisse apud Madianitas: nedū vt ad procurandū malū præsentissimū, bis ab eis tam longē euocaretur. Et profectō me parū mouet, quod Aramæū se ipse vocat; atq; à montibus Orientis accitū gloriatur. Nā, vt solet hoc hominū genus, quo imperitæ multitudini imponat facilius, iactare se magnificentissimē; credi potest, eū se Chaldaū prædicasse: quia huius gentis diuinitio semper apud omnes fuit celeberrima, aut verbo *אור*, Arā subiici loca omnia vsq; ad mare rubrū. Nam ad *אור*, quod attinet; hoc nomine etū Orientē significari sapē, certū est; tamē in Iudic. historia filij *אור*, cū Madianitis & Amalecitis annumerati sunt. Et fieri potest, vt ille, mōtes *אור*, nō ad Orientē positos mōtes dixerit: sed primos, hoc est, vetustissimos. Nā & Madianitas suos vocat, principū gentiū; q. populū toto mūdo vetustissimū dicat. Iā verō de Euftrate quod dictū est. fateor equidē, fluminis nomine, cum per se positū est, per antonomasiam, Euftratē interdū significari. Verū ille nō præcisē, apud flumē; sed, apud flumen populariū suorum, scribitur habitasse. In qua oratione non potest profectō antonomasia locus esse. *אור* enim illud *אור* dicitur, pro, in, vnde legitur: *אור* dicitur, quia habitabat super flumen: vnde *אור* dicitur, dicitur, dicitur, dicitur: *אור* dicitur, dicitur. Et vt demus illū Euftratis accolā fuisse, atq; Aramæū: poterit id, quod fertur ad suos reuertisse, in eam sententiā dictum accipi, quo Iosua memorabatur rediisse cum exercitu ad Galgala, ante caesos ad Macedē specū quinq. reges. Hoc est, reuerti quidē constituisse, sed noua lucellā spe apud Madianitas mansisse diutius, vt vnā cum suis consultoribus pœnas daret nefarij consilij Deo. Nam quod quidā per camelorū genus, quos à celerrimo cursu dromadas vocant, vectum vitrō citroq; somniant verius, quā iudicant, quā sit stultū, quis non intelligit: cū ille non dromade, sed tarda vectus aīna ad Balac festinarit. Sed de Balaā haftenus. Illud *Jordanis & fines*, in hanc sententiā est accipiendum; Jordanē, cum suis finibus: id est vrbibus adiacentibus, terminasse hereditatē Rubenitarū ab Occidente. omīssum igitur est, fugeriq; debet Pronomē: q. d. Jordanis & fines ipsius. Sic enim hunc locū explicant post Chaldaum R. R. Solomon, & Kimhi. Porro *אור*, pro quo vicos, dixi, conuertit Symmachus, agros: cum vellet, vt opinor, suburbana prædia significare. Sed magis assentior R. Solomoni, qui ei verbo subiici scribit loca nullis munita muris, in quibus tamē cœtus hominū degūt. qualia Græci dicunt *ἀπυλγς*; nimirū minimē operosis substructa ædificiis, & veluti nocturnæ dūtata quietis, vitadēq; cæli iniurię gratia, pro hominibus & pecudibus cōparata. *Dedit præterea Moses tribui Gad, ipsi Gaditis &c.* 24 25 26 27 28

H i s quinq. versibus discernitur tribui Gad sua portio hereditaria. Ea ab Austro cōfinis erat Rubenitis: ab ortu Ammonitis, & montibus Arabicis: ab occasu Iordani: deniq; à Septentrione extēdebat vltra Iabok, vsq; Mahanaim: vnde descēdebat ad ipsum ostiū Iabok, propē in ea maris Tiberiadis extremitate, qua Iordanis effluit. Igitur *אור*, Iazer terminū australē designat: vt à qua vrbe ad Aroer vsq; ductus funiculus, dirimat Rubenitarum possessiones à Gaditicis, sitq; his pro terminis australibus, illis pro aquilonaribus. Posita enim erat *אור*, Iazer circiter quinq; mill. pass. ab Iordane, quindecim verō ab Hesebone, vt in libello de locis Hebr. scriptū est. Nā Hesebon à Iordane aberat mill. pass. viginti. vnde ortus satis magnus fluius versus Iazer habetur; & hāc propē abluens, tandē Iordani cōmiscetur. quē multi, magno errore profectō; Arnonē esse putauerūt. A Philadelphia porro aberat Iazer; vt eodē libello proditū est; mill. pass. decē. Erat enim Philadelphia

Balaā an Aramæus fuerit, Chaldaeus, Iosephus, R. D. Kimhi.

Balaam fuit Madianita.

Coniectores impostores.

אור, אור

Chaldaeus, R. R. Solomon, & D. Kimhi.

Iazer vrbs.

Hesebon, & eius flu.

Philadelphia.

Ps. 41.

Num. 22, 5.

Num. 31, 16. Apoc. 2, 14.

Iudic. 6, 33.

Num. 22, 5.

Sup. c. 10, v. 15.

delphia quā Hesebon Occidenti & Iordani vicinior, vt ex Ptolemæi descriptione constat. Fuisse autem Iazer prius temporibus in Moabitarū ditione, patefaciunt Isaia & Ieremix verba. Porro illud, *Et omnes vrbes Galaad*, vniuersæ possessiones Gaditarū cōplectitur, præsertim quotquot in superioribus finibus versus Septentrionē positæ fuerūt. Illic enim Galaaditidis erat initiū. Verū quia omnes vrbes Galaaditidis non pertinent ad istā tribū (dabitur enim mox dimidiata Galaaditis tribui Manassensū.) ilico præciditur illa vniuersitas his additis verbis: *Dimidiatq; terra Ammonitarum.* Est enim istorū sensus: Eatenus modō sursum in Galaaditidē exprorectam iacuisse Gaditarū hereditatē, quatenus dimidia Ammonitarū ditio Galaaditidē ab Oriente ambiebat. Neq; enim existimandū est, Ammonitarū terras hīc Gaditis attributas esse, quas nefas fuit, vt diximus, occupari ab Israelitis. Dicit fortassis probabiliter posset, Amorrhæorum reges istos, non solū Moabitas, sed etiā Ammonitas de suis possessionibus olim pepulisse. Neq; sine causa, postliminij iure Ammonitas cū Iephthe contendisse in Iudicū historia. Sed me mouet, quod in Num. nulla Ammonitarū mentio est; sed Moabitarum modō; quibus exactis hīc confederint Amorrhæi, quorū nunc Israelitæ loca occupatū eunt. Iā verō illud, *vsque Aroer*: clarē ostēdit, quousq; Ammonitæ Galaaditidē versus Austrū cinxerint ab Oriēte. Nam & in Iudicibus memoratū est, Iephthe Ammonitas cecidisse ab Aroer vsq; ad Abel-Ceramim. Igitur prope Aroer tum Moabitis & Ammonitis, tum etiā Madianitis cōfinia fuere. Sed cōtendentes, fieri non potuisse, vt Ammonitæ ad Aroer vsq; pertinerēt: quos torrentē Iabok à Schonis regno secreuisse, certa & sacris literis testata res est. verū in promptu est quod respondeat: Iabok non procul ab illis salebrosis locis profectum, per quæ Arnon præcipitat, longo primū tractu ad Septentrionē versus ferri, eoq; cursū magnā Schonis regni partem ab Ammonitis secludere, quamuis non vniuersam illā, quæ ab Aroer vsq; ad Mahanaim iacet. Ceterū dicitur *Aroer esse è regione Rabba*, Ammoniticæ videlicet: hoc est, Philadelphia: quia secundū istud Ammonitarū latus, de quo agimus, Aroer ad Austrū posita, Rabba aquilonarē è regione spectat. Et de Rabba quidē Ammonitarū scripsit Stephan. in hanc ferē sententiā. Rabba-ammana, inquit, vrbs est in Arabicis montibus. Et rursus cū Philadelphia tractat, tertia inquit Philadelphia Syriæ est inclyta vrbs, quæ primū Ammana, deinde Astarte, demū Philadelphia est cognominata, à Ptolemæo Philadelphia. His cōsentanea quoq; sunt, quæ passim prodidit Hieronymus cōmentariis suis in Prophetas. Cur autē Astarte dicta fuerit, supra exposuimus. Cū porro sequitur, *Et ab Hesebon vsque ad Ramath-Masphe*, rursus ducitur funiculus ab Austro versus Septentrionem, qui latus illud Orientis describat, non tamē ab extrema ad Austrū ora. alioqui non ab Hesebone, sed ab Aroer auspicandū fuisset. Existimo autē ideo plus operę contūmi in istis finibus, qui Oriētem claudunt, designandis, quā ceteris, ne vlla suspicio reliqua maneat, esse aliquid Ammonitis ademptum. Nā ad Australes limites vndiq; erant Rubenitæ: Aquilonares excipiebant Manassenses: Occidentis oræ autē fuere extra omnē controuersia, quippe quas Iordanis designabat. Ramath-Masphe, hoc est, collis specula; vrbs erat trans Iabok quidem sita, versus Septentrionē, at minimē procul: vt est in libello de loc. Hebr. scriptum. vbi etiā illud proditū est; extare etiamnum vicū à Philadelphia distitū mill. pass. quindecim, qui & nomine, & vestigio istā Ramath-Masphe representet. Dabitur hoc oppidū Leuitis; eritq; pro asylo. sed hoc suo loco explicabitur. Qui autē ex vno isto nomine duas vrbes sibi fingunt, quarū alterā Ramath, alterā Masphe faciunt, ij grāmatics Heb. imperiti sunt. Porro *בטנים*, Betonim credibile est propē ab Ramath Masphe absuisse: videtur ab arboris certa specie dictus esse locus, sed cuius arboris, planē nesciunt Iudæi. neq; ego diuinare possum. Verū si litera Nun pro Mem posita dici posset, planē statuerem, terebinthū esse, de Syrorū lingua coniecturā faciēs. Cū porro sequitur, *Atq; à Mahanaim vsq; ad fines Dabir*, describitur finis extimus aquilonaris. Nam Mahanaim haud procul ab ea Rama, de qua modō loquebamur, posita fuit, in extremo huius hereditatis angulo, qui Septentrioni ad Orientē proximus erat, apud montē Galaad. Dabir verō super Iordanē, vt est in libello de loc. Hebr. Nimirū, propē ad ostiū Iabok; quo is in Iordanē effunditur. Nā de Mahanaim vbi exstiterit, & qua eius nominis causa fuerit, satis certū est ex Iacobi historia. Is enim, cū in monte Galaad, cum focero suo Labane, scædus fecisset, simul atq; progressus inde erat, obuias habuit duas angelorū turmas: à quibus loco nomen *בטנים*, hoc est, duorū castrorum, imposuit. Sed enim vel hæc sola vrbs luculenter ostendit, Gaditarum hereditatem non præcisē finitam fuisse fluuiolo Iabok: vt quem tandem apud Phanuel transmiserit Iacob. De altera Dabir, quæ vltra Hebronem exstabat in montosis Iudææ locis, diximus supra. Iam verō cū sequitur, *Præterea in planitie Beth-aram &c.*, enumerantur non nullæ

Iud. 11, 13.

Num. 21, 20.

Iudic. 11, 33.

Steph. de vrbe

Gen. 31, 2.

Sup. c. 10, v. 38

Moabite, Ammonite, & Madianite confines prope Aroer. Iabok cursus qualis.

רבת צמון, Rabba-Ammon.

רמת מַספֶּה, Ramath-Masphe.

בטנים, Betonim.

מַחַנַּיִם, Mahanaim.

דַּבִּיר, Dabir. Iaboc.

Phanuel.

non nullæ vrbes Gaditicæ, inde à Iazer, vnde huius hereditatis descriptione sumus au-

בית תרם Beth-aram. בית נקרה Beth-Nemra. סכות Succoth. צפון Saphon.

Dabir. Mahanaim. Betonim. Rama Mafpho.

בית תרם Beth-Nemra op.

Fuit ergo בית תרם, Beth-aram inter alias maximè australis, & Iazeri proxima. Deinceps verò בית נקרה, Beth-Nemra. post hanc סכות, Succoth. tum postremo loco צפון, Saphon. & sanè huius quoque nomini consentaneu est, quod Septemtrionè significat, ipsam ceteris aquilonariorem fuisse. Quin ipsa etiam סכות, quantum certè ex Jacobi itinere possumus coniectura augurari, non alio potest loco apud Iordanem comode statui, quàm ordo ille, quem modò diximus, postulat. Ille enim à Phanuel, trãsmisso illic Iabok, ad hanc vrbe[m] profectus, cum fixis tabernaculis paullulum quieuisset, Iordanem hìc traiecit: & vsque ad Salem progressus est. Saphonem quoq; super Iordanè exstitisse, auctorem laudare possum Eusebiu[m] de locis Hebr. Sed de reliquis duabus, an in fluminis ripa, an paullu[m] interiori exstiterint, nihil laboro. Est enim res incerta. Illud verò certum, meo quidè iudicio, videri debet, positas fuisse omnes cis Iabok. quãdo Iordanis planities nominatur, in qua exstiterint. At Dabir, Mahanaim, Betonim, Ramam--Mafphe, de quibus nuper agebamus, eas fuisse sitas trans Iabok. Sed vt paucis nomina istaru[m] enodem, atq; explicè, סכות, Succoth à tabernaculis Jacobi vocata est, in quibus se suosq; non nihil recreauit, cum ex Mesopotamia reuertens, à fratre suo Esau se expediuisset. בית תרם, solent interpretati, domum excellam. sed quia in Deuteronomio habet literam Nun pro Mem vltimo loco, mihi probabilius videtur vrbe[m] hanc à viro quopiam, cui nomen הרם, aut תרם, Haram aut Haran fuerit, appellatam esse. בית נקרה, Beth--Nemra, Pardi domus est. vnde נקרה; hoc est, Pardos, eam nominauit Isaias, cum ab aquis & latis pascuis prædicaret. Erat enim, vt sæpe diximus, vniuersa ista planities, ad Iordanem, lætissimo fecundissimoque solo; quippe summiflore, & quod cotannis redundantis fluminis aquis recreabatur.

Dedit denique Moses dimidia tribui Manassis &c.

29 20 21

N v s Q V A M, quod equidem sciam, patefacta explicataq; causa est, in sacris literis; quæ Mosèn mouerit, vt Manassensibus possessiones sedesq; assignaret cis flumen: non enim videtur cum Rubenitis & Gaditis fuisse candidati in Numeris. Existimare autem, ipsos istarum tribu[m] exèplo prouocatos, armis sibi in regione felicissima possessiones post quæsiuissè, Mosèmq; facillè annuissè: id verò cumeorum iniuria conuictum esse videatur, quibus duo illa regna iam antè donata fuerant. Mihi quidem ea considerãti, quæ ad istã rem pertinent, tum in Numeris commemorata, tum initio capitis xvii. huius commentarij, credibile videtur, Machiris virtuti hoc præmium à Mosè delatum vltro esse, cum simul Rubenitis & Gaditis, quod ambiebant, concederet: quippe vir diuinus, & Dei Spiritu mirabiliter afflatus, intelligebat, & singularem fuisse in debellando Og, Manassensium virtutem; & tam ampla duo regna à soljs duabus tribubus neque tota occupari, neque satis aduersus Barbarorum incursionem defendi posse. Ad pagos autem illos Iair, siue maui, vrbes, quod attinet: & simul ad Canath, vel Noben, hæc ego loca opinor, tum demum propria Iairis & Nobæ virtute expugnata paullatim esse, postquam Manassensibus superior regni Og pars vniuersè permissa fuisset à Mosè. Nam quod in Deuteronomio Mosès, tamquam vno impetu, primoq; cum hoste congressu capta sit vniuersa ditio Og, vnà cum pagis Iair, & Argob sic contexere narrationem videtur, id non est ita. Mosès enim strictim percenset illic, quæ ad eum vsq; diem gesta fuerant: non etiam distinctè seriem rerum gestaru[m] explicare laborat. Sed Aben-Ezdras existimat, Manassenses, simul cum Rubenitis & Gaditis flagitauissè hanc hereditatè: veru[m] quia dimidiata modò tribus essent, nullã esse in Numeris factã petitionis ipsoru[m] mentionè. Rursus Nehmanius opinatur, Cum Rubenitis atq; Gaditis attributæ fuissent possessiones, quod horu[m] visibus superfluit, id in mediu[m] omnibus reliquis tribubus esse propositu[m]. Itaq; Manassenses & Iairu[m], singulari audacia sua & fortitudine fretos, eam Dei Mosiq; liberalitatè arripuissè, cum essent etiã ipsi re pccuaria diuites. Per me igitur libera est sua cuiq; existimatio, in re

R. Abraham F. Ezdræ.

R. Mosès Gerundenis.

Gen. 33, 17.

Is. 15, 6.

Deut. 3, 4.

obscura

obscura & incerta, neq; maximi etiã momenti. Mosèn autè nihil in his rebus temerè constituisse, id verò testatissimè est. Sed neque illud satis expeditu[m] est ad explicandú, minor ne, an æqua pars Manassensiu[m] fuerit, quæ cis Iordanè confedit, cù ea quæ transiuit. Enumerantur quidè stirpes septè, quæ transierunt. at totideni in Paralipomenis profapia nominatur, quæ cis mansere. Nam verbu[m] חת, tollere istã dubitationè non potest. Non enim dimidiatæ modò, sed diuisæ quomodocumq; rei partè alterutrã significat. Sed istud iterum tractabimus capite xvii. quare nũc hæctenus. Rursus illud, Et fuit dimidia tribui filiorum Manassis &c. minimè superuacaneu[m] est. sed ratã fuisse istã Mosi donationè ostendit, quãuis sub conditione, vt diximus, facta esset. Atq; in istoru[m] hereditate describenda, vt in alioru[m] progressus sit ab Austro in Septemtrionè. Gaditaru[m] enim fines terminabamus à Septétrione ad Mahanaim. Itaq; hinc auspicamur Australes Manassensiu[m]. Et si autè hìc nulli certi limites aquilonares nominati sunt: tamen in Paralip. scriptu[m] est, Manassensiu[m] possessiones pertinuisse vsq; ad Baal-Hermon, & Sanir, & montè Hermon. De Pagis, siue Hauoth Iair, redeat lector in memoriã eoru[m] quæ prodita sunt in Num. positi fuerunt illi in regione ea quæ Argob est cognominata: de qua sius erit dicèdi locus. Sed admirabile profectò est, quòd Iair totas sexaginta vrbes adipiscitur in Manassensiu[m] hereditate, què certu[m] est, Iudæu[m], non Manassensem fuisse. Erat enim Segubi filius, Hefronisq; nepos. Sed responderi posse puto: Iairu[m] virum fortissimú Manassenses secutu[m] esse, cum esset ex Manassensis Machiris, viri celeberrimi, filia procreatus. ob quã causã ipsæ etiã sacræ literæ Manassis filium appellauere in Num. Hæc enim tanta sanguinis necessitudo satis esse potuit, ad adipiscendã apud eos hereditatem, quibus hæc non forte, sed Mosi, vel Dei veri arbitrio assignabatur. Porrò Nobè, quin Iairis filius fuerit, aut certè proxima illi cogitatione copulatus, vix puto ambigendú esse: cum ille Paralipomenon locus luculenter sanciat, Noben vrbe[m], siue Canath in illoru[m] lx. pagorum numero fuisse. Ceteru[m] nugæ meræ sunt, & indignæ relatu profus, quibus Doct. Hebr. nituntur efficere, alium Iairum Segubi filiu[m], alium hunc Manassèu[m] fuisse. cum clara res sit, vtriu[m] fuisse possessore[m] istorum lx. pagoru[m]. Rursus illud quoque dubitationè magnã habere videtur: quòd qui primò dimidia tribus Manassis vocatur, ij mox dicuntur, dimidium filioru[m] Machir: cum ex Paralip. appareat, Manassensiu[m] genuisse duos: Ezrielè ex vxore, Machirum ex pellice. Sed hoc secus est, si eas interpunctiones sequamur, quæ in Hebræo nunc habentur. Sunt enim verba Hebræa, si, וְגַם לְעִזְרָא, reddantur, huiusmodi. Filij Manassis, Ezriel, què peperit, concubina illius Aramæa peperit Machir, patrè Galaad, què eo sensu esse accipièda censet Kimhi, vt putemus Ezrielè, non ex concubina illa Aramæa, sed ex alia quapiam matre procreatum fuisse; & quidem patre Galaad, auo verò Manassè. nomenq; matris illius in hoc scripto præteritum esse. itaq; Ezrielem non fuisse filium Manassis, sed pronepotem. Et sanè hoc esse verum, conficitur luculenter ex Numeris. Et Machirè Manassis fuisse primogenitú, vt sic dicam, audiemus capite xvii. Cur autem in Manassis stirpe recensenda, pronepos ante filium commemoraretur, fieri potest, vt illius tñ gloria maior fuerit ex rebus gestis. Quod si ista minùs probabilia tibi videtur, per me licet existimes, Machiri etiam nomè Ezriel fuisse. Aut, si Latini tralationè non lubet repudiare, quando ea approbatorè habet R. Solomonè, & certu[m] est interpuncta nõ esse vetustissima; dicas licet, Ezrielè ex legitimo cõnubio natum, obiisse absque liberis. itaq; vniuersam Manassis stirpem ad Machirè ancillæ filiu[m] recidisse: atque idè in illa Mosi recensione, quæ sit in Numeris, nullã esse posteritatis Ezrielis mentionè: vt neq; in hoc cõmentario, què in manibus habemus, cum cap. xvii. ista repetuntur. Quod si neq; istorum quidquã satis placere potest: existimemus, cù duos haberet filios Manasses, alterius modò, Machiris, neq; huius vniuersam, sed dimidiatam posteritatè cis Iordanè mãssisse. De Astaroth, & Edrai supra dictu[m] est.

1. Par. 5, 24.

1. Par. 5, 24.

Num. 32, 32.

1. Par. 2, 22.

Num. 32, 41.

1. Par. 7, 14.

Num. 26, 30.

Manassensiu[m] an pauciores sic quàm trans Iordanè manserint.

De Iair.

Iair Iudæus eum Manassensibus locatus.

De Nobè.

Doct. Hebr. nũc gaces.

Dimidia tribus Manassis cur dimidium filioru[m] Machir. Explicatur locus.

R. D. Kimhi.

R. Solomon.

32 33

בית תרם

Campi Moabitici.

Iordanis Ierichuntis.

Hi sunt quibus hereditatem distribuit Mosès &c. PRONOMEN demõstrationis, הַזֶּה, anceps est. Nam incertu[m] est, an ipsas possessiones, & terrena demõstret, an tribus eas, quibus regio ista est concessa. Verbu[m] enim, הַזֶּה, tam hominem ipsu[m] instituere heredem, quàm hereditatè ei assignare significat. De campis Moabiticis diximus superius, planitiem fuisse, à Iordanis, & Arnonis ostiis, quibus isti fluuij in Asphaltitè intrant, longè per Sehonis regnũ porrectã, inter Iordanè ab Occidète, & mõtes Arabicos Abarim, Nebo, Phasga ceteros ab Oriète. quã planitiè olim Moabitæ occuparant, prius quã ab Amorrhæis pulsũ trans Arnonè cessissent. Iordanis autè Ierichuntis dicitur: quia hi campi ad Iordanè positi ex aduerso spectabant Ierichuntè trans flumen sitã, stadiis, vt minimu[m], sexaginta. quod alibi est à nobis expositu[m]. vltimo versiculo, ipse Dominus Deus, dicitur esse hereditas Leuitarum. quo autem sensu, diximus nuper.

Chaldei.  
נפר & חרר  
discerni.

nuper. Chaldæus id his ferè verbis explicat. Dona quæ dedit Leuitis Dominus Deus Israelis, ea sunt ipsorum hereditas. Verbum חרר, haud temere vsurpatur de aliis quàm maximi momenti sanctionibus. quale pondus non est in verbo נפר.

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM  
IN IOSVAM CAP. XIII.

Hæc verò sunt quæ hereditatis loco acceperunt Israelita. &c. I 2 3 4 5

POST expositam assignationem hereditatis, cis Iordanem, quæ duabus tribubus & dimidiæ est distributa à Mosè, & ostensas cuiusque tribus proprias possessiones, venitur iam vltra Iordanem, in sacrationem Chananzam; & patefactum itur; quid hic quoque cuique tribuum reliquarum obtigerit forte. Nam cum in hac neque magna regione, neque solo vbiq; similiter lato commodoq; tribus multæ separatim essent collocandæ, opus sortitione erat; vt suas cuique sedes Deus ipse, tãquam digito metatus esse videretur. ne diuersa terreni conditio rixarũ & odij inter fratres causa esset, dum alij siluas, montes, litus arenosum, tamquã relegati haberent, alij amœnis huberibusq; locis fruarentur. Ad hoc: aliorum hereditas vacua, aliorũ in potestate fortissimorũ hostium ad huc posita esset. Sed quando sortitio, & si diuinæ voluntatis indicium certũ esse videretur, tamẽ ab hominibus administrari regi; debuit, vt horum fidẽ ceteroqui suspiciosam, faceret omnibus perspicuam, designarat olim Deus ipse certos viros nominatim, qui isti præfessent muneri, Eleazarum Pontificẽ max. Iosua Imperatorem, ac deinceps è singulis decẽ tribubus viros singulos. atq; ij sunt, qui nunc, *capita patrum tribuum filiorum Israel*, dicuntur, quos, cum per tot bella, perq; tam varios casus, & rerũ discrimina incolumes omnes ille conferuarit, cui non persuasissimũ sit, diuino consilio, non etiam hominũ vel fauore, vel gratia, rem istã agi; & tamquã mensuris Dei radio hereditates singulas describi? Verũ enim uero existimant quidã, longẽ maius difficiliusq; munus istos duodecim viros diuisionis faciendę habuisse; quàm vt fortẽ modò procurarent iudicarentq; sortitionem: quãdo ipsi dedisse hereditatem Israelitis memorantur. Sortẽ enim, tamquã Dei nutum, significasse quidem, qua regione quęq; tribus esset collocanda: sed istorũ deinde diuisionem fuisse operis, regionem quamq; pro tribulitum numero eius tribus, cui quęq; sorte obuenerat, finibus aut amplioribus, aut angustioribus, circumscribere. Id enim esse illud, quod in Numeris edixit, iubente Deo, Mosès; ei qui magno numero fuerit, ampliorẽ dabit hereditatẽ; ei verò qui exiguo, minorẽ. Sed ista res obscura per se, & incerta, tractabitur à nobis capite xviii. ad versiculũ iv. explicatius. Quare id modò nunc dicemus, parũ firmũ esse argumentũ hoc: ipsos xii. viros cuique tribui vel auxisse, vel diminuisse hereditatẽ, quã diuina fors designarat, quia dicuntur ipsi dedisse Israelitis hereditatẽ. Nam & sacerdotes pastores dicimus, cũ caelestibus sacramentis piorũ hominũ pascunt animos, quia Dei sunt administri, atq; interpretes. quales fuisse etiam illos diuinę sortitionis, nemo, opinor, negauerit. Porro cur tanta religione, tantaq; cautione opus esset in ista distributione faciendã, præut fuerat in illa cis Iordanẽ, ego hanc afferri causam iustissimã posse arbitror, quia, cũ Christus, qui vniuersę sacrę historie fundamentũ est, & scopus, ex his tribubus, tras Iordanẽ collocatis, olim esset nasciturus, necessariũ prorsus fuerit, eas quã distinctissimas, in suis quamq; sedibus vsq; eò manere, dum ille in lucẽ tandẽ felicissimo partu editus, sacrorũ vatũ prædictiones cõprobasset. Nam si, cõfusus tribubus, in dubiũ incertumq; reuocari potuisset diuæ virginis, quę illum peperit, profapia; Deus bone, quanta cũ mercede Satanas omnibus sæculis mortaliũ omnium fidem sollicitasset? Et verò ad illam etiã alterã designationẽ opus fuisse approbatione istorũ xii. virũ, vt rata planẽ esset, explicatũ à nobis suprà est. Ceterũ ipsam sortitionẽ, nõ esse fortunã, temeritatisq; ludũ, si iusta cum religione fiat, sed certissimum diuini consilij indicium, ostendimus capite septimo. & res ipsa in hac, quæ modò agitur, partitione, declarabit luculētissimẽ. Quales enim regiones pleriq; tribubus olim obuenerat vaticinatus fuerat in extremo vitæ actũ Iacob, ante annos propẽ ducentos quinquaginta: & nuper etiã Mosès, cũ è vita esset exiturus, tale cuique terrenũ fors quoq; obiciet. Iudę enim obtinget terra vitibus, & pascuis abundãs. Zabuloni & Issachari portuosũ litus maris. Aferi ferax frumẽti, olei, metallorũ regio. Beniamino vicina tẽplo habitatio; vt veluti inter Dei humeros sedere videri possit. Ephraimo, & Manassi solũ modis omnibus, vt sic dicã, benedictissimũ. deniq; Nephthalimo cultus letusq; tractus ab Occidẽte ad Austrũ versus procurrẽs. Postremò Leui exheres erit: Simeõ quasi in aliena hereditate apud Iudã collocabitur. cũ ergo illas Iacobi, Mosiq; prædictiones tã certo casũ fors ipsa cõprobauerit, profectò

Sacerdotes quomodo pastores dicantur. Cur operosior diuino trans Iordanẽ, quàm cis Iordanem. Christus vniuersę sacrę historie fundamentum est, & scopus.

Sortitio nõ est res fortuita, sed Dei indicium.

Sortis & prædictionum Iacobi & Mosi cõsentio.

Quales cuique tribui regiones obtingent.

Num. 31. 16.

Num. 31. 54.

»

profectò ipsa impudentia fuerit impudentior; si quis vel caelestem afflatum in Iacobo Mosẽque, vel Dei iudicium in fortibus, vel denique diuinam prouidentiam vtrouique nolit agnoscere. aut ipsa stupiditate stupidior, si non animaduertat. Sed dicat aliquis. Quid opus fuit sortitione, si ex Iacobi, Mosiq; prædictionibus, tamquam testamenti cuiuspiam tabulis, cernere suam quæque tribus hereditatem satis certẽ potuit? Atqui fuere quidem illorum patrum oraculis omnino sic designata vnicuique tribui sua loca, vt ex euentu, earum prædictionum sortiumque inter ipsas consensionem mirificam quibus posset agnoscere. verũ obscurius, quàm vt iis tolli, aut sedari controuersias omnes inter homines auaros pertinacesq; potuissent: præsertim cũ multorum verborũ explanatio ex rebus post multa sæcula venturis penderet. Quĩ enim intelligi potuit, quid esset, Benjaminum inter Dei humeros habitaturum, antẽ, quàm delectus exædificando templo locus fuisset? Nulla ergò melior ratio iniri potuit, qua Israelitis vel veritas promissionum Dei; quas à maioribus suis, tamquam per manus traditas, acceperant; persuaderetur firmius; vel eiusdem prouidentia & paternum erga suam gentem studiũ appareret, atque exstare manifestius; quàm vt per sortes, nullo modo suspectas, sed vndiquaque diuinas, apertẽ intelligerent; Deum ne vinum quidem, aut frumentum vel oleum, lac, metallum, aut si quid minoris est, olim vni tribui præ alia pollicitum esse, quod non planẽ præstitisset. Si enim in illis promissis nihil fessellit: quis putet in aliis quæ ad vniuersum cætum spectant, & in quibus omnium salus posita est, non seruaturum fidem? Nam nisi illa patres sanctissimi prædixissent, fortuna casusque in sortitione lussisse existimari potuissent. Rursus, si prædictiones illas non fors, sed xii virũ consiliũ cõprobasset, nihil puduisset calumniatores impios dicere; quæ Mosès pro sui animi affectione, qua tunc erga quamque tribum erat, pro oraculis morientis Iacobi iactitauisset, & suis vltimis effatis approbauisset; ea nunc istos de compacto suis iudiciis rata facere, quo diuinitatis existimationem cum Mosi, tum sibi apud populum parerent. Sed de sorte nunc hætenus. plura enim dicta sunt capite septimo. Porro cur Iosephi filij Manasses, & Ephraim duas constituerent tribus, nepotes cũ essent Iacobi, non autem filij, causa afferri nulla, opinor, alia certa potest, quàm Dei aternum consiliũ, cuius instinctu Iacobus moriturus duos istos in filiorum, hoc est, vt vocamus, patriarcharum locum adoptauit; solenni ritu, & conceptis verbis. Illud tamen absque dubitatione dici potest, quod sacris verbis est in Paralipomenis proditum; atatis prærogatiam, quam Ruben per scelus violati tori paterni merito amiserat, eam Iosephi liberis donatam fuisse: quantum quidem ad duplicem hereditatis portionem attineret. Nam ius illud alterũ, quò natu primi longissime fratres suos præcellabant; & omnino tamquam principes familiarum erant, ad Iudam fuerat delatum. nimirum, quia ex huius posteritate olim Christus esset oriturus. ~~Non igitur ad Iudam delatum est; sed ad Iosephi filios, quos Iosephus in Leuitarum, sed Ruben altera vncia; cũ ei vt natu maximo deberentur duæ; sunt donati. Nominĩ קקן, pro quo dixi, bona, subiiciuntur omnia, quæ nobis comparauimus atque acquisiuimus: planẽ quæ Græci κτήματα dicunt. Sed קקן, etsi ab eadem ductum est positio, tamen plerumque pro pecoribus vsurpatur. Quippe præcis hominibus ab omni quaestu improbo alienis diuitiæ pecudes erant. Vnde & Latinis mansit pecuniæ nomen. Chaldæus tamen hoc loco, קקן, armentitium pecus; קקן, verò, minorũ animalũ greges est interpretatus. At LXXII, pro vtroque reddiderũt κτήνη, vt certẽ habent emendati libri. hoc autem verbum cõmune esse & maioribus, & minoribus pecudibus apud Græcos scripsit Demetrius Triclinius Sophoclis explanator. Porro in Numeris, vbi lex ista instituitur; pro קקן, scriptũ est, קקן, quod omne genus animalia bruta significat. Et pro קקן, est קקן, id autem quatuor facultates, & bona parta cõplectitur. Neque enim in diẽ Leuitas sic vixisse opinandũ est, vt cũ pecora alerent, non etiam casulis, in quibus butyro caseisque parandis, atque afferuandis opera daretur, opus habuerint. Nam quod Doctores Hebr. tamquã oscitantes, effutiunt; nefas fuisse, in illis Leuitarũ suburbanis, aut plantare arborẽ, aut vllũ ædificiũ exædificare, quis eis hoc credat, nullã causam afferentibus, nisi fortassis Iudæus aliquis? Vocantur autẽ suburbana, קקן, ab eiciẽdo, amouendõq;. Quia pertinent quidẽ ea loca ad habitatiõũ cõmoditates, sed tamen ab ipsis habitatiõibus tamquã seposita, & semota sunt. Eorũ spacia sunt in Numeris definita certis cubitis. Est enim illic scriptũ in hanc sententiã. Et suburbana earũ vrbũ quas dabit Leuitis, sũnt à muro vrbis extrorsum, mille cubitorũ, quoquo versus. Metiemini~~

Gen. 48. v. 5.

1. Paralip. 5. v. 1. & 2.

Num. 35. v. 3.

Num. 35. v. 4.

Occupatio.

Dei promissa vera. Dei prouidentia & cura erga Ecclesiam.

Cur Iosephi filij in Patriarchas duos cõoptati.

Cur Iosephi filij in Patriarchas duos cõoptati.

Latinus referunt.

קקן קקן


קקן

Tradit. קקן קקן

קקן



antem extra urbem eam partē quæ ad Orientem est, bis mille cubitis; & eā quæ est ad Meridiē, bis mille cubitis, tum quæ est ad Occidentem totidē cubitis: deniq. eam etiā quæ ad Septemtrionem, totidē. ipsaq; vrbs erit in mediterraneo. talia habebūt vrbes Leuitarum pomœria. Ista autē ego certē, sic accipio, vt putē, circum vrbs muros ducendā esse lineā, à cuius quouis puncto ad proximā murorum partē mille cubitorum sit interuallū. eiusmodi autē lineā sic optimē posse per ambitū vrbs describi; si primum rectā versus Orientem à muro spaciū mille cubitorū notaueris, ac deinde ab ea nota aliud mille cubitorum in obliquum versus Septemtrionē, aliud totidē versus Meridiem descriperis. Similiterq; feceris versus Austrum, versus Occidentē, versus Septemtrionem deniq. Sic enim, si non prorsus circulum effeceris, qui suburbana vndiquaq. cōplectatur; ac certē satis clarē ostenderis, quā vbiq. ducenda sit illa linea, vt illorum circumscriptio absoluat. Sed vt rem exēplo patefaciam: demus rotūda esse vrbs mœnia. atq. ab illis ad quatuor cæli regiones, quatuor protendantur lineæ rectæ, quarū quilibet mille cubitos longa sit. Noteturque eius quæ ad Orientem ducitur extremum punctū litera A. Eius verò quæ ad Meridiem, B. Ad Occidentem C Deniq. ad Aquilonem D. Deinde ab A, obliquē versus Meridiem notetur interuallū mille cubitorum litera E. Sed ita, vt, E, absit à muro vrbs, qua parte proximē, cubitis item mille. Rursus ab A, alterum interuallum mille cubitorum versus Septemtrionem obliquē notetur litera F. eadem prorsus ratione, qua, E, versus Austrum. erit intercapedo inter E & F bis mille cubitorum. Iam verò si idem fiat, simili symmetria vtrimque, à B: item, à, C: & à, D: videbis, si non prorsus circulum effectum, ac delineatum esse, quo pomœria comprehensa, quoquo versus ab vrbs muris pateant cubitos mille: sicut præsentē figura adumbratum cernis.



Nehmannus.

Iudæorum opinio.

Cur Leuitis certæ vrbes assignatæ sint

Alij aliter suburbana ista dimetiuntur. Nehmānus enim ea quadro definit versus quasq. cæli plagas: cuius quadri latera quingētis cubitis singula sint dimensā. Sic enim cōtineat quodq. quadrum bis mille cubitos. Sed Iudæorum pars maior opinatur, bis mille cubitis suburbana esse, à quavis muri parte extrorsum, terminanda. Mille autē cubitos eos, qui mœnibus proximi sunt, propriē, וְקָרְיָהּ, vocari: quia præter hortorum cōmoditates, ipsi etiā sordibus egerendis seruiant. Quod verò alteris mille cubitis cōtinetur terrenū, id pecudibus pascendis esse deputatum. Atq; in hac sententia sequi Doct. Heb. videtur qui, vbi de hominum cōgressibus, quatenus iis fas sit vti diebus festis, disceptant; hunc ipsum locum bene multis verbis parum explanant. Sed ista sententiā, mihi quidē cognitionē habere faciliorē videtur, quā sacris verbis cōgruentior est. Diximus suprā, Leuitis nō esse assignatam vnā aliquam regionē, vt vbiq. adessent qui Legē Dei docerent populum, atq. explanarent; & tamquā viuendi præceptores essent. Nunc verò etiam illud quæri posse videtur: cur certæ ipsi vrbes sint assignatæ; neq. permissum vt passim habitarent, vbi collibitum esset? Verū expeditissima respōsio est. Sic enim vitæ commoditates secuti, facile se omnes in amœnissimas regiones cōtulissent. Ad hoc: nisi seorsim habitassent, qui peculiariter cultui diuino dicati erant, verendum fuisset, ne vulgi vitiiis affluerent: eorum enim facillimē moribus informamur, quorū assiduo vtimur cōtubernio atq. conuictu. Iam verò multi vno iuncti collegio, ad eas virtutes magis incitantur mutua cohortatione, doctrina, exemplo, æmulatione, quæ ipsorum ordinē in primis decebant. Erantq. illiusmodi ciuitates, quasi וְקָרְיָהּ פְּעֻלָּתוֹ הַיְהוָה pietatis: in quibus Dei colendi, & sacrorum rituum doctrina optimē conseruaretur: ac vnde ciuitates vicinæ cælestis disciplinæ semina, sanctiorisque vitæ exempla petere possent. Sed ista nunc hæcenus. Nam hic locus libri Numerorum proprius est.

Accesserunt autem filij Iudæ ad Iosua in Galgalis, &c.

R V R S V S abrupitur proposita diuisionis narratio: idq. rerum gestarum serie; vt ego certē opinor; postulante. Est enim credibile, Iudæos, cum suo tribuli Calebo tū primum interpellasse Iosua de Hebrone, cum eum aggredi fortitionē velle animaduertent. quippe verētes, ne locus qui Calebo extra sortē debebatur, is si cum ceteris locis in hydriam

in hydriam cōiectus esset, alteri cuiquam obueniret. Illud, in Galgalis, dictum est, propter alteram partitionem; quæ post, apud Siluntē peragatur. Sed cur Caleb Cenezæus cognominatus sit, (quamquā in Hebræo anceps est oratio, ad Calebū ne, an ad Iephonē id pertineat,) multæ & discrepantes sunt Iudæorum opiniones. neq. vllæ, vt mihi certē videntur, satis firmis probatæ argumentis. Doctores Hebr. autumant, partim à vitrico, alij à fratre, qui fuerit Othonielis pater, sic esse appellatū. Hic enim Cenez dici videtur proximo capite. At Kimhi mauult existimare, Cenez tū Calebi, tum Othonielis fuisse vel auū, vel proauum. Atque hanc ego sententiā ad veri similitudinem esse propensionem censeo. Is verò, qui quæstiones in Paralipomena scripsit, minimē ineptē sane; putat Cenezæum à loco quopiam esse cognominatum. Sed mittamus rem obicuram, & incertā. Illudque videamus, quī possit Calebus Iephonæ filius dici: cum in Paralipomenis Hefrone natus memoretur. Certum est, Hefronem inter eos fuisse, qui cum Iacobo in Ægyptum descenderant, annis circiter ducētis & sedecim antē, quā Caleb quadragenarius mitteretur à Mose speculatum Chananzæam. Estq. etiam illud testatum sacris literis, Calebū inter eos Hefronis filios recenferi debere, quos ille ex priore coniuge procreauit: non autem ex Machiris filia, quam demum sexagenarius duxit vxorem. Planē ergo ex his confectum est, Calebū Hefronis quidem filium dici, ac certē nepotem ex priore vxore esse. Alioqui enim plus quā ter quadraginta annorum fuisset, cum è Cadef-barnea mitteretur speculatur. Neque verò insolens est: vt Nepotes inter filios adnumerentur; præsertim si sunt rerum gestarū gloria clari. Rectē ergo filius Iephonē dicitur, cum Hefronem, nō patrem sed auum, aut fortasse proauum, vel abauum habuerit. Quare insulsum est eorum cōmentum, & ab historie ignoratione profectum, qui fingunt, Hefronem etiam Iephonæ fuisse nomen. Ineptius etiam Doct. Hebr. qui, vbi tractant de hostiis in sacrificio non permutandis, dicunt: Calebū Iephonæ filium esse appellatum, nō quia parente aliquo, cui id nominis fuerit, natus esset, sed quia fuit ipse circumspectus; cum ad sceleratæ speculationum conspirationis societatem se nollet adiungere. Nora est enim verbi פָּקֵדִים significatio. Sed illud eorundē non ineptū modò, verū plus quā puerile est, quod עַל מַלְאָכָיו מִן הַבְּרִיָּה, capite octauo, effutiunt, fuisse homines, qui anno ætatis octauo liberos procrearūt. Sed profectò nihil erat, cur se Rabbini isti stupidi atque amentes in has conuicerent angustias. Porro illud verbum, quod locutum esse Deum ad Mosē de se, atque de Iosua ait Caleb, quale fuerit, id verò obscurum atq. incertum est: quando montem Hebronis eo promissum sibi esse dicit; cum inquit, *Dato mihi montem istum, de quo loquebatur Dominus illo die.* Sunt ergo, qui existimant; promissa illa, quæ Calebo Mosēs, tamquam Dei interpret, tū promiserat, cum ille fortissimē causam huius, aduersus sociorum calumnias defendisset, non esse sacris literis prodita memoria: quippe quæ seorsim, vnoque Iosua conscio, fuerint dicta. Quæ opinio haud faciliē profectò in controuersiam adduci queat. Certum est enim, nō omnia, quæ acta sunt, etiam sacris literis esse consignata. Nos tamen alia ratione illud inuestigare conabimur. Dei verba quæ ad istā rem spectantia ille de Calebo fecisse memoratur, huiusmodi ferē in Numeris, & Deuteronomio scripta leguntur. Seruū autē meū Calebū; quia alio fuit animo, & persistit mihi adhærere; introducam in terrā, ad quam accessit: habebitq. eā illius semen hereditatem. Ista verba, inquit Iudæi, acuti scilicet scripturæ explanatores; de Hebronis monte sunt planē accipienda. quia ad eū solus Calebus accessit; cum ceteri non auderent vnā ire; propter Gigantes. Scriptum est enim: Ascenderunt per Austrum; & venit Hebronem. Non autem, venerunt Hebronem. Ita nihil illos pudet, fortissimum & diuinum virum Iosua, vnā cum aliis damnare timiditatis, & ignauitæ. Quasi verò insolens res sit in sacris verbis enallage numerorum? Sed omisissis Iudæorū puerilibus argutiis, certum est, de singulari quopiam loco, præcisē, verba illa Dei intelligi debuisse. Non enim vniuersam Chananzæam habere potuit Calebi semen. Iam verò sacris verbis testatum est; ceteros speculatores, ob eos potissimum Gigantes, quos in Hebronis monte viderant, turbas illas in populo dedisse: Calebū autem contrā; nihil illos esse metuendos, clamasse. Vnde probabile, mihi quidē certē, videtur; hunc, vt vanū esse aliorū metū luculentius ostenderet; in turbida illa altercatione, peculiariter sibi, pro sua hereditatis portione, eum locū depoposcisse, quem ignaui homines, & improbi, præ ceteris locis inexpugnabilem esse clamabant. Mosē ergo, virū diuinū, cum etiā præsciret, illā regionem, in qua Hebron exstabat, obuenturam tribui Iudaicæ; cuius erat tribulis Calebus; illa Dei verba tum de Hebrone interpretatū esse. Nam, vt nullū sibi Calebus

1. Paralip. 2. v. 11.

1 Par. 2. v. 18

Trad. תְּכֹרֵר פִּג'

Trad. סְכַרְרִין פִּח'

Numer. 14. v. 14

Deut. 1. v. 16

Numer. 13. v. 23

Caleb cur Cenezæus.

R. David Kimhi.

Auctor quæst. in Paralipomena. Calebus Hefronis ne filius an Iephonæ sit.

Nepotes in sacra historia aliquando filiorum loco numerantur.

Quodnā fuerit verbum Dei quo Calebo promissit Hebronem.

Non omnia esse sacris literis prodita.

Iudæorū opinio refellitur.

lebus certum locū depoposcerit; profecto nō aliter videntur illa Dei promissa fuisse accipienda, quā vt existimaretur, κατ' ἐπιθέσειν, dicere, in eo se loco Calebum, eiusq; posteros collocaturū, quē locū ceteri prorsus obtineri nō posse persuasissent populo. Ad hoc, nisi illud, *terram ad quam accessit*, præcisē dictū à Deo fuisse, quid erat cur vnū Calebum nominaret, & nō simul Iosvam, similiter atq. vtrumque nominat, cū vniuersē de terra, paullo post, verba facit huiusmodi? Non peruenietis ad terrā, in qua, vt vos collocare, leuaueram manū meā; præter Calebum filiū Iephonæ, & Iosvam filium Nun. At enim cur nō etiam Iosvæ peculiariē promitteret Deus fidei & constantiæ mercedē si quæras, in promptu est quod respondeā: promississe, & quidē amplissimā. Hoc enim testē significatū esse illis Calebi verbis, ego certē opinor, cū ait, *de rebus meis, & de rebus tuis*. Quis enim nō putet, denuō hīc Iosvæ promissum esse imperiū, sicut Calebo Hebronem? Nā perueniendi in Chananaā spes, in veteribus promissis fuit, & vtriq. cū ceteris omnibus cōmunis, qui eā vtrō nō abiciebant. Neq. verō erat quōd spes ea priuatim istis iam daretur denuō, quam satis firmē, & tamquā in manibus retinebāt. Sed ista hæcenus. Ceterū quod Calebus Iehouā, hoc est, Dñm Deū nominat, quodq; Mosen, virū Dei, hoc est diuinū, & Deo familiarē dicit, ea mirificē ad causam quā agit, accommodata sunt. Neque enim potest is, cui Deus promisit, frustra esse neq. interpret atq. internūtius Dei van<sup>o</sup> existimari. Argumenta igitur sunt ab auctoritate ducta tū Dei, tū Mosis. Chaldaeus pro, viro Dei, dixit, Prophetā Dei. De Cadef-barnea & diximus alibi, & erit dicendū sapius.

*Filius quadraginta annorum eram, cū mitteret Moses, &c.*

Cur Iosvæ nō promissa à Deo peculiari portio.

Temporum ratio.

CALÉBUS annos quadraginta quinque præterisse ait, ex quo Speculatorem egit. Vnde efficitur, annos iā exactos esse circiter septē post Mosis excessum. Nā amādati fuerāt exploratores circiter post sesquiannū ab relicta Ægypto. Deinde populus rebellij sui penas dedit per desertum annis circiter xxxv. Nam obiit Moses anno quadragesimo postquam excessisset Ægypto. Erat enim octogenarius, cū populari suorum causam ageret apud Pharaonē. centū autē & viginti annorū cū exiret ē vita. Iam verō si ad annos xxxv. i. addas septē, cōfeceris summā xlv. Cur verō Iosephus quinq. modō annorū faciat interuallū à trāsmissio Iordane, ad terræ partitionē vsq., alibi est à nobis explicatum. Porro illud, *reuerentiam ad illum rem, ut erat apud animum meum*: lxxii interpretes reddiderūt numero pluriū, quasi reliqui exploratores sui animi sensum, improbū videlicet, effūtiuerint corā Mole, eoq; populū terruerint. Sed id etsi ita est, tamē illud Hebraicis verbis planē dicitur, quod ego expressi. Est enim cōtērio fidei Calebi, cū reliquorū perfidia. Cū autē dicit, se ex animi sui sentētia retulisse rē ad Mosen, citra omnē arrogatiā mirificē cōmēdat eā, quam in Deo repositā habuerat fiduciā. Est enim ac si dicat, nullius se gratiā hominis aucupatū fuisse suis verbis, neq. cuiusquā furorem expauisse: sed quod planē sentiret, id se fuisse prolocutū. Sensit ergō, Deū sua promissa omnino esse perfecturū, & quidē facillimē: cū diceret, Vos nolite timere populū illius terræ: sunt enim cibus noster: amiterūt præsidū suū, & Dñs apud nos est. Vtinā verō Calebū imitari aliquādo in animū inducant, qui magna cū dignitate in principū aulis versantur, quiq; reipub. præfecti sunt, aut eā tractat: atq. suis ambitionibus, leuitatibusq; Dei causam, hoc est, ipsam veritatē, antepōnat: neq. per tot simulationes, dissimulationesq; ne dicā turpissima mendacia, tū apud imprudētēs principes gratiā, tū in vulgus imperitū cōmēdationē tā cōcedē atq. sceleratē venētur. At enim detestāda est veterū Iudæorū improbitas, quorū recērior quoq. synagoga, tāquā dictata reddit, probatq; cōmēta, qui de se cōticiētēs aliorū hominū mētes, dicūt, Calebū retulisse rē, vt fuerat apud eius animū: nō autē, vt fuerat paullo antē in ore: cū per iter, verbis quidē, tū ipse, tū Iosua ad collegarū suorū cōspirationē se adiunxissent: sed animo tamē rectā sententiā retinuisent. Quod profectō tantorum virorum sancta fortitudine est longē indignissimum.

*Frates verō mei qui erant mecum, liquefaciebant cor populi, &c.*

IN liquefaciēdi verbo metaphora est, quæ animi firmitudinem dissolui significat, sicut cera ad ignem liquefcit. Chaldaeus, frangere, dixit; in quo verbo item translatio est. Ipsum autē verbum Hebraicum נִשְׁבַּח, more Chaldaico scriptū est, vt auctor est R. Iudas Davidis filius cognominatus יוֹדֵן, primus apud Iudæos Grammaticus; aut, vt censet R. Moses Kimhi, positū est Vau loco He in fine. Sed si huic assentimur, dicendū est, singularē numerū pro plurali esse scriptum. Cōplere post Deum, est, nō solum priuatim piē, sanctēq; viuere: sed Dei etiā gloriā, & proximi salutē, quibus fieri potest modis, ad vltimū vsq. vitæ actū procurare: & omnino munere eo, cui quēq. Deus præfecit, attētē, gnauiter, cōstāter defungi. Neq. enim vllus cursus quātumuis alacriter cceptus magnā laudē meretur,

Admonido. Aulicorū ambitione & leuitate danatur.

Iudei improbi reselluntur.

R. Iudas Grammaticus. I. Moses Kimhi. Cōplere post Deum.

Sententia.

Nom. 14. v. 30

Exod. 7. v. 7. Deut. 31. v. 2

Sup. 44. v. 7. 18.

Nom. 14. v. 9.

meretur, si per ignauiam; aut leuitatem citra metam sistatur. Est autem oratio immunita; quam lxxii rectē suppleat, addito verbo infinito, ἐπινοδοῦσθαι, hoc est, sequi. Dixerunt enim: Ego verō pergebam sequi Dominum. Sed quibus verbis, quanta animi cōstantia, quamque obnixē causam Dei aduersus improbos socios defenderit Calebus, si quis requirit, is ea relegat, quæ in Numeris capite xii, & xiv perscripta sunt. Sed fortasse videatur alicui, ista cōmemoratione officij, & pietatis propriæ, laudē sibi assumere Calebus arroganter nimium. Verū id non est ita. Oportet enim existimare, longē aliamente sanctos homines, alia improbos de suis virtutibus vel apud Deum; vel apud homines loqui. Hi enim vanæ gloriolæ auidi, se ipsi prædicatione effetre student: illi ab omni rerum suarum inani ostentatione alieni, si quas fortē suas virtutes commemorant: id prorsus ἀφελῶς faciunt, & minimē malitiosē: vt vel seipfos ea recordatione animent, cōfirmētq; quo superioris vitæ suæ rectē facta cōtinuō aliis atque aliis melioribus tutatū ornatūq; pergant: vel vt audientium animos ad memoriam Dei erga se benignitatis reuocent; cuius gratia adiuti talia ipsi patrauerint; & simul quadam æmulatione ad rectē viuendum incitent. vel denique, quia humana quadam simplicitate existimant, se; posita Deo, tamquam ante oculos, sua ipsorum pietate, posse illum inducere faciliū, vt iis, quæ modō ab ipso piē flagitant, annuat. Quod Ezechie euenisse, sacris literis est cōsignatū: & sapius etiam ipsi Dauidi. Aut postremō, quia ex publicæ, aut priuatæ rei vsū esse intelligit, vt ingenuē rationē vitæ suæ reddant. Idq. nūc nostro accidit Calebo, qui se vnū in pietatis officio constantē mansisse idēd cōmemorat: vt intelligant Israelitæ, cur extra fortē portio ipsi hereditatis sit à Deo Moseq; promissa. Fuisse enim illud promissum tamquā mercedē illiusmodi cōstantis pietatis, satis indicat, quando cōtinuō addit:

*Iurabatq; Moses illo die dicens: Profectō terra quam, &c.*

Q. d. illo meo pietatis officio permotus est, vt talia iuratus promitteret. Sed sunt ista ad versic. vi, à nobis tractata. Quare id modō explicabimus: Cur iurasse Mosen dicat: & qualis sit illa iurandi formula, quæ verbis אֵלֶיךָ, hoc est, si non, cōtinetur. Certum est, Mosen Dei interpretem verissimum & fuisse, & ab omnibus existimatum esse. quippe in quo Dei spiritus loquebatur. Nullo igitur discrimine verba Dei sæpē Mose, & vicissim Mosis Deo attribuantur, in sacra historia. Itaq; Calebus, vt promissuē nūc Mosen, nunc Deum de isto mōte loquentem inducit, sic & Mosen iurasse dicit, quia Deus illa sua verba, quæ de præsentē re faciebat in Numeris, iureiurando fanciuerat; cūm diceret. Viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuersa terra, profectō, omnes viri qui viderunt gloriam meā, & signa mea, quæ feci in Ægypto, & in deserto: atq. tentauerunt me iam decies: neque obedientes fuerunt voci meæ, non sunt visuri terram, quam iuraueram patribus ipsorum: & quicumq. me auersantur, non videbunt illam. Seruum autem meū Caleb, quia fuit in eo animus alius, & compleuit post me, inducam in terram, ad quam accessit: & semen ipsius possidebit eam pro hereditate. Pendent enim omnia ista continuo orationis filo, ab illo Dei iureiurando, quod per vitam suā, rerum omnium, quæ vsquam sunt, effectricem, & conseruatricē, iurauerat multo sanctissimum. Ceterū ipsam iurandi formulam Calebus, vt est in sacris literis vsitatissimum, profert curtā, istis duobus verbulis, אֵלֶיךָ, quæ si Latine dicantur, erunt, Si non. aut nisi. Nimirum religionis causa sic loquuntur viri sanctissimi per ἀποσώτησιν, siue præcisionem; ne sacrosantum Dei nomen temerē vsurpent: aut potius, quæ à Dei summa atq. immensa probitate & natura sunt aliena, ea ne verbis dicant. Nam cū Deum sic loquentem facimus: Viuo ego, si non hoc, illud fiat, &c. Aut etiam omisso viuendi verbo, Si non hæc, aut illa faciā. Perinde est ac si dicat Deus: Ne viuā, aut, ne sim verax, nisi illa præstentur. Nefas autē est, tale quid de Deo concipere animo; multo etiam magis, effari verbis. atq. ideo ἐπινοδοῦσθαι & præcisē efferuntur illiusmodi orationes. Iurant autē etiam in sacra historia homines interdu hac formula, vt dicant; Sic faciā mihi Deus, & sic addat. hoc est, sic magis magisq. facere pergat: vbi sola similitudinis particula dira verba tegūt. Id enim si explicetur, hanc habeat sententiam. Me malē perdat Deus, & porro perditū eat, si hoc, aut illud fecero, aut non fecero. Quod dicere cū religio sit, (nemo enim verbis, nedū animo sibi malē precari debet), præcidūt malē ominata illa verba. Volebam autē hoc loco semel ista exponere, quia imminutū illud loquendi genus sæpē obscurissimum est, præfertim si quis Hebraicē legat. Nam interpretes nō inepti solent explicatiū reddere. De, אֵלֶיךָ, hoc est, perpetuo tempore, siue sæculo, diximus alibi, satis, opinor, multa.

Lxxii.

An Calebi de se commemoratio arrogas.

Aliiter sancti, aliter improbi sua beneficia commemorant.

אֵלֶיךָ

Verba Dei Mose, & Mosis Deo attribuantur.

אֵלֶיךָ

Iurandi formulæ cur ellipticæ & cur, vt.

Sic faciā mihi Deus, & sic addat.

Iam vero en conseruauit me Dominus in uita, &c.

POSTVAM argumento grauiſſimo & firmiſſimo uſus eſt Caleb, ipſis Dei Moſiſque promiſſis, quibus non parere, ſine ſcelere non poſſent diſtributores, nititur etiam ſententiarum quadam congerie, atq. amplificatione, occulto incremento altius atq. altius inſurgens. Conſeruauit, inquit, me Deus adhuc ſuperſitem, poſt illa promiſſa: & quidem per ſolidos quadraginta quinque annos: & quidem per deſertu: in quo æquales mei plerique omnes conciderunt. Neque uero conſeruauit modò, uerum etiã homini octoginta quinque nato annos eas ipſas vires animi, corporisq., aduerſus naturã ius, integras manere uoluit, quæ tum erant, cum illa mihi promiſſa daret. Cum ergò iſta ſint conſtantiſſimæ Dei uoluntatis certiffima ſigna: quæ alioqui ſolet hominũ uitiis mutari aliquando: non eſt quod uos mihi denegetis, quæ ille benigniſſimè obtulit: atq. etiamnum offert quodam modo. Porro illud, *Cum uerſaretur Iſrael in deſerto*, Chaldæus reddidit, qui uerſabatur cum Iſraele in deſerto: Moſen ſignificans, ut certè eſt in meo codice Complutenſi ſcriptum: & ut à Kimhi uerba illius proferuntur. Ingredi & egredi, eſt in omni uita munere, officio ſuo fungi. Non ergò plenè ſatis dixit Latinus, ad gradientum. LXXII ad bellicos labores tolerandos utrumque accommodarunt. Nam in Regum hiſtoria ſcriptum eſt; Dauidem feliciter egredi ſolere, quocumque mitteretur à Saulle. ideoque rei militari præfectum ab illo fuiſſe. Significat ergò his uerbis Caleb, nihil ſe ab ſua ætate alienum petere; quamuis arduam ſibi depoſcat prouinciã. Iam uero illud, *Nam tu audiſti illo die*, ſi longiore interuallo interpungendum putamus, atq. ab inſeque-ribus diſtinguendum; planè idipſum erit, quod uerſo ſexto dicebat: Tu noſti uerbum illud, quod loquebatur Dominus ad Moſen. Nimirum ruruſ Ioſuæ, ut Iudicis, cõſcientiam teſtem citat; Hebronem eſſe locu, quem ei Deus olim promiſit. & ut in memoriam ille redire melius poſſit, continuo addit: *Erant enim illic Ænacini, & urbes magnæ munitæ*. q. d. Scis Deum ideo mihi eum locum, præ ceteris, pollicitum eſſe; quia improbi noſtri collegæ cum gigantum, qui illum obtinebant, terribilem aſpectum, urbesque munitiffimas, quæ illic erant, multitudini tamquam ob oculos ſeditioſis ſuis uerbis poſuiſſent, hanc deſperatione potiundi promiſſa terra affecerant. At enim nihil uetat cur minus continuatis uerborum coniuñtionibus, ſic conuertamus hunc locum: *Nam tu audiſti illo die, quòd illic eſſent Ænacini, urbesq. magnæ & munitæ*. quali à rei, quam ambit, conditione, argumentum ducat. Caleb; quippe quæ ſit ei uſmodi, ut etiam ſi impetret, nihil niſi quod cum ſumma difficultate, periculis, laboribus coniuñctum ſit, accepiſſe uideri poſſit. Atqui exiſtimabis, abſurdum eſſe; ſi Ioſuam audiſſe de Ænacinis, de que munitis urbibus Hebronis dicat; quaſi non vnã cum aliis ſpeculatoribus ipſe illuc acceſſerit. Verum facile reſponderi poſſe, audire pro cognoscere, poſitum eſſe: aut Calebum ad xii viros diuifionis faciundæ uerba iſta facere: quorum, præter Ioſuam, nemo Ænacinos uiderat. Nam aut non eduxerat illos ſecum in expeditione Imperator, cum loca illa armatus percurreret; aut abdiderant ſe tum Ænacini uel in ſuis antris, uel in Philiſtinorũ urbibus. ut alibi expoſuimus. Porro illud, *ſi forte Dominus ſit mecum*, ſpem cum difficultate miſtam continet. & difficultas quidem doni æſtimationem minuit: ſpes uero donandi uoluntatem prouocat. Sed hic occurrat illud, parum conſentaneam eſſe iſtã Calebi orationem maximæ illi fiduciæ quam præ ſe ferebat uerbis, cum apud Moſen, atq. uniuerſam multitudinem collegis ſuis reſiſteret. dubitanter enim nunc de auxilio Dei loquitur. Atqui hoc non eſt ita. Illic enim nihil de ſe priuatim, ſed uniuerſe de populi Dei uictoria dicebat. hic autem de ſe modeſtè ſentit; minime ignarus, mortaliũ quemque sæpè, uel propenſiſſimam Dei erga ſe uoluntatem & gratiam, auertere ſuis uitiis. Eſt quidem Eccleſiæ uniuerſitati fiducia certiffima in Deo per Chriſtum; per cuius ſpiritum clamat Abba pater. at ſingulis uidentũ eſt, ne ſe efferant: ne uel inſoleſcant, ſed timeant, caſto, ut uocat Auguſtinus, timore; ne forte reiectione ſiant. Chaldæus hunc locum expreſſit his ſerè uerbis. Si forte uerbum Domini ſit mihi auxilio. Illud nimirum uerbum, quod inde à condito Adamo, per admirabilem ſuum amorem erga mortales, ipſorum ſuſcepit patrociniũ apud Deum Patrem. Sed hæc alibi explicata ſunt pluribus.

Et benedixit illi Iofua, deditq. Hebronem Calebo, &c.

ברך Benedicere.

VERBUM בֵּרַךְ, quod Theologi ſuo uerbo, benedicere, interpretatur; eſt, boni quippiam in aliũ conferre, eoq. illũ ornare & amplificare. Itaque Deus benedicere homini dicitur, in quẽ paternam ſuã benignitatẽ re ipſa confert: palamq. facit, quæ ad illius cõmoda ſalutemq. pertinent, ea ſibi curæ eſſe omnia. Interdũ tamen hoc ad futurũ tẽpus ſpectat;

Chaldæus.

Ingredi & egredi.

Occupatio.

Alia occupatio.

Uniuersæ Eccleſiæ fiducia debet eſſe certiffima. Singuli timere poſſunt caſto timore.

Chaldæus.

1. Reg. 18. v. 5

Rom. 8. v. 15. Hebr. 11. v. 10. Auguſt. in Ioan. traſt. 85.

1. Cor. 9. v. 26.

ſpectat; propter promiſſorum Dei conſtantia & ueritatẽ. Nam cum promittit ille cui piã aliquid; iſq. eam promiſſionẽ fiducia amplectitur; benedictionem uocant. At cum Deo benedicatur, quia nihil in hunc conferri à quoquã potelt; quippe qui ipſam rerũ uniuerſitatem ſolidã poſſidet: nihil aliud benedicere eſt; quàm grato animo diuinũ numen & nomen proſequi; atq. prædicatione efferre. quod Græce *εὐχαιεῖν* dicitur, in ſacris literis. Sed enim eſt & tertium benedicendi genus, quo Dei gratia efficaciter in Eccleſia diſpenſatur: dum ritè inuocato, per adminiſtrum hominẽ, ſuper cõetum piorũ, nomine Dei, tamquã æternæ ſalutis, & omnis boni vnico pignore; ipſe Deus efficitur propitiuſ; atq. ad miſericordiã benignitatẽq. ſanctè prouocatur, recordatione ſuorũ ipſius promiſſorũ; & quodãmodo adigitur: ſi ita fas eſt loqui: Atq. hoc benedicendi munus proprium eſſe ſuorũ ſacerdotũ ipſe, lata lege, uoluit: & formulam ipſam conceptis uerbis faciendã præſcripſit, ipſumq. uerum benedictionis fontẽ cõmonſtrauit, cum in Numeris diceret: Loquere ad Aharonem, & ad filios ipſius dicens: Sic benedicite filiis Iſrael, utres his ad ipſos uerbis. Benedicat tibi Dominus; & cuſtodiat te. Illuſtret te facie ſua: & miſereatur tui. Adhibeat uultum ſuũ ad te: pacemq. ad te afferat. Cum enim nomen meũ ponent ſuper Iſraelitas; ego ipſis benedicam. Primum enim Sacerdotes iſti muneri præſcit; (ij enim ex vna Aharonis familia creabatur;) qui tamquã *מזבח* & promi, bona nobis ex ipſius diuina penuria cella queant proferre. deinde clauem, qua hoc ſuæ gratiæ promtuarium reſerent, aſtendit: ſuum uidelicet nomen ſanctiſſimum; quod ſacra precatio nobis concilient, adiungatq. Sed hic opus eſt quoq., ut nos noſmet filios Iſrael præſtemus: hoc eſt, Dei promiſſionibus, ut Iſrael, ſidem adiungamus. deniq. fontem ipſum ſacrum ueluti recludit, cum addit: Ego ipſis benedicã. Quippe omne bonũ munus, & perfectum donũ ex alto descendit à patre luminum. Homines enim, qua homines ſunt, nulla nos celeſtis gratiæ particula imbuere poſſunt. at qua Dei ſunt adminiſtri, & theſauri benignitatis Chriſti diſpenſatione ritè funguntur, poſſunt; propter ipſa Dei promiſſa; quæ ille gratuita bonitate probitateq. mortalium generi promiſit. ex illis enim uis uniuerſa, atq. efficiencia illius ſacerdotalis benedictionis apta dependet. Sed iam à propoſito aberrare uidemur. Ego uero ideo huc declinaui, quia eò impietatis, aut uerius inſaniæ, multos iam ferri, ſtultarum opinionũ libidine, animaduerti, ut ſtatuerẽ nihil eos pudcat; ſcelus eſſe, ſi quis aut ſibi ipſe, aut alteri, per Dei nomen, bene precetur. Id quod, ab omni memoria, uiros pios factitaſſe, proditũ ſacris etiã literis eſt. Benedixit ergò Imperator Calebo; quia ei cõceſſit, quæ ambiebat. niſi ſi quis exiſtimare malit, ſolennè hic ritum quẽmpia ſignificari; quo illi Hebronem hereditario iure addiderit, tradideritq. qualẽ ritum forenſes nunc inueſtiturã uocant. Et huc ſpectare accuratam illã nominum & cognominum repetitionem. Dicitur autem Hebron non ea modò pars montis, in qua exiſtabat Cariath-arbe. Sed uniuerſa illa uicinia. Nam & Dabir cum Hebrone data cenſetur, ut mox audiemus.

Nomen autem Hebronis olim fuerat Cariath-arbe, &c.

1. Paral. 2. v. 41.

1. Paralip. 2. v. 21.

Supra præſtituit.

Sup. ca. 11. v. 21.

1. Cor. 13. v. 13.

Hebron.

15 Hebron uñ dicitur.

Cariath-arba.

קריית

ארבע

Arba cur homo magnus.

Quis Hebronis conditor.

R. Solomon.

Cur Hebron dicta sit ciuitas Arbae, hoc est quatuor.

Adam an sepultus apud Hebronem.

Hieronymus.

מרת שר הדשרים

Abraham cur media mundi aetate vixerit.

natu tenuit, quod mihi videtur credibilius. Nam & R. Solomon illa à Cham Noë filio exaëdicata esse putat. Sed ista subtilius atq. accuratius persequi curiositas fuerit; cum sint per se obscurissima, & propter maximam vetustatem prorsus inexplicabilia. Quare his omiſſis, exponam paucis quæ de hoc nomine ארבע קריית Cariath-Arbæ, in antiquis Hebræorum cõmentariis, quæ illi nominant, כרבת רבא Bereſchit Rabba, legi. Scriptum enim illic est; idè ab ארבע Arba, hoc est, quatuor, nomen isti vrbi esse: quia prius sæculis quatuor illic viri pij habitauerint, Aner, Eschol, Maimre, & Abraham; iidem quæ illic sint circumcisi. Quatuor item matronæ celeberrimæ famæ sepultæ: Eua, Sara, Rebecca, Lea. Et quatuor Patriarchæ quoq., Adam, Abraham, Isaac, Iacob. Ad hæc, quia Abraham inde quatuor reges insecutus percussit. Sed piget referre cetera. Sunt enim nimis multa, & parum firma. Quamuis non ignorem etiam diuum Hieronymum in ea fuisse sententia, vt putaret, primum humani generis parentem Adamum illic esse humatum. Quin præsentem locum sciens, vt videtur, in aliam sententiam est interpretatus, quam Hebræa verba præ se ferunt. si modò ipse est Latinæ tralationis auctor; vt illam suam opinionem de Adamii sepulcro affirmaret. Sed quod ille de Adamo sentire videtur, id in vetustis cõmentariis, quæ in Cantica Solomonis scripta extant, de Abrahamo explanatur à Iudæis: qui vt ex homine isto magno, Abrahamum efficiant, tam multas afferunt illic nugas, vt data opera ridiculi esse voluisse videri possint. Illud tamen vnum relatu non est indignum, quod aiunt: Abrahamum sub mediam conditi orbis ætatem, in hoc mortalium theatrum à Deo esse productum; vt sua ipse virtute, & quæ antè fuissent, & quæ post ventura essent sæcula veluti fulciret. Columnam enim non in angulo quopiam domus; sed in ipso collocari meditullio, quæ ædificiũ sustineat. Certè suauissima illa placatoris Dei vox, quæ spem salutis humano generi ostendit, inde ab offenso per peccatum numine, ab Abrahamo primum clariùs est audita atq. apertius. Sed hoc hæctenus. non est enim præsentis loci. Extrema huius capitis pars, *Terra quiescebat à bello*, explicata est à nobis in fine capitis vndecimi. Idè autem hoc loco repetita est: quia cum faciendæ diuisionis narratio adhuc per alias atque alias digressiones dilata sit: nunc verò tandem ad eam tractandam accedatur, monendum iterum fuit: nullos hoc tempore vsquam hostes fuisse reliquos, qui distributionem bello impedirent.

ANDRÆ MASII COMMENTARIORVM

*Fuit itaq. fors tribus filiorum Iudæ, pro suis ipsorum profapiis, &c.* 1 2 3 4

SE MEL iterum quæ cœpta, sed adhuc interrupta diuisionis narratio, eius terræ quæ trans Iordanem iacebat, iam tandem cõtinuatur. Sed prius quam explicare sacra verba aggrediamur, differendum paucis videtur de iis, quæ vniuersè ad ipsam terræ diuisionem attinet: præsertim cum ad eam hic abruptè accedat historię istius scriptor, illud vnu superioris capitis initio præfatus, Eleazarum Pontif. max. Iosvum, & capita patrum Israëliticæ gentis fuisse diuisores: factam quæ esse sorte distributionem inter nouem tribus, & dimidiam. Illud enim vel in primis requireret non oscitans lector, quorũ arbitratu partes istę sunt factæ, de quibus nunc sortiendum est. Nam ad Siluntem certè, nihil agetur, nisi descriptis primùm ipsis portionibus. Tum illud, quo ritu, quoquo modo facta sit sortitio. & fueritne vlla tribuum inter ipsas prærogatiua: an verò simul in vnam hydriam omnium coniecta sint nomina. Igitur ad primum quod attinet, apparet, istam Chananæam non antè esse ab vllis metatoribus in certas partes diuisam; de quibus partibus sortirentur inter se tribus; quam ventum ad Siluntem est. Quapropter existimo, duas istas portiones, quarum altera Iudæis, altera Iosephitis iam sorte obuenerit, rudiore quadam designatione primùm ad fortiendum propositas fuisse, vel iudicio XII virum diuisionis faciendæ, vel communi omnium tribuum deliberatione: vt castra in Galgalis ab improvisis hostium incursionibus essent tutiora: cum parum etiam tum animi Israëlitis ad adeundam suam cuique hereditatem, esset, vt capite xviii audiemus. A suo enim præsidio, suisq. dominis defensa ea parte, quæ ad Austrum versus posita erat; tũ ea quæ ad Aquilonem; nullus aut ab Oriente, aut Occidente hostis timeri potuit: cum alterũ latus vastũ mare clauderet; ad alterum & Iordanis esset, & Rubenitæ, Gaditæ, atq. Manassenses. Et versus Austrum quidem fuisse designatam omnem illam regionem, quæ inde à statiuis ad deferta Sin, & Kades, atq. ad fluuiũ Ægypti pertinet; vt mox describeretur; porrecta inter duo maria, mediterraneum & mortuũ. Similiterq. versus Aquilonem, eam, quæ inter Iordanem, & idè illud mare mediterraneũ ab statiuis extenditur vsq. ad Genesaram.

Quamuis

Partes in prima sortitione quo modo factæ.

Quamuis enim partes istæ maiores, nõ obscure videretur, quàm proæstimatione totius Chananæ, quæ inter noue tribus, & dimidiam erat distribuenda: hoc est, quàm vt septem alia, his pares, ex reliqua terra cõfici possent: tamen rudi huiusmodi, atq. inchoata diuisione tutanda nunc castra fuere. æquabilis autè vniuersæ terræ partitio ad illud reiciebatur tempus, quo mensores mitterentur; qui quantum superesset, accuratè atq. exquisitè desciberent. Neque enim; quantum certè apparet; hæc prior sortitio omni prorsus iure possessiones illas addicebat iis, quibus sorte cadebant. Ei enim rei testimonio videntur esse illa Imperatoris verba, quæ capite xviii facit, cum ait: Iudas manebit in suis finibus à meridie, &c. quorum illic sententiam explanabimus. Iam verò an de istis duabus propositis portionibus sortitæ sint, ex æquo, tribus omnes: an verò solæ duæ & dimidia Iudæorum, & Iosephitarum, quodam prærogatiuo iure; vt sic dicam; nõ satis cõstituere possum. Posterius tamen mihi probabilius videtur. Nã cum partes, vt dixi, præter modum maiores, factæ sint: & Iudæi longè quamuis aliam tribum numero superarint, Iosephitis quæ aut duplex, aut certè sesquiportio debita fuerit; ratio aliqua, atq. modus sic in ista partitione habitus esse potest videri. Et vt demus Iudæos; quamuis principatum ea tribus obtineret, tamen ex æquo cum aliis tribubus sortiri debuisse; certè iniquum fuisset, si Iosephitarum vnica fors; vt ceterarum singularum tribuum singulae sortes, fuisset in vnam coniecta. Vnius autem sortis, non duarum, casu, siue tractu suam istam totam hereditatem esse adeptos Manassenses, & Ephraimitas, quæ deinde inter se ipsi diuisere; luculenter patefacient ea, quæ proximo capite dicentur. Atq. hæc sunt rationes, ob quas hæc mihi sententia ad veritatem propensior esse videatur. ceteroqui facillè intelligo, admirabiliorem sortis casum iri visum, si omnium tribuum nominibus in vnam vnam coniectis, cõmissis, versatis, Iudæ primùm extractum esse statuamus; & deinde Iosephitarum. Porrò ad sortitionis ritum modumq. quod attinet, nescio an eum non studio nobis occultarit vbiq. sacra historia; ne superstiosè imitaremur in rebus nostris. Illud enim vnum non dissimulauit, pro foribus tabernaculi; tamquã in Dei conspectu; ductas esse sortes. nimirum vt sanctiores existimaretur. Sed Doct. Hebr. in eo libro, quo de hominũ inter ipsos patris variis agunt, qualia sunt, emptio, venditio, item societates, atq. etiã de hereditatibus, hæc ferè de fortiendi isto ritu prodiderunt. Fuerunt, inquit, corã arca positæ vnam duæ; in quarum alteram cum sortientium tribuum, in alteram descriptarum regionum nomina fuissent iniecta, Eleazar Pont. max. spectante senatu, & vniuersa Ecclesia, quaffatis, & sursum deorsum agitatis vris, ex altera tribus cuiuspiam nomen, ex altera regionis, prout Dei arbitriũ osterebat, cæca manu extraxit. Sic Doct. Hebr. quàm verè, nescio; certè probabilius; vt mihi quidè videntur; quàm Iosephus. Hic enim, quantum ex eius verbis cõiicio, opinatur, eam tribum, quam fors cumq. priorè nominasset, optione aliqua ex propositis portionibus delegisse. Scribit enim, Iudæos, sorte cadente, superiorè sibi Idumæam sumsisse. Sed quæ sic fuerit sortitio, & prædictionum sacrarum diuina consensio? Profectò clament ilico calumniatores; eam delegisse portionem quamq. tribum, quam sibi à Iacobo destinata intelligebat: cũ sanctissimi viri iudicio omnes omnia tribuerent. Quapropter si omnino vnica hydria est statuenda; quod ego verius esse puto; equidem regionum in ea fuisse nomina dixerim; & hæc singillatim cuiq. tribui extracta esse; vt illæ, altera post alteram, pro cuiusq. prærogatiua, sortiebantur. Nã sanè in prius posteriusq. sortiendõ fuisse tribuum inter ipsas prærogatiuam, multa sunt indicia. Videmus enim tribus Iudæicæ sorte omnium exire primã, quia illa Rubenis loco princeps erat. Deinde Iosephitarum: quibus etiã ipsis Rubenis ius in parte cõcessum fuerat. Deinceps verò ceterarum quæ ex liberis matribus ortæ fuere, ac tandem earum quæ ex ancillis. Nam cur inter liberos nõ planè habita ætatis ratio sit; vt neq. inter ancillarum filios, causam iustam afferemus suo loco. Sed fruatur sua quisq. existimatione; modò vt ea sit sacris literis cõsentanea. Me certè vehementer, & singulariter delectat, cum mecũ recolo; feniculum illũ Iacobum, eas regiones, quas neq. ipse, neque eius vnquam maiores, nisi precario, possederant, & à quibus etiam tum ipse exsulabat, nuncupato testamento, non aliter atq. patrios, & auitos agros, inter suos liberos, admirabili fiducia, verbisq. magnificentissimis partientem. Et cum porrò animaduerto, illas, non vt videbantur, ridiculas, sed diuinas prædictiones aptissimè cadentibus sortibus ita cõprobari, vt nihil casu aut fortuito factũ esse appareat, incredibiliter confirmor, vt statuam; nihil quod sacri vates nobis aut polliciti, aut minati sunt, tã vanũ aut ludicrum videri debere, quin planè euenturũ sit. Nimirum Dei consilium & voluntas, verbiq. diuini veritas, nullo vnquam casu labefactari possunt. Et de diuisione hæctenus.

An omnium tribuum sortes simul coniectæ in vnam.

De sortitionis ritu.

Trest. בכא בתר' פ' ה'

Ioseph. antiq. libr. 5. cap. 3. taxatur.

An in prius posteriusque sortiendõ fuerit prærogatiua tribuum inter ipsas.

250 COMMENT. IN IOSVAM

hactenus. Porro vereor ne barbara ista locorum nomina, ex quibus pleraque omnis insequens diuisionis narratio est composita, magnum lectori fastidium afferant: ut in quibus nullum esse operæ precium videbitur: quando & vrbes ipsæ quæ commemorantur, aliæ; quarum pars maxima est; funditus periire: aliæ profus deformatæ agnosci nõ queunt. Ad hoc: loca illa omnia à barbaris occupata iam, atq. infesta, frequentari à nostris hominibus nõ possunt. Deniq. non solum cõfusis ad eò iam tribubus, vt nullũ inter alios atq. alios tribules superfit discrimen; sed etiam in sempiternũ de illis suis possessionibus deicctis; ac longè lateq; per orbẽ disperis, nullus omnino fructus in discernendis cuiusque hereditatis finibus esse positus videtur. Verũ meminiſſe oportet lectore, multo aliter de iis, quæ sunt diuinis literis prodita, & cõsignata, existimandũ esse; quàm quæ profanis. Nam cum, teste Paulo, illæ sint *θεβηνόδοσι*, & quasi ipso Dei ore pronuntiatæ, dictatæq; ad formandum hominẽ iustum, atq. integrũ; eumq; cõparandum ad omnem probitatem: quis dubitet, quin nihil otiosum, aut superuacaneum, nedũ inutile, contineat? Scitissima est apud diuũ Chryostomum cõparatio, ab illis sumta, quos Græci *μεταλλεία* vocant, Latini cum Plinio, metallicos dicere possunt. Hi enim aridos atq. steriles, vt videntur, montes nõ prætereunt, quasi parum fructuosos: sed in eos perfosios, cauatosque penetrant: vagantesq; per silices, & glaram venas auri, argenti, æris, stanni, plumbi, aliorum metallorum persequuntur, atque rimantur. deinde cuneis malleisque ferreis passim abrasos scrupos tundunt, lauant, vrunt, molunt denique in farinam. vt per tantos labores, tantaque pericula, tandem aliquid metalli eliquent: quod toto breui fertururum. Cur ergo vllum sacræ scripturæ locum, quantumuis specie horridum, ieiunium, siccum prætermittamus inexploratum? cum nullus non sit, non dico auri, argenti, alius metalli: quæ omnis fluxa caducaque materies est; sed cælestium mysteriorum venis ditissimus: si præeunte nobis spiritu sancto penitiũs inspexerimus, rimatiq;ue altius fuerimus: tum, quæ se obtulerint, micæ apud animum vera pietate æstantem, percoxerimus. Multi, inquit Chryostomus, mechanicorum: (sic enim vulgus hominum imperitum appellat) cum sumto in manus libro, vel subducta numerorum ratio, vel nominũ contextus longior catalogus se offert; mox euolutis raptim multis paginis, ad alium locum, oculorum, atque animi intentionem conuertunt: & si fortè incusentur; respondent; nihil aliud quàm nomina esse: neque fructuosum aliquid in iis, quæ sic præteruolant, inesse. Sed, quid, inquit, tu ais bone vir? nulla ne tibi verecundia est, dicere, eorum quæ ipse Deus loquitur, nullam esse cognitionis vtilitatẽ? Atqui vtinam soli mechanici tam essent sacrarum literarum fastidiosi: quibus etiam sæpè noxium est, in illis esse nimium curiosis, quando hoc hominum genus suum iudicium; quod nullum de diuinis sensis habent; vbique interponere, suo stare; Ecclesiæ nihil permittere volunt. Sed vt ad barbara nomina reuertar: Adamantius, vir in sacris literis mirabiliter eruditus, ad eò nõ vult fastidiosè nomina ista legi; vt ipis adumbratũ esse cælestis nostræ hereditatis exemplar statuat: occultioraq; in ipis mysteria esse posita, quàm quæ possit vel sermo humanus explicare; vel mortales aures percipere. nimirũ qualia Paullus tum audiebat, cum esset in tertium vsque cælum subductus. Sed plura ab ipso auctore petantur. Sunt enim apud eum multa & lectu iucunda, & suaui cognitu. Ceterũ quòd multæ istarum vrbiũ funditus interiire: neq. ipsa locorũ facies agnosci satis potest; quod Hebræorum respub. dissipata est: & iam olim sublatũ omne tribuũ discrimen; vnde effici videtur; nihil referre profus, scire qui cuiusq. limites hereditatis fuerint: ad ista, & si qua sunt eiusmodi alia, in promptu est quod respondeã: esse quidem illarũ rerum inutilem per se cognitionẽ: at pro rectè percipienda sacra historia, nõ modò vtilẽ, verũ etiam necessariam. Et si enim nõ omnium locorũ in Chananæa situs habitusq; quales fuerint inuestigari potest: (est enim hoc fatendũ apertè) at celebriorũ possunt bonis coniecturis probabiliter inueniri: quorũ si profus sis ignarus, fieri nequit, vt rerũ memorabilium prisca illis sæculis gestarũ rationem vel mediocrem assequare. Igitur si nõ plus quàm insanæ curiositatis damnamus eos; qui vt Liuij, vt Cæsaris, Taciti, aliorũ scriptorum cõmentarios, & Romanæ tyrannidis odiosa monumenta rectius intelligamus, summo studio nituntur barbara locorũ nomina, quæ illi scriptores pleraq. corruptissima repræsentarunt; quibuscumq. cõiecturis ad nostræ memorię vrbes, aliq; loca accommodare; certoq; definire, qui Brannouices, qui Tribores, qui Segusiani, qui mille alij fuerint: in qua tamẽ re, vt ætatẽ cõsumat, certi aut profus nihil, aut parũ admodũ, assequatur: cur nos pœniteat ea locorũ vocabula expẽdere, quæ integerima sunt adhuc in sacris cõmẽt. cõseruata? atq. illorũ locorum

2.Tim.3.v.16

Chrystom.

Nom.34.

Nom.10.v.14

Ios.11.21.15

locorum persequi cognitionem, quæ ad monumenta exordij æternæ salutis nostræ explicanda conducunt? Verũ tamen non est, quod exactam à me Chananææ totius *χρησθίαν* lector hinc expectet. Neque enim eam ego artem profiteri possum; neq. quemquam omnium mortaliũ, qui vsquam sunt; post tot sæcula, vrbiũ singularũ positiones vllis posse cõiecturis ostendere existimo. Vehementerq; admiror, qua fronte, vir cetero qui doctus, Iacobus Zieglerus, tot loca; in quorum notitiam nullo indicio duci potuit; nõ aliter, atq. si astrolabio, quod vocant, aut *σπιροθήρα* ea dimẽsus esset; ausus sit, nõ modò suis gradibus, verũ graduum etiã minutissimis particulis, per longitudinẽ, latitudinẽq; describere. Ego verò, quod adhuc feci; præcipua quæq; loca, & ad sacræ historiæ intelligentiam cum primis vtilia; probabilibus, quoad eius à me fieri poterit, cõiecturis conabor indicare: vt & curioso Lectori quadamtenus faciam satis; & ad inuestigationẽ accuratiorẽ alios excitẽ cõmoueamq;. Igitur, vt ad sacrũ textum veniamus; quatuor primis versiculis describuntur fines Australes hereditatis Iudaicæ tribus: qui iidem totius Chananææ sunt ex ea parte: vt certè illa à Mose in Numeris definita est. Inchoatur autem parte descriptio ab eo angulo, qui Orienti proximus est. Ibiq; desertũ *סין* locatur, quæ id parte est Idumææ affine. Nã illuc vsq. ad Orientem versus solitudo illa vasta pertinebat. Quod vel inde cõiciamus: quia Moses, cum tricesima tertia mansione in hoc deserto cõsederet apud Kades, mittebat allegatos ad regẽ Idumææ, petitũ Israelitis viã, per eius ditionẽ. Maximo enim cõpendio illac in Chananæã peruenire potuissent, neque opus fuisset mare mortuũ ambire. Sed longè aliud esse hoc Sin, atq. erat illud, in quo octaua castra fecerat Moses, videtur. Illud enim *סן*, Sin, per literã Samech; at hoc nostrũ *סין*, Sin, per Zade describitur. Præpositio *ה*, pro *ל* posita est. Sic enim est in Numeris. Illa *versus Meridiem*, & ab extremitate *Austri* profus idẽ significant, hoc est, extimos fines Australes describi. Quapropter, in Numeris, istorum duorũ loco, vnũ hoc scriptũ est *קנב אצת*, quod est, ac si, orã Australẽ dicas. Porro illud, *Habebantq; terminum Australem ab extremitate maris falsi, à lingua quæ respicit Meridiem versus*, explicatio est præcedentis versiculi: ostenditq; descriptionem istã inchoari ab extremo sinu maris falsi, qui sinus Austro proximus sit. Atq. hic rursus posterior verborum cõplexio, prioris est *עֲלֵהמוֹסֵי*. Ideoq; in Numeris id ipsum paucioribus dictũ est, hoc modo. & erit vobis terminus Australis, ab extremitate maris falsi, ad Orientẽ. hoc est, esto vobis descriptionis initiũ ab Oriente, à sinu maris falsi, quo ad Austrum finitur. Chaldæus pro, lingua, reddidit *כנפ*. eoq; vocabulo fortassis rupẽ aliquã significare voluit, quæ in illa mortui maris extremitate existit: vt & *LXXII*, qui *λοφίαν* sunt interpretati. Ego verò linguæ verbum, quando de mari dicitur, sinum potius significare dixerim, quo in continentem angustior pars excurrit, linguæ specie. Sic enim Iaias quoq. videtur vsurpasse, cum canit. Et perdet Dominus linguã maris Ægypti. De eo enim mari loquitur, nisi fallor, quod sinus Arabici pars citima, & tamquam sinus, est; atq. linguæ figura Ægyptum alluit. Et haud scio an non etiam Chaldæus hãc habuerit opinionẽ, cum verbo *כנפ*, linguam interpretaretur. Certè Chaldæi *כנפ* interdũ dicunt, aquarum cõgestus; quales in illiusmodi angulis, vi ventorum appulsi ad terram, ludere solent. Cum porro sequitur, *Et exibat ad partem Australem ascensus Acrabim*, producitur mensõrius funiculus, vt sic dicam, ab illa maris falsi vltima ad Austrum ora, tamquam ab Oriente, sensũ versus Occidentem. Est autem in Numeris, pro *כנפ*, hoc est, exibat, scriptum, *קנב*, circumducebatur, siue gyrabat. Monet autẽ R. Solomon tria ista *כנב*, *קנב*, *קנב*, quæ in istis descriptionibus crebrò vsurpantur, ea, inquam, verba significare, normam dimensionis aut introrsum, aut extrorsum sinuari; non profus re-  
ctã duci. Et in præfenti quidem, inquit, dum ad ascensum, siue collem Acrabim, hoc est scorpionũ, trahitur ab Asphaltitidis extremitate, flectitur extrorsum in Meridiem; sic vt Collem Acrabim ab Austro ambiat, atque Iudæorum hereditati adiiciat. Equidem video plerosque Chorographos, qui Palæstinam descripserunt, sic collocasse hunc cliuum Acrabim, vt aquilonarior sit, quàm vltima illa falsi maris ora. Id si rectè ab illis factum est; falsus est R. Solomon. Verũ quando ex Ptolemæi tabulis constat, Petram esse australiorem multò, quàm sit illa maris mortui lingua: atque inde efficitur, Cadef-barneam quoque australiorem esse; vt quæ sit Petræ affinis: quod alibi diximus: profectò dispicere non possum; qua ratione queat Cliuus Acrabim esse aquilonarior; cum iidem illi Chorographi australiorem eum esse statuant, quàm Cadef-barneam. Ceterũ, cum Latinus reddidit; contra ascensum scorpionis; in eo secutus est *ל x x i*. qui, quod est Hebraicè, *מִנְיָב*, ab Austro, legisse videntur, mutata

Iacobus Zieglerus.

Sin desertũ vsque ad orã maris mortui pertinuit.

Sin סין & סן

Lingua quid. כנפ

R. Solomon. כנב, קנב, קנב

Cliuus Acrabim. מקלה עקרבים. Petra. Cadef-barneam.

mutata vna litera, **הַקָּדֵר**, dixerunt enim, **הַקָּדֵר**, hoc est, contrā. Similiter eisdem imitatus est ille, cum Sina, diceret. dicendum enim erat explicatius in Sin. Nam in verbo **הַקָּדֵר**, Sina, litera He vim habet præpositionis. Equidem existimo hinc nomen Sin loci cuiuspiam celebris propriam appellationem esse; à quo magnum illud desertum nomē accepit. Cum porrò sequitur, *Et ascendebat ab austro ad Cades-barneam*, pergitur non nihil ab Austro ad Septentrionem. cui declinationi argumento est, ascendendi verbum. Loca enim aquilonariora, pro altioribus habentur quia ad mundi verticem, quem polum arcticum vocamus, videntur accedere. Possent tamen hæc etiam de Hebraicis verbis sententia exprimi: Ipsam dimensionis lineā ambiuisse latus australe Cades-barneæ; & hanc intra Iudæorum fines collocasse. Erat enim hic locus, quantum certè de Mo-  
Deut. 1. 19.  
 sis verbis, quæ capite primo Deuteronomij facit, conijci potest; terræ promissæ pars; sed extrema. Est autem ferè omnium sententia, hanc Cades-barneam longè distitam fuisse, ab illa Cades, ad quam tricesima tertia castra, in solitudine **הַקָּדֵר** Sin, fuere posita. Videntur enim decima quinta mansione Israelitæ ad Cades-barneam consedissee. Sed quādo incertis admodum, & perplexis gyris, per inuiam solitudinem Pharan circumductos esse constat totis illis xviii mansionibus; non est profectò incredibile, vt nomen, ita & locum vnum eundemque esse, apud nobilem illam urbem Petram. Idque etiam Chaldaus opinatus esse videtur; qui pro vtrauis Kades, reddidit Recem. de quo verbo dixi aliò loco. Porrò **הַקָּדֵר** Hefron nominatur inferius etiam, **הַקָּדֵר** Hafor. Sed est ista Hafor toto cælo diuersa ab illa nobili vrbe Galilææ. de qua suprà locuti sumus. Neque verò etiam aut **הַקָּדֵר** Adar, aut **הַקָּדֵר** Carcaa, celebres vrbes sunt. Quare posterior in Numeris profus omiſsa est. Symmachus pro eius nomine, reddidit, **הַקָּדֵר**, terrā. quāsi non esse loci certi proprium putauerit. Significat enim **הַקָּדֵר** Carca, Hebræis, solum, fundamentum, fundum. Iā verò **הַקָּדֵר** Asmon, nescio an non is locus sit, in quo vicissim sextis castris manserunt Israelitæ. Scio equidem eum locū per literam Heth initio scribi, hunc per Ain. Sed solent ista duo elementa inter se cōmutari interdum, vt alibi diximus. Illud minus expeditū videtur; qui potuerint post tam multas mansiones non longius esse progressi. Ista enim nostra **הַקָּדֵר** Asmon, propè abfuit ab illo paruo Nili brachio, quod dixi apud Rhinocoluram exire in mare mediterraneum. Sed certum est, per inexplicabiles illos ambages, occæcatis suis peccatis, rursū, prorsū, oberrasse. vt planè credibile sit, ad eandem mansiones sæpius esse reuersos. Summa igitur istius descriptionis hæc est. Australes Iudaicæ hereditatis fines inchoari, ab extremitate maris salſi, quā ad Austrum definit. Atque inde sensū versū Occidentē tendi, primo ad cliuum Acrabim; inde ad Cades-barneā: deinceps ad Hefron, vltimus ad Addar: inde porrò gyrare ad Carcaam; ex Carcaa Asmonem. Ab Asmone incidere in Nili paruum brachium; atque cum eo desinere in mare mediterraneum haud procul ab Rhinocolura. Est ergo istorum finiuū longitudo, vniuersum illud interuallū, quod ab extremitate Asphaltitidis ad Rhinocoluram vsque patet. Sunt quidem qui mortuum mare à mediterraneo abesse dicāt quadraginta dumtaxat passuū millia. Quod fortasse verum est, qua proximè. At ego propter multiplices gyros, atque varios recessus; tum etiam quia mari mediterranei litus continuò in Occidentem retrocedit; præsertim post relicta Gazam ad Ægyptum vergens; longè maius esse puto, quod modò emensi sumus, spacium. Porrò illa verborum clausula, *Iste erit vobis limes meridionalis*, apostrophen continet, vt videtur, absurdam. Sed alludit, opinor, commentarij istius scriptor ad illa verba, quibus in Numeris hi ipsi fines sunt descripti. Alloquitur enim illic Moses Israelitas. **לְאַחֶיךָ**, pro secunda persona, posuere tertiam; tamquam, **לְאַחֶיךָ**, pro, **לְאַחֶיךָ**, legerint. & hanc personarum enallagen etiam Kimhi probat.

*Limes verò ad orientem, erat mare salsum, &c.*

Descriptis limitibus australibus, ostenduntur Orientis fines tribus verbis, ipsum scilicet mare salsum, hoc est, Asphaltitis lacus, ab ea eius extremitate, à qua auspicabamur oram australem, vsque ad eam, qua recipit Iordanem. Extremum enim Iordanis, dicitur eius fluminis ostium, quo cum fœdis mortui maris aquis se admiscet. Quare absurdè Symmachus, illud **הַקָּדֵר**, initium interpretatur. Sunt enim fluuiorum ostia, fines, non initia. Est autè ista eius maris ab Austro in Septentrionem longitudo, si Iosepho credimus, stadiorum quingentorum & octoginta. Nam latitudo, vt idem ait, non amplior est stadiis centum quinquaginta. Sed ista, atque insuper alia multa de hoc lacu, admirabilia profectò, & scitu iucunda, ab eo auctore petantur. descripsit enim satis accuratè

Aquilonariora loca, pro altioribus habentur.

An Cades, & Cades-barne diuersa sint loca.

Petra.

**הַקָּדֵר** Hefron.

**הַקָּדֵר** Hafor.

**הַקָּדֵר** Adar.

**הַקָּדֵר** Carcaa.

**הַקָּדֵר** Asmon.

**הַקָּדֵר** Asmon.

**הַקָּדֵר** Asmon.

Epilogus descriptionis finiuū australiu hereditatis iudaicæ.

Mare mortuū

Mare mediterraneum.

לְאַחֶיךָ

R. Dauid Kimhi.

Maris mortui longitudo & latitudo.

Deut. 1. 19.

Sup. ca. 13. v. 3.

Ioseph. antiq. lib. 5. cap. 6.

curatè libro v. antiq. capite v. Porrò tertij limitis, qui ad Aquilonem Iudæos ab aliis distinguebat tribubus, descriptio est omnium operosissima; propter urbium multitudinē videlicet, & ceterarum tribuū confinia: Iudæos enim prorsus ab aliis tribubus distinctos esse oportebat, cuius rei causam, iustam, opinor; suprà attuli. Hanc ergo finium designationem auspicatur ab ostio Iordanis, hoc est, ab extremitate maris salſi, qua terminaue-  
Sup. ca. 14. iiii. v.  
 rat fines Orienti oppositos: ac inde progreditur sensū, ad Occidentem versus, vsq. ad mare mediterraneum. Est autem illud in sacris verbis animaduertendum: ascendendi sermonem ferè vsurpari, vsq. eò dum ad Ierusalem peruentū est. inde verò, descendēdi. vnde coniectura probabilis, sumi potest; illam urbem excelſissimo existisse loco. De vocabulo linguæ dixi nuper. Profectò vix credibile est, & in Australi illa maris istius extremitate, & rursus in Aquilonari hac, rupem, aut scopulum fuisse, quem linguæ verbum significarit. finum autem vtrimque fuisse, certum est. Igitur, vt **הַקָּדֵר** sacra verba explicè, fines Aquilonares Iudæorum, ab Iordanis ostio inchoati ascendebant Beth-Haglam. eaque à dextris, hoc est, foris, relicta, transibant Beth-arabam, in solitudine positam urbem. Et hanc intrò recipiebant, siue ambiebant à Septentrione. Hinc ascendebant ad Eben, hoc est, lapidem, Bohan. Inde ascendebant Dabir ex valle, siue, vt Chaldaus interpretatur, Planitie, aut campo Achor. Quippe ea vallis, siue is campus porrigebatur vsq. inter Dabir & Eben-bohan. Et hinc ad Septentrionem, hoc est, à dextris, conspiciebantur Galgala. aut, vt R. Solomon hunc locum explanat: post Dabir, cum è regione Galgalorum ventum esset, spectabant fines, hoc est, protendebantur, versus Septentrionem, vsque ad Galgala. Et hæc sententia congruentior est iis verbis, quibus ista loca depingentur capite xviii. Porrò Galgala obiacebat cliuo, siue ascensui Adomim. qui cliuus est à parte australi torrentis; aut cōuallis. Iam verò, relicta ad dextrā Galgalis, producebantur isti fines ad aquas En-femes: id est, fontis, aut oculi Solis. excurrebantque in En-rogel, hoc est, fontem fullonis: cum declinarent non nihil in Aquilonem; vt ex descriptione finium tribus Benjamin constat. Porrò ab isto fullonis fonte ascendebant per vallem filij Hennom ad latus australe Iebusæ: ea est Ierusalem: sic vt Iebusæum excluderent, ascendebantque sursum in verticem: aut, vt capite xviii. scriptum est; ad oram eius montis, qui obiacet valli Hennom ab Occidente. quæ vallis, siue potius, qui mons, (est enim anceps verborum constructio) erat in extremitate vallis, siue, campi Gigantum. Porrò à vertice istius montis deinceps flecebantur oblique ad fontem aquarum Naphthoæ, atque illinc procurrebant ad vrbes montis Hephron. vnde gyrabant ad Cariath-Iaarim, hoc est, urbem sylvarum. quæ Baala quoque dicebatur. Post istos gyros proferebantur à Baala recta versus Occidentem, ad montem Seir. Inde producti iuxta montem Iearim, hoc est, urbem Chesalon, eoque mōte intrò recepto, descēdebant Beth-femes, hoc est, Solis domū. inde porrò Thamnam. De Thána procurrebāt ad latus aquilonare Accaronis. & hac ad sinistram relicta, hoc est, intrò recepta gyrabant in Sechronam. Atq. præterito mōte Baalæ, exhibant in Iabnecl. Ac tandem deinceps in mare mediterraneum. Iam verò vt locorum nomina explicemus, quæ sunt in hoc aquilonari tractu cōmemorata; **הַקָּדֵר** Beth-Hagla: quæ ad Beniaminitarum hereditatē pertinet, aberat ab Iordanis ostio, circiter horæ vnus itinere: ab Ierichunte, duarū. Eusebius libello de locis Hebr. dicit, tertio ab Ierichunte lapide, secundo ab Iordane. Existimatum est, hanc fuisse aream Atad: ad quem locū profecuti sunt Ægyptij sumus Iacobi. Quod mihi nō sit verisimile. Neq. enim illac iter erat ex Ægypto Hebronem. Nominis explicatio est, domus obsidionis. Porrò **הַקָּדֵר** Beth-araba, hoc est, domus solitudinis, à situ nomen habet. posita enim erat in vasta solitudine: in qua putant nonnulli diuum Hieronymum aliquot annos duriter vixisse, & pietatis studia coluisse. Chaldaus, & Symmachus campeſtrem domū interpretari maluerunt. Nam etiā æquabilem locum subiici vocabulo, **הַקָּדֵר**, diximus alibi. Sed illud alterum probabilius est. Nam annumeratur ista vrbs cum illis, quæ in deserto exstabant. Quamquam autem hic Iudæis adscripta sit, tamen potè assignabitur etiam Beniaminitis. quippe hæ duæ tribus in confinio positas vrbes nonnullas videntur cōmuni iure tenuisse. de qua re loco idoneo plura dicentur. **הַקָּדֵר**, Eben-Bohan, ac si dicas lapidem Bohanis, videtur hoc nomen accepisse, à quodam Rubenita, qui Bohan fuerit appellatus. ex quo efficitur, recentem esse appellationem. Nempè is perpetuus ferè sacrarum rerum scriptoribus mos est, vt recentissima quæque nomina vsurpent: vetustiora, nisi locorum celebriorum, dissimulent silentio. Porrò **הַקָּדֵר** Dabir hæc, tertia est. Longè enim diuersa  
Gen. 30. 2. 10.  
 sunt,

Ierusalem excelſissimo erat loco.

Descriptio finium Aquilonariu Iudææ.

R. Solomon.

**הַקָּדֵר** Beth-Hagla.

**הַקָּדֵר** Area Atad.

**הַקָּדֵר** Beth-araba. Hieronymi solitudo. Chaldaus. Symmachus.

**הַקָּדֵר** Eben-Bohan. Sacri scriptores recentiora nomina vsurpant. **הַקָּדֵר** Dabir.

xxx1.

עקס צכר  
Vallis Achor.  
R. Solomon.

Galgala.

Clius Adum  
mim.

קעלור  
אדומים

Zieglerus.

Carith flu.

בתי קרית

עין רוגל  
En-rogel.

Ge-hennom.

גיי-הנמס  
Ge-hennom.

תופת  
Topheth.

Gehenna.

אז יבוס  
Iebus.

עמק  
רפאים

Emec Ke-  
phaim.

funt, illa prope Hebronem, & altera cis Iordanem, apud Iabok. Hæc enim non procul ab Ierichunte abest. LXXII, pro רבקה, videntur paragrammatismo decepti legisse, רבקה. Nam interpretantur hunc locum, Ascendebat terminus ad quartam partem vallis Achor. vt certè habent emendati codices. De valle, aut campo Achor, diximus, cum de Achanis supplicio ageremus. R. Solomon in hanc sententiã interpretatur est ista verba, vt dicat, funiculum ductum esse inter lapidem Bohan, & Dabir, per vallem Achor. Id si est ita, vt sanè præ se ferre videntur Hebræa verba, conficitur, istam siue vallem, siue campum Achor, (est enim vocabulum עקס anceps) haud vniuersum fuisse aquilonarè vrbi Ierichunti: quod libello de locis Hebraicis videtur esse proditum. Effer enim alioqui Iericho Iudæicis inclusa finibus; quam certum est, Beniaminitarum fuisse. Quin etiam illi, qui loca ista adierunt, referunt, vallem Achor australem esse Galgalis. Vnde cõiicere licet, vallem istam aut campum ab Austro in Septentrionem longiusculè porrectum iacere, versus Acrabitinam toparchiam. Quod porrò memorantur, isti fines aspexisse Galgala versus Septentrionem, id explicatius scriptum est, dum ostenduntur fines Beniaminitarum. Nempe, eos se sinuasse in Septentrionem vsque ad Galgala. Aspicere igitur, pro attingere quidem, sed tamen non amplecti, neque intrò recipere, dictum est. Sunt qui existimant, diuersa esse hæc Galgala, ab illis, in quibus multo tempore statuta castra posita mansere. cui rei argumento etiam non solum sit ipse videtur esse; cum hæc vicina cliuo Adummim statuuntur, verum etiam nomè ipsum, quod, capite XVIII, non גלגל, est, sed גלילות. Nam cliuum Adummim certum est inter Ierusalem existisse, & Ierichuntem. Illa autem altera Galgala propius quàm Ierichuntem abfuisse ab Iordane. Memorat enim diuus Hieronymus sua etiamnum memoria, loco illi Adummim fuisse nomen: quasi rufos dicas, propterea quòd sæpè illic viatores, faucij à latronibus, sanguine ruberent. atque eum ipsum esse, ad quem alludit Christus; cum parabola vtritur, de homine, qui inter Ierusalem & Ierichuntem incidit in latrones. Aberat autem Adummim circiter quatuor horarum itinere ab Ierichunte. Ceterum in illo verborum ambitu, *Qui est ab Austro torrentis*, siue conuallis: ambiguum est relationis pronomen, spectet ne ad ascensum Adummim, an ad Galgala. ego ad propinquius retuli: Latinus ad Galgala. Zieglerus existimat, verbum בתי, torrentem significare, eum ad què Elias à coruo pastus est. Is autem est קרית Carith. Mihi magis fit verisimile, conuallium hoc loco dici, inter montes illos positam. Neque enim à quoquam proditum literis meminisse prope Adummim vllum torrentem; quamuis multi loca illa & viderint, & mentione attigerint. עין רוגל, En-rogel, hoc est, fontem fullonis, scripserunt quidam, positum fuisse in valle Gehennom. Id si ita est: debet illud, *Et ascendebat terminus vallem filij Hennom*, in aliam interpretari sententiã; tamquam omissa sit, & suggerenda Præpositio, ex, vel, per. Ascendebat terminus ex valle, vel, per vallem filij Hennom. Ceteroqui sacra verba, vt scripta sunt, hoc videntur sensu accipienda, vt existimemus, designationè istorum finium factam fuisse ab En-rogel, versus, aut secundum vallem filij Hennom. Nam certa res est, istam vallem ad dextram extra hos limites relictam esse: nisi si quis cõtendat, dimidiatam pertinuisse ad Iudæos, & Beniaminitas. Fuisse autem En-rogel proximè ad urbem Ierusalem, conici certè potest, de epulo illo regali Adoniæ filij Dauidis, quod is apud illũ fontè fratribus sociisque suis dabat: cum illuc vsq. tubarũ crepitus, & vrbis plausus de creato Solomone rege exaudiretur. Cur autè à fullone nomen fons iste habuerit, obscurũ est, & incertũ. Fortassis exceptæ elicibus eius aquæ fullonũ officinis seruiebant. Porrò גיי-הנמס Ge-hennom, Vallis Hennom locus fuit suburbanus; olim amœnus admodum; & Cedronis aquis riguus. Eaque amœnitas multorum fuit scelerũ occasio: vt fieri assolet in celeberrimarum vrbium viciniis. Sed Dei obseruantissimus rex Iosias, cum nefarias superstitiones non ferret, scædis cadaueribus, atque aliis fordibus delicias illas contaminauit, & imprimis eam vallis partem, quæ תופת Topheth appellabatur, à tympanis: cum illic viuos suos liberos Deo Moloch sacrificarent impij parentes; vnde etiam גיי-הנמס, vallis occisionis, ab Ieremia, vocatur; atque ad tympana interrim saltarent; ne miserabilis eiulatus immanes aures lacefferet. A qua nefaria carnificina factum fortassis est, vt Ge-henna infelix animorum post mortem cõditio diceretur: sicut & Topheth apud Isaiam. Meminit etiam Ieremias istorum locorum, & impiæ parentum crudelitatis. Sed nunc hæc tenus. Porrò יבוס Iebus; & יבוסי, Iebusæum, vocatam esse olim Ierusalem, nomine filij Chanaanis, testatissima res est, & peruagata. Sed vnde dicta tandem Ierusalem sit, exposuimus alibi. עמק רפאים Vallis aut campus Rephaim,

Hieronymus  
Epi. Paulle.

Luc. 10. v. 38

Reg. 17.

Reg. 17.

Reg. 17. v. 10.

Ier. 7. v. 34.

Ier. 30. v. 17.  
Ierem. 7. v. 31.

Vallis Gigantum.

2 Reg. 5.

2 Paral. 11. v. 6. & 1 Paral. 4. v. 32.

2 Paral. 13. v. 19.

Sup. ca. 9. v. 27.

Iosiph. antiq. lib. 6. 2 Reg. 6. exte. 10.

Supra ca. 13. v. 3.

Rephaim, aut Gigantum, propè ad Ierusalem pertinuit; quantum certè ex iis apparet, quæ in Regum historia commemorantur de cæde, qua Philistæos illuc excurrentes occidit Dauid. Videtur autem ad Meridiem versus ab Ierusalem planities illa sic porrecta iacuisse, vt extremitas ipsius aquilonaris, propè abesset ab ora vallis Hennom, ea, quæ ad Occidentem spectabat. atque ibi montem illum existisse, cuius hîc mentio est; & quem, nescio qua coniectura ductus Zieglerus, Achal dema fuisse, nihil dubitans, statuit. Quem autem ego suspicer esse, dicam in finibus Beniaminis. Credibile autem videtur, istum campum Gigantum versus Meridiem pertinuisse ad Eleutheropolim vsq. atque eius partem fuisse eam, quæ Eusebij memoria, שפלה Sephela, hoc est, æquabilis campus vulgò vocabatur. Verbum שפלה, de quo nuper pauca; interpretantur Iudæi plerique omnes, agi in obliquum, gyrare, circuire. LXXII plerumque, excurrere; atque etiam Aquilas. Ego verò existimo, id esse, quod nos, describere, figurare, & ductis lincis designare dicimus. cum certum sit, שפלה, significare formam cuiusque rei, & figuram. Porrò de fonte נפתוח Naphthoa, nescio an vlla alibi in sacris literis mentio sit. Monet quidem R. Dauid Kimhi, apud veteres Hebræorum scriptores, hunc fontem vocari, עין עמס, Fontem Ætam. Ego verò; cur enim non fatear? nihil me de hoc fonte memini legere. Scio equidem, עמס Ætam, oppidũ in Iudæa aut Simeonis hereditate fuisse; quod Roboam Solomonis filius, pro tutando aduersus Ieroboam regno, muniebat. Sed quod illic fons Naphthoæ fuerit, id verò non est verisimile. Sed neque de môte שפלה aliquid compertius habeo: nisi hoc nomine urbem fuisse; quam Abia rex Iudææ; victo Ieroboam, recepit. Ab ea an iste mons sit appellatus, nescio. Suspicio equidem certè, & quidem eo magis; quia memoriæ proditum est in Paralipomenis; habuisse eam urbem in sua ditione vicos, aut municipia. hîc autem non vnius modò vrbis, sed vrbium, numero plurali, mentio fit. Nam שפלה, & vici, interdum vrbes dicuntur. De שפלה Baala & שפלה Cariath-Iaarim, dixi supra. Iam verò mons שפלה Seir iste, toto celo diuersus ab illo est, qui ab hirsuto Esau nomen hoc accepit, in Idumæa existens. Suspicio autem hunc à sua coma Seir esse appellatum: sicut & vicinum montem שפלה, à siluis, quibus obitus fuerit. Dicitur autem hîc flecti terminus in Occidentem, vt existimat probabiliter R. Solomon, quia, cum inde ab illo monte, quem obiaceret valli Hennom dicebamus, adhuc excurreret obliquè versus Septentrionem, iam tandem rectè in Occidentem dirigitur. De שפלה Chaslon, id modò proditur libello de loc. Hebr. vicum esse prægrandem in finibus Æliæ, hoc est Ierusalem. Sed credibile est, illam urbem paruo abfuisse loci interuallo à Cariath-Iaarim; tamen paullulum versus Occidentem. Certum enim est, vtramque apud montem Iaarim existisse. & quidem Chaslonem, ad latus aquilonare: quæ fortassis hoc nomine dicta est, quia tamquam ille hæreret in eius montis latere. Rursus שפלה Beth-femes quoque, non longè abfuisse à Cariath-Iaarim, tum Iosephus auctor est, tum de historia receptæ à Philistinis sacre arcæ fati conici potest. In libello de loc. Hebr. locatur Beth-femes x millib. pass. ab Eleutheropoli, versus Nicopolim, contra Orientem. Burchardus verò, distare eam à Cariath-Iaarim affirmat pass. quinque mill. ferè ad Austrum versus. Porrò de תמנר, Thamna; à qua Thamnitica toparchia nomen posteris temporibus accepit; hoc prodidit Euseb. libello de loc. Hebr. superesse prægrandem vicum eo nomine in finibus Diospoleos, qua itur Æliam. Vt autem eam præfens descriptio ostendit; recedebat à Beth-fames ad Occidentem. Similiter atque etiam שפלה Accaron: quæ vrbis in eadem illa toparchia exstabat; sed à Beth-fames aberat longius, quàm Thamna. nimirum decem mill. pass. ab illa distata. Equidem propemodum in ea sum sententiã, vt putem, Accaron illic loci ferè existisse, vbi nunc Geth ostenditur. Et posteris istarum duarum vrbium nomina inter se commutasse. Nam antè, sacris etiam verbis, animaduertimus Accaronem supra Geth collocari. Quamquam de ea re non ausim adhuc cum quoquam magnopere pugnare. De Sechrona porrò, & monte Baalæ, nihil fati compertum habeo. Sed יבנאל Iebneel, quin sit duarum Iamniarum altera, nihil dubito. Nam solent Græci literam Beth, in suum Mi, sæpè conuertere. Sitæ enim erant ambæ Iamnes, siue Iamniæ, inter Diospolim, & Azotum. Strabo maritimam Iamniam, שפלה, vocat: hoc est castellum, aut pagum, vel certè oppidulum; facitque ab ea ad Ascalonem stadia ducenta; & Gadaram interponit. Sed nostram Iabneel eam fuisse Iamniam apparet, quæ maritima erat; non autem quæ intus, vt Plinius loquitur, exstabat. Atque hîc, cum ab Iordanis ostio, siue ab Asphaltitidis capite, ad mare vsque mediterraneum peruentum sit; absoluta est designatio

שפלה  
Sephela.

שפלה

נפתוח  
Naphthoa.

עין עמס  
Fons Ætam.

שפלה  
Ephron mons  
& vrbis.

שפלה  
Baala.

שפלה  
Cariath Iaarim.

שפלה  
Seir mons.

שפלה  
Iaarim mons.  
R. Solomon.

שפלה  
Chaslon.

שפלה  
Beth-Semes.

שפלה  
Burchardus.

שפלה  
Thamna.

שפלה  
Thamnitica  
toparchia.

שפלה  
Accaron.

שפלה  
Iabneel.

שפלה  
Iamniæ dux.

שפלה  
Azotus.

שפלה  
Gadara.

tio finium aquilonarium hereditatis Iudaicæ. Porro fines occidui, tribus ostenduntur verbis. quippe quos mare magnum; hoc est, mediterraneum; quo nullum attingit Chananzam maius; designabat iuo litore, siue sua ora; quantum est spaciū videlicet à Iabneel vsque ad ostium illius fluij Ægypti, in quo desinebant limites australes, quem Nili deriuatione factum esse diximus.

Ceterum ipsi Caleb filio Iephona data fuerat pars, &c.

Patefacit hic locus, Iosvam, & senatum, nõ temerè Calebi oratione inductos fuisse, vt ei Hebronem extra sortem petenti concederent: sed iussu & oraculo Dei eos id fecisse. Cur autem ista de exterminatis Calebi fortitudine Gigantibus narratio ad hunc locum adhiberetur; cum gesta sit ea res, vt probabiliter dixisse videmur, post Iosvæ obitum; hanc affert causam R. Leui F. Gersonis; vt intelligamus, dum ista legimus, neque Dei promissa, neque Calebi spem frustra fuisse. Huc etiam illud addi possit, Achsæ dotem; ad cuius mentionem nos istius series narrationis ducit; ad diuisionis materiam pertinere. De Aenacinis satis multa antè. Apparet quidem ex hoc loco, Arbam fuisse parentem Aenac. Huius verò filios fuisse Sefai, Ahiman, & Tholmai. Verùm si quis id negare velit, facillè dicat, nomen, Aenac, pro gente Aenacinarum esse positum: & parentis vocabulo etiam principatum subiici. Equidem certè propè statuerim, Arbam fuisse patrem Sefai, Ahiman, & Tholmai; à quo Hebron Cariath Arbæ olim dicebatur: at Aenac vniuersi istius hominum generis primum auctorem. Sed in rebus tanta vetustate obscuratis, temerarium fuerit; quod non satis exploratè perceptum cognitumque est, id sine vlla dubitatione velle defendere. Neq. verò esset, si illud affirmatè dicerem; quod mihi obiiceret aliquis, Priscum illum virum Arbam, parentem eorum gigantum esse non potuisse, quos certum est ad Iosvæ vsque tempora vixisse, cum eos Speculatores apud Hebronem viderint: atque Calebus tãdem exterminari. Ego enim prorsus in ea sum sententia vt putem, quod nominatim, de Sefai, Ahiman, & Tholmai scriptum, vel in Numeris, vel hoc loco est, id de illorum trium gigantum posteritate esse accipiendum: similiter atque Israel, pro Israelitis, dicere sæpè solemus. De Dabir, hoc est, דָּבִיר, diximus suprâ. Tradunt Doctores Hebr., vbi de alieno cultu disceptant, דָּבִיר Dabir, Persis id esse, quod Hebræis סֶפֶר Sepher: hoc est, literas & libros significare. atque ideò pro prisco nomine, Cariath-sepher, urbem istam esse dictam à Persis, Dabir. Rursus vbi de non commutandis sacrificiis disputant; aiunt, Othonielem legis doctrinam, iam tum exolecentem, post Mosi excessum, instaurauisse ingenij sui acumine, ad istam urbem; atque ideò esse vocatam Cariath-sepher: id est, literarum urbem. Ita isti nunc hoc, nunc illud oscitantes halucinantur; vt quæque, non iudicio, sed casu aliquo, aut certè somnio, in mentem veniunt. Quid enim hîc Persis fuit rei? & quis nescit olim ante Othonielis memoriam id vrbi nomen fuisse? Quod si in his rebus coniecturis vti non firmissimis licet, dicam quod fortasse videatur probabilius: Appellatam esse olim סֶפֶר קָרְיָת Cariath-sepher, hoc est, literarum, aut librorum urbem; quia priscorum patrum veluti archiuum, id est, tabellarium fuerit: in quo multa vetustatis monumenta, post orbis diluuium, reposuerint; cum in vicina Hebrone homines illi primi habitarent. Est enim Hebron Dabiræ propinqua vrbs, antiquior Tani Aegyptiorum, annis septem; vt diximus. hoc est, omnium vrbiū vetustissima. Et sanè huic rei vehementer congruit ipsum quoque nomen דָּבִיר Dabir. Significat enim id, locum secretissimum; & veluti sacrosanctum, atque penetrale adytum. qualia profectò habentur אֲבָרָה אֲבָרָה, & tabellaria. Atque hæud scio, an non Chaldæus hoc ipsum dicere voluerit, cum pro סֶפֶר קָרְיָת Cariath-sepher, redderet סֶפֶר קָרְיָת Cariath arche. Mihi certè verbo, אֲבָרָה, Græcorum אֲבָרָה videtur representare ille voluisse. Nã principes; quos Iudæi eo vocabulo esse significatos putant, אֲבָרָה, & אֲבָרָה, à Chaldæis vocantur, tamquam אֲבָרָה dicas. Sed satis multa de re obscura & incerta. Cur autem istud opipidum etiam, סֶפֶר קָרְיָת, Cariath-sena vocatum sit, dicam inferiùs, si volet Deus. Neque enim cum illis adhuc sentire possum, qui à spinarum quodam genere nomen hoc ei esse impositum putant. Iam verò illud quoque nobis est disquirendum; Cur Calebus filiam desponderit ei, qui Dabir expugnaret. Neque enim credibile est, virum fortissimum, & qui certissimam in Deo fiduciam nuper habebat collocatam, præ turpiam ignauiam, aut diffidentiam, ex alius hominis viribus pendere spe. præsertim maxima nunc belli difficultate superata, post pulfos Hebrone gigantes. Doctores Hebr. igitur, libro

R. Leui Gerson.

De Arba, & Aenacinis iterum claris.

Occupatio.

Dabir.

Doct. Hebr. oscitantes halucinantur.

Dabir fuit priscorum patrum tabellarium.

Chaldæus.

Cur Calebus filiam desponderit ei qui Dabir expugnaret.

Supra cap. 11. v. 21. & ca. 14 v. 15.

Numer. 13. v. 22

Supra cap. 5. v. 38. Tractat.

עבודת זרה פ' ב' Tractat.

תמורה פ' ב' Tractat.

Isra. v. 49.

Tractat. תעניות פרק נ

Vota teititèria vitanda.

Gen. 14. v. 14

1 Reg. 17. v. 25.

Iudic. 11. v. 30 Leuit. Rabba cap. 27.

Iudic. 1. v. 12.

1 Paral. 2.

Iudic. 1. v. 13.

Leuit. 18. & 20.

Isa. 37. v. 2.

Ier. 28. v. 1. 1 Reg. 16. v. 7. Num. 10. v. 29.

libro de ieiuniis, ad hunc fortè locum delati, dicunt; huius generis vota atque promissa, vt temeraria, esse vitanda. Eueniunt enim, inquit, interdum quidem feliciter: at sæpè fecus. Adiunguntque sacræ narrationis exempla aliquot: de Eleazaro Abrahæ seruo, vxorem herili filio veluti augurante. Ei enim non animi, aut corporis vitis turpificata puella: sed Rebecca omnibus bonis dotibus ornatissima est oblata. Tum de Saulle filiam suam promittente ei, qui Goliathum interimeret. Huic enim Dauid obtigit gener, quo nemo potuit melior. Denique de hoc Calebo, cui vir fortissimus Othoniel gener contigit. Postremò de Iephthæ, cui sacrificium omnium tristissimum occurrit. Eadem ferè scripta exstant in Leuitico Rabba. Et rectè quidem illi, abstinendum esse ab inconsultis promissis, censent. Ego verò, vt cum Eleazaris sancta diuinatione hoc Calebi factum conferri aliquo modo posse fatear: nulla tamen in re voto Iephthæ esse simile existimo. Nam de Saulis promissis, quod adferunt: equidem in sacra id scriptum esse historia non video. sed vulgi modò existimatione facinus tam pulchrum regia affinitate dignum fuisse. Calebum enim, ego certè, puto; victis profligatisque ad Hebronem gigantibus, cum ipse ex ea victoria satis se gloria & laudis consecutum esse arbitraretur; hanc, quasi leuioris operæ expeditionem, sociis suis, viris optimis, demandare voluisse: vt quorum virtutem, atque fidem expertus nupero bello fuerat; cum eis rerum gestarum laudem communicaret: eoque & inuidiam à se amoliretur; & simul illorum fortitudini summo, quod habebat, βελβητω in medium proposito, quemque singillatim maxima remuneratione dignum se censere declararet. atque ad eò eodem vno præmio; quodam modo singulorum in se merita & officia remuneraretur. Verùm enim verò credibile est, Calebum ea in re, non modò suum liberale, & dignum principe viro ingenium esse secutum; sed magis arcanum Dei instinctum: qui ea occasione Othonielis virtutem in vulgus peruulgare, populoque spectatam commendare volebat. cum hic esset post Iosvam, iam senem, conseruator reipub. futurus. Quæ etiam, opinor, causa est, cur hoc factum tam accuratè sit sacris literis semel iterumque consignatum. Hac igitur in parte noster iste אֲבָרָה סֶפֶר Sepher: hoc est, munerarius Calebus, non in scitè fortassis, cum Eleazaro illo queat comparari. Nam & eum, non sine celestis Spiritus occulto pulsu, illam suam instituisse diuinationem vt dicamus, necesse est; si à superstitiosi coniectoris crimine hominem, vt apparet, minimè malum, velimus asserere. Sed de his satis iam multa. Achsæ fuit Calebo ex concubina nata, quantum certè apparet ex iis quæ sunt in Paralipomenis de ea tradita. De Cenez, & Calebi profapia disputauimus capite superiore. Sed fratris verbum, hoc loco, multi existimant, gignendi casu reddi omnino debere: ne connubium lege vetitum ista narratio videatur approbare. Est enim Hebræorum verborum constructio ambigua. Et sanè codex Vaticanus, אֲבָרָה סֶפֶר, habet. atque vulgata etiam exemplaria, in Iudicibus. quo fiat, vt Othoniel & Achsæ patruales sint. quos non erat nefas matrimonio coniungi. Nam fratris filiam ducere vxorem, etsi connubiales leges, quæ in Leuitico sunt scriptæ, apertè non vetent: tamen id tacitè obsequè faciunt, confectaria quadam ratione; cum amitam, item materteram, item patru vxorem, duci prohibent. Sunt enim illæ paræ cum fratris filia propinquitatis necessitudine nobis coniunctæ. Quam enim Burgensis Paullus has nuptias ab illis habere dissimilitudinem contendit; ea argutior quàm probabilior, mihi certè, videtur esse: vt est vir ille acutissimus. Atqui nihil profectò est, cur non casu nominandi, dicamus Othonielem fuisse Calebi fratrem: cum testata res sit, atque etiam peruagata in sacris literis, cognatos vocari fratres, quamuis ex diuersis parentibus prognati sint. Et est à Nehmanno obseruatum, ea nomina, vt vocantur, adiectiua, quæ in illiuscemodi verborum constructionibus posita sunt vltimis locis, referenda esse ad id cuius in ea oratione præcipua mentio est. Veluti cum scriptum est וְשַׁעְרֵי בֶן אֲמוֹץ תְּבַרְיָה, sensus est, Isaias filius Amoz propheta, non prophetæ. De Isaiâ enim potissimum illic agitur. Similiter וְתַבְרֵיָה בֶן אֲנָנְיָה, Ananias filius Azoris propheta. Rursus וְיְהוָה בֶּן יְהוֹנָדָב הַקֵּרִי, per Iehu filium Ananix prophetam. Denique וְהוֹבָב בֶּן רְעִוְאֵל הַמִּדְיָנִי, Ad Hobab filium Reuelis Madianitam. Nam quod Othoniel in Iudicibus dicitur frater Calebi minor, quasi inter liberos vnius parentis comparatio fiat, id non est ita. Sed propter Calebi ætatem; quæ tum erat annorum plusquam octoginta quinque; minor ille vocatur, qui nouus sit maritus, & illius alterius gener.

Achsæ.

Othoniel atque Calebi frater fuerit.

Nuptiæ cum fratris filia vetitæ.

Paullus Burgensis.

Cognati vocantur fratres in sacris literis.

R. Moses Gerundenis comment. in Ntmer. cap. 10.



Cumq; veniret ipsa; incitauerat autem illum ad petendum, &c.

Quia Achsa, verecundia quadam muliebri, & simul parentis reuerentia, dotem alia ipsa perere non audebat, virum incitauerat. Cum ergo a patre domum vir eam ducturus in asinum imposuisset, desiliit rursus; ne sine dote meliore veniret. Itaq; parer nondum a genero interpellatus precibus, illam, quid velit, interrogat. At R. Leui F. Gersonis in hanc sententiam verba ista explanat. Petiuerat, inquit, sponsa monitu Othoniel dotem a suo socero, atque impetrauerat etiam. Sed cum ager sicciior doti dictus esset, illa insuper aquas poscebat, quibus rigari fundus dotalis posset: eamque ad rem temporis occasione utebatur. Solet enim parentum animus tum in filias esse indulgentior, cum eas nuptui collocantes, tamquam amissuri videntur. Sed posset, ommissa Coniunctione discretiua; reddi verbum, incitandi, tempore, non perfecte praterito. Cum veniret ipsa, hoc est, cum sponso suo domum duceretur, incitabat sponsum ad petendum a patente agrum meliorem, sua tergiversatione scilicet; cum se rursus de iumento demitteret. Atque hac ceteris simplicior meliorque sententia videti potest. Plures enim proferri solent, quas nihil attinet annumerare. recidunt enim plerique omnes eodem: neque, quid omnino dicatur, obscurum est. Sed quod Latinus expressit, id sane Hebrais verbis effici non potest. quamquam secutus ille quidem est, nisi fallor, interpretationem LXXII; qua isti eundem hunc locum reddiderunt in Iudicum libro. Verbo autem veniendi, etiam Latini vtuntur, cum sponsam domum duci dicunt. LXXII hic εμπορεύεσθ; alibi εμπορεύεσθ; conuerterunt: quorum alterum ad parentis domum e qua, alterum ad sponsi, in quam ducebatur, potest referri. Sed illud obscurius est, quid verbum נָחַת significet. Quod nusquam, nisi fallor, in sacris literis vsurpatum alibi est, nisi in ista narratione, & illa de adacto per Sifaræ dormientis caput clauo. Iudæi partim, propendere ad casum, interpretantur, quasi puella non descenderit in terram; sed descensum, aut casum, inclinato corpore, minata sit. alij, magna se vi deicere. Ego Chaldæi secutus fidem, demittere, dixi. Nam id ipsum significare, mihi certe, videtur, quando lael narratur clauum demisisse per Sifaræ caput in terram; sicut palus malleo adactus pangitur videlicet. Nam de suspiriis, non ausim LXXII interpretibus; quos Latinus est secutus; absque exemplo, credere. Neque erat profectò, quod in eo miraretur pater, si grauiter gemebat filia: quæ ad nouum maritum extrudebatur. Illud sanè credibilius, alia re maioris momenti simulatam ab ea esse retractationem. atque de asino descendisse, in quem fuerat imposta ad iter. Sed vt hoc est, feminarum indoles auara & procax; animusque, si qua cupido inciderit, effrenis, impotensque sui; denique artificiosæ querimonix, atque opportuna, importuna votorum sollicitatio nobis in Achsa depingitur. Benedictionem, interpretatur R. Solomon, victum, siue alimentum. Chaldæus, per Metonymiam, possessionem, aut hereditatem. Kimhi, accessionem fortunarum: quæ eius verbi propria est notio. vt ex iis constat, quæ supra sunt à nobis dicta. Existimat interim iste, dici quoque rectè posse, בְּרָכָה pro, בְּרָכָה, esse scriptum, verbo ad vocalem vnam modò immutato. vt piscinam significet, ex qua aridior ille fundus, quem iam acceperat, rigari posset. Sed enim certa & peruagata in sacris literis res est; morem fuisse priscis patribus, vt solennibus votis fauorem benignitatemque Dei suis liberis, pro cuiusque conditione, veluti dispensarent, cum ipsis assignarent suam hereditatem: quam dispensationem vocabant בְּרָכָה, hoc est, benedictionem; vt nunc loquimur. Ad eum igitur morem alludere Achsam opinor. quasi dicat: Nihil dum dotis ab te accipi, nam illud terrenum, quod doti dixisti, siccius est, quàm vt fructuosum esse possit. nisi aquas, quibus rigetur, addideris. Conscitur autem ex hoc loco apertè, etsi filia paternorum bonorum heredes non essent, veteri lege; nisi nullos haberent fratres; tamen dotem ipsis dari solere cum nuptui collocarentur. atque etiam fundos doti potuisse dici, cum illæ tribulibus suis nuberent. quod alioqui nefas erat: vt in libro Numerorum est constitutum. Solum australe, siccum dici, exposuimus alibi. Porro illud, בְּרָכָה, dictum esse, pro בְּרָכָה, censent Iudæi. At LXXII vt scriptum est, sic interpretantur, dedisti me; verum illud חָתָם, putant præcisè dictum esse. Præpositionem enim, חָתָם, deesse. Hanc enim reddunt sententiam. In terram australem dedisti me. Sed vnus idemque est omnium sensus. חָתָם, propriè vortices aquarum significat, opinor. Nimirum illas scatebras; è quibus, quasi terræ venis, ebullientes aquæ voluta-

R. Leui Gersonis.

Latinus.

נָחַת Venire.

נָחַת

Feminarum indoles.

בְּרָכָה Benedictio. R. Solomon. R. David Kimhi.

Fillabus dari debebat. & quidem aliquando agri dabantur.

חָתָם

Iudic. 1. v. 14.

Iudic. 4. v. 21.

Supra ca. 14. v. 13.

Num. 27. v. 36.

Num. ult. v. 6.

Supra cap. 12. v. 16.

Iosph. antiq. lib. 5. ca. 1.

Deut. 11. v. 11.

Gen. 3. v. 36.

tim protrudi videntur Græci, λυτρωσιν εδωσαν, dixerunt; quam vocis notatione secuti, nescio. nisi si positio hæc libertatem significat; quod Iosephus alibi scriptum reliquit quidem; verum ego adhuc ex sacris literis conicere non potui. Auxit ergo Caleb filia dotem scatebris duabus; quarum altera superiore loco, altera inferiore fuisse videtur. Neque verò vulgare donum æstimari debuit, ius eliciendi, deriuidique aquas in suum agrum è fonte quopiam. cum vniuersa Chananæa sicciior esset; & pluuiabilibus aquis opus perpetuò haberet, vel ipso Deo teste. Est enim minimè obscurum; quanta fuerit priscis patribus Abrahamo & Isaac cum Chananæis contentio de aquis. Verum si quis existimare malit, non fontes modò, sed agros, aut alia prædia illis verbis esse significata; cum eo non pugnauerit de te obscura, & incerta. Porro credibile est, hanc promptam & facilem Calebi liberalitatem, non tam filia precatione, quàm præclara existimatione de generi sui Othonielis virtute prouocata esse. quippe quem, diuino quodam præfagio, iam tum augurabatur, futurum aliquando populi ducem. Hæc enim, meo certè iudicio, omnia sunt illius dignitatis; & veluti rudimenta, quibus sensim gratiosus ille fit apud populum; & vulgi numero eximitur. Sic enim benignissimus Deus, qui Ecclesiæ suæ vtilitatibus in posterum quàm longissimè prouidet; varias, & mortalibus plerumque incognitas digerit causas; quibus arcana sua consilia ad rem in tempore deducat. Quare discamus illius diuinum iudicium in rebus omnibus obseruantia colere; & tamquam nobis salutare, amplecti ex animo: etiamsi, quod sæpe fit; parum nostris congruere votis videatur: existimantis non fortunæ libidine res nostras; sed diuina prouidentia gubernari, ea ratione quæ nobis optima sit, maximeque expediat.

Chananæa sicca aquis dicitur habebat.

Deus Ecclesiæ vtilitatibus longè prouidet.

Admonitio. Diuina iudicia quo animo omnibus in rebus amplectenda.

Hæc est hereditas tribus filiorum Iudæ in suas, &c.

Repetitur illud, quod versu duodecimo dictum fuerat. quia quæ inde sunt adhuc narrata de Calebo, & Othoniele, atque Achsa; ea per digressionem, & tamquam παρεπιδεσιν dicta sunt. propterea, quòd ad Iudaicæ hereditatis distributionem pertineant, vt est antè à nobis explanatum.

Erantq; vrbes ab extremo tribus filiorum Iudæ, &c.

Iam singillatim enumerantur vrbes, quæ intra Iudaicos fines nuper descriptos exstabant, illis temporibus celebriores: non quidem, vt videntur omnes ordine: sed plurimæ tamen. Earum magnus numerus, certum est, & luculentum fœcunditatis promissæ terræ indicium. Nos singulas non persequemur describendo. Frustra enim ea sumeretur à nobis opera. cum, quia multarum situs, atque conditio non magnopere ad sacras historias rectè percipiendas conducit; tum etiam, quia à nobis ipsis parum cognitæ sunt. quod antè quoque sumus confessi. Fit autem catalogi initium ab eo ferè loco, à quo & finium. hoc est; ab vltima ora maris mortui versus Occidentem, vbi Chananæa est Idumæa affinis, propè apud extremam oram maris mortui. Illic enim posita erat Kabfeel, vrbs natalibus Banaia filij Ioiada, viri longè fortissimi, nobilis. Hinc non aberat procul versus Occidentem Adada. quam LXXII Gadgada appellant. Solent enim illi ferè Ain, per suum Gamma repræsentare. eius monumentum fuisse, scribit Eusebius libello De loc. Hebr. villam sua memoria in extremis finibus Daromæ, hoc est, Austri. quæ mortuo mari imminebat. Est enim in eo libello pro Gadda, scribendum, nisi fallor, Gadgada. קֶדֶס Kedes, ea, opinor, vrbs est, quæ Cadef-barnea in finium descriptione dicebatur; prope Petram posita, vt alibi diximus. Porro חַסְרֹן Hasor, trium vrbiu nomen est in huius tribus hereditate. Nam alia est, quæ versu xxv nominatur, alia quæ xxv. Denique tertia, quæ etiam חֶסְרֹן Hefron, dicitur. Cur enim eadem vna vrbs in vno catalogo numeretur sæpius? Lxxii mediam illam, vocant Hasor nouam. Quippe vocem חַדָּתָה Hadatta, id significare arbitrati sunt. & eos secutus est Latinus. Estque eorum etiam stipulator Rab. Isaias. quod sanè miror. Certum est enim, istud verbum חַדָּתָה Hadatta, Chaldæis quidem, nouam significare. at non item Hebrais. Quare rectius R. R. Solomon Iarchi, & David Kimhi; Hadatta, propriam alterius vrbs appellationem esse censuerunt. Ponit autem istam Hasor, quam dixi Nouam ab aliquibus vocari, Eusebius in finibus Alcalonis, ad Orientem versus. Alteram verò, quæ Hefron interdum nominatur, vltra

קַבְעֵל Kabfeel.

עַדָּדָה Adada.

קֶדֶס Kedes.

חַסְרֹן Hasor.

חַדָּתָה Hadatta. R. Isaias.

R. Solomoni. R. David Kimhi.

eremum; Pharan, opinor. At enim vocabulum חָצִיר Hafar, quod plurium locorum propriis nominibus apponi solet, vt Hafar Sual, Hafar Gadda, &c. significat ea loca nō esse muris cineta; sed pagos aut vicos esse. Sic enim ipse Moses verbum hoc est interpretatus in Leuitico. Porro זִיפּ Ziph, duarum vrbium appellatio est in Iudæa possessionibus. Nam altera ab hac diuersa in locis montosis existit, prope Carmelum Nabalis patriam, de qua suo loco plura. Hæc verò vbi sita fuerit, incertus adhuc sum. Planè tamen existimandum est, in istis ad Austrum extremitatibus, in quibus adhuc versamur, existisse. Telem. זֵלֶם Telem suspicarer equidem eam esse urbem, quam Eusebius appellat Tela: atq. xv millib. pass. ab Eleutheropoli rectà versus Orientem locat: nisi ineptum videretur, subito ab extremitate Austri tam longè ad Orientem transilire. קָרְיוֹת Carioth, existimat R. Isaias non esse proprium vrbis vnus nomen; sed vrbes significare, eas videlicet quæ deinceps annumerantur. At hoc minimè consentaneum est interpunctionibus quibus sacra verba distincta modò videmus. Quare credibilius est, certæ vrbis appellationem esse, in his ipsis oris Australibus. בֵּיר שֶׁבַע Beer-saba vulgus nunc vocat Guiblin. Aberat ea vrbs à Gaza quatuor ferè horarum itinere. hoc est, circiter octo, aut decem millibus pass., non planè versus Orientem. sed non nihil ad Austrum, hoc est ferè ad Euro-notum. Eusebius abfuisse eam ab Hebrone scribit viginti mill. pass. Sed qui illa loca peragrarunt, iter hoc plus quàm longi diei spacio definiunt. Et sanè, si tridui via est, ex Geraris, in qua regione etiam Gaza erat posita, vsque ad montem Moriah; hoc est, vsq. ad Ierusalem; efficitur, longius abesse Hebronem, à Beer-sabea, quàm xx millib. pass. Est autem Beer-saba rebus ab Abrahamo, atque Isaaço gestis nobilitata. Ptolemæus eam vocat Berzauam. Sic enim lego, pro, Berzana. Ab illo ergò vrbis istius certissimus situs peti potest. חֹרְמָה Horma, ille locus est, opinor, qui in Iudicum historia שֶׁפַח Sephat dicitur; apud ditionem regis Arad: vbi Israelitæ memorabili strage ceciderunt Chananaeos; cum nuper ad montem Hor sepeliuissent Aharonem pontif. max. סִיעֵלַג Sicelag; p̄scis temporibus fuerat in ditione regis Geth Philistini. à quo cum Dauid dono accepisset, mansit deinde Iudæorum: vt est in Regum historia scriptum. Pertinuit à Septentrione ad Amalecitarum fines; quantum certè apparet ex cladis narratione, qua est ab his vastata. מַדְמַנָּה Madmanna, siue Medemena, haud procul aberat à Gaza. Posteriores Menoin vocarunt, vt scribit Eusebius libello de loc. Hebr. אֵין Ain, Leuitis dabitur. videtur quidem Eusebius istam urbem collocare quatuor millib. pass. ab Hebrone, & duob. mill. pass. à terebintho, siue quercu Mamre: hoc est, à tabernaculo Abrahamæ. Sed ea descriptio vrbis Enam est, vt mox dicemus. Neque verò eam etiam eius auctoris coniecturam probare possum, qua urbem Iudaicam רֶמְמוֹן Remmon existimat existisse quindecim millib. pass. ab Ierusalem. Mihi enim nulla dubitatio est, quin adhuc commemoratæ vrbes omnes in extremitatibus illis Australibus fuerint positæ; & quidem pleræque ordine: inde ab sinu vltimo maris mortui vsque propè ad Gazzam, & mare mediterraneum.

Omnes vrbes viginti nouem: & villa earum.

PARVM rectè subducta ista vrbium summa videri potest: quando non xxxix, sed xxxvii, si Iudæos plerosque: aut xxxvii, si lxxii interpretes, & Latinum: aut deniq. xxxvi, si R. Isaiam sequamur, sunt enumeratæ. Sed respondent Iudæi: solas xxxix in his fuisse Iudæorum: ceteras verò nouem Simeonitarum; has scilicet: Beer-sabe, Malada, Hafar-sual, Essem, Eltholad, Horma, Siceleg, Ain, & Remmon. Atqui nondum fecernimus Simeoniticas vrbes à Iudaicis. Sed eam describimus regionem, quæ ab statiuis castris ad Austrum posita cum esset, tota Iudæis prima fortitione obrigit. Probabilius ergò dici posse puto: in ista recensioe quosdam etiam pagos siue vicos celebriores commemoratos esse aut alia municipia. at quæ loca vrbium nomine digna essent; ea xxxix fuisse.

In humili Esthaol, & Sarea, & Afena, &c.

ILLVD in humili, est Hebraicè שֶׁפְּלָה Sephela. quo verbo omnis campus & planities significatur. Quamquam ille situs, qui circa Eleutheropolim longè lateque porrigitur, & vallis, aut planities potius, Gigantum in sacra Historia dicitur, peculiari appellatione, Sephela, vocatus est posteris temporibus. vt supra diximus. Igitur quæ vrbes deinceps recensentur, eæ omnes in campis Iudaicis positæ fuere. Similiter atque eæ, quæ post, in montosis locis. Esthaol aberat ab Eleuthe-

זִיפּ Ziph.

זֵלֶם Telem.

קָרְיוֹת Carioth. R. Isaias.

בֵּיר שֶׁבַע Beer-saba.

Gerar. Mōs Moriah.

חֹרְמָה Horma.

סִיעֵלַג Sicelag.

מַדְמַנָּה Madmanna.

אֵין Ain.

Enam vrbis.

רֶמְמוֹן Remmon.

Vallis Gigantum.

שֶׁפְּלָה Sephela.

שֶׁפְּלָה Sephela.

זֶכְרֵי יִשְׂרָאֵל Zekheel.

Eleutheropoli, vt prodidit Eusebius, decem millib. pass. quæ ibatur Neapolim; hoc est, ad Aquilonem versus. Sed videtur ille auctor etiam urbem Esthaol ponere inter Ascalonem & Azotum. Vrbis Esthaol vicina fuit Sarea. Estque inter istas vrbes & natus, & sepultus Israelitarum robustissimus vir Samson. זָנוּאָם Zanoam idem Eusebius ponit in finibus Eleutheropoleos; qua itur Aeliām. עֵין גַּנִּים En-gannim, plurium oppidorum nomen est. Sed id cuius hic est mentio; in finibus quoque Eleutheropoleos existit, propè ab Zanoa: vt credible est. תַּפְּחֻיָּה Tapphua, vrbs à pomo dicta, maximo errore collocatur à Zieglero, pari cum Rhinocolura; ad Austrum, gradu. Ea enim descriptio non huic vrbi conuenit. Sed, בֵּית תַּפְּחֻיָּה Beth-tapphua; quæ non in plano, sed in monte exstabat, trans Raphiam x v millib. pass. versus Ægyptum: hoc est, in illa Palæstinæ extremitate. Hæc autem nostra in campo illo posita erat, quæ late ad Eleutheropolim porrectus iacet. Est & altera Tapphua in Ephraimitarum hereditate; de qua suo loco agetur. Sunt quidem qui Ptolemæi Thenam statuunt fuisse Tapphuam. sed quàm verè, nescio. אֵנָם Enam vocant Græci, Ἐνάμη. Hanc Eusebius dicit abfuisse bis mille pass. à Terebintho, siue quercu Mamre: quater verò mille ab Hebrone. atque etiamnum illic exstare villam nomine Beth-enim. Verùm ego existimo istam nostram Enam fuisse vicinam Thamnæ, vico grandi, inter Aeliām & Diospolim; apud quam erat fons eodem nomine, frequens admodum cultu vicinorum populorum; cum apud eum positum esset celebre simulacrum; vt proditum ab Eusebio est libello de loc. Hebr. De יַרְמוּת Iarmuth, siue Jerimoth, diximus capite x. atque etiam de אֲדוֹלָם Adollam. Hanc putat Eusebius sitam fuisse, decem millibus passuum ad Eleutheropoli, versus Ortum. Illic enim villam ait etiam nunc hoc nomen habere. שׁוֹכוֹ Socho autem, nunc vicum esse scribit idem ille Eusebius, in campo, ad viam publicā, qua ex Eleutheropoli itur Ierusalem, passu circiter nouies millesimo. additque ibidè exstare alterum vicum illi cognominem in monte. Neque verò hinc procul distabat אֶזְעָם Azeca, quod tum ex iis, quæ capite decimo diximus, efficitur. tum ex Regum historia: in qua scriptum est, Palæstinos castra fecisse inter Socho, & Azecam, aduersus Israelitas, qui ad quercum Mamre substiterant. De גְּדֵרָה Gadera, siue Gadera, & גְּדֵרוֹתַיִם Gederothaim: an vel Strabonis Gadarim, vel Ptolemæi Gadoram referant, nondum satis certus sum. Eusebius scripsit, Gaderam esse nunc villam non procul à quercu Mamre, siue Terebintho, versus Ierusalem.

Vrbes quatuordecim & villa ipsarum, &c.

NEQUE hæc summa recensio par esse videtur. Sunt enim vrbes quindecim enumeratæ. Igitur R. David Kimhi censet, Gadera & Gederothaim, vnus vrbis duo nomina esse. Rursus R. R. Solomon, & Isaias existimant, Enam non esse vrbis appellationem; sed fontis, apud urbem Tapphua; cuius erit proximo capite mentio. Verùm quādo illud incertissima coniectura nititur; hoc verò vix credible est: cum ea Tapphua, quæ fontem habebat, non intra Iudaicos fines, sed apud Iosephitas posita fuerit; probabilius dicamus, inter ista nomina vnum aliquod esse, quod nō urbem, sed pagum, siue aliud municipium significet. planè vt in superiore catalogo respōdimus. Sed enim mōdus semel hoc loco mihi lector est: mirandum non esse, si eadem nomina in diuersis catalogis occurrant. Sunt enim ea diuersis imposita locis. Nam Socho, & Zanoa; quæ modò, vt in campo sita oppida commemorata sunt; alibi dicentur in montibus esse collocata.

Saman, & Hadassa, & Magdal-Gad, &c.

QUAE deinceps sequuntur vrbes sedecim, sunt partim obscuriores in sacra historia; quàm vt earum situs & loca inuestigare coniecturis, & consequi possimus. Quarundam verò positus est antè à nobis demonstratus. Nam de Lachi, Eglone, Maceda egimus capite decimo. Porro הַדַּסָּה Hadassam scribit Eusebius hodie representari eius nominis vico, apud Gufnas positò. Aberant autem Gufnæ stadiis circiter xxx à Beth-horon inferiore. מַסְפֵּהָ Mafsepha, siue Maspha, pluribus vrbibus impositum nomen est. Sed eam, quæ ad tribum Iudæ pertinebat, descripsit Eusebius his ferè verbis libello De locis Hebraicis: Exstabat, inquit, Mafsepha tribus Iudæ in finibus Eleutheropoleos, contra Septentrionem, pergentibus Aeliām. Rursus alio loco ait, Maspham Iudaicam fuisse vrbi Cariath-Iaarim vicinam. Porro לֶקְתֵּחַל Lektheel vrbs vbi fuerit, non possum certò definire. quamquam probabile est in campo,

זָנוּאָם Zanoa.

עֵין גַּנִּים En-gannim.

תַּפְּחֻיָּה Tapphua.

בֵּית תַּפְּחֻיָּה Beth-Tapphua.

אֵנָם Enam.

יַרְמוּת Iarmuth.

אֲדוֹלָם Adollam.

שׁוֹכוֹ Socho.

אֶזְעָם Azeca.

גְּדֵרָה Gadera.

גְּדֵרוֹתַיִם Gederothaim.

R. David Kimhi. R. Solomon. R. Isaias.

Diuersis locis eadem sepe nomina esse posita.

הַדַּסָּה Hadassa.

גּוּפְנָה Gufnæ.

מַסְפֵּהָ Mafsepha.

לֶקְתֵּחַל Lektheel.

Saxū leddecl.

בית דגון Beth-dagon.

בית דגון Beth-dagon.

עשן Afan.

נעיוב Nefib.

קעילה Ceila.

מארשא Maresa.

מארשא Maresa.

עקרונ Beifelea.

עקרונ Beifelea.

בעל זבוב Beelzebub.

בעל זבוב Beelzebub.

R. Solomon refeilitur.

שמיר Samir.

יתר Iether.

שחר Socho.

קריית סנהא Cariath-senna.

קריית סנהא Cariath-senna.

שגן Hazazon-tamar.

שגן Hazazon-tamar.

campo, ab ista Mafsepha non procul abfuisse. Ceteroqui hoc idem nomen imposuit Amafias rex præcipiti saxo cuidam; cum de eo Idumæorum decem millia deieccisset, quos ceperat viuos in bello. בית דגון Beth-dagon. id est, Dagonis ædes, appellantur vrbes duæ. Nam in Aferis tribu altera est: de qua dicitur capite XIX. Hæc verò Iudaica; si vera est Eusebij coniectura; posita erat inter Diospolim, & Iamnam, vbi, vt ille ait, pagus exstat, nomine בית דגון. Caphar-dagon, hoc est, Dagonis pagus. Fuisse autem Dagonem apud Palæstinos celebrem deum, testatur sacra hiltoria.

Lebna, & Ether, & Afan, &c.

41

DE Lebna diximus capite decimo. Sed, עשן Afan, quod est, ac si fumum dicas, videtur Eusebius existimare, positam fuisse, quo loco nunc vicus superest, nomine Beth-afan; quindecim millib. pass. ab Ælia. De יתר Ether dicemus capite XIX. נעיוב Nefib verò, idè locat via, qua ex Eleutheropoli petitur Hebron, ad septimum lapidem. קעילה Ceilam autè urbem Davidis habitatione nobilè, eadè via, ad octauū circiter lapidè. atq. in hoc oppido ait monumentū Abacuc propheta: ostèdi. Porro מרשא, siue מרשא, Maresa vrbis frequens est in sacris litèris mentio. estq; in primis celebrata clade Æthiopū, qua eos affecit parua manu Asa rex; in valle Sephata, ei vicina. Eusebius prodidit, ipsam abfuisse ab Eleutheropoli, bis mille pass. Est enim Maresa, pro Masera scribèdū, in libello de loc. Heb. Et Hieronymus præfatione in vatè Michæam; cuius ista vrbis patria erat; scripsit, ad suam vsque memoriam, vicum, apud Eleutheropolim illius ruinas repræsentsasse.

2 Paral. 14.

Accaron, & filia ipsius, & villa ipsius, &c.

44

FILIAM nomen equidè opinor, pro municipiis positum esse. Chaldæus כפרנא, hoc est, pagos, interpretatur. quali vtroq. nomine significata sint loca nō cincta muris. De עקרונ Accarone, diximus iam semel, atque iterum; nobis fieri vero simile, hanc eam esse urbem, quæ iam olim existimatur fuisse Geth: non dico arcem illam Bei-selea quæ in excelsa rupe posita est. Erat enim Accaron loco plano. sed urbem illi rupi vicinam. Altius enim versus Septemtrionem fuisse sitam Accaronem, quàm Geth. Ceterum, qui nunc ostenditur Accaronis locus; siue ille vrbis Geth fuerit, siue verè Accaronis: (nolim enim cum quoquam pugnare) is non longè à mari abest, media circiter via inter Beth-fames & Azotum: à quibus vtrunque distat millib. pass. plus minus, decem. Et illà quidem spectat ab Oriente posità, hanc verò ab Austro. Sed vt vt hoc est, describitur hinc versiculis vniuersus ille tractus Philistinorum, ab Accarone secundum litus maris, vsq. ad vltimam Palæstinæ oram, quæ prope Rhinocolorum, vt diximus, paruo Nili brachio terminatur. In Accarone בעל זבוב, siue Beel-zebub, in Azoto Palæstina Venus, hoc est, quarta Venus siue Altareta singulariter colebantur, nefariis superstitionibus. De Gaza quoque, & flumine Egypti satis multa supra sunt à nobis dicta. Porro illud, Mare magnum & terminus, præcisè dictum est. deest enim Pronomen: dicendum que plenè est, Mare magnum & terminus ipsius: quod à Chaldæo est explicatum. Terminus autem maris, est ipsum maris litus, cum suis vrbibus, & pagis, villisque. Nam quod R. Solomon existimat, insulas dici maris: id non est ita. Quando prorsus similiter de Iordane, & eius termino scriptum antè est. quod sanè de insulis, quæ nullæ in Iordane erant, accipi non potest.

In monte quoque Samir, & Iether, & Socho, &c.

48

AD HVC enumeratæ sunt vrbes campestres. nunc porrò quæ exstabant in excelsioribus locis, שמיר Samir, à LXXII vocatur Saphir. Nam, ne mèdum esse putemus, ipse etià Eusebius sic nominat; locatq; inter Eleutheropolim, & Acalonem. יתר Iether, verò, existisse scribit iuxta Malatham, xx millib. pass. ab Eleutheropoli ad Daroma interius, hoc est ad Notum, siue Meridiem, aut potius Euronotū. Illic enim sua memoria reliquā fuisse hoc nomine villam, à folis Christianis hominibus cultam. De שחר Socho, quæ in monte exstabat prope alteram in plano positam, dicebamus nuper. De דביר Dabira, quæ hoc loco dicitur, קריית סנהא Cariath-senna, quo loco existit, dictum supra semel atq. iterum est. Plerique putant à spinis nomen hoc ei vrbis datum esse. Atqui spina non סנהא, sed סנהא, vocatur ab Hebræis. Quapropter ego, probabilis, vt mihi videor; coniectura auguror; literam Samech, pro Schin positam in hoc nomine esse. vt illæ sæpè solent inter se commutari: atque prorsus eandem esse huius nominis enodationem, quæ illius alterius, קריית סנהא, erat. Nam verbum, שגן, ad literatorum hominum disputationes disceptationesque spectat in Deuteronomio, atque apud Doct. Hebr. Et sanè LXXII similiter

Dus. 6. v. 7

similiter explicarunt vtramque appellationem. Nam vt קריית סנהא, ita קריית סנהא, interpretantur, πόλις ἑραμιμαίων, urbem literarum. Porro ענב Anab sita erat, inquit Eusebius, in finibus Eleutheropoleos, vbi adhuc vicus eius exstat. Sed nos de ea diximus superius nostram sententiam. Idem ait קריית סנהא Esthemo, etiamnum esse prægrandem Iudæorū vicum in Daroma: hoc est, ad Austrum, pertinentem ad Eleutheropoleos regionem. ענבים Anim, Anim quoq. in Daroma vicum esse Christianorum, circiter nouem millib. pass. ab Hebrone positū. De גושן Gosen diximus capite X, in extremo. ארבע Arab, aut Ereb, vt LXXII proferunt; similiter in Daroma exstabat, hoc est, in illa regione, quæ ab Hebrone versus Meridiem iacet; & vt autumat Eusebius, dicebatur eo sæculo Hieromith. Idem ait urbem דומא Dumam quoque, in Daroma sitam fuisse xvii mill. pass. ab Eleutheropoli. LXXII hanc Rumam vocat. legerunt enim Resch, pro Daleth. בית תפוח Beth-Tapphua, trans Raphiam exstabat in Palæstinæ extremitate, vt supra diximus, cum de Tapphua disputaremus. אפקה Apheca nomen est plurium vrbium per Chananzam. Sed ista Iudaica vbi locorum fuerit, non possum certò dicere. Est tamen credibile, vt in ipsa recensione cum Beth-tapphua coniungitur, ita loci quoq. spacio vicinam ei fuisse. De Cariath-Arbæ, antè dictum est. עין שור Sior, erat, inquit Eusebius, inter Ierusalem, & Eleutheropolim sita. מעון Maon autem, in Daroma, sed versus ortū solis: hoc est, in ea Chananeæ parte, quæ ad Austrum tendit, prope maris mortui extremitatem. Credibile igitur est, ab hac vrbe nomen positum esse illi deserto, in quo Dauid latebat, cum à Saule profugisset. Nam in hoc quoq. eminebat ille mons כרמל Carmelus; cuius hic oppidum Nabalis patria cõmemoratur: quod ab Hebrone circiter x millia pass. aberat, ferè, ad ortū solis, vt proditū ab Eusebio est. זיפ Ziph autè duobus millibus pass. erat Hebroni quàm Carmel vicinior. quæ vrbs suo etià monti nomè dedit. Neq. hinc longè distabat collis ille Hachila: quantū certè de proditione Ziphæorū cõiici potest. sed de hoc mox. Rursus יוטה Iota, quæ Leuitis dabitur, decimo octauo lapide ab Eleutheropoli recedebat ad Daroma, hoc est, Austrum. יזרעאל Izreel ista Iudaica, nullis certis coniecturis à me inueniri adhuc potuit. Longè enim alia est illa Manassensium; à qua magnus campus Ezdrelon nominatus esse videtur. זנוא Zanoam recentissimus nuper inter vrbes campestres. Est ergò ista diuersa, & fortassis prope illam in excelsiore posita loco; similiter atq. de duabus Socho dictum est. גבא Gabaa ista Iudaica sita erat, vt videtur Eusebius significare, prope Maonem; de qua nuper dicebamus. Vnde auguror, eam esse urbem, quæ in Regum historia vocatur גבעת התחילה Gabaa, siue collis Hachilæ. cuius etiam nuper memini. De תמנה Thamna, diximus in describendis finibus Iudaicis ad Aquilonè. חלה Halhul, siue vt LXXII dicunt, Elul, suspicatur Eusebius repræsentsari villa quadam Alula nomine, non procul ab Hebrone; sed versus Æliam. Idem prodidit בית עיר Beth-sir, non vnã videri urbem esse in Iudæorum possessionibus. vnã enim existisse ad vicesimum lapidè, via, qua ex Ælia petitur Hebron. hoc est, proximè apud Hebronem, ei que nunc vulgò nomen esse, Beth-foron. Vicum enim superesse: iuxta quem ebulliens fons ad ipsas montis radices, mox absorbetur humo. atque in hac aqua baptizatum esse à Philippo Eunuchum illū reginæ Candacis. Alteram verò passibus non plus mille distare ab Eleutheropoli. vtra autè nostra ista sit, Deus viderit. Certè prior propius abfuerit ab Halhul, apud quam recentetur גדר Gedor superest in prægrandi pago; cui nomen est Gedrus; vt existimat Eusebius, x millib. pass. à Diospoli, via quæ ducit Eleutheropolim. אלתקן Elthekon, alibi dicitur אלתקה Eltheke. Sed quo sita fuerit loco nō queo coniiicere. Temerè enim à Zieglero locatur nouè millib. pass. ab Ierusalem versus Austrum. Imprudens enim Thecuam patriam vatis Amos, ille pro Elthecon describit. De קריית קנאח Canath Iaarim antè dictum semel iterum que est. Est autem ex isto loco manifestum, ipsam in monte, aut certè colle, positam fuisse.

Et in deserto, Beth-araba, Meddin, &c.

61

POST annumeratas vrbes, quæ altioribus locis exstabant, recententur eæ, quæ in locis desertis fuere positæ; qualia loca Hebræi מרבה dicunt. hoc est; vt Kimhi exposuit; quæ vasta sunt, neque coluntur, aut habitantur. aut quæ solis pecoribus nutriendis vtilia sunt; non etiam segetibus; siue ab hominum cõtib. sint remota, siue aliquot habeant ciuitates, atque pagos. De בית ערבה Beth-araba diximus in finibus aquilonaribus.

2 Paral. 20. v. 2. Hazazon-tamar, 64. v. 17.

En-gaddi aliàs dicebatur חצון תמר Hafazon Tamar, à lapillis dactylorum: aut vt alij censent, à densatis illic palmis arboribus. Nam vt Plinius de ista vrbe scripsit, fuit

Anab.

אשתמה Esthemo.

ענבים Anim.

גושן Gosen.

ארבע Arab.

דומא.

בית תפוח Beth-Tapphua.

אפקה Apheca.

עין שור Sior.

מעון Maon.

כרמל Carmelus mons & oppidum.

זיפ Ziph vrbs & mons.

חלה Hachilæ.

יוטה Iota.

יזרעאל Izreel.

זנוא Zanoa.

גבא Gabaa.

גבעת התחילה Gaba.

חלה Hachilæ.

תמנה Thamna.

חלה Halhul.

בית עיר Beth-sir.

בית עיר Beth-sir.

גדר Gedon.

אלתקן Elthekon.

זיגלרו Zieglerus.

Thecu.

מרבה R. David Kimhi.

בית ערבה Beth-araba.

עין גדי En-gaddi.

חצון תמר Hazazon-tamar.

חצון תמר Hazazon-tamar.

חצון תמר Hazazon-tamar.

fuit olim secunda ab Ierosolymis, fertilitate, atque palmietorum nemoribus: antè vide-  
 licet, quam loca ista omnia longè lateque circum Sodomam, & huius culpæ socias vrbes  
 iacentia cælesti afflarentur incendio. Locat autem Plinius *Essenos*, quantum pestilens  
 aura patitur, ad maris mortui occiduum litus proximos. deinceps infra illos, Engad-  
 dam. Habet hæc ab Austro propinquam desertum Cades, ab Occidente, Maon. at iux-  
 ta se longo procurrentes iugo versus Septemtrionem & Meridiem montes; quos vul-  
 go montes Engaddi nominant; mirabiliter præruptos, & variis anfractibus, atque præci-  
 pitibus horridos: ipsoque aspectu fœdos. Proditum autè est libello de Loc. Hebr. hic etiã  
 opobalsamum colligi; atque ab hoc fructu, per trãstationem, vineas Engaddi à Solomone  
 in Canticis celebrari. Qui ea loca peragravit, narrat, arbores, quæ his locis propius  
 ad litus mortui maris nascantur, specie quidem pulcherrima proferre poma: sed quæ  
 discepta intus fauilla & cinere plena sint. vt etiam nunc Dei iram, qua vrbium illarum  
 scelera persecutus est, agnoscamus. Sunt qui ab En-gadda ad Ierusalem stadia me-  
 tiantur tercentum; hoc est, passus, tricenis septies mille, & quingentos. Sed de En-gadda  
 hæctenus.

Montes En-  
 gaddi.  
 Opobalsami.  
 Vineæ Engad-  
 di.

*Et Iebusæos incolæ Ierusalem non potuerunt filij Iudæ. &c.*

Ierusalem Iu-  
 daeorum de,  
 an Beniami-  
 nitarum fuerit.

**T**VM ex superiore finium Iudaicorum designatione, tum ex iis quæ capite XVIII di-  
 centur, certissima res est, vrbem Ierusalem intra fines Beniaminis fuisse positam. Iure  
 ergo mireretur quis in eo, quod memorantur Iudæi pellere nõ potuisse illinc Iebusæos:  
 Et sanè in Iudicum historia, de Beniaminitis planè id dicitur, quod hic de Iudæis. Sic  
 enim illic scriptum est: Et Iebusæos habitatores Ierusalem non expulerunt filij Benia-  
 min. habitauitque Iebusæus cum filiis Beniamin in Ierusalem vsque ad hunc diem. »  
 Ad hoc, vrbem istam sacris dicatam cæremoniis habituros Beniaminitas esse, prædixe-  
 rat moriturus Moses, his verbis. Dilectus Domini habitat securè apud ipsum. Tegetur  
 enim ab eo tota die; & inter humeros ipsius morabitur. Rursus Iudæorum fuisse eam »  
 habitationem apertè cecinit vates sacer, cum diceret. Et repudiauit tentorium Iosephi:  
 neque tribus Ephraim ipsi placuit. Sed elegit tribum Iudæ, montem Sion, quem ama-  
 bat: Et exædificauit adinstar excelsoꝝ ædificioꝝ, sacrarium suum, sicut terram, »  
 quam in perpetuum stabiliiuit. Hanc ergo controuersiam diiudicari rectè posse, existi-  
 mant quidam; si statuamus, vrbem istam in medio relictam fuisse. Atqui id designati  
 limites Beniaminiticarum possessionum apertè refellunt. Alij ergo vtrique tribui suas  
 in ea partes assignant, quæ exceliores, quæ submissiores. sed interim de eo loco in quo  
 sacra ædes est exstructa, mirificè digladiantur inter se: dum alij eum Iudæis, alij Benia-  
 minitis attribuerent nituntur. Sed quis nescit Dauidem redemisse eam aream, atque id  
 solum, à Iebusæo Areuna? Verùm enim uerò credibile est, atque etiam probabile, ple-  
 rasque vrbes mutatas plurimum esse, postquam in Israelitarum potestatem sunt reda-  
 ctæ. Quod sanè in primis existimari de Ierusalem debet, quæ absque dubitatione, ex  
 angusto oppido in amplissimam exstructa est ciuitatem, postquam eam Deus, tamquã  
 peculiarem habitationem, sibi delegit. Cum igitur ille, qui posterioribus temporibus sa-  
 cram historiam vniuersam, vt alibi dixi, per annales, & diaria, atque alia commentaria  
 prius dispersam collegit, & in eos libros, quos nunc habemus, digessit, composuitque; iis  
 locorum nominibus ferè vtatur, quæ in vulgus eius sæculi peruulgata fuerunt atque visi-  
 tata; non mirum est, si eandem vnam vrbem à diuersis tribubus possessam videamus;  
 cum olim duæ fuerint, quæ deinde vnus sunt mœnibus inclusæ. Sed de hac re dicendum  
 iterum erit capite XVI II. Quod porro dicitur, *filios Iudæ non potuisse expellere Iebusæos*, vi-  
 detur fortissimæ, & regni tribus gloriam plurimum obscurare; ne dicam, pugnare etiam  
 cum Dei promissis felicissimi vbique successus. Doct. Hebr. igitur, in capitulis R. Eleaza-  
 ris; quorum sententiam multis hic verbis explicauit Kimhi: existimant, ista non ad vires  
 Iudaicæ tribus spectare; sed ad ius, & fas. Neque enim licuisse Israelitis, vexare armis  
 Iebusæos: propter fœdus, quod Abimelech cù Abrahamo fecerat. Iebusæos enim istos  
 fuisse Abimelechi nepotes: neque Iebusæos à Chanaanis filio, sed ab vrbe, quam inco-  
 lebant, vocatos esse. Porro Dauidem eo fœdere non fuisse obstructum: quando iam tum  
 sanguinis illa propinquitas, cui pacè securitatemq. ab Abrahamo depectus fuerat Abi-  
 melechus; longiore nascendi serie esset præterita, atq. extincta. Sed quis det Doct. Hebr.  
 Hebr. quod ipsi sumunt; hos Iebusæos non fuisse Chanaanis, sed Abimelechi poteros?  
 Omissis ergo commentis anilibus, existimemus quod res est: Iudæos, sicut etiam ple-  
 rasque alias tribus; post Iosue excessum, sua sibi socordia ipsos obstidisse; atque etiam  
 suis

Explicatus Io-  
 cur.

Annales sacri.

Cur Iudæi ne-  
 quierint ex-  
 pellere Iebu-  
 sæos.

R. David Kim-  
 hi.

Cantic. cantu.  
 1. v. 14.

Judic. 1. v. 21.

Deut. 3. v. 12.

Psal. 78. v. 66.

2 Reg. 24. v.  
 24.

Supra, præse-  
 ruit.

Tras. d.

פרקי ר'  
 אלהים

Genes. 21.

Judic. 1. v. 20.

2 Reg. 5.

2 Reg. 24. v.  
 21.

Matth. 13.

fuis sceleribus pro merito esse, vt hostibus suis essent inferiores. Similiter enim atq. for-  
 tunam prosperam pollicitus fuerat Deus, si pietatem aduersus se colerent; minatus erat  
 etiam aduersa omnia, si sua iussa violarent. Et quid opus est puerilibus nugis contami-  
 nare sacras literas; quando Deus ipse apertè testatus est, in Iudicum historia, cur hostes  
 suos eliminare nequirent Israelitæ? Loquitur enim ad hunc modum. Quia, inquit, pec-  
 cavit gens ista, violando fœdus meum, quo obstrinxeram maiores ipsorum: neque ob-  
 secuti sunt voci meæ; non pergam expellere à facie ipsorum vllum hominè earum gen-  
 tium, quas reliquit Iosua moriens: vt tentem per eas Israelem, &c. Manebat ergo Iebu-  
 sæi inuitis tum Iudæis, tum Beniaminitis; facile enim se tuebantur munitionibus arcis  
 Sion; cum etiam Dauidi insultare non vererentur, post tot illius gloriõsissimas victorias:  
 quasi nè cæcis quidem & claudis istam defendentibus ipse expugnare posset. De clau-  
 sula, vsque ad hanc diem, sæpè diximus. Neque verò hinc efficitur; ante Dauidis principa-  
 tum hunc cõmentarium esse cõscriptum. Nã nec Dauid prorsus eliminauit Iebusæos.  
 Erat enim Iebusæus Areuna, à quo solum ædificandæ sacre domui argento ipse, quãuis  
 iam tum rex esset, redemit. Sed existimandum tamen est; subactos à Dauidè Iebusæos,  
 inibi mansisse nullos, nisi qui, vt in ius, ditionemque, ita & in sacra atque religionem Is-  
 raelitarum concessissent. qualem fuisse Areunam non obscure præse ferunt eius ipsius  
 verba, quibus Dauidis voluntatem sacrificandi in sua area prosequitur, in Regum hi-  
 storia. Igitur, vt præsentem narrationem ἀναγογῆ concludamus: Quod Iudæi non expu-  
 lerunt Iebusæos; id cum illa Christi de zizaniis parabola conferri rectè posse existimat  
 Adamantius. Sed, mihi certè, dissimillima ista videntur. Neque enim illi Iebusæos triti-  
 ci, hoc est, proborum hominum, gratia, manere sinebant: sed exstirpare nequibãt. Ma-  
 gis igitur consentaneum est, vt existimemus, illius modi narrationes memoriæ proditas  
 à Spiritu sancto esse, atque nostris animis inculcatis; vt intelligamus, quanta nobis ipsi  
 comparemus incommoda; dum nostris vitiiis clementissimam Dei voluntatem à nobis  
 abalienauimus. Eo enim fit, vt nos inter reprobos, hoc est, eos quos ipse reiecit, viuere si-  
 nat; è quorum contubernio, atque contagiosa consuetudine dum nosmet expedire ne-  
 quimus; sæpè vnã cum ipsis ad æterna abtipimur supplicia. Sed si quis omnino τῆ ἀνα-  
 γογῆ delectatur: dicamus, domestica animorum nostrorum vitia Iebusæos esse, quæ no-  
 strum Iudæum, hoc est fidei, & pietatis aduersus Deum professionem, variis modis per-  
 turbant, vexant, proculcant. ( habet enim Iebusæus à calcando nomen) neque tamen  
 nostris illa vitibus expelli possunt. Dauidè opus est: Is est Christus Iesus, ex Dauidis san-  
 guine ortus. Sed neque is illa prorsus exterminat, verùm subigit; vt in fidei pietatisque  
 nostræ ditionem concedant. Sed hæc hæctenus. Non enim propositum nobis est al-  
 legoriis insistere: quod sæpè diximus, sed sacrum contextum, pro ingenij modo, ex-  
 plicare.

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM

IN IOSVAM CAPVT XVI.

*Filiis autem Ioseph exibat fors à Iordane Ierichuntis, &c.*

**D**LXIMVS superiore capite, medium terræ sanctæ locum, in quo statua castra ha-  
 bebant Israelitæ, muniendum excubitoribus vtrimque in primis fuisse aduersus inopi-  
 natos hostium insultus. Vt ergo Iudæi à Meridie iam sunt collocati, tamquam præsi-  
 diarij, ita nunc Iosephitæ diuina sorte constituuntur à Septemtrione, in magna eius re-  
 gionis parte, quæ à posteris Samaria est vocata. Describuntur autem primùm limites au-  
 strales hereditatis Iosephitarum vniuersæ, ab Oriente in Occidentem. Vnica enim fuit  
 amborum fratrum, Manassis, & Ephraim, fors, in ista fortitione. vt explicatum à nobis  
 supra est. Porro ipsa locorum, quæ memorantur, ignoratio, descriptionem facit obscu-  
 rioriem; præsertim quæ primo versiculo fit: sed eam R. Solomon ad hunc modum ex-  
 planat: Fines, inquit, Iosephitarum australes inchoabantur ab Oriente, apud eam Ior-  
 danis partem, cui vrbs Iericho obiacet è regione: ascendebantque ad desertum ex Ieri-  
 chunte, & posfrigebantur versus Occidentem, in montem Bethalem. Igitur existimat  
 R. Solomon, literam, He, verbi חסר, pro Præpositione esse accipiendam: & illud חסר,  
 harere verbo, חסר. Atque huic astipulari videntur LXXII. At Chaldaus, dicit, Sortem  
 Iosephitarum exiuisse ab Iordane Ierichuntis, ad aquas Ierichuntias, ab Oriente, in  
 desertum;

Anagoge.

Origenes.

R. Solomon.

Chaldaea.

desertum; quod desertum ascendeat, hoc est, sursum porrigebatur è Ierichunte, per montem Beth-el. Et hanc sententiam nos quoque nostra interpretatione propè expressimus: nisi quòd fortem; cum R. Solomone; diximus ascendere: non autem desertum. Animaduertimus enim sic hæc ipsa explicata esse capite xviii, ad versiculum xii. Latinus autem, deserti verbum accepit, tamquam nominandicasi positum. ER enim desertum hoc, Beth-auen. quod Ierichuntis fuisse occiduam, ex illo xviii capite intelligemus: sicut & illud quoque, cum aquæ Ierichuntis dicuntur, alium locum significari, atque cum Jordanis Ierichuntis memoratur, quæ res à R. Solomone non est animaduersa. Ierichuntis enim aquæ sunt, quæ ex Helizæi fonte profluunt. Ab eo enim potissimum Ierichuntia arua per elices, & lacunas, rigantur, sub radicibus eius montis posito, qui ad Beth-el porrigitur, & Bethelis quoque nomen habet. Quod enim hic dicitur, *ad aquas Ierichuntis*, planè illud est, quod capite xviii scribitur, ad latus Ierichuntis à Septemtrione. Erat enim fons ille quem Elizerus in iecto sale emendauit, positus ab Ierichunte versus Occidentem & Septemtrionem. Sed illud est hoc loco obseruandum, in verbo *הַיַּרְדֵּן*, quod conuertimus, *ab Oriente*, literam He, notam esse progressionis ab loco; non ad locum; vt solet. Id enim modò hoc verbo significatur, hanc finium designationem inchoari ab Oriente. Jordanis enim, à quo fit initium, claudit istius Chananæ latus, vt sic dicam, Orientale. Porro non mirum est ab Ierichunte ascendi in montem. Nam ostendimus antè, urbem istam siue veriùs planitiem (nam hanc potius, quam oppidum ipsum significari patò) circumquaque montibus, tamquam theatro cinctam fuisse. Diximus autem, *montem Bethel*, non Bethelis; quia nomen, *הַר*, magnam vocalem retinet.

*Et excurrere à Beth-el versus Luzam, &c.*

Ex Iacobi historia apparet quidem eundem vnum locum esse, qui olim Luza, post Beth-el, de Iacobi viso, fuit dictus. Sed alium locum fuisse Beth-el, alium Luzam priscis illis temporibus perspicuè iam videmus. Igitur R. R. Kimhi, & Isaias existimant, duas fuisse Beth-eles. Eiq; rei argumento esse etià, ait Kimhi, quòd illa Iacobi Beth-el, quæ & Luza vocabatur, annumerabitur cum Beniaminis possessionibus. Sed sanè ridiculus est Kimhi cum sic ratiocinatur. Disertis enim verbis Luza excluditur finibus Bèiaminiticis. Ego verò vnicam fuisse Beth-el statuo. eamque modò diuersam à Luza, modò eandem dici: quia cum re ipsa, locus ille, in quo diuinum visum Iacobo se patefaciebat, paullulum abesset ab oppido Luza primùm, posteris temporibus adeò est celebratus, quadam religionis opinione, vt Luzæ propinquæ nomen diluerit, atque obscurauerit. Itaque cum adhuc Bethelis nomen minimè peruagatum esset, dicebat se Iacob in Luzà visum vidisse: quamuis certissimum sit, non in oppido, sed in agro dormienti illud apparuisse. Sed Luzam alteram fuisse apud Herthæos, conditam ab huius Luzæ proditore, nemo nescit. Ceterùm בית אל Beth-el aberat ab Ierosòlymis, vt prodidit Eusebius, xxi mill. pass. relinquebaturque ad dexteram ab iis qui Neapolim ibant. Nomen *ארכי עטרוח* Archi Ataroth diuidit Chaldæus, tamquam duorum locorum complexum sit appellationes. Interpretatur enim in hanc sententiam ista verba; ad litem Arachæi in Ataroth; quasi præcisè scripta sint: desitque præpositio. Et huic sententiæ consentaneus est, vt videtur, accentus Tiphcha, quo peculiariter interpuncta est vox Archi. Ego Græcos, & Latinum secutus sum. Neque tamen Chaldæi opinionem damnauerim. Sed certum est, nomen Ataroth; cuius explicatio est, coronæ; pluribus vrbibus accommodari in sacra historia. Ad hoc, locus iste, in designandis finibus Beniaminiticis dicitur Ataroth-Adar: neque illic *ארכי* Archi, mentio est. quare vnicus videri locus potest. Eusebius libello de locis Hebr. duarum Ataroth meminuit. alteram ait Ramæ vicinam urbem esse, alteram quatuor millib. pass. à Sebaste, hoc est, Samaria, representari vico, cui nomen est Atharus. Istarum igitur prior, absque dubitatione, nostra est. De Beth-horon inferiore diximus supra. Sed גזר Gazer, diuersa omnino ab illa est, quam antè descripsimus in Iudaicis possessionibus longè ad Austrum positam. Eusebius hanc nostram locare videtur, quater mille passibus à Nicopoli, siue Emaunte, versus Aquilonem. Dabitur ista Leuitis. Porro vbi deserint isti fines in mare mediterraneum, id ex descriptione finium Daniticorum confici posse videtur. nempe, supra Ioppen. Fuerunt enim Danitæ affines Iosephitis ad mare. Hi igitur fuere fines Iosephitarum australes. Nam aquilonares nihil attinet ostendere, antè, quam aliis quoque tribubus suæ assignentur possessiones. Necdum enim refert quàm altè excurrant, modò vt

Desertum Beth-auen.

Ierichuntis aquæ. Fons Helizæi.

He litera progressionem ab loco significans.

R. David Kimhi. R. Isaias.

R. David Kimhi ridiculus.

בית אל Beth-el. בית לוזא Luza.

ארכי עטרוח Archi Ataroth. Accentus Tiphcha.

עטרוח Ataroth.

Beth-horon inferior. גזר Gazer.

Gm. 2.

Gm. 48. v. 14. Idem.

statua tutentur à Septemtrione. Est autem credibile, ab his finibus australibus Iosephitarum interuallum vniuersum, quod ad fines aquilonares Iudæorum vsque pertinet, occupatum à castris fuisse. Nam id post dabitur Beniaminitis, vt suo loco explanabitur.

*Diuiserunt itaq; hereditatem filij Ioseph, Manasses & Ephraim, &c.*

MHI non sit verisimile, istam fratrum inter ipsos sortitionem singularem, antè factam esse, quam ceterarum quoque tribuum suas quæque possessiones sortitò accepisset. Neque enim prius videntur certis à Septemtrione limitibus fuisse inclusi. Sed non magni interest; ilico, an post, diuiserint priuatim ipsi inter se hereditatem, quam in commune, vnica sorte; vt dixi; acceperant. Diuidere autem ideò omnino debuere; quia duæ diuersæ tribus erant Ephraimitarum, & Manassensium. Sed neque illud maximi est momenti, an ipsi sortes priuatim iecerint; an verò; vt est credibilis, res ista quoque acta sit à xii viris. Hoc verò obseruandum est; quando Manassenses cum fratribus suis Ephraimitis compositi sunt, priore loco extractam esse horum, quam illorum sortem. Itaque Ephraimitas regionem, quæ sacro templo olim foret vicinior, esse natos. vt agnoscamus hic quoque sortem aptissimè in eam rem cecidisse, quam beatus ille senex, oculis quidem cæcutiens, at mente perspicacissimus, agebat, cum transuersas manus dexteram quidem, Ephraimi, sinistram verò Manassis imponeret capiti.

*Fuitq; terminus filiorum Ephraim, in ipsorum gentilitates, &c.*

Descriptio hereditatis Ephraimitarum nimia breuitate obscurissima est. Sed vnus R. Solomon conatus est ipsam, his ferè verbis explicare. Inchoabatur, inquit, istorum finium designatio ab Oriente apud Ataroth Addar. atque ab ea vrbe procedebatur ad Beth-horon. Et hætenus quidem descripta est latitudo. Iam verò longitudo hinc designabatur, versus Occidentem, ad urbem Machmethath, quæ ad Austrum paullulum relinquebatur. Rursus latitudo Septemtrionalis sic describebatur, vt funiculus ab Oriente ambiret urbem Thanath-silo: eaque relicta præteriret Ianoam ab Oriente. ab Ianoa porro duceretur ad Ataroth, & Naaratham. & hinc incideret in Ierichuntem: tandemque consideret in Iordanem. Hoc autem spacium quantum est à Thanath-silo, vsque ad Iordanem, sinuosa erat latitudo: & hic exstabat vrbs Tapphua. à qua rursus ducebatur funiculus versus Occidentem ad torrentem caricosum. Hæc ferè R. Solomon: quæ mihi ipsi etiam sacris verbis obscuriora videntur: & parum quoque consentanea esse iis, quæ in Manassensium finibus ostendendis dicuntur. Neque verò intelligi posse puto, qua ratione Ataroth-Addar in istius hereditatis extremitate apud Orientem exsistere queat; cum claudat occiduam oram possessionum Beniaminiticarum. Nam duas hoc nomine vrbes fingere; duasque Machmethath & plures etiam Tapphuas, quid aliud est, quam prauum, atque distortum opus Lesbia adhibita regula corrigere, aut approbare velle? Sed profectò melius fecisset R. Solomon, si quod nesciret, confessus fuisset, se nescire; quam vt sic halucinaretur. Igitur, vt quid mihi videatur dicam. Existimo eam lineam, quæ ab Ataroth-Addar, ad Beth-horon superiorem ducitur, metri quidem latitudinem istius hereditatis ab Austro in Septemtrionem, aut Aquilonem veriùs sed non extimam Orientis oram designare. Nam ea verborum complexio, *ad Orientem Ataroth-addar*, ostendit illa quidem, hanc urbem inde ab Iordane primam occurrere in ista hereditate, in finibus certè australibus. Verùm ad Iordanem minimè collocari ipsam posse, efficitur, vt dixi, ex finium Beniaminiticorum designatione; atque etiam ex ea, qua nuper Iosephitarum australes limites ostendimus. In hac enim prima ab Iordane vrbs occurrebat Iericho, siue aquæ Ierichuntis. Deinde Beth-el, ac tandem Ataroth. Iericho autem, & Bethel ad Beniaminitas pertinebant. Luza verò, erat quidem ipsa intra Ephraimitarum fines: sed post celebratam Beth-el, in numero vrbium esse desiit. Cum porro sequitur; *Et exibat terminus versus mare, Machmethath ab Aquilone*, puto describi quidem longitudinem aquilonarem, inde à Beth-horon superiore versus Occidentem & mare mediterraneum; sed quæ versu octauo tandem absoluitur. Itaque Machmethath in ista designatione paullulum ad Septemtrionem relinquebatur. Neque longè; quantum certè coniectura augurari possumus; aberat à Beth-horon superiore; vt neque à Sichem. Rursus his verbis, *Et respicebatur terminus versus Orientem*, ab illa Beth-horon, nisi fallor, describitur longitudo aquilonaris versus Orientem. sed quæ sensim in latitudinem Orientis descendat. Atque in hoc tractu occurrit post Beth-horon prima vrbs Thanath-silo. secundum eam Ianoa; quæ ab Sichem

Gm. 48. v. 14

4

5

R. Solomon.

R. Solomoni sententia refertur.

Ataroth-Addar.

תנתן שלוחו. Thanath-silo. Ianoa.


ab Sichem aberat XII millib. pass. versus Orientem: post Ianoam Ataroth: non illa quidem Ataroth-adar, sed diuersa. Plures enim fuisse testatur Eusebius libello de loc. Heb. qui istam Ataroth locat quatuor millibus pass. à Samaria. Demum Naaratha; quæ aberat quinquies mille pass. ab Ierichunte: vt ex reliqua illic eo nomine villa est manifestum; postremò Iericho; sed quæ ad Austrum relinquebatur in Beniaminitarum finibus. Post Ierichuntem verò desinebat ista linea in Iordanem. Porro cum versiculo octauo dicitur, *De Tapphua ibat terminus versus mare, &c.* reditur; quantum certè ego videre possum; ad absoluendos limites longitudinis aquilonaris, clariusque ostendendos, inde à Machmethath vsq. ad mare mediterraneum. Nam Tapphuam illic loci fuisse; non autem apud Iordanem; vt R. Solomon opinari visus est; certum est ex descriptis finibus Manassensium: Credibile est igitur, Tapphuam haud procul abfuisse à Machmethath: neque longè à Tapphua torrentem caricofum, siue cannosum. eumque inde vsque in mare mediterraneum descendisse, haud procul à Cæsarea Palæstinæ, siue Sætonis turri. In hoc enim tractu & Machmethath positam fuisse, quæ nunc vulgo Cathon vocatur, & non procul inde, torrentem illum versus mare fluxisse: ab eoque sub Cæsarea receptum esse, luculenter ostendit charta depictæ Chananæ; quæ in cœnobio montis Sion exstat: cuius mihi exemplum dono misit Gerardus Mercator Ripelmondanus Mathematicus celeberrimus. Tapphuam autem in istis locis fuisse, quæ fontem habebat insignem, intelligemus ex verbis proximi capituli. à qua tamen diuersa longè est Iudaica illa Tapphua, quam Ptolemæi Thenam esse quidam putant. Porro Australes limites Ephraimitarum nihil attinet describere seorsim. neque eam occiduos. Sunt enim illi, quos Iosephitarum vniuersè diximus esse. Sed subiiciam typum quamuis rudem, eius descriptionis, quæ modò est à me explanata.

נַעֲרָתָה  
Naaratha.

תַּפְּחָה  
Tapphua.

מַכְמֶתֶת  
Machmethath.

פֶּתַח תַּפְּחָה  
Fons Tapphuæ.



Non sum equidem nescius quæ fuerit Latini sententia. Is enim opinatus est, mare illud, in quod isti fines cum torrente Canneti confidunt, esse Asphaltitidem lacum. quæ causa fuit, vt multi suspicarentur torrentem Canneti esse קָרִית Carith, apud quem latuit Elias. Sed mihi insolens sermo esse visus est, & alienus à sacra narratione; sic mare simpliciter, pro Asphaltitide, dicere. Is enim lacus mare falsum aut campestre; non autem mare, simpliciter, dici solet. Neque verò etiam fines Ephraimi vsquam ad mare mortuum pertinebant. Denique refellitur hoc apertissimè ipsa Manassensium finium descriptione: in qua similiter atque hîc, cum torrente cannofo exitur in mare. quod sanè de Asphaltitide accipere, delirantis fuerit.

קָרִית  
Carith corrèct.  
Latini opinio  
refellitur.

Et

*Et vrbes quæ separatim designatæ erant filiis Ephraim, &c.*

Fuisse vrbes quædam, intra Manassensium positas terminos, quas tamen Ephraimitæ habebant, dicitur apertius capite proximo. Credibile est igitur; cum antè priuatam istam fortitionem, vniuersa hereditas, quæ simul Manassensibus & Ephraimitis obuenerat; diuisa fuisset in duas partes; pro locorum ratione: neque illæ viderentur æquales, tum alteri adiectas esse aliquot vrbes, intra alterius limites positas; atque ita exæquatas esse ambas sortes. Eam autem partem, cui hoc additamenti accesserat, obtigisse sortitò Ephraimitis.

*Et non exterminabant Chananæum habitantem in Gazer, &c.*

Iudic. 1. v. 19.  
Reg. 9. v. 16

Idem memoratur in Iudicum, atque etiam Regum historia. Tandem enim Pharaos Ægypti rex, capta, cremataque Gazer, trucidauit Chananæos ciues. Et locum filiarum suarum dedit doti; quæ Solomoni nupsit. quam narrationem LXXII interpretes huc addiderunt. Magna sanè fuit Ephraimitarum impietas potius, quam ignauia; cum aduersus Dei legem nefariam gentem Chananæam habitare apud se sinerent, mercedis pactione. Erat quidem difficile, ex illis vrbus, quæ maritimæ fuerunt, atque à diuersis gentibus mercaturæ faciendæ causâ perpetuò frequentabantur, omnino exterminare illos supersticiosos homines. Nam ne à Dauide quidem fuisse profus eiectos, certum est: quando Solomone regnante tandem sunt à Pharaone deleti. verum lucri faciendi gratia tam turpes pati atque tolerare vicinos, id verò in nefario crimine Ephraimitis poni debuit. Gregorius apposita, vt mihi videtur, allegoria hunc locum interpretatur. Sed eius ipsius verba adscribam, sunt enim minimè inepta. Sæpè, inquit, magnis virtutibus terram promissam inuadimus: quia spe intima æternitatis confirmamur. Sed dum inter altas, & sublimes virtutes quædam vitia retinemus, veluti Chananæum viuere in terra nostra sinimus, qui tamen tributarius sit, quando ea ipsa vitia, quæ profus subigere non possumus, in nostrum compendium vertimus. Nimirum vt mens nostra in excelsis virtutibus humiliter de se sentiat: quippe quæ suis viribus vel parua vitia non possit penitus expugnare. Bene ergo scriptum est, Hæ sunt gentes quas Dominus reliquit, vt erudiret per ipsas Israellem. Idè enim vitia quædam parua retinentur; vt se mentis nostræ intentio sollicitam semper certamine exerceat: neque de victoria superbiat: cum hostes adhuc intra se viuere sentiat, à quibus superari formidet. Israel igitur à relictis gentibus eruditur: quando per carnis nostræ vitia superbia spiritus reprimitur. atque hîc ex paruis, quæ sibi aduersa sunt, discit, se suis viribus maiora non subigere. Hæc ille. Quæ eò libentius adscripsi; quòd hoc argumentum sæpius in istis partitionibus occurrat: & bene pieque dicta esse ab illo, mihi certè, videantur.

Gregorius.  
Allegoria.

Iudic. 3. v. 1.

ANDRÆ MASII COMMENTARIORVM

IN IOSVAM CAPVT XVII.

*Obtigit autem fors tribui Manassis, is autem erat, &c.*

1 3 3

POST descriptos fines Ephraimiticæ tribus, quam, vt dixi, fors tribui fraternæ prætulerat, propiusque ad templum locarat; consequens est, vt Manassensibus tribus hereditas suis limitibus determinetur; non quidem vndiquaque, sed qua parte affinis erat Ephraimiticæ. Nam fines Septentrionales quàm angustè sint contrahendi, id verò tum demum scietur, quando ceteris ex ea parte tribubus assignabuntur possessiones. Sed quia tribus Manassensibus se ipsa in duas partes diuiserat, altera que cis Iordanem manserat, vt capite XII. vidimus; hoc primum explicatur sacris verbis: vt intelligamus alteri dumtaxat parti hîc iam esse assignandam hereditatem. Cur autem dicatur Manassem natu maiorem fuisse Ephraimo, causam esse equidè existimo, vt animaduertat lector, præclare isto sortis casu comprobatum esse Iacobi iudicium, quod nuper dicebam. Verum si particulam, קָרִית, causæ notam esse malis putare, rectè, nisi fallor, dixeris, nascendi conditionem commemoratam esse; tamquam causam tantæ opulentia; qua est Manasses à Deo amplificatus, acceptis & cis, & trans Iordanem possessionibus. Nam, quod supra quoque diximus; magni fuit, apud priscos illos homines, momenti, natum primum esse. Videmus enim quàm multa sit Ismaelis, in sacra historia, mentio: cum interim de Cethuræ liberis vix verbum fiat. Et quanta illius gentis semper fuerit amplitudo & gloria; quæ ad nostram vsque memoriam crescit indies, atque augefcit; minimè est obscurum. Neque verò etiam posteris Esau; quamuis reiectus à Deo ille videretur; nullis opibus floruerunt. sed hæc nunc hætenus. Apparet quidem ex sacre narrationis verbis, vniuersam Manassis posteritatem ex solo Machire propagatam esse. & hunc illi

Gen. 48. v. 14

Primum nati,  
magna erat  
prærogatiua  
olim  
Ismaelitarum.

2 3

unicum

Manassis po-  
steritas.

unicum fuisse filium. de qua re ante satis multa sunt à nobis disputata. Sed ea posteri-  
 tas per diuersa cognomina in diuersas gentes, siue familias diducta est. Alij enim Ma-  
 chiris, & eius filij Galaad sibi nomina gentilitia sumere maluerunt: dictique sunt Ma-  
 chiritæ, & Galaaditæ, atque hi cis Iordanem manserunt, diuisi etiam ipsi per septem  
 stirpium capita; quæ erant, Ephraim, Iehi, Eliel, Ezriel, Jeremias, Odoias, & Iediel. vt scriptum  
 est in Paralipomenis. Alij filiorum Galaad referre nomina in animum induxerunt. &  
 hi appellati sunt Iezeritæ, siue Abiezeritæ (est enim hoc vnum cognomen) Heleclitæ,  
 Ezuelitæ, Sechemitæ, Semedaitæ, denique Hephertæ. Nam à Salphaad, qui nullos ma-  
 res genuerat, nullum, vt sic dicam, patronymicum est ductum. His igitur sex familiis;  
 (nam siue Salphaaditas, siue Hephertitas nomines, quinque filias Salphaad; nihil inter-  
 est) datum itur iam hereditatem. Sed vtri maiore numero fuerint, id verò incertum  
 est, vt diximus capite XIII. Vnde plura etiam repetat lector, quæ ad præsentem locum  
 attinent. Porro ille verborum ambitus, *Hi sunt filij Manassis filij Iosephi mares*, & ἄλλοι υἱοὶ  
 est ad insequentem digressionem: qua de filiabus Salphaad agitur. Ceteroqui satis no-  
 tum erat, solos mares enumerari solere, cum de hereditate distribuenda sermo est.

Et accesserunt in conspectum Eleazaris sacerdotis, &c.

Explicatus lo-  
cus.

IN Numeris scriptum est, istas quinque filias Salphaad, coram Mose & Eleazaro,  
 atque vniuersa Ecclesia petiuisse, vt patris sui, qui nullius turpis flagitij reus è vita exce-  
 serat, absque prole mascula; ratio haberetur. ne ipsius memoria in sua tribu, & populo  
 Dei profus intercederet. Hoc enim fieri posse, si id ius hereditatis adipiscendæ, quod  
 patri ante excessum fuerat, ex Dei promisso quæsitum (vt forensiū verbis vtar) in ipsas  
 transferatur. Mosen verò eam causam, vt dubiam, ad Dei oraculum retulisse. ex eoq;  
 responsum esse secundum puellas. atque ea occasione institutam quoque esse legē per-  
 petuam, vt quoties è vita exiret vir quispiam, absq; suo herede masculino, eius filia essent  
 heredes; aliisque agnatis omnibus præferrentur. Sed eo casu feminæ; quibus sic obue-  
 nisset paterna hereditas (Græci eas ἀγρονομῶσαι vocant) non nisi suis tribulibus nube-  
 rent. Nimirum ne ad tribum alienam fundi dotales transferrètur: & diuina sorte dis-  
 cretæ possessiones confunderentur. Ceteroqui quæ suis dotibus contentæ, nullam pa-  
 ternæ hereditatis partem capiebant, eis ex quauis tribu sponso nubere licebat. Ego ve-  
 rò ista idèd nunc persequor prolixius: quia Latinus non satis explicatè videtur illā san-  
 ctionem esse interpretatus. Si enim nulli puellæ, nisi suo tribuli, nubere fas fuisset, sa-  
 cra lege, cur ceteræ tribus, in Iudicium historia, solum iurandum, quo constructi te-  
 nebantur, opposuissent, causam quidem magnam, ob quam non possent suas filias nu-  
 ptum dare Beniaminitis: at non solam, vt ipsi videntur sentire? Sed vt ad propositum  
 reuertamur: eius cælestis responsum iam admonent filia Salphaad duodecim viros. Neq;  
 enim adhuc Moses hereditatem ipsis assignauerat: quod Liranus inconsideratè opina-  
 tur, sed sua auctoritate interposita interpretatus oraculum Dei fuerat; debere eas olim  
 cum suis patris confortes autitæ hereditatis esse. Quare id laudi cum primis verti istis  
 puellis debet: quod tanta fiducia Dei promissionem, de obtinenda olim Chananæa,  
 fuerint amplexatæ, prius quàm transmissus esset Iordanis; nedum hostes debellati; vt  
 similiter atque de vacuæ hereditatis cretione essent sollicitæ. Illi ergò cælesti responso;  
 (hoc enim illud est, secundum os Domini;) facillè nunc patet Senatus duodecim virum;  
 cui hæret verbum, dedit, nisi ipsum absque persona, passiuè, vt Grammatici loquuntur,  
 interpreteris: data est illis hereditas inter patruos ipsarum.

Ceciderunt itaq; funiculi Manassis decem, &c.

Funiculus.

Manassensis  
omni-  
um funiculus  
a septem esse di-  
scitur.

Funiculum, per transnominacionem, pro terreni dimensis portionibus, sæpè vsurpāt  
 sacræ literæ: quia funibus agri diuidebantur, metabanturque. Sed enim, quando sex  
 dumtaxat sunt enumeratæ Manassis stirpes, & vna feminarum: (nam eorum qui cis  
 Iordanem manserunt nulla hinc habetur ratio), mirum videatur, cur decem portiones sint  
 septem assignatæ profapiis. Et vt putemus singulis puellis partes singulas esse attributas;  
 iam non decem, sed vndecim faciendæ partes fuerint. Hunc nodum vt dissoluant Do-  
 ctiores Hebræi, Deus bone quas nugas comminiscuntur, in eo libro, quem Portam vlti-  
 mam vocant. Eorum, inquit, virorum modò in partitione terræ habenda fuit ratio,  
 qui Ægypto vitii exiuerant, quamuis essent per iter vita functi. Iam verò sex illis mascu-  
 lis familiis obuenerunt portiones sex. Quinque verò filia patris sui nomine quidem  
 vnam nactæ sunt: sed insuper duas, nomine Hephertis aui paterni; qui inter fratres suos  
 natu maximus cum esset, iter fuerat ingressus ex Ægypto. Denique quartam etiam  
 portionem

portionem sunt adeptæ nomine patris sui: qui in deserto absque liberis obierat. Sed  
 quis vera esse ista omnia credat Doctorib; Hebræi, nisi fortassis stultus Iudæus quispiam?  
 Et cur patris heredes non fuere fratres: sed ommissis anilibus nugis, existimemus, Abie-  
 zeritas, Heleclitas, Ezrielitas, Sechemitas, denique Semidaitas, portiones singulas acce-  
 pisse. Hephertitas verò nullos fuisse, præter istas quinque filias Salphaadis, qui fuerat  
 vnicus Hephertis filius. Iam verò, etsi istæ filia simul omnes non plus terreni acceperunt,  
 quàm ipsarum patris singuli: tamen quia hæc ipsarum vnica portio in quinque diui-  
 denda partes est; cum singulæ viris singulis sint nupturæ, & suam quæque portionem, in  
 aliam familiam translaturæ; censetur quinque esse funiculi. Sed R. Isaias opinatur, funi-  
 culos appellari, decem hipparchias, quæ in Manassensium hereditate fuerint. quo vo-  
 cabulo suspicor ipsum præfecturas diuersorū locorum voluisse significare. Verum par-  
 ticula causalis, vt sic dicam; quæ verò sexto posita est, vix fert hanc sententiam. Et  
 verò cur præfecturæ Manassensium, quàm aliarum tribuum magis enumerentur?

Erat autem terminus Manassis ab Afer versus Machmethath, &c.

Ineptum, atque ex ignoracione linguæ Hebraicæ natum omnino est, quod Zieglerus  
 vnus loci vocabulum facit, Afer-Machmethath. In quem ego errorè delatum illud  
 esse suspicor ex Santis Pagnini tralacione; cum non intelligeret, illud Hamachmethath;  
 esse accusandi casu dictum. Zieglerum autem, tamquam saltantem ouem, imitati sunt  
 plerique alij, quamuis nihil esset offensionis. Equidem non ignoro, LXXI interpretes  
 dixisse, ἀπὸ ἀσθηρὸς μαχθῶθ, hoc est, ab ea Afer quæ ad Machthoth spectat. Sed sanè ma-  
 gna sunt interspiratione disiuncta illa duo nomina; cum prius appositum habeat acce-  
 tum, quem vocant אפר Zakeph. Igitur David Kimhi existimat, illud אפר, Afer signifi-  
 care Aferem, hoc est, Aferitarum hereditatem. Ea enim à Septentrione contigua erat  
 Manassensibus apud Beth-san, vt mox videbimus. & sanè paulo post, sic accipiendum  
 erit hoc verbum. Verum quando ab Eusebio proditum est libello de locis Hebræi. Afer  
 fuisse urbem, positam ad lapidem decimum quintum à Sichem, via regia, qua ibatur  
 Scythopolim, siue Beth-san; ab hac ego vrbe inchoari istam descriptionem credibilis  
 putarim, atque ab ea funiculum mensurum trahi ad illā Machmethath; quàm in des-  
 gnacione finium Ephraimitarum vidimus. Nam australes hinc limites Manassis, quibus  
 erat fratri suo affinis, præcipuè describi, certum est. Itaque ea descriptio, quæ est ab A-  
 fer ad Machmethath, ostendit ferè limites oppositos Orienti, à Septentrione ad Au-  
 strum versus, pergendo via publica, quæ à Beth-san ducit Sichem. Machmethath enim  
 posita erat è regione Sichem. vt est sacris verbis testatum. Iam verò cum dicitur,  
 procedebat terminus ad dextram, ad habitatores fontis Tapphua, &c. planè à Tapphua, per tor-  
 rentem cannosum, descenditur in mare, vt in designandis finibus Ephraimiticis factum  
 est. Nam iidem fines fuerunt Ephraimitis aquilonares, qui Manassensibus australes. Sed  
 enim quis hinc non videat, Tapphuam non esse apud Iordanem quærendam, & proinde  
 neque torrentem Caricosum Carith esse posse? quando propè à Beth-san pergentibus  
 Sichem & Machmethath, diuertendum ad dextram est, hoc est, ad Occidentem, vt  
 Tapphuam veniatur. Et quis tam absurdus, atque alienus est ab istarum regionum co-  
 gnitione, vt credere possit; Manassensium fines ad mare mortuum pertinuisse?

Terra Tapphua erat Manassis. verum ipsa Tapphua, &c.

Ager Tapphuanus, inquit, cum suis municipiis videlicet, & pagis, fuit in ditione Ma-  
 nassensium. at ipsa vrbs Tapphua; quamuis sita esset intra fines Manass, tamen erat in  
 hereditate Ephraimitarum; cuius rei causam supra diximus. Nam funiculus, inquit,  
 qui discernebat fratrum istorum possessiones, ambebat ille quidem torrentem can-  
 nosum à Meridie: atque eum attribuebat Manassensibus; verum tamen vrbes quæ illi  
 torrenti ab Austro adiacebant, etsi essent re ipsa intra Manassensium portæ terminos,  
 nihilo minus iure fuerunt Ephraimitarum. quæ verò à Septentrione torrentis exsta-  
 bant, eas obtinebant Manassenses. Atque hæc; meo certè iudicio; vera est istorum  
 verborum sententia. Nam quod Latinus conuertit, In Meridie torrentis ciuita-  
 tum Ephraim; id non est nunc ita scriptum in Hebræo. Verbo enim, אפר, appositum est  
 accentus Rebia: qui illud longiore interspiratione distinguit à sequente vocabulo ciui-  
 tatum, אפרים, quàm vt ei sic herere possit, sicut visum est Latino. Sed LXXI, interpretes  
 admirabiliter halucinati videntur. Nam אפרים expresserunt, אפר: pro אפר verò, אפרים,  
 siue אפר, dixerunt enim lair, & terebinthus.

Atque in Afer incidunt à Septentrione in Issachar verò, &c.

10

Verbum incidunt numero plurium positum spectat, opinor, vniuersè ipsos Iosephum...

Vvolfangus Vvifenburgius.

Infra ca. 19. v. 26. Infra ca. 19. v. 34.

Habebatq; Manasses in Issachar, & in Afer, &c.

11

Et hic quoque πρόληψις est. Tum enim demum ista constituta sunt, cum aliis tribubus...

Beth-san.

Nysa, & Scythopolis.

Vallis illustis.

Campus Ezdrelon.

Ieblaam.

Magedo.

Subimbre.

Thaanach.

En-dor.

Napheth.

Symmachus.

1 Reg. 31. Plin. lib. 5. ca. 18.

Bell. Iudae. lib. 3. ca. 16.

4 Reg. 9. v. 27.

Judic. 5. v. 29.

3 Reg. 14.

1 Paral. 7.

1 Reg. 18.

Psal. 83. v. 10.

Sup. ca. 11. initio.

Ceterum

Ceterum non valebant Manassenses exterminare, &c.

Judic. 1. v. 27.

Judic. 2. v. 20.

22

23

24

Nomen vibium, per hypallagen, pro ipsis ciuibus, dictum est. De Manassensium ignavia impietate eadem memorantur in Iudicum libro...

Veteris Ecclesie status.

Præsentis Ecclesie conditio.

Comparatio huius Ecclesie cum præfata.

Principum reformationes Ecclesie, vt vocant.

Remediū maiorū Ecclesie.

Habacuc 3. v. 1.

Daniel. 9. v. 4. & dincept.

22

23



clementiæ, respice sponsam tuam, quam sanguine filij tui tibi comparasti: propter nomen tuum sanctum, quod in ea sola ritè inuocatur celebraturque. Si, inquam, illi, penes quos Ecclesiæ gubernacula sunt, & vna cum ipsis populus reliquus, veram pietatem ad Deum toto animo adhibere instituerent: nihil dubito, quin hoc præsentissimum foret omnium malorum nostrorum remedium. Alioquin verendum est, ne tandem ille nostrorum etiam flagitiorum pertæsus; similiter atque olim Israelitas, Orientis, aut Aquilonis immani imperio nos subiiciat. Sed iam nescio quò me tristem abduxit istarum rerum cogitatio. Quare ad propositum reuertamur.

*Locuti sunt autem Iosephitæ ad Iosuum dicentes, &c.*

R. Moses Gerundenus.

Existimat Nehmannus, Manassenses, simul atque hereditatem suam nacti per fortitionem fuissent; conatos esse eliminare profus Chananæos. Sed cum id frustra tentassent; tum comitatos fratribus suis Ephraimitis questum adiisse Iosuum de sortis suæ angustia. Atqui absurdum profecto est, vllòs omnino Israelitas, viuo etiam tum Iosua, atque imperante, sordidi tributi pactione, Chananæos apud se tolerasse, vt antè dixi. Quare censendum est, illa, quæ superiore versu dicta sunt, ad ea spectare tempora; quæ post Iosua mortem, vsque ad Dauidis imperium, sunt infecuta: quibus disciplina in populo Dei miris modis collapsa, omnis domi militiæque infelicitatis, & miseriarum causa Israelitico populo fuit. Neque verò etiam istas querelas adhibuisse eos ad Imperatorè, antè, quam reliqua Chananæa per metatores in septem partes diuisa, eaque re ipsorum hereditas certis limitibus à Septemtrione definita esset, mihi fit verisimile. Neq. enim antè scire potuerunt, quàm angusta, aut lata esset sua ditio futura. Verùm credibile est, cum iam rescissent, quibus finibus essent circumscripti ab illis mentoribus à Septemtrione; & antè perlustratis proximis quibusque locis animaduertissent, quales in eis hostes reliqui essent; tum demum ista questos esse; & alteram insuper sortem ambiuisse,

An tolli Manassenses sint questi Iosua.

prius quàm septem illas partes nuper factas reliquæ septem tribus fortirètur. Sed enim illud etiam video controuersum inter explanatores esse, soli ne Manassenses questi sint, an simul cum his Ephraimitæ. Et plerique quidem Iudæi autumant, Manassensium res, non etiam Ephraimitarum, habuisse querelam; cum illi magno numero aucti essent post relictam Ægyptum; hi verò etiam imminuti. Credunt enim Iudæorum magistris Doctorib. Hebr. eius modò summæ, in terra distributione, habitam esse rationem; quæ virorum in quaque tribu erat, quando Ægypto excedebatur. Proximo enim ab exitu anno numerata fuerant Ephraimitarum quadraginta millia, & quingenti. Manassensium verò, triginta duo millia & ducenti. At in campis Moabiticis, cum paulo post in Chananæam esset transeundum, facta recensio, reperta sunt, illorum quidem triginta duo millia dumtaxat, & quingenti: horum verò, quinquaginta duo millia & septingenti. Atqui non solos Manassenses questos esse, debebant Iudæi Imperatoris responso intelligere; quo ille vtramque simul tribum alloquitur. Quod si verò contenderent isti; querendi auctores fuisse Manassenses: sed non nisi fratribus suis Ephraimitis comitatos adiisse Imperatorem, dicerent: non admodum repugnarem.

R. Moses Gerundenus.

Hoc enim etiam Nehmannus sensit. Et apparet, nullius tribus hereditatem maioribus fuisse difficultatibus impeditam: quàm Manassensium. Nulla enim plures memoratur vrbes in Chananæorum potestate reliquisse. Tum illud quoque: *prout adhuc mihi benedixit Dominus*, ad Manassenses, non ad Ephraimitas spectare videtur. vt iam ostendi. Quamquam alioqui certissimam etiam fecunditatis spem habuere Ephraimitæ ex aui sui oraculo, aut cælesti testamento veriùs. Sed vt hoc est, ego existimo, cum ista quererentur Iosephitæ, nondum diuisam fuisse inter ipsos hereditatem; quam, vt dixi, simul vnus sortis tractu acceperant. atque ideò pariter eos causam istam orasse; cum adhuc pari essent casu. Iam verò cur quererentur vnica sibi sortem esse datam, expeditissimam rationem vides. Illud enim vniuersum terrenum, quod deinde ipsi inter se partiuntur, vnica sorte simul ambobus obtigit. vt est à nobis satis explanatum supra. Re ipsa tamen tam erat amplum; vt vtrisque satis esset. Neque enim credibile est, aduersus Iacobi decretum, quo duas ille tribus diuersas, Manassensium alteram, alteram Ephraimitarum fecerat, quidquid esse constitutum à duodecim viris. Si quis tamè existimare malit; sortem vnã illos dicere, tam angustam hereditatem, vt ea non duabus, sed vni tribui debeat assignari; non contendam contrà. Sed R. Leui F. Gersonis sic hunc locum explanat, vt dicat; Iosephitas esse questos, suam hereditatem iis vndiquaque finibus determinatam esse; quos olim nulla ratione proferre possint, sine fratrum suorum iniuria.

R. Leui Gersonis.

Meritò

Meritò enim id eis graue videri, cum indies numero hominum augetant. Plerasque enim alias tribus ita locatas fuisse, vt sua pomceria ampliare; vicinis Barbaris subiugatis, possent. Neque iis limitibus; quos ipsarum fors designasset, inclusa penitus viderentur. Atqui si id de vllis omnino, certè de paucis tribubus verum est. Quapropter probare istam Gersonis opinionem, ego certè, non possum.

*Iosua verò dicebat ad ipsos; Si populus multus es, &c.*

Quintiliani. 9. cap. 2.

PER consensionem, quod schema ironiæ species est; neque sine aduersariorum vitio accidit, inquit Fabius, refellit Imperator Iosephitarum petitionem. Nam quod illi pro sua ipsorum causa dixerant, id pro se arripit. Bene est; inquit, quod multus estis populus. Si enim virorum numero, ergo & viribus abundatis: quibus efficere potestis, ne habitetis anguste, solo monte Ephraim concludi; si profecti, siluosa illa loca, quæ adhuc Pherezæi, & Rephaimi obtinent, eradicata materie, pulsisque Barbaris, ad habitationes vobis, agrosque excolueritis. Pherezæi hominum genus erat agreste, procul ab vribus degens. Nam & פְּרִזִּים, loca non cincta muris vocantur: vt censent Iudæi. Ego verò existimo, פְּרִזִּים Pherezæos potius grassatores fuisse, & homines, qui ex rapto viuebant: eosque à viribus, aut violentia sic esse vocatos. Animaduerti enim verbum פְּרִזִּים, reddi solere Græcè ἐπιρροῖες. Ραφαίμος verò ex Gigantum genere fuisse, qui in antris, & cauernis terra habitarent, diximus supra. R. David Kimhi hunc versum explanat in hanc sententiam. Subet, inquit, Imperator Manassenses conscendere in montem fratrum suorum Ephraimitarum: siluasque illic excindere, & vrbes prædiisque sibi comparare. aut si longius ab se montem illum abesse putent (sic enim ille accipit verbum פְּרִזִּים, vt idem sit quod פְּרִזִּים) tum eiiciant Pherezæos & Ραφαίμος: ac horum occupent loca. Itaque vnum ille absoluit verborum ambitum in illo Aduerbio פְּרִזִּים. Et quod sequitur, *In terram Pherezæi & Raphaim*, putat præcisè dictum esse: suggerique debet, verbum, ascende. aut, inuade. Neq. ab hac sententia sunt dissentanea, quæ à R. Leui F. Gersonis dicuntur. Verùm mihi aliena profus ista videntur à sacrorum verborum constructione: quare non faciam, vt prosequar illam opinionem longius. Ceterum mons Ephraim, מֶנְסֵי עֵפְרַיִם, hoc nomine dicitur. Quippe vitur sacri commentarij scriptor ea appellacione, quæ sua memoria erat vsurpata. Nam, vt dixi nuper; nec dum fuisse Ephraimitarum magis, quàm Manassensium, quo tempore ista agebantur, credibile est. Aiunt autem homines peregrini, etiam hodie illum vocari, Gebal Ephræm, hoc est, Montem Ephraim.

Supra cap. 11. v. 2. & sup. 22. v. 4.

Confessio, & gura.

פְּרִזִּים פְּרִזִּים פְּרִזִּים

רפאים רפאים רפאים

R. Leui Gersonis.

מֶנְסֵי עֵפְרַיִם Mons Ephraim.

Gebal Ephræm.

*Rursus Iosephitæ dicebant: Non obtinebitur à nobis mons, &c.*

10

IN duas diuersas sententias comode interpretari posse hunc versiculum, ego certè, existimo. earum altera est, Tu nos iubes loca siluosa excolere. atqui ea si montosa sunt, non poterimus expugnare. facilius enim montes ab hostibus defenduntur. Sin plana; ne ea quidem eripere nostris aduersariis quibimus. quippe qui ista falcatis obtinent curribus armati. Altera est, quam R. Isaias probat, vt copula causam significet. Hortaris nos, vt in terram à Pherezæis Raphaimisque habitatam; hoc est, in montem quemdam incultum, qui in nostris finibus existat, conscendamus: eumque repurgemus. Sed non est in nostris viribus positum, vt eum obtinere queamus. Nam fortissimi Chananæi aditus omnes ad eum montem tuentur falciferis quadrigis. Si posteriorem sensum probamus; videbuntur de monte Gelboe ista dici: quem ab Oriente Beth-sanitæ, ab Occidente Iezteclitæ defendebant. Sed plerique Iudæi cum Chaldæo, verbum מְרִצָּה, interpretantur, satis erit; vt etiam LXX hoc loco; existimantque de eodem illo monte Ephraim agi. ac si respondeant Iosephitæ: nequaquam satis loci esse vtrique tribui in monte Ephraim. Frustra autem se remitti ad Pherezæos, & Ραφαίμος, armatiore ferreis curribus, quàm vt de sua statione pelli possint. Mihi superiorum sententiarum alterutra probatur magis. Nam obseruasse videor, & comperisse, verbum מְרִצָּה, dum patendi formula vsurpatur, aut, vt loquuntur Grammatici, dum absolute plerumque significare, in promptu esse, aut esse in rerum natura: & omnino μερμηραδ. Cum autem actionem significat, tum esse id, quod, exhibere, representare, &c. Sed fruatur suo quique iudicio. Currus ferreos, ego falcatos currus esse cenfeo: quos Xenophon, alii que σπαρανοβέα ἄρματα appellant & σπαρανοβέα τέματα: hoc est, vt Liuius dixit, falcatos quadrigas: aut vt Lucretius, falciferos currus.

R. Isaias.

מְרִצָּה

Currus ferreus.

Isernen

Iterum Iosua ad Iosephitas aiebat: ad Ephraim & Manassem, &c.

R. David Kimhi.

Refellunt ista aperte eorum sententiam, qui solos Manassenses esse questos dicebant. Nam friuolum est, quod Kimhi cōminiscitur: Imperatorem ad Ephraimitas etiā verba facere, vt fratres suos non solum patiatur apud se de habitationibus sibi accommodare: sed in eo etiam adiuuent, atq. inuident. Ceterum prorsus id respondet Imperator quod antè, sed planius explicatusque. Cum, inquit, populus multus sitis, magnisque polleatis viribus, nisi estis ignauissimi, facile montē obtinebitis. Et quamuis siluis obsitis sit, eum repurgabit. Neq. verò montem solum, sed etiam alia, quæ ei adiacent loca expugnabit. Nam tantis copiis instructi, ipsos etiam Chananeos, quamuis ferreis curribus armatos, facile superabitis. Si de vno quopiam monte loqui Iosua, ipso videlicet Gelboe, statumus, cum R. Isaiā, exitus ipsius fuerint vtrimque vrbes Beth-san, & Iezreel, cum suis ipsarum municipiis. & si qua sunt præterea ad eum montem oppida. Mihi tamen sit verissimilius, montis verbo significari quauis loca montosa, qualia plurimā fuisse in Iosephitarum hereditate certissima res est. Exitus autem esse, valles & campos in quos è montibus descenditur. Kimhi rursus in suam sententiam verba ista extorquet, quasi Imperator hortetur Manassenses, vt postquam montem Ephraim habitabilem effecerint, tum vicinos Chananeos expulsum pergant; ceteroqui graues vicinos futuros. Particulam וי ego interpretatus sum, *quamuis*. Est enim sæpe aduersatiua Coniunctio. Sed R. R. Solomon & Nehmannus causam significare censent, cur loca ista tribui Manassensi, non autem aliis, assignari debeant; nimirum quia difficilia sunt. Manassenses autem magnis viribus, & militum numero pollent. Sed hic mihi non videtur Imperator Manassenses cum aliis tribubus contendere. Porro Doctores Hebr. (vt fabellā plus quam anilem audias) octauo capite Babæ batræ, hoc est, portæ vltimæ, scriptum reliquerunt, Iosephitas in siluam mitti ab Imperatore, vt inuidi oculi fascino euitent, cum sint tanta fecunditate amplificati à Deo. Sed, omissis nugis: parum videtur consentaneum esse pietati Imperatoris, quòd Iosephitis spem victoriæ ex magnis ipsorum copiis facit: non autem defigere fiduciam omnem in Dei benignitate, & opē iubet. Verum ille eos suis ipsorum verbis redarguere voluit: & simul ostendere, ad mota, quod dicitur, manu fortunam, hoc est, Dei benignitatem, inuocari debere. Turpissimæ enim ignauitæ erat; cum nihil dum aduersus hostes experti fuissent de sorte sua, quam Deus dederat, queri, tamquam nimis angusta: de quæ Dei auxilio tam focorditer diffidere. Quapropter meminimus etiam nos, numquā de corporis, animiue bonis, quæ à Deo nobis donata sunt, quasi parum largis, molestè queri. Nam si nobis non desimus ipsi, neque acceptis donis parum rectè vtamur; semper abundè satis fuerit, quod sapientissimus ille rerum omnium promus condus, idemque benignissimus parens Deus cuique contulit ad vitam tolerandam, & rectè instituendam etiam.

R. Isaiā, Bethsan & Iezreel.

וי quamuis. R. Solomon & Nehmannus.

Occupatio.

Fortuna ad-mora manu est inuocanda.

Admonitio. Satis cuique datum à Deo esse si sibi ipse non desit.

ANDREÆ MASII COMMENTARIORVM

IN IOSVAM CAPVT XVIII.

Porro conuocati sunt omnis cætus Israelitarum ad Silo, &c.

Temporis ratio.

Ad versiculum VII capitis XIV diximus, annos circiter VII elapsos fuisse à Mosis excessu, ad cceptā vsq. distributionem. Quantum porro inde ad hanc migrationem temporis fuerit interuallum, vix posse certò definiri existimo. Fuisse tamen longiusculum, argumento est Imperatoris iurgatio: qua reliquarum tribuum cessationem grauitèr incusat: quasi iam diu post inchoatam distributionem nihil penū habeant de suis hereditatibus. R. David Kimhi, nihil dubitans, dicit; præteritis iam annos XIV à transmissio Iordane. Septem enim belligerando, & totidem distribuendo esse consumtos. Quasi verò non etiam nunc maxima faciendæ distributionis pars superfit. Sed ille secutus est suorū gentiliū *χρηνολογίαι*, quæ *קרר יום* illi nominant. In ea enim hæc ferè ad verbum scripta extant. Calebus dicebat ad Iosua: Quadraginta annos natus eram, cum me mitteret Moses speculatum terram. Nunc verò, en sum hodie annorum octoginta quinque, &c. sunt igitur anni septem bellando consumti. Sed vnde conficitur, septem insuper exactos esse distribuendo; prius quam inciperent aut decimas, aut remissiones, aut denique iubilos numerare? Nimirum octingentis quinquaginta annis egit populus in terra promissa; ex quo in eam venerant, vsque dum rursus reliquere. Quod tempus septemdecim solidos iubilos complectitur. Et ab Ezechiele dictum est: Anno vicesimo quinto exilij nostri in ipso anni initio die mensis decimo: anno decimo

R. David Kimhi.

קרר יום Seder olam.

Tradit.

ככה בתרה פירק ח

Ezechiel.

decimo quarto post excisam vrberem, &c. Ista autem Ezechieli acciderunt in Iubilæi principio. Atqui si illud tempus continet XVII. solidos iubilos, qui sit, vt supersint anni quatuordecim? Nimirum id ostendit, annos quatuordecim Israelitas egisse in Galgalis, septem belligerando, septem distribuendo. post verò inde ad Siluntem cum arca transiisse: atque tum primum decimas, remissiones, & iubilos computare cepisse. Et post pauca: Iosua celebravit cum Israelitis primam remissionem: at secundam non potuit ab soluere, cum ante è viuis excessisset. Hæc ibi Iudæi, quorū ego calculos errorū nō subducā. Neq. enim id operæ precium, neq. mihi necessariū est. Hoc modò dicā, non satis me intelligere, cur in Galgalis absolutā esse distributionē scribant: nisi fortassis statuunt è Galgalis missos esse metatores, neq. antè ad Siluntem discessum esse, quā ducendæ modò fortes essent. Ea autem fortitio cum aut vnus aut paucissimorū dierū spacio sit cōfecta, tam exigui temporis rationem nullam esse habendā. Sed qualiscumq. tandem Iudæorū de ista re sententia sit, illud efficitur, quod dicebam, longo tempore cessatum esse ab inchoata diuisione. nempe, propè annis septem, prius quā pergerent fortiri in Silunte. Nimirum diutino bello fessus populus, cum collocatis vtrimq. Iudæis & Iosephitis, quasi præsidii, sibi tutus videretur, otio se dedit: & communem illam in castris statuis vitam potiorem duxit, quā vt peculiarium possessionum gratia nouas rursus molestias subire luberet. Facile enim existimabat, reliquos passim hostes, etsi bellum non esse facturi viderentur, tamen de suis sedibus, nisi per vim, depulsam non iri, & eliminatum. Et hanc insuper focordiam, atque ignauiam mirifice fovebant, vt est credibile, mille commoditates, quas sibi in tam diutina statione omnes cōparauerant. Hanc igitur segnitie atq. desidiam vt castigaret Imperator, prudenter aliò mouenda esse castra putauit, aut dissipanda potius, & quemq. ad suas possessiones extrudendū. Nam an mota arca, etiā castra è Galgalis mota sint, dubitari potest: Sed existimandū est, illum, vel diuino oraculo, vel Eleazaris, tamquā interpretis Dei, consiliis, monitisq. hæc fecisse; cum vellet Deus, & Iosephitas, & Iudæos, quās tribus præ reliquis amplificauerat, vt diximus, nascendi prerogatiuo; quod Rubenitis erat ademtū, sua tantquam presentia dixerit alteros post alteros cohonestare, & ampliore honore decorare. Silo enim erat in Iosephitarum hereditate. Itaq. apud eos primum collocari suū sacrauiū volebat, cum penes ipsos tunc esset etiā principatus. fuit enim Iosua Iosephita. Mansit autē apud eos, vt in illa Iudæorum chronologia scriptum est, annis trecentis sexaginta nouem: vt mihi videtur, paullo paucioribus. Verum huius rei exactior cōsideratio disputatioq. nō est istius loci. Cur porro Siluntē tandē desereret, magnæ causæ sacris literis proditæ sunt. Sed cum ab Iosephitis veluti discessisset Deus, peregrinatus aliquamdiu, tandem ad Iudæos commigravit, cum iam ipsi rerum potirentur, regnante Dauide. Sed ista hæcenus. Illud obseruandum est, cum è Galgalis Siluntem traducitur opertum Dei, propius ad Ierusalem ipsum admoueri: in quo loco tandem aliquādo est mansurum, vt intelligamus, quā bello ordine gerantur omnia, quæ Dei consilio sunt, neq. humanis rationibus perturbantur. Silo enim circiter trium duntaxat horarū itinere aberat ab Ierusalem, in eo posita monte, quem posteri vocarunt montem Samuelis. Sed dicam sacris verbis vbi Silo fuerit. sic enim de eius situ scriptum est in Iudic. libro: En festum Domini celebratur in Silunte anniuersarium: quæ sita est à Septentrione Beth-el, ad ortum Solis versus: ad semitam qua ascenditur è Beth-el Sichem: & ab Austro Lebonæ. Sita igitur erat Silo ad ventum Thrafciam, si spectes ex Ierusalem. Credibile est autem, inter omnia loca, quæ prope Ierusalem posita fuere, longè amoenissimum fuisse Siluntis montem, atque etiam tutissimum. nam nullus vicinorum montium exstabat excelsior. vnde & Iosephus scripsit, è Galgalis ad Siluntem amoenitatis gratia translata esse arcam: vt inibi adseruaretur, vsq. dum exadificatum per otium esset templum. Quibus ille verbis, etsi parū scienter Dei consilium interpretatur, tamen luculentum de loci amoenitate testimonium dicit. Ceterum verbum *קרר*, id est, quod *ἐκκλησιαζέω* Græci dicunt: Latini conuocare in concionem. Non igitur temerè, aut à seditioso quopiam & turbulento homine motos esse Israelitas, vt Siluntem confluerent, intelligimus: verum Imperatoris iussu illuc esse conuocatos. Sed an castra simul mota sint: an verò in Galgalis manserint; de eo disputari possit. Certè videor animaduertisse, Galgala nonnumquam, pro Silunte dici, in sacra historia: quasi in Galgalis etiam tum fuerint Israelitæ, quando sacrum delubrum habebatur in Siluntis monte. sed obscurior ista res est, quā vt à me diiudicari possit. Sequitur in sacro contextu: *Et collocauerunt ibi tabernaculum solenne*. Si non sola arca; sed castra ipsa promotā sunt Siluntem, vt existimant Iudæorum magistri: laudanda profectò est

Cur populus cessare fortis.

Cur ex Galgalis traducta aliò arca sit.

Cur ad Siluntem.

Quamdiu arca in Silunte manserit.

Quæ Dei consilio sunt, ordine sunt.

Silo. Mons Samuelis.

קרר

Galgala aliquādo pro Silunte dicitur.

Cum diuina  
precedunt, hu-  
mana recte se-  
quuntur.

Tabernaculu  
an in Galgalis,  
aut Silunte in-  
structu fuerit.

R. Solomon,

R. Leui F. Gers.

populi religio: cui ante omnia curæ est Dei sacrarium; & cultus diuinus. Tunc enim de-  
mum feliciter succedunt res humanæ, quando diuinæ præcesserunt. Et frustra atq; per-  
uersè nostra nos commoda quærimus, ante procuratas res sacras: vt cecinit Aggeus. Sed  
de tabernaculo solenni, quod apud montem Sinæum Beseleel, & Ooliab, diuina am-  
bo arte instituti, aut imbuti veriùs, construxere: in cuius adyto custodiebatur arca fœ-  
deris; eam habent opinionem Doct. Hebr. quidam vt autument, id adhuc post transmis-  
sum Jordanem in Galgalis non fuisse compositum instructumq; pro arca inferenda: sed  
iam in Silunte primùm. Nimirum quia nunc demum eius mentio est. Atqui cum  
per desertum iter cotidie facerent Israelitæ, inferebant in suum tabernaculum arcam,  
quoties interquiescebant. cur ergo non etiam in Galgalis, qui locus fuit electus; vt sacra  
narratio loquitur, cum ibi celebratum sit pascha? Sed addit, inquit, Deus: Et requiè  
dederit vobis ab omnibus hostibus vestris vndiquaque. Fateor: sed id ad perpetuum lo-  
cum spectat. Interim alia atque alia, ante exadificatum templum, loca, per Chananaâ  
electa fuisse, testata res est: alioqui ne in Silunte quidem collocari tabernaculum so-  
lenne potuisset. Neque verò nunc demum audimus, terram quiescere à bello. Sed ante  
inchoatam apud Galgala fortitionem id semel iterumque dictum est. Verùm enim uero  
Doct. Hebr. alij qui omnem ingenij aciem acerrimè in istam rem intendunt, scilicet ne  
hic quidem illud Beseleelis tabernaculum esse positum halucinantur; sed ædiculam pa-  
rietibus lapideis substructam, & velis, siue linteis tectam fuisse: in quam sacra arca sit  
illata. Sed quibus tandem hoc efficiunt argumentis? grauiissimis scilicet. Dauidis, in-  
quiunt, verba sunt. Et arca Domini habitat in linteis, Et Anna memoratur filiu suum Sa-  
muellem adduxisse ad domum Domini. Rursus alibi canit Dauid. Reliquit tabernacu-  
lum Siluntis, tentorium quod collocauerat inter homines. Domus igitur erat, & erat  
tentorium. Si domus, habebat parietes. si tentorium, velis & linteis contegebatur. Mi-  
rabile est, inquit ille, quod aruspex non rideat, cum aruspicem viderit. Sed profectò hoc  
longè mirabilius est, quod Iudæi inter se risum tenere possunt, quoties Doctrinalis sui  
venit in mentem. Est enim ille liber huiusmodi puerilibus nugis, & anilibus fabellis ple-  
nus. Ex qua re intelligi potest, quàm cæci sint, quibus sol iustitiæ Christus non lucet.  
Equidem non negauerim, post repudiatam Siluntem, frigescente iam tum in omnium  
animis religione, nudatam sæpè extra suum tabernaculum mansisse arcam. Eius enim  
rei indicia apparent non nulla in sacris narrationibus. Sed de Galgalis, & Silunte idem  
dicere, commentitium profus, & futile est. Sed hæc hæstenus. Verbum מוֹנֵךְ, quod su-  
mus interpretati, collocarunt, planè ex verbo Hebraico מוֹנֵךְ. Et, si ceteras linguas ex Hebræa  
esse notas fatendum est, planè ex verbo Hebraico מוֹנֵךְ, Græcum *μονωο* & *μονωω*, ductum  
est. Dicitur autem tabernaculum מוֹנֵךְ, vt plerique putant: quia apud ipsum coetus po-  
puli agitari solebant. Nam מוֹנֵךְ, à quo verbo ducitur מוֹנֵךְ, congregari & conuenire signi-  
ficat, præsertim pacto, & constituto tempore. Mihi credibile videretur, hoc nomine al-  
ludi ad illa Dei verba, quæ de isto suo sacrario ille faciebat in Exodo, cum multa de ip-  
sius apparatu ad Mosén locutus, tandem adderet וְיִנְעָרְתָּ לְךָ יְשׁוּבָה בְּרֵיחַ אֶתֶר, hoc est: Et ade-  
ro tibi, siue conueniam te, illic: atque loquar tecum. vel, vt eum locum interpretatur R.  
Solomon, constituam tibi tempus conueniendi, vt tecum illic loquar. aut, præstitutam  
tibi locum istum, vt ex eo verba ad te faciam. Itaq; à Dei præsentia, quam ipse illic sæpè  
declarat, dictum esse tabernaculum מוֹנֵךְ, existimo. quod ego, *solemne*, sum interpreta-  
tus; parum quidem plenè, fateor. sed non habebam verbum commodius. Apud Iob, ip-  
sum etiam sepulchrum vocatum est מוֹנֵךְ. Et apud Isaiam, cælum מוֹנֵךְ. Nimirum, quia illud, frequens domus est, & celeberrima; quam adire mortales omnes de-  
bent. Hoc verò, mons nobilissimus, atque omnium votis expetitus. Sunt quidem qui ex-  
istimant, fanum hoc vocari, מוֹנֵךְ, eadem ratione, qua lex Mosi dicitur, עֲדוּת. Quia sci-  
licet contestatur Deus Israelem, ne pacti fœderis obliuiscatur. Atqui, עֲדוּת, est à verbo  
עָדָה, ductum; מוֹנֵךְ, verò, à מוֹנֵךְ. Fatendum tamen est; apud Hebræos, verba quæ tam co-  
gnata inter se sunt, ea sæpè commutari. Quamquam, quod ad Lxx i. interpretatio-  
nem attinet, & hos imitati Latini: qui dicere solent, tabernaculum testimonij, videri  
possunt illi quidem non tam interpretari voluisse nomen מוֹנֵךְ, quàm significare illud  
tabernaculum, in quo, עֲדוּת, hoc est, ipsa lex, quæ testimonium appellata est, conserua-  
batur. Porrò illud, *Ceterum terra subacta erat corâ ipsi*, R. Leui F. Gersonis interpretatur in  
hanc sententiam, Terra, inquit, quam armis subegerat, iam propius ipsis erat ante oculos  
quàm

Agg. 1, 13.  
Exod. 26.

Nom. 10, 26.

Deut. 12, 6. &

13.

22

1. Reg. 7, 12.

1. Reg. 12, 3.

1. Sam. 7, 60.

22

22

Exod. 25, 23.

22

Iob. 10, 23.

Isa. 41, 13.

quàm cum in Galgalis castra haberent. Quod verum esse, fatendum quidem est. nam  
Galgala in Chananaæ extremitate erant. Silo verò interior. Sed ego nihil dubitans di-  
xerim; hoc planè illud esse, quod iam semel, iterumque commemoratum est: Terra au-  
tem quiescebat à bello. Id enim denuò dicendum fuit, propter metatores, qui mox in om-  
nes Chananaæ angulos emittentur: vt vbique insistentes omnia loca metantur, atque  
describant accuratissimè. Quod sanè, nisi omnes vbique hostes, tamquam diuinitus con-  
sternati, atque attoniti quiescissent, minimè illi potuissent facere. Ad hoc, quoties diuio-  
nis narratio proposita antehac est, toties illa bellorum cessatio, & quies ab hostibus est in-  
culcata. vt dubitatio nulla esse possit, quin idipsum hic rursus fiat, cum absolutum tan-  
dem distributionem itur.

*Supererant autem inter Israelitas, quæ hereditatis suæ partem & c.*

2 3

FVERE tribus omnino duodecim, quibus debebat assignari hereditas. Iam verò duæ  
& dimidia pridè collocatæ sunt cis flumè: duæ itè & dimidia nuper trans flumen. Super-  
sunt ergo septè. Porro quia Imperator inculat populi ignauiam in adeunda hereditate, nò  
in flagitanda fortitione; apparet verissimè esse illud, quod nuper dicebam; & nouorum  
periculorum metum, & præsentis habitationis commoditates auertisse animos omniù à  
propriarum possessionum cupiditate. Cum autem illis vtitur verbis, *Quam vobis donauit  
Dominus Deus patrum vestrorum*, occultè perstringit ipsorum diffidentiam. Est enim, ac si  
dicat: Ille Deus, qui vestris maioribus promisit, se istam hereditatem vobis daturum; neq;  
adhuc vlla in re sefellit; putatis ne iam vos in ipso rerum articulo frustrabitur? Sed Pro-  
nomen illud, *vos*, aut comparisonem tacitam còtinet, cum ceteris tribubus; quæ, vt mo-  
dò dicebam, hereditatem suam tum cis, tum vltra Iordanem, alacriter, antehac, creuerat:  
aut culpam auertit à Deo, atque duodecimuiris, in ipsas ignauas tribus. De verbo, מוֹנֵךְ,  
diximus alibi. Quia autem hic ea formula dicitur, quam Hithpael vocant Grammatici;  
significat istam animi mollitiam, atq; segnitiam, & retractationem ipsos sibi pepetisse: &  
ignauia causam in ipsis positam esse.

*Date ternos viros tributim, & amandabo ipsos, & c.*

4

FVTILIS est sententia R. Leui F. Gersonis, opinâtis, nunc distribuendâ esse terram,  
quâ adhuc tenet hostes: antè verò fuisse distributam omnè eam, quæ ab hostibus erat va-  
cua. Nâ profectò iniqua fuerit Imperatoris iurgatio, si istæ tribus ad hostiles terras extru-  
dantur; superiores verò in pacatis regionibus collocatæ sint. Sed nò meretur illud reffelli.  
Ceterum admiranda est hic Iosephi ἀπιστολογία, in iis rebus, quæ sunt sacris literis planissi-  
mè traditæ. Scribit enim ille, decè modò viros esse missos descriptum terram. Atqui cla-  
rius luce est, quod dicitur sacris verbis; ternos è quaq; tribu esse missos. fuere igitur, vt mi-  
nimum, viginti & vnus. minimum dico. Nam si quis còtendat, ceteras quoq; tribus, è suis  
quamq; tribulibus, ternos dedisse: quando communi adhuc, & fraterno studio res omnes  
agitur: eum putarim nò facile firmis rationibus refelli posse. Sunt autè terni, nò singuli,  
ex singulis tribubus dati; propter iudicationis difficultatè. Nâ, quod est vero simillimum,  
immò verò ex ipsis descriptionibus certu, nò spacio, sed bonitate terreni exæquari portio-  
nes debuere. Sed dices: Si partes fuere æquales, quid est, cur in Numer. præciperet Deus,  
vt maioris numeri tribui hereditas amplior, minoris angustior daretur? Pleriq; respondet,  
Ista Dei iussa nò ad primas fortitiones, quibus cuiq; tribui sua assignabatur hereditas vni-  
uersè; sed ad secundarias spectare: quibus deinde tribuni singulis familiis suas dabant par-  
tes. Alij, factas quidè fuisse metatoru arbitrari partes septè æquales, pro ratione fœcundi-  
tatis soli, fatentur. sed dicunt; simulatq; fors partè quampiam alicui tribui assignasset, tum  
propriam fuisse muneris duodecimuirum, eius portionis limites; vt ea tribus cui obue-  
nerat, vel magna vel parua erat, tū extendere, tum còtrahere. Sed hanc opinionè, vt ine-  
ptâ, quam tamen hoc loco adprobat, conatur R. Leui F. Gersonis refellere, cum scribit in  
Numeros, hoc argumèto: Fieri, inquit, ita potuisset, vt vniuersa tribus vnus hereditas au-  
gendis aliis absumeretur. Remq; exemplo adiuncto explanans; Si enim, inquit, quatuor  
istæ tribus, Issachariana, Iudaica, Danitica, Zabulonitica, còtiguas possessiones sorte fuif-  
sent adeptæ; cū toto dimidiato sextante, si tribulium numeru spectes; hoc est; plus quàm  
vna vncia, quæ portio est vnus tribus; excesserint illa trientè omnium tribuum; debuisset  
dispertiri inter eas tota illa pars, quæ pro quinta tribu fuerat determinata. Aliam igitur  
sententiam dicit Leui, existimatq; istam metatoru descriptionem, districtam modò fuisse  
in obseruandis, annotandisq; locis omnibus: vt septem designatis regionibus, quæ, quales,  
quot vrbes, pagi, villa, cuiq; regioni accommodæ viderentur, memorare ipsi possent; cum

R. Leui Gers.

An partes he-  
reditatu æqua-  
les fuerint.

R. Leui Gers.

duodecimviri, quamq. regionem, quæ pro quaque tribu extracta esset, vellent certis vrbibus, pagis, villis denique, magnis, parvis, multis, paucis, pro singularum tribu numero definire. Sed sanè infirmum est hoc, meo iudicio, argumentum. Nam, vt quarumdam tribuum fines amplificare, ita rursus aliarum diminuere oportuisset. Neque illud verendum erat, quod profert de quatuor maximis tribubus, ne in contiguas eas regionibus fors collocaret. Erat enim omnino hæc casura aptissime in rem communem populi: cum ipsam diuinum gubernaret, & moderaretur arbitrium. præterea tribus Iudaica, quæ sola ceteras multum excedebat, ea seorsim in Galgalis nacta fuerat suas possessiones, cù Iosephitis vtrisque composita; cum solæ duæ partes factæ fuissent; vt supra exposuimus. Nos autem de septem modò portionibus agimus: quamquam fatendum est, præcisam noua ista descriptione partem illam Iudæorum esse. Sed vt vt est, disputari in vtramque partem ista potest. Mihi videtur patrimoniorum inter septem istas tribus distribuendorum æqualitas magna ratione constitui posse. Nam pro præsentè numero tribulium aliam tribum alia locupletiolem facere, id sanè parum æquum videri poterat: quando res ipsa docuit, paruo annorum spacio alias maximo numero augeri, alias imminui. Sed dices, similem quoque in familiis accidere perpetuò mutationem: atque ideo neque in illis mandata Dei, quæ ex Numeris protulimus, confici potuisse. Atqui fas erat familiis inter se suas alienare possessiones: tribubus verò nefas. Sed ego rem obicuratam atque incertam in medio relinquere malo, quàm sine vlla dubitatione defendere, quod non satis exploratè perceptum, cognitumq. habeo. Illud verò non verebor dicere, satis superq. spaciosam fuisse Chananzæ, pro vniuersi populi numero: neq. opus fuisse vlla amplificatione portionum: etiam si omnes equales fuere. cù sua cuiq. tribui abundè sufficeret: modò vt sibi per ignauiam atq. impietate non deessent tribules ipsi. Nam si, pro sua pietate aduersus Deum, maximis olim copiis gens vniuersa creuisset; tum verò Deus ipse fines ampliores dedisset, in quas potuissent emittere colonias, vsq. ab Eufratem. Idenim etiam erat in sacris promissis; vt supra explicatū à nobis est multis verbis. Neq. verò est, quod mihi Simeonitas opponas: qui post Davidis imperiū vsq. eò aucti sunt popularibus, atq. opibus, vt exire finibus suis coacti sint, ad quærenda pascua suis gregibus. dicam enim, eos suis finibus non esse egressos, sed in iis progressos, non aliter atque Iosephitas facere imperator iubebat, cum querimoniam haberent de suarū possessionum angustia. Sed neq. queri iure potuerunt vllæ tribus, quòd sua, quàm aliarum hereditas à pluribus, aut potentioribus hostibus teneretur. Horum enim exterminandorum curam sibi Deus ipse sumserat: modò vt Israelitæ gratum piumq. præstarent aduersus se animum. Gerundensis igitur, vir sanè acutus, & bene peritus, non solas septem istas portiones fuisse æquales autumat: sed omnes omnino xii. Verum si quis cum illo pugnet, & Iudæorū regionem amplissimam fertilissimamq.; tum locupletissima illa regna Sehonis, & Og ipsi opponat, haud facillè, opinor, litem obtineat Gerundensis. Sed ista nunc hæcenus, cetera dicentur passim suis quæq. locis. Et sunt etiam nonnulla exposita à nobis initio capitis xiv. Sed prius quæ progrediamur, postulare hic locus videtur, vt videamus, quo præsidio, quibusue artibus tuti, aut etiã securi metatores isti pauculi, eas regiones, quarū pars maxima etiam tū ab aduersariis tenebatur, non modò peruadere, sed tamquã partitores, ad partiendū inter fratres patrimonium missi, penitus perspicere, soli naturā, vrbium, pagorum, villarum numerū obseruare, locorū spacia metiri, omnia annotare, deniq. singula cum singulis contendēdo, æquales partes septem designare, quiuerint. Scimus enim, bello moto, etiam amicorum curiosiores oculos, non hostium modò, suspicionem sustinere. Nam de illis speculatoribus, quos Moses mittebat è Cades-barne, longè diuersa ratio est: quippe qui nondum lacescitis barbaris, facillè quiduis simulare, atq. dissimulare; aut occultis itineribus diuersi, huc, illuc penetrare, ac regionis habitū, atq. incolarum mores vtrumq. cognoscere potuerint. Nihil enim vltra in mandatis habebant. Igitur existimandū est, sic volente Deo, & sua promissa confectū eunte, id temporis Chananzos omnes, non tam ex cladibus nuper acceptis, quàm occulto quodā & diuino terrore, vsq. eò fuisse attonitos, & tanto belli affectos fastidio, vt omnia suæ quieti posthabēda putauerint: hocq. esse illud, *Terra subacta erat coram ipsis.* Contrà verò, mirifica quadam, & prorsus cælesti fiducia Israelitarum animos subito fuisse imbutos. Quis enim alioqui, & imperatorem ipsum, qui tam manifesta pericula suis obicere, & tribunos, qui delegere, & delectos ipsos qui adire non dubitarunt, non prorsus insanos, ac stupidos existimet? Fuit igitur hoc Dei & consilium, & opus, quo istis reliquis tribubus nimis diuturnam cunctationem, per admirabilem illam mensuram

Partes æquales fuisse videri veniunt.

Occupatio.

Chananzæ factis spaciola erant pro Israelitis.

Occupatio. Simeonitas non esse suis finibus egressos.

Gerundensis Moyses.

Qui autem sint metatores omnia loca peragere.

Alia ratio speculatorū Moyses, alia istorū metatorum.

Sup. c. 1, v. 4.

1. Par. 4, 32.

Gen. 49, 7.

Sup. 3, v. 3.

Sup. 1, v. 14.

Exod. 1. 1. 1.

mensuram *ad mensuram*, securitatemque eximere, ipsasque ad cernendum suam hereditatem animare volebat: cum viderent, pauculos suos populares, tam impunè, in omnes diuidendæ terre angulos penetrãuisse, atque incolumes reuertisse. Adoranda est ergo admirabilis illa Dei erga suum populum benignitas, & paterna cura: dum nusquam cessat, ad amplectenda, quæ vltra ipse offert, beneficia nostros animos quibusuis modis comparare, atq. inuitare. Porro illud, *secundum hereditatem suam ipsorum*, ego certè hoc ipsum esse puto, quod mox dicitur explicatiùs, *in septem partes*. Ex quo etiam illud effici videtur, è solis septem tribubus ablegatos esse mensores. Sed R. Solomon existimat illis verbis significari, portiones illas septem minimè æquales; sed pro cuiusque tribus vel multitudine, vel paucitate determinari aut maiores, aut minores debuisse. stultè profectò, nisi ego stultus sum. Qui enim potuerunt mensores hanc, illam regionem, pro hac, illa tribu, magnam, paruaue designare: cum ex fortis casu penderet omnis euentus? Sed dicat fortassis Iudæus ille: Deum ita deinde moderatum esse sortem, vt eam metatorum *καταμετρον* ipsa comprobaret. Atqui talem actionem quis non intelligit futuram fuisse suspiciosissimam?

*Iudas manebit in suis finibus à Meridie &c.*

RATAM faciunt duodecimviri eam fortitionem, quæ in Galgalis facta fuerat: sed eatenus, vt duæ illæ, & dimidia tribus, in suis stationibus ab Austro, & Septemtrione manent: non etiam, vt portiones eæ, quæ tunc rudi quadam designatione, pro staturorum castorum tutamento determinatæ fuerant, solidæ, atq. vniuersæ eorum sint, quibus sortitò obuenerant. alioqui enim Iosephitæ ad Libanū vsq. habitassent. neq. enim certis finibus à tergo fuerant primū conclusi. Non ergo iniquè mensores, postquã loca omnia diligenter perlustrassent, obseruassent, inter se contulissent, septimam partem de Iudæorum hereditate præciderunt: cum animaduertissent, eos fines tam esse amplos, vt absque vllis regalis tribus angustis, portio vna, ceteris par, deputari inde posset. Quæ portio, non sine singulari profectò nutū diuino Simeonitis sorte obrigit. Hi enim cum tribulium numero quauis alia tribu pauciores essent, minùs angere Iudæos potuere. Simulq. ea ratione pulchrè euenit, quod olim de Simeone prædixerat Iacob: fore vt ille dispergeretur inter Israelitas. Quodam enim modo Simeonitæ inter alios habitare videntur, cum intra eos locantur fines, qui pridem pro Iudæorum possessionibus fuerant designati. Sed hæc tractanda iterum erunt capite xix. quare nunc hæcenus.

*Vos vero describetis terram in septem partes &c.*

IPSAM concionem alloquitur, nondum enim delecti metatores fuere. Addit autè, *Coram Domino Deo vestro*, quia affert ea opinio religionem, non solùm vtilem, verum necessariam populo. Si quidem numquam illi suis fortibus contenti vixissent, homines durissimæ cervicis; nisi Dei arbitrati sic cecidisse fuissent persuasissimi, vt ceciderunt. Cur autem sacra arca, Deus, interdum diceretur, expositum à nobis alibi, satis, opinor, prolixè est. Hic sanè ea appellatio est ad Imperatoris propositum accommodatissima. quippe qui, tantum non contrectari, digeri que à Deo ipso sortes, vult existimare populum. Quod porro sequitur de Leuitis, aliisque tribubus; causam continet, cur septem dumtaxat partes fieri iusserit. Sed ea res cognitionem habet facillimam. Et de Leuitarum conditione, satis multa sunt à nobis pridem dicta. vbi etiam illud explicatum est: qua ratione sacerdotium Domini sit Leuitarum hereditas. Dicitur enim sacerdotium *μετρωμῶς*, pro hostiis, decimis, aliisque rebus, quas cum populus Deo persoluere deberet: sanciuerat ille, vt Leuitarum esset protentus.

*Surgebant ergo viri, & abibant. Mandabat autem Iosua &c.*

NON solùm libenter, sed etiam alacriter & suscepisse, & executi esse difficillimum hoc, & vt existimari poterat, periculosissimum munus videntur isti metatores. quippe, quod modò dicebam, Deus animos ipsis addebat, securosque reddebat: cum ex ipsorum alacritate penderet multitudinis animorum affectio. Legimus quidem viros etiam fortissimos, quæ à Deo iussi fuere, timidè cunctanterque aggressos esse: immò verò retractauisse etiam tergiuersatos. Nota est enim de Moise, de Iona, de Anania, de aliis historia sacra. nimirum Deus fluctuari interdum etiam pios, & fidere quoque: sed numquam penitus mergi sinit. Eò enim illustrior est ipsius erga homines miserrimos clementia, quò infirmiora sunt instrumenta, per quæ res admirabiles ille patrat. Et est mortalium omnium mens, ad æstimandas ex veritate res diuinas, nimis hebes, nisi singulari earum perspicacia à Deo ipso illustretur, atque informetur. Quapropter non est mirabile, cum non ilico animum aduertunt, quanta sit Dei potentia, quàm parum ille egcat hominū,

Deus hominū animos comparat ad sua beneficia amplectendā.

R. Solomonis sententia refertur.

Quatenus approbata prior fortitio.

Quo iure metatores præciderint hereditatem Iudæ.

Simeonite cur apud Iudæos sorte collocatū.

Arca Deū dicitur.

8

Viri sancti aliquid quando tergiuersantur, cū Deus aliquid iubet ab ipsis fieri, &c. cur.

Mens hominū hebes in considerandis rebus diuinis.

vel viribus, vel dextertate ad efficiendum quidquid vult: sed in suis ipsorum rebus considerandis occupantur, & distinentur; in quibus omnia humilia, imbecillia, fragilia esse intelligunt. non est, inquam, mirum, si non profiliunt, simul atque iussi sunt: sed modestè subterfugere conantur. Verùm tamen cavendum hinc est, ne fides vacillet. esset enim ea cunctatio, quæ Deo diffideret, in nefario crimine ponenda.

Descripseruntq; ipsam per vrbes in septem partes, &c.

VRBIVM vocabulo etiam pagi, vicijq; opinor, hic subiiciuntur. Apparet autè etiam ex istis verbis, soli bonitatem, non spacium esse æstimatum. Nã in huberi regione frequentiores sunt hominum cœtus, quàm in sterili, & parum fructuosa. Atqui si vrbes spectentur, longè impar ceteris videbitur fuisse Simeonitarum hereditas, inquit. Sed ex descriptionum catalogis minimè debet urbium numerus æstimari. vt suo loco à nobis dicitur explicatiùs. Porro quàm diu in istarum rerum procuratione abfuerint metatores, et si nõ est id sacris literis cõsignatum, tamen Iosephus nihil dubitans dicit, post septimum mensem reuerfos esse. Aberant quidem Mosis speculatores dies dumtaxat quadraginta. at illis nusquã insistendum, aut multa opera consumenda erat, qui videre modò terræ conditionem, fecunda, an infœcunda, nuda, an siluosa esset, iussi fuerant: & vrbes, muris ne circumdatae, an apertæ, denique viri bellicosi, an imbelles, frequentes an rari viderentur.

Ascendebat ergo fors tribus Beniaminitarum, &c.

LYRANVS, fortem ascendere, interpretatur, ab Iordane, vt loco summissiore, porrigi sursum versus Ierusalè. Hæc enim vrbs excelsò posita loco erat, vt diximus. Sed nihil opus est *ὑψαλλᾶν*. Sors enim ascendit, dum vna extrahitur: & fines prodeunt quodam modo ex ipsa hydria vnà cum sorte; quia hæc, quinam illi sint, designat. Sed enim perangustis circumdari finibus Beniaminitarum hereditas videtur: si loci spacium cum multitudine tribulium conferas, verùm si terreni hubertatè æstimes, dices non angustè illos habitasse. Nam, vt Iosephus scribit: est autè ei fides habenda de sua loquenti patria, sicut Chanana superabat soli bonitate quæuis in orbe loca: ita ipsius partes ceteræ ab iis vincebatur fecunditate, quæ circa Ierichuntè, & Ierusalèm iacebant. Verùm enim uerò obseruanda hoc loco est diuina prouidètia, qua cucnit, vt Beniaminitæ quæ Iosephitis, quibus cū arctissima generis necessitudine coniuncti fuere: quæ Iudæis, quorù olim in tuendis maiorù suorum sacris, aduersus ceterarum tribuù defectionè, socij essent futuri, locetur proximi. Deinde & illud animaduertendù, aptissimè fortè istam cadere in Mosis prædictionè. Collocatur enim Beniamin iuxta Deum, & tamquã inter eius humeros. quia in illius finibus exædificabitur olim sacra ædes, in loco ab ipso Deo electo. Porro describuntur primùm limites aquilonares ab Oriente versus Occidentè, qui quadam tenus iidem propè sunt, cum australibus limitibus Iosephitarù. Inchoantur igitur fines isti ab Iordanis ea ferè parte, qua siccatù transierant Israhitæ: vnde ascendunt molliter inter Septemtrionè & Occidentè, ad Ierichuntem, eamq; urbè amplectuntur, & intrò recipiunt: hoc est, ambiunt à Septemtrione. Ab Ierichunte porro, dum versus mare, hoc est, Occidentè pergitur, ascendendù est in montè, in quo vrbs Bethel exsistebat, procediturq; ad desertum Beth-auen. atq; hic subsistitur: non quidè tamquã profus confidat fines aquilonares istius hereditatis, vbi ad desertum hoc peruentù est: sed ita, vt non longiùs excurratur versus Septemtrionem, verùm deinceps sensim redeatur in Meridiè. Est autè iam peruentù propè ad Beth-el, quæ illi deserto vicina erat, à quo infame nõmè posteris temporibus ipsa est mutuata. Cũ enim falsos deos recepisset coluissetq;, appellata est Beth-aue, hoc est, ædes iniquitatis, pro Beth-el, i. pro Dei domo. Sunt tamè, qui hoc loco Beth-auen oppiduli, nõ deserti nomen esse statuunt. Putant enim gignendi casu positù esse. Huicq; rei argumèto esse ait Kimhi, vocalem patah, quæ sub litera ב est, in verbo *בְּתֵל*, verùm quando illic accentus est appositus, quo fieri solet interdù, vt partæ vocales pro magnis habeantur, nõ est illud firmissimum argumentum.

Illinc porro transibat terminus ad Luzam, &c.

DEINCEPS ad Meridiem deflectimus. Relinquitur autè Luza à dextris: hoc est, in Iosephitarù hereditate. nã ambit eam funiculus à Meridie. Et hinc descenditur; hoc est, versus Austrum aliquantulù pergitur, vsq; ad Ataroth-adar, iuxta montem, qui à Meridie adiacet vrbi Beth-horon inferiori. Vt enim aquilonaris plaga altior, ita australis summissior existimatur. Cũ autè peruentù iam sit ad fines Ephraimitarù; nõ proceditur vltra versus Occidentem; rectà certè. De Luza, & Beth-el, quæ sit nostra existimatio, explicauimus ad versiculum secundum capituli xvi. Pleriq; Iudæi, & inter eos etiã R. Isaias, opinantur, vt dixi, duas esse Beth-eles. alteram enim, quæ Luza etiam vocatur, positam fuisse in

Cunctatio que viciosa.

Occupatio.

Metatores quã diu abfuerint.

Fines Beniaminis angustis non fuerunt.

Terra sancta omnium fecundissima, & in ea Ierusalem atq; Ierichuntis ager. Diuina prouidètia circa sortè Beniaminis.

Limites aquilonares Beniaminis.

Beth-el dicta Beth-auen.

R. D. Kimhi.

Luza.

De Beth-el & Luza. R. Isaias.

Ios. in Iosua cap. xxi.

Ios. ant. l. v. c. 3

Nom. 14, 34. & 13, 12.

Ios. ant. l. v. c. 3

Deut. 33, 12.

Sup. c. 16, v. 5.

in hereditate Ephraimitarum; alteram apud Beniaminitas propinquã vrbi Hai. Sed nihil esse istis commentis opus, satis, opinor, ostensum à nobis est. De Ataroth-adar, & Beth-horon egimus, in ostendendis finibus Iosephitarum.

Designatusq; terminus circumducebatur è regione maris &c.

AB Ataroth-adar describuntur fines occidenti istius hereditatis, reducto fene versus Austrum vsque ad Cariath-baal, hoc est, Cariath-Iaarim, urbem in Iudæorum finibus positam. Neque enim possessiones Beniaminitarum ad mare vsque pertinebant. Sed obseruandum est, verbum *בְּרֵחַ*, quod bis hoc versu scriptum est, priore quidè loco significare, versus Meridiè siue Austru. posteriore verò, à Meridie, siue ab Austro: Nã huius loco dicebatur superiore versiculo, *בְּרֵחַ*, cùm illius montis apud Beth-horon positus describeretur. Sed non obseruarunt ista rem aut LXXII, aut Latinus; quorù illi peruerso ordine sunt interpretati hæc verba, hic prius non satis cõmodè reddidit: posterius verò prorsus omisit. At rectè Chaldæus. Nã is pro priore dixit, *לְרֵיכָה*, hoc est, versus Austru, pro altero, *לְרֵיכָה*, id est, à parte australi. Sic enim absque Præpositione perpetuò ille loqui solet Chaldæus. De *קְרִית בְּעַל*, Cariath-baal, quæ & Cariath-Iaarim dicitur, disputauimus in hereditate Iudæica. Aberat ea ab Ierosolymis circiter quatuor horarù itinere. nõ autè mille durtaxat passibus, vt est mendosè in libello De locis Heb. scriptum, sed circiter decem millibus passibus.

Plaga verò meridionalis erat ab extremo Cariath-Iaarim &c.

HIS quinque deinceps versiculis reducitur funiculus ab Occidente versus Orientem, quo termini australes hereditatis Beniaminitarum notantur. Sunt autem iidem ostensi in describendis finibus Aquilonaribus Iudæorum, sed contrario ordine. Sicut enim prorsum ab Asphaltitide ad Cariath-Iaarim illic pergebamus, ita rursum nunc à Cariath-Iaarim regredimur ad Asphaltitidem. Atq; ideo vbi illic ascendendi verbum vsurpabamus, hic descendendi vtimur. Quod dicimus, à mari, Hebraicè est, *יָם*, nam diximus sæpiùs, literã He, non rarò, motum ab loco significare, cùm finibus vocabulorum adhæret. Interpretatur quidem R. Solomon, ad mare: existimatq; lacum quempiam inter Cariath-Iaarim, & fontem Naphthoæ fuisse. Atqui Maris vocabulum per se sic positum, non solet lacus significare. neque vlliùs hic lacus mentio fuit, cùm Iudæicos terminos designarem. Certum igitur est, id esse à mari, quod ab Occidète dicimus. Erat enim Cariath-Iaarim in vltima Beniaminitarum ora versus Occidentè. sed ita, vt intra Iudæorù fines existeret. Præmittuntur autem hic inter Cariath-Iaarim, & fontem Naphthoæ, vrbes montis He-phron, nimirù, quia illæ Iudæorum erant: neq; omnino ad Beniaminis fines pertinebant. Porro quod hic dicimus, *extrematatem, siue partem montis*, hoc est, *קֶרֶן הַר*, id in Iudæorù finibus vocabatur, *קֶרֶן הַר*, caput, aut vertex montis. Equidem arbitror eã montis partè, qua valli Hennom ab Occidente ille impendebat, significari. Sed quisnam iste mons fuerit, obscura & incerta res est. Zieglerus absq; dubitatione, statuit esse Chalcaldema, verù mihi hoc nomen æquè ignotum est, atq; mons ipse. Suspicio tamen eum, *חַקְלֵי דֵמָה*, Hakla-dema, siue, vt in Evangelio scribitur, Achal-dema, dicere voluisse. Nam hoc nomine exstabat altissimus mons ad urbè Ierusalè, ab adiacente agro, qui precio sanguinis Christi emtus est, ad sepeliendos peregrinos, sic appellatus. Sed quando cõstat, istu & montem, & agrum inter Orientem, & Austrum, si vrbe spectes, exstitisse, nos autem adhuc in occidua regione versamur. (necdum enim ad Iebuseum peruenimus à Cariath-Iaarim profecti:) ego certè putarim similius vero esse; istum montem fuisse eum, in quo Solomon, nimio mulierum amore demens senex, fanum deo Chamos struxit: & posteritas de istoc, vt est credibile, flagitio, montem offensionis appellauit. Sub hoc enim monte vallis Hennom, etiam ipsa nefariis superstitionibus contaminata, iacebat. Sed quia multi montes vnde quaque vrbi olim fuere proximi: & probabile est, immò verò certu, multis vastationibus illorum locorum faciem prorsus esse mutatam, temerarium fuerit, id planè constituere, quod parum exploratè perceperis. Porro cùm dicitur, *ad latus Iebusei à Meridie*, apertè includitur Iebuseum finibus Beniaminis. quam urbem tamen etiã Iudæos tenuisse certissimum est. Sed nos istam controuersiam tractabamus capite xv. videntur sanè tam arcta inter se amicitia necessitudine fuisse coniunctæ diu tribus istæ insequentibus temporibus, vt tamquam vna existimarentur. quod ei perspicuum satis est, qui Regum historias legit. Quare mirabile non est, si multis, & præsertim iis vrbibus, quæ in confinio positæ fuerunt; communiter sint vsæ. Nam & in Euangelica historia panè vniuersos istos Beniaminitarum fines Iudæis attribui videmus. Verùm enim uerò si quis existimare malit, montem Zionem, atque etiam Moriam; in quorum altero

A a 4

Fines occidenti Beniaminis.

Hebraica in fine, nunc ad locum, nunc de loco significat motum.

Chaldæus.

קְרִית בְּעַל Cariath Baal.

15 16

Fines australes Beniaminitarum.

Litera He sæpe motum ab loco significat.

Achal-dema.

Mons offensionis.

Ierusalèm an fuerit Beniaminis, an Iudæ.

exadificatum est sacrum templum, in altero regia ipsa. eos, inquam, montes fuisse his finibus exclusos, atque apud Iudæos relictos; cū eo non pugnauro. Erant enim mōtes isti ab Austro vrbi. Nā partē eam, quę ciuitas Dauid appellata à posteris est, cōstat vasta voragine à reliqua vrbe diuisam fuisse, ad Solomonis vsque principatum. Sed de re admodū incerta hæctenus. Porro גלגלה, Geliloth, siue Galgala; quorum mētio est versū XVII: diuersa videri ab illis prope Iordanem, quæ primis, & statuis castris nobilitata sunt; diximus capite xv. Haud fortasse aberret longē, si quis existimet, ista Geliloth, siue Galgala, fuisse ea, quorum est mentio in historia Aod, & Eglonis. Videntur enim illa; pro narrationis serie, existisse in via, qua ex Ierichunte versus montem Ephraim ibatur. Sed neque hīc aliquid certius cōstitutum habeo. *Quod sequitur, Et porrigebatur ad latus oppositum deserto:* hoc sensu est accipiendum. Productum esse funiculum à lapide Bohan versus Orientem, secundum illum tractum, qui ad desertū ab Aquilone pertinebat: hoc est; vt desertū maneret ad dextram in finibus Iudaicis, atque incideret funiculus tandem in Arabam; hoc est, in eam urbem quæ mox Beth-araba vocabitur. Sic enim Chaldæus hunc locum ferē explicauit, qui tamen pro, ערבה, Araba, dixit planitiem. Sed certum est, urbē Beth-arabā in deserto, hoc est, במדבר, fuisse. quod suo loco exposuimus. Iam verò illud versū decimo nono, quod dicitur: *versus aquilonem*, nō sic est accipiendū, vt putemus funiculū ab aquilonari vrbs Beth-haglæ latere productum esse. ita enim exclusisset eam ab ista hereditate, cū esse includendā ostendat recensio, quā mox audiemus. sed vt intelligamus, eum tractum quo ex Beth-araba ad Beth-haglam pergitur, non prorsūm rectā in Orientem vergere: verū non nihil ad Septemtrionem declinare. Et hanc sententiam expressit profectō Chaldæus, cū pro Hebraico גלגלה, diceret גלגלה, Nam si non, versus Aquilonem, sed, à parte aquilonari, dicere voluisset, omisisset præpositionē. Hunc enim esse perpetuū loquēdi morem Chaldæo, etiam nuper monebam. Quod si tamen ista, vt argutiora commenta, respuat aliquis; per me licet vt existimet, Beth-haglam apud Iudæos relinquere: quod autem ea mox cum Beniaminiticis urbibus adnumeratur; id eo fieri, quia est in confinio posita. Nam Beth-araba quoque, quam capite xv. vidimus intra Iudaicos fines collocari ipsa designatione terminorum, hīc in Beniaminiticis possessionibus recensetur. Ceterū vocabula locorum, quæ in istis versibus scripta sunt, ea explicauimus capite xv. Sed vt in pauca conferam descriptionem vniuersam hereditatis Beniaminitarum: Eius longitudo aquilonaris ab Oriente in Occidentē, porrigebatur ab Iordane, vsq. ad Ataroth-adar, iuxta eum montem, qui à Meridie obiacet vrbi Beth-horon inferiori. Et hi limites scernebant Beniaminem ab Ephraimō. Australis verò longitudo erat extensa ab Iordanis ostio, quo influit in Asphaltitidem lacum, vsque ad Cariath-Iaarim. Et hoc toto tractu fuit Beniamin affinis Iudæ. Porro latitudo opposita Orientali, porrigebatur. Ab eodem Iordanis ostio, tamquam ab Austro, sursum, ad eam vsq. partem eiusdem fluminis, in quam incidebant fines Ephraimitarum. Hoc est, עיר, ferē obiacet Ierichunti. Id enim est, quod versiculo xx' dicitur: *Porro Iordanis terminat ipsum ab Oriente.* Denique latitudo occidua, patebat à Cariath-Iaarim, vt ab Austro, ab Ataroth Adar, ad Septemtrionem versus. Quod si verò per mediam quoq. hereditatem metiri latitudinem velis, ascendendum erit ab Ierusalem ad Beth-el. Quod spaciū duodecim millib. pass. definitur ab Eusebio, libello de locis Hebraicis. Non est igitur audiendus Iosephus; qui longitudinem ab Iordane ad mare vsq. mediterraneū profert. Ille enim auctor sępē suum sensum, quā sacram scripturam sequi mauult: nisi huius ignoratione id ipsum fecisse velimus existimare. Quod mihi sanē multis de causis sit verisimile. Sed subijciam urbium Beniaminiticarum catalogum, vt ex enumerantur ordine: & vt poterō, explanabo.

CATALOGVS VRBIVM BENIAMINIS.

De Ierichute, & Beth-Hagla differuimus idoneis locis. De אמע-קאסיס, Amec-Kasis, siue valle Casis, aut abrupta valle, vel planitie discissa, nihil certi adhuc percipere, vel cōiectura, potui. De Beth-araba diximus in Iudæorū hereditate. Porro עמרם, Semaraim vrbs, nō me aut dedit, aut debet potius, mōti cuidā, qui monti Ephraim ab Austro hæret: vt est in Paral. scriptū. Est enim in peruulgatis libris Latinis scribendū, qui erat in mōte Ephraim. Stabat autē aliquādo in hoc mōte rex Abias cū instructa acie, aduersus Ieroboā. eumq. salutaribus monitis, prius quā armis, aggrediebatur. Videretur autem id nomen illi impositum esse à gemino cacumine. Ad hunc ergo montem positam fuisse ab Austro urbem istam, est credibile. De Beth-el satis supra dictum est. אום, Auim, vrbs est in sacra historia

Galgala apud Beniamin quis locus fuerit.

Chaldæus.

בית-חגלה Beth-hagla.

Epilogus descriptionis heredit. Beniamin.

עמק קאסיס Amec-casis.

עמרם Semaraim.

אום Auim.

3 Reg. 11, 27.

Judic. 3, 19.

18

Sup. 6, 15, 2, 6.

19

Sup. 9, 14.

Jos. ant. 1, 4, 3

historia ignobilis. אפרא, Aphra nomen habet à fœcūditate, aut si maus, à vacca. Eusebius videtur existimare, eam existisse quinque millib. pass. à Beth-el, versus Orientem. quia superest illic pagus hoc nomine. Sed אפרא, Hophra, sita, opinor, fuit in ea parte Chananaæ, quam sacra historia appellat שוועל, Terram Sual, primo libro Regum: (est enim Sual, pro Saul, scribendum in Latinis libris). Nam memorantur Palæstini hostes, per turmas tres, diuersi, alij aliō contendisse, vt Saulem lacefferent atque exagitant, in sua Gabaa, tamquā in statione, manentem; vnaq. turma è tribus ingressa esse viam Ophræ, versus terram Sual. Sed longē ab hac diuersa erat Ophra Gedeonis: cuius est mentio in Iudicum libro. Ea enim ad Manassensēs pertinebat; & Ezritica Ophra, aut Ephra dicebatur, ab Ezri; à quo viro Gedeonis stirps propagata erat. De אפרא, אפרא, villa Ammonitica; & Ophniticā, nihil habeo certi quod dicam. At אבא, Gabaa, siue collis Beniamin, quæ Leuitis attribuetur, notissima vrbs est, cum de Saullis ortu, tū de nefario stupro: ob quod pænē vniuersa tribus Beniamin est deleta. Distabat ea non procul à Machmas, vbi Palæstini castra fecerant; quando tantum non obfidebant Saulem, cum Israelitis in illa sua Gabaa trepidantem. Machmas autem, hoc est, מכמש, posita erat ab Oriēte Beth-aen, vt scriptum est in illa Saullis historia: & vt ait Eusebius, nonies mille pass. aberat ab Ierusalem; propē autem ab Rhama. רמה, Rhama verò, quæ ab excelso loco nomē habet, existebat in monte Silo; aberatq. ab illa Saullis Gabaa, de qua modò agebamus, horā vnius itinere, versus Austrum ferē: relinquebaturq. aliquātulo intervallo ad sinistra, cū è Gabaa ibatur Ierolimam. Erat autem ex Rhama ad Ierusalem spaciū stadiorum quadraginta, vt ait Iosephus. At Eusebius sex millib. pass. definit hoc interuallum. Fieri igitur potest, vt in alterutro auctore mendum sit. Ceterū quia multæ vrbes excelsis locis positæ fuere per Chananaæ; est hoc nomen pluribus impositum. Sed de aliis agitur suis locis. De Gabaa diximus satis multa capite nono. atq. etiā de Beeroth. Porro אפרא, Maspha Beniaminitica, non procul distabat à Rhama, in eodē monte Silo. Narrat Iosephus hanc, & simul Gabaam illam, duo munitissima oppida fuisse, constructa ab rege Iudæorum Asa; ex ea materie, quam Israelis rex Baasa comportarat ad muniendam Rhama: quam ipse nuper Iudæis eripuerat armis. Equidē opinor istam fuisse Masphā, ad quam plerumque comitia populi fiebant. quippe quæ non procul abesset à sacræ arce statione. Erant enim Ephraimitæ, & Beniaminitæ affines, vt ostendimus. Quamquā si quis contendat, ipsam Siluntem, in qua habebatur arca, vocatam esse אפרא, Maspham interdum: non repugnauro. Nam Maspha speculam significat. fuisse autem Dei sacrarium excelsio loco positum credibile est; cū mons Silo esset excelsissimus. fuere etiā alię Masphæ & cis, & trans Iordanem. Sed de illis dictum est suis locis. vt & de אפרא, Cephira, quæ ad metropolim Gabaonem pertinebat. De אמוס, Amosa, siue Mosa. (a, enim præpositum, articulus est) nescio an vsquam alibi mentio sit in sacris literis. quare neque villis vestigiis locum eius indagare possum. Atque hoc ipsum quoq. fateri cogor de ceteris, quæ deinceps sequuntur, urbibus. Quare non faciam, vt leuissimis coniecturis lectorem suspensum detineam. Nam de Iebusæo, hoc est Ierusalem, & nos alibi diximus, & nemo non scripsit. Sed enim ne quis tribuum commoditates ex catalogis huiusmodi estimer: quasi pro numero urbium, quæ in eis recensentur, aut locupletes, aut pauperes illæ fuerint, existimandum est, non omnes vrbes omniaq. loca in illis commemorata esse: sed celebriora modò: & præsertim, quæ vel ad fines ostendēdos conducebant: vel de historia quapiam memorabilia erant: & quæ primum tribules incolere incipiebant. Quapropter neque in eo mirandum est; quòd passim in sacris narrationibus, urbium nomina, in hac, illa tribu positarum, occurrunt; quarum in istis catalogis nulla mentio est. Plurimæ enim præteritæ sunt: multæ etiam posteris temporibus structæ. Et hæc vniuersè de omnibus catalogis semel dicta sunt.

ANDRÆ MASII COMMENTARIORVM IN IOSVAM, CAP. XIX.

Porro exiit fors secunda Simeoni &c.

DE fortitione Siluntica agitur. in qua prima fors Beniaminis: secunda Simeonis est extracta. dixi antè, cur de Iudæorum hereditate portionem, quæ vni tribui sufficeret, deputarint metatores. Neque sine nutu Dei singulari accidisse, vt ea obueniret Simeonitis. Nimirum perpetuus, & inenitabilis est decretorum Dei tenor. Nam stupor est, ne dicam impietas, non autem inscīentia R. Solomonis; qui existimat, Israelitarum consilio,

Simeonitæ.

Dei decreta inenitabilia. R. Solomon refellitur.

אפרא Aphra.

אפרא Hophra.

אפרא, siue Ephra.

אבא Gabaa Saullis: Machmas.

מכמש Machmas.

רמה Rhama.

אפרא Maspha.

אמוס Amosa.

In catalogis istis non esse annumeratas omnes vrbes cuiusq. tribus.

Cui Simeon locatus forte in Iudæorum hereditate.

Filii quomodo iuant parvum peccata.

Dei iustitia et misericordia temperata.

Deus non sine misericordia punit peccata.

Ami corum communia omnia.

Iudæi non expulerunt a se Simeonitas. Rabbini referuntur.

R. Solomon. R. Eleazar. R. Moses Hadarfan.

Rex David.

Rex Ezechias.

Aduerbiium 72

Auctor traditionum in Paralipomena.

Simeonitis an pauca vrbes sint attributa.

filio, patris sui prædictiones fecutorum, Simeonitas intra eos fines, qui alteri fuerant tribui assignati, collocatos esse: atque ita quodam modo dispersos inter Israelitas. Scribit enim, eos consule esse præteritos, vt exsortes hereditatis; secundum Iacobi tabulas, sed alias tribus, cum suam quæq. hæc hereditatem fuisset, tum inter se ipsas esse sortitas, quæ illos deberet ad se recipere. itaque forte recepisse Iudæos. Atqui quid opus erat, septem portiones vt determinarent metatores, si vna tribus è septem, debebat exors manere? Sed omisso Iudæo, quod fors collocat Simeonitas, non seorsim, in portione alia; sed in ea quæ Iudæis detracta erat, id non humano, sed diuino fit consilio. Est enim quoddam paterni criminis piaculum: & veluti cicatrix illius vulneris, quo suum ipse fauciauerat animum Simeon, quando cum fratre Leui crudeliter & perfide Sichimitas interfecerat. Neque enim absurdum, aut alienum est à diuina iustitia; quæ parentes meruere, ea luere filios: quando non illis, sed se dignis modis luunt, pro diuino iudicio admirabili misericordia temperato. Nam dispersi etiam sunt Leuitæ: & quidem multo quàm Simeonitæ magis, ob idem facinus. Atqui quàm istis acciderit ea dispersio honorifica, aperta res, & nota omnibus est; atque à nobis etiam suo loco explicata. Ea scilicet est summi numinis iustitia, ineffabilis, vt Plinij verbo vtat, atque immensæ misericordiæ & pietatis suauitate delinita delibutaque, qua res mortalium illud moderatur: vt sicut in ipso rerum ortu lucem producebat ex tenebris, ita eas pœnas, quas de nostris peccatis iure, & meritissimò sumit, sæpe sic moderetur; vt pœnæ esse non videantur: sæpe etiam conuertat in amplissima beneficia. At enim arbitretur aliquis; grauius quippiam accidisse Iudæis, quàm Simeonitis; cum illi suas possessiones cum his communicare debuerunt. Et si enim prouerbio celebratur, amicorū esse omnia communia, tamen id vix, sine communicantis omni molestia ad rem confertur, atque præstatur. Nam illud quoque vel verius est; quæ ipsa comparatum natura, omnes sibi melius malle, quàm alteri. Sed existimadum est; amplissimam regionem Iudæos, quamuis magno numero essent, occupare totam non potuisse: atque vt Barbari, vel vltro, excessissent omnibus finibus; magnum à feris belluis futurū fuisse periculum; præsertim propter maxima, quæ adiacebant ab Austro, deserta. Potius ergo tantæ prouinciæ tutandæ molestia leuabantur Iudæi, cum Simeonitas ad se recipe-rent, quàm aliquid de sua hereditate amittebant. Nam, vt satis expositum antè est; non ea conditione fines tam amplos facti forte fuerant, vt vniuersa illa hereditas ipsorum propria maneret. Verum enimvero opinantur Rabbini, de se conuicentes, tandè aliquando Simeonitas à Iudæis esse de istis suis possessionibus depulso; quasi molestos hospites, & inquilinos, non dominos. Cui rei argumento esse aiunt, quod in Paralipomenis scriptū extat, Simeonitas obtinuisse istas vrbes vsque ad Davidis tempora. Tum enim, inquit, ipsa dominatione elati, atque amplificati Iudæi, & pridem pertæsi Simeonitarum, ipsos ad quærendas nouas sedes adegerunt. Et hanc sententiam R. Solomon, vt magna etiam auctoritate firmet scilicet, adscribit nescio cui R. Eleazaro, atque R. Solomoni, ei qui fuit filius Leui, fratris R. Moses Hadarfan. Atqui vt vniuersæ suæ synagogæ auctoritate mecum pugnet ille; numquam tamen eò me rediget, vt putem religiosissimum, & iustissimū regem Dauidem aduersus istud familiæ hereditatis iudicium; quod diuina fors nunc de cuiusque tribus hereditate facit, Simeonitas per potentiam eliminasse. Quin ipsa narratio sacra eos memorat, vberiorum pascuorum gratia, longius esse profectos: non autem fuisse à Iudæis propulso. vt iam credibile sit, ea ipsa etiam loca, quæ illi occupatū ibant, ad suam ipsorum hereditatem pertinuisse: quamuis adhuc Barbari ea occupassent. Quid quod non Davidis principatu; sed Ezechie, qui annis plusquàm trecetis post Davidè regnauit, etiam ipse æquitas amantissimus rex, & diuinæ legis obseruans, memorètur Simeonitæ, non quidem vniuersi; sed tamquam emissis coloniis, ad huberiora pascuua migrasse: Nam quod in Paralipomenis est, ad Dauidem regem vsque, quod Iudæis istis magnum ingenij acumen scilicet præstringit; certum est aduerbiium 72, hoc est, vsque, sæpe moræ longitudinem, non finem significare, in sacris literis. Sed is qui traditiones in Paralipomena scripsit; quem ego Hieronymi non ineptum omnino compilatorem fuisse puto; is, inquam, existimat illud, ad Dauidem vsque, ideo dictum esse: quia hic duas vrbes, Siceleg, & Beerfabeam, restituerit tribui Iudæicæ. Porrò, quia tribus Simeonitica omnium minima erat: vt in qua vicies modò, & bis mille, ac ducenti viri sunt postrema recensione numerati: eiq; vrbes iam non plures xvii. attribuuntur, probabilis videri potest, eorum sententia, qui existimant, duodecimuirum arbitratu regiones, quas fors dederat, alias ampliatas, contractas alias esse; pro cuiusq. tribus vel multitudine, vel paucitate. Atqui diximus,

Gen. 34.

1. Par. 4, 31.

diximus, soli bonitatem esse spectatam. Fieri ergo potest, vt istæ xvii. vrbes, propter municipiorū, pagorum, villarum frequentiam, quæ in cuiusq. dirione erāt, cum magno aliarum vrbiū numero in aliis hereditatibus comparari potuerint. Sed vt hoc non sit ita: quàmquam coniecturæ optimæ possint afferri, ita esse: tamen illud est certissimum: non omnes vrbes in catalogis annumerari. vt antè exposui. Et proinde credibile est, eas modò hic recenseri, quas primū ibant occupatum, & habitatum Simeonitæ. nam alias multas nominare nihil attinebat, ostendendorum finium causa; cum iisdem circumdati terminis illi essent, quibus Iudæi, qui termini pridem sunt notati suis vrribus, & locis. Ceteroqui certa res est, plurima fuisse loca versus Gedor, & montem Seir recedentia, in quibus amplissimæ, atq. huberrimæ regiones à Chamitis, aliisq; barbaris gentibus occupabatur; quas exterminare iusq; fasq; vt Iudæis, sic & Simeonitis fuisse est probabile. Sed ista hæcenus. nam satis multa etiam supra.

Obiiciq; ipsi in suam hereditatem Beer-sabea &c.

Ab enumeratione vrbiū incipitur. Nulli enim sunt peculiare fines describendi; cum locentur Simeonitæ intra Iudæorum fines. Recensentur autem continuo tredecim, deinde adduntur alia quatuor. Beer-sabea igitur, & Sabea, vnam modò vrbe significat. Hoc enim & facta, summa ostendit: & ex Paralipomenis intelligi potest: vbi alterum nomen, vt superuacaneum, omittitur. Sed hic ideo duo esse scripta nomina existimat R. Isaias, vt in celebris illius putei memoriam redeamus; apud quem fœdus percussit Abraham cum Abimelecho. quæ res & vrbi, & puteo nomen dedit. Est enim Beer-sabea, puteus iurisiurandi, aut potius, puteus septem, agnorum videlicet; quos selectos dabit Abraham Abimelecho. Ceterum de vrbe istius positū, satis dictum supra est. De Molada, nihil, quod sciam, præter nomen, in sacris literis extat; de quo coniectas, vbi ea vrbs fuerit. sed neque de Hafar-Sual, hoc vulpis pagum, vel atrium, illud ortum significat. Bala, dicitur in Paralipomenis, verbo ad literam mutato, Bilha, quo nomine vocabatur ancilla Rachaelis, quæ Dan, & Nephthalim Iacobo peperit. Græci per vocalem quartam, Bola, dicunt. Ego eam esse vrbe auguror, quæ in Iudæorum catalogo dicebatur, Baala. Nam, quod Dauid Kimhi rectè alibi monet; appellationes siue locorum, siue hominum propria, vna sæpe, aut etiam altera litera variantur. Nisi enim ita illud sit, aut hanc in Iudæorum catalogo esse præteritam, aut nomine magis alieno vocatam, fateri necesse est. Eltholad, in Paralipomenis, nominata est, Tholad, Rursus, Bethuel, illic dicitur, quæ hic, Bethul, vocatur. Hanc ego in Iudæico catalogo existimo esse, Cefil. De Horma, siue Harma, & Siceleg, diximus supra. Beth-Marcath, & Hafar-sufa, videntur in catalogo Iudæicarum vrbiū non esse adnumerata cum aliis. Sed id non esse mirandum, satis antè docuimus, opinor. Est autem istorum duorum nominum eadem propè explicatio, atque notatio. Nam illud, domum equitatus, hoc atrium, siue pagum, vel villam equitatus significat. Rursus, Beth-lebaoth, quoque, inter Iudæicas vrbes, isto certè nomine, non est audita recenseri. Hanc vocant Paralipomena, Beth-biri, illius enodatio est, domus leçonarum, huius domus obesi; aut si est literarum metathesis; domus putci. Porrò pro, Saruhen, videntur legisse, Saruhen, nam reddiderunt, agri earum. nisi à positione, Saron, non sanè infciter; hoc eos verbum deduxisse putemus; à quo Saron, formatum vocabulum, campum fecundum significat. Sed nominata est hæc eadem vrbs in Iudæorum catalogo non prorsus dissimili voce, Saaraim, sicut & in Paralipomenis. Est autem hoc, ac si, geminam portam, dicas. Sita erat ista vrbs in loco plano, vt constat ex catalogo Iudæico. Illud porrò, ville, siue, municipia, vel, pagi carum, pro ea interpunctione; quæ in Paralipomenis facta est; pertinet ad versum insequentem; quasi quatuor ista vrbes, fuerint municipia eorum locorum, quæ superius sunt commemorata. quamuis ipsæ quoque sua habuerint municipia, villasque, & pagos. Neque verò solum quatuor, sed quinque recensentur in Paralipomenis. additur enim, Etam, Nimirum; vt diximus; omnes isti catalogi haud pleni sunt; sed plurimæ vbique vrbes tacite relinquuntur: sæpe etiam, quæ alibi in vrbiū numero fuere, alibi cum municipiis, aut annumerantur. De Ain, & Remmon, diximus capite decimo quinto. Is qui traditiones in Paralipomena compilauit, magno errore ex his duabus vrbes vnam facit; cum in Iudæorum catalogo interposita copula sint distinctæ. Sed hoc non vnum illius scriptoris peccatum est.

1. Par. 4, 32.

Gen. 21.

Sup. c. 15, v. 11.

1. Par. 4, 31.

Beer-sabea.

R. Isaias.

Molada.

Hafar-sual.

Bala.

Baala.

R. D. Kimhi. Nomina propria sæpe vna aut altera litera mutantur.

Eltholad.

Bethul.

Cefil.

Beth Marcath.

Hafar-sufa.

Beth-biri.

Beth-lebaoth.

Beth-biri.

Saruhen.

Saaraim.

Catalogi non sunt de omnibus prorsus vrbiū.

Auctor traditionum in Paralip.

Vrbs,

**עֶתֶר** Vrbis **עֶתֶר**, **Æther**, vocatur in Paralipomenis תֶּתֶן, Thocen. Eusebius putat, pagum quemdam, nomine Iethira, repræsentare istum locum. Ego verò eum pagum magis referre Iudaicam urbem תֶּתֶן, dixerim. de qua suo loco. Ceterum, **אֶתֶר**, **Æther**, & **עֶשֶׂן**, **Asan** vicinas fuisse vrbes credibile est; tum quia recensione coniunguntur, tum quia simillima est vtriusque nominis notatio. Prius enim vaporem densum, posterius fumum significat. Ego **Asan** eum fuisse locum existimo; qui in Regum historia dicitur **עֶשֶׂן בּוֹר**, id est, puteus, aut lacus **Asan**. Eusebius verò prodidit à posteris nominatū esse, **בֵּית עֶשֶׂן**, **Beth-asan**. hoc est, domum, aut locum **Asan**, siue fumi. Dabitur autem **Leuitis**, vt dicitur loco oportuno.

**בֵּית עֶשֶׂן**  
Beth Asan.

*Et omnes villa, que erant circum istas vrbes &c.*

**בַּעֲלַת בְּאֵר**  
Baala putei.  
Beerfabca.

**בַּעֲלַת**  
Baalath.

**רַמְתָּה**  
Rhamta.

Sortes ordine extractæ.

Zabulonia.

Consensio fortis Zabulonie cũ prædictionibus Iacob & Moysi.

Cur prædicta à vrbibus, que post ventura essent.

Israelitarū turpissima diffidentia.

Admonitio. Genes succedunt Iudæis ingratissimus Deus.

**INSOLENS** est, in eiusmodi orationibus, nota vniuersitatis. Quapropter credibile est, hic appositum esse indicium magnæ multitudinis municipiorum, pagorum, villarū, quæ circum istas vrbes erant; vt in solo fecundissimo, fertilissimoq; Vrbis **בַּעֲלַת בְּאֵר**, **Baala putei**, fortassis est **Beer-fabca**. Est enim ac si dicas habentem puteum. Iam verò constat apud **Beerfabcam** puteum insignem fuisse, eamq; urbem à puteo esse appellatam. Huic autem opinioni etiam illud consentaneum est, quod sequitur de **Rama australi**. Nam certum est, **Beerfabcam** in ipsa extremitate versus Austrum existisse. Non sum equidem nefcius, esse urbem, cui **בַּעֲלַת**, nomen est. Eam enim instaurasse **Solomon** memoratur in Regum historia: & fuisse positam in confinio **Simeonitarum**, & **Danitarum** proditum à quibusdam scio. Sed id nomen habet vocalem **Kametz** vltimo loco. hoc autem nostrum per patah scriptum est; & ipsa constructione hæret insequenti nomini, à quo neque vllò inter puncto distinguitur. Si quis tamen **Græcos** sequi malit, atque à **בְּאֵר**, **Beer**, siue puteo diuellere, fruatur suo sensu, & existimet, **Beer**, esse **Beerfabcam**. Ego scripturam ipsam, & **Grammaticorum** leges libenter sequor: idque ptohi interpretis officium esse puto: ni quia obstat maior auctoritas, quæ locum mendæ redarguat, atque conuincat. Porro de ista **Rama australi**, nihil certi habeo quod dicam. **LXXXII**. hic nefcio quem locum **יאמנעם**, de suo adscriperunt. Non enim puto eos **Iamnia** dicere voluisse. hanc enim alibi **יאמנעם** appellat. Et altior erat **Iamnia** vtraque, quàm vt ad hanc australem extremitatem pertinere. Sed nihil attinet de re incerta pluribus agere.

*Ex funiculo filiorum Iudæ fuit hereditas filiorum Simeonis &c.*

**I STA** sunt à nobis antehac satis explicata, opinor. Quare hoc solum monebo, Sortes adhuc ordine esse extractas. Nam post **Iudæos**, qui principes erant, & **Iosephitas**, quibus itis duplicis portio Rubenis, fuerat concessum; educa primo loco est fors **Beniaminis**; qui erat dilectæ **Rachaelis** filius. Secundum eam autem fors **Simeonis**, quippe qui post **Rubenem** incestus damnatum maximum natu liberorum **Leæ** fuit.

*Ascendit & tertia fors ipsis Zabulonitis &c.*

**C VR** **Zabulonix** tribus fors educa sit ante **Iffacharianæ**; cum esset **Iffachar** maior natu **Zabulone**; ego causam nullam afferre possim; sed diuino id cõsilio factum esse existimo: similiter atque illud, quod istos filios, in faciendo testamento, eodem ordine nuncupauit pater **Iacobus**. Ne enim opinemur, ipsos duodecimuiros, hac in re, secutos esse **Iacobi** vltima verba; in causa est; quod insequens ordo iis non similiter respondeat. Certè non humano, sed diuino arbitrio, procurari ista, vel inde intelligi perspicue potest, quod aptissime etiã ista fors in ipsas tum **Iacobi**, tum **Mosis** prædictiones cadat. Dixerat enim **Iacobus**, **Zabulonios** apud litus maris habituros, & versaturos apud statione nauium. Et oram ipsorum spectaturam versus **Sidonios**. **Moses** verò, fucturos maris copiam, & ingentes ex arena thesauros esse comparaturos. Quàm autem planè, & certò ista euenerint, ex ipsa finium descriptione fiet manifestum. Nimirum benignissimus **Deus** ideo voluerat res huiusmodi per suos vates prænuntiare: vt exstaret illustre paterni sui in **Abrahæ** posteritatem studij & prouidentix testimonium. atque vt sacrosanctæ adoptionis illius, qua **Israelem** in populum peculiarem delegerat, memoriam, bona spe in ipsorum animis continuò reficeret, firmaretque. Quo fuit detestabilior illorum diffidentia, cum eas possessiones, quas longissima retrò serie diuini consilij præfinitas sibi, & tandem etiam ad se delatas apertissime videbant; tam ignauè inuaderent, immo verò turpis lucri pactione cum hostibus **Dei** communicarent. Enitatur igitur nos, vt maiore cum fiducia cælestis nostram hereditatem appetamus. Quibus enim se bonis illi exheredes; cum essent aduersus **Deum** ingratisissimi; fecerunt: Eorum nos **Christus** suo sanguine scripsit heredes. & quidem planè gratuito. Sed ista hæcenus. Porro, vt ad descriptionem accedamus. *Fuit*, inquit,

1. Reg. 3, 10.  
Inf. 6, 21.

5. Reg. 9, 12.

Gen. 49, 11.  
Deut. 33, 12.

2. Cor. 1, 1.

Antiq. 1, 5, 6.

Sup. 6, 11, 12.  
Inf. 6, 26.

1. Par. 6, 57.

Ioseph. bell. Iud. 1, 3, 6, 11.

inquit, *limes hereditatis ipsorum apud Sarid*. Voculam **עַר**, pro **עַל**, sæpè vsurpari ab **Hebræis**, dubium non est. quapropter nos, pro ea, diximus, *apud*. Difficilis autem est istius designationis explicatio. Latet enim inuoluta obscuritate locorum; quæ in ipsa cum nominentur, nullis aliis sacræ historix indiciis possunt inuestigari. Ego eorum sequar sententiam, qui **Manassensibus** proximos locant **Iffacharianos**, his verò deinceps **Zabulonitas**; & post hos demum **Aseritas**. In qua **Iosephum** quoq; fuisse video: qui in illis locis natus atq; educatus, non prorsus, opinor, nefciuit, quibus quæque tribus regionibus olim habitauissent: quamuis regionū terminos rectè cum non tenuisse fatendū est. Existimant igitur quidam, **שָׂרִיד**, **Sarid**, sitam in ipso **Carmeli** promontorio, vltimum fuisse huius **Zabulonix** hereditatis terminum occidentum, versus Austrum. Itaque designentur proximo versu fines occidui, ab Austro, versus Aquilonem, cum dicitur, *Ascenditq; terminus ipsorum ad mare &c.* **Sarid** enim posita fuerit sub monte **Carmelo**, qua parte ille ad Meridiem spectat. atque inde productus funiculus per montem ipsum vsque ad mare: & deinceps secundum maris oram ad **Marelam**, atque **Dabbaseth**, ac demum vsque in torrentem, qui obiacet vrbi **Iecnam**, siue **Ieconam**, vniuersum **Carmeli** promontorium amplectatur. Sin autè **Sarid**, vt alij putant, in vltima **Carmeli** extremitate ad mare posita fuit; debet illud, *ad mare*, interpretari, secundū maris litus. Ceterum in **Latinis** libris, **Madala**, pro **Marela**, librarij, opinor, errore, scriptū est. Sed **דַּבְּשֶׁת**, **Dabbaseth**, in ipso **Carmeli** tamquã gibbo existisse, de nomine conieimus. significat enim **דַּבְּשֶׁת**, tuber illud, quod in camelorum eminet dorsis. **יֶעֱנֵם**, **Ieconam** autè ad **Carmelum** pertinuisse, certos nos facit versiculus **xxxii. capitis xii.** Statuamus ergo **Ieconam** positã fuisse in ea **Carmeli** extremitate, qua ad **Septentrionem** ille spectat. hoc est, qua obiacet **Ptolemaidis**: vbi torrens, **Belus**, opinor, siue **Pagida**, vitri arena fructuosus, excipitur à mari. de quo torrente dixi etiam alibi, & dicam mox. *A Sarid verò reuertebatur in partem anticam, &c.*

**I AM** verò describuntur termini australes, ab Occidete versus Orientem progrediendo, à **Sarid**, vsq; ad **Remmon**. **LXXXII**. hic nomen **שָׂשָׁן**, quod **Solem** significat, interpretati sunt, urbem **Beth-femes**, sanè ineptè admodū, nisi locum ab homine indocto olim corruptum esse putemus. **כְּכֶלֶת תְּבוּר**, **Chefloth Thabor**, quod est, ac si, **Thabor**, dicas, significat, vt censent **Hebræi**, eas partes montis istius, quæ circiter medio loco sunt; quas, vt ait **R. Solomon**, Galli vocant, *les flancs*. **Græci** autem, **ἄνω πλάγος**. **Chaldæus** tamen, atq; etiam **LXXXII**, quos & **Latinus** est secutus; existimauerunt, **Chefloth** esse proprium loci nomen, monti illi adiacentis. Prodiditq; **Eusebius** libello de loc. **Hebr.** etiamnū exstare pagum, ad radices montis **Thabor**, in campo, octo mill. pass. à **Diocæsarea**: id est, à **Sephori**, versus Orientem, cui nomen est **Chefalum**. Potest ergo is pagus loci illius monumentū videri: qui locus **Thabor** quoq; dicitur sit in **Paralip**. Est autem mons **Thabor** **Euangelica** historia nobilitatus etiã. situs erat in **Galilæa** inferiore. atq; ad eius radices fluebat torrens **Cifon**, ille qui **Genesaram** petebat. Aberat autem ab illo patria **Christi Nazareth**, circiter duarum horarum itinere versus **Corum**, hoc est, **Occidentem** æstiuum. quæ ipsa quoque huius **Zabulonix** hereditatis pars erat. Igitur iam peruentum est à **Sarid** ad eas montis **Thabor** partes, quæ ad **Septentrionem** sunt posite, vbi ille prope ad **Carmelum** pertinet; tam longo iugo à mari in mediterranea procurentè. Hinc verò pergitur **Dabbereth** urbem; sed ea relinquatur ad dextrã, intra fines **Iffacharianos**. Post **Dabbereth** conscenditur **Iaphiam**. nam **Iaphia**, siue **Iaphe**, loco excelso posita erat; sicut & vicina **Iotapatha**. Erant autem ambæ istæ munitissimæ vrbes, vt ait **Iosephus**. Quare **יָפִיעַ**, **Iaphiam**, hoc nomine appellatã esse auguror, quia longè lateq; illustris appareret, vt in eminente loco sita. **Dabbereth** dabitur **Leuitis**. sed hoc suo exponetur loco.

*Rursus illinc pergebat prorsum versus Orientem &c.*

**A** **Iaphia** porro, continuò versus Orientem pergentibus occurrebatur **Geth-Hepher**. post hanc **Itta-Casin**. & tandem **Remmon**. Atq; hæc vrbs vltima; nisi fallor; fuit in hisce finibus australibus versus Orientem. nam ab ea curuo gyro sensim versus **Septentrionem**, & mox **Occidentem**, redibatur ad mare mediterraneum. In hoc autè ambitu primū perueniebatur ad **Neam**, siue **Noam**. deinceps ad **Hanathon**; & hæc à sinistris relinquebatur intra istos fines scilicet. ac tandè in vallè **Iephtha-el**; nimirum ad eum torrentem, qui cum obiaceret vrbi **Iecnaam**, terminabat oram occidentum huius hereditatis à **Septentrione**. Itaq; cum hoc eodem torrente confidebant limites septentrionales in mare mediterraneum. Ceterū illud **תְּקוּמָר**, existimat **Symmachus** epitheton esse vrbis **Remmon**: interpretatur enim huc locū, **Exibat** in **Remmon** inclytã. **LXXXII**. verò, & eos secutus **Latinus**,

עַר פּוֹ עַר

שָׂרִיד

Marela.

Latini libri emendantur. דַּבְּשֶׁת Dabbaseth.

יֶעֱנֵם Ieconam. Belus, siue Pagida siue.

12

כְּכֶלֶת

Chefalum Pagus.

תְּבוּר Thabor mons. כְּכֶלֶת Cifon torrens. Nazareth.

Carmelus mons. דַּבְּרֶת Dabbereth.

יָפִיעַ Iaphia. Iotapatha.

13 14 עַת-קָסִין

תְּקוּמָר

Hanathon.

תְּקוּמָר Symmachus.



Chaldaus. RR. Solomon, & Kimhi.

גת-הפפר Geth-Hepher.

רמון Remmon.

יפחה-על Vallis Carmeli.

דברת Dabere th.

שמרון Semeron, Samaria.

בית-להם Beth-lehem. Epilogus descripti omnis finit. in Zabulon.

קטרון Cetron.

Cur in catalogis non omnes vrbes commemoratae sint.

Occupatio. Explicatio. V Wolfgangus V Viseburg.

centent loci cuiuspiam esse appellationem. quasi *ἀπὸ τοῦ ὀνόματος* dictum sit. Exhibat in Remmon, Hamthoar, Neam. At Chaldaus, quem ego hic sequor, cum RR. Solomone, & Kimhi; interpretatur, Inde gyrum faciebat versus Neam. sunt enim eius verba, *מתוך מסתור לנעה*. Nam illud, quod est in peruulgatis Chaldaicis libris, *גת-הפפר*, certum est expungendum esse. Geth-Hepher, patria est Ionæ vatis. nam litera, He, in verbo, *גת*, est loco præpositionis, ad: similiter in *גתה*, & *גתה*. Distabat, ut ait Hieronymus, Gath-Hepher bis mille passus à Sephori, via qua ibatur Tyberiadem: ostendebaturque in ea Ionæ monumentum. De *קטרון*, Itta-Casin, & Nea, siue ut Græci dicunt, Annua; nihil habeo quod dicam. *רמון*, Remmon, est plurimum oppidorum nomen; à malis punicis, ut videtur, positum. sed vbi hæc nostra sita fuerit, à nemine, quod sciam, proditum est. Ego existitisse puto in ea huius hereditatis ora, quæ erat Orienti proxima. nam ad Iordanem non videntur hi fines usquam pertinuisse. Non enim profecto tam nobilem terminum reliquisset tacitum, qui descripsit. Porro Pronomen *אורו*, cum dicitur, *אורו הנבול*, positum est, pro *לי*, per enallagen casuum, ut certe Chaldaus existimasse videtur. Nam quod recentiores Iudæi sic nunc loquuntur, ut dicant, *אורו הנבול*, pro *אורו הנבול*, terminus ille; id ego ipsos nullo veterum Hebræorum exemplo facere opinor. Illud quod dixi, à *Septemtrione Hanathon*, ambiguum est. potest enim sic interpretari, ut significet, finem istum mensuratum ambiuisse urbem Hanathon à Septemtrione, & Zabulonius possessionibus adscripsisse: vel descendisse versus Hanathon in Austrum, cum antè non nihil declinasset in Septemtrionem. Quia autem nusquam, quod certè nos scimus; alibi huius vrbs est mentio, vtra sententia verior sit, diiudicare non quimus. Sed neque de valle Iephta-el, præter leuitem coniecturam, aliquid proferre possumus. Iosephus vallis Carmeli mentionem facit: quæ videtur secundum maris litus in Aquilonem porrecta esse. Eius ergo nos vallis hanc esse partem suspicamus; per quam torrens ille oppositus *נח* Iecnaam, decurrit in mare.

Et Catet, & Naalol, & Semeron &c.

CREDIBILE est, has quinque vrbes, sparsim per loca mediterranea hereditatis Zabuloniarum positas fuisse. at superius dictas, in ipsis vndique finibus. Porro cum summa sit vrbiu duodecim, existimandum est, earum quæ sunt commemoratae, quasdam in affinium tribuum hereditatibus existitisse. Id enim certè de Dabbereth constat. nam fuit ea apud Issacharianos: à quibus data est Leuitis. Ceterum istarum quinque nulla certis coniecturis queri potest. Nam *שמרון*, Semeron, siue Samaria, & *בית-להם*, Beth-lehem, quæ hic nominantur, diuersæ sunt ab illis notissimis vrribus; quarum altera apud Iosephitas existat, dicta Sebaste posterioribus temporibus; ut dudum exposuimus; altera Christi natalibus clara, Iudæorum erat. Igitur finium Zabulonitarum longitudo erat à monte Carmelo & mari mediterraneo, versus Orientem, usque ad Remmon. Iosephus scribit, usque ad Genesaram lacum. Ego verò, ut dixi, ideo hoc probare non possum, quia nulla aut Iordanis, aut Genesare mentio est. Latitudo verò occidua, à Sarid, tamquam ab Austro, usque ad torrentem qui obiacet Iecnaam. At latitudo opposita Orienti, videtur obliquè ab Remmon, tamquam ab Austro, ad Noam describi. Latitudinem autem per mediam hereditatè hanc rectè metiri possemus, nisi fallor, ab latere illo montis Thabor, vbi Chesiloth nuncupabatur, usque ad Hanathon. Est autè vniuersum hoc terrenum, ut fertilissimum, ita & populosissimum, vrribusque & pagis frequentissimum, in Galilæa inferiore. Quamuis enim vrbes paucissimæ recensentur; plurimas tamen fuisse, est certissimum. Qui enim potuissent sexagies mille viri, & eo plures; quot nobis postrema recensio Zabulonios numerabat, in solis duodecim vrribus habitare: Et quis non putet, *קטרון*, Cetron, egregiam, & vel primariam urbem in istorum hereditate fuisse, cum ex ea Chananæos pellere nequirent? ut est scriptum in Iudicum historia: & tamen hæc tacita est relicta. Sed de ista re satis multa antè. Et, ut hoc addam, quod nunc in mentem venit; fieri potest, ut in istis catalogis eæ solæ nuncupatae sint vrbes, & nominatim scriptæ; quarum nomina metatores raptim annotauerant: cum ceterarum in quaque portione, similiter atque pagorum, & villarum, frequentiam, amplitudinemque oculis, animoque obseruasse, & vniuersè annotasse, contenti fuissent. Sed dices; Iacobum fuisse vaticinatum, Latus Zabulonius futurum versus Sidonem; nos verò ne ad Ptolemaida quidem, siue Acen, produxisse fines Zabulonios. Sanè hac ratione potissimum esse inductum V Wolfgangum V Viseburgium ego suspicor, ut Zabulonios supra Aferitas, inter Sidonem, & Berythum collocaret, in Galilæa Gentium.

Mihi

Hier. prolog. in Ionam.

Ios. 1. 5. c. 2.

Iudic. 1. 30.

Gen. 10. 13.

Jacobi verba interpretantur de Zabulone.

Deut. 33. 10.

Deut. 33. 10.

Gen. 49. 14.

Deut. 33. 10.

Mihi verò, quamuis eius consiliu, damnare minimè constituerim, aut prorsus refellere, tamen non sit verisimile, urbem omnium nobilissimam Sidonem; & simul antiquissimam, in descriptione eorum finium, ad quos pertinebat, tacitam esse præteritam. Nos igitur illa Jacobi prædicatione; quidquid dicant Iudæi, minimè adscriptam esse hereditati Zabuloniorum Sidonem censemus. Neque enim diuinus senex nuncupatis vrribus; sed regionum modò, ut sic dicam, qualitatibus, sedes cuiusque tribus obscure designabat. Hoc ergo volebat ille fatidicis suis verbis, quæ iam citabamus, & quæ illic habentur, aliis; Zabulonius posteros habituros ad mare, versaturosque frequenter in portibus, & nauilibus; atque mercaturam facturos apud Sidonios, & cum Sidoniis; qui toto orbe mercatores fuere celeberrimi: quippe qui in eadem illa maris ora habitarent. At verò, ne quis hoc, ut mei commentum capitis iure contemnat: ipse Moses, optimus omnino Jacobi, & Dei interpres, non aliter eum locum explanasse, mihi certè, videtur; cum diceret, *Letare Zabulon in egressu tuo*. significat enim Zabulonios feliciter enauigaturos esse ad fora rerum venalium. remque foris, & peregrè facturos; at Issacharianos domi. Sed de his hæctenus modò. sunt enim alterius loci.

Issachari exhibit fors quarta, Issacharitis &c.

FIIT quidem Issachar, ut diximus, maior natu Zabulone. sed & Iacobus, cum testamentum faceret, & fors ipsa suo casu hunc illi anteponebat; sic volente Deo. Prædixerat autem Iacobus, Issacharianos habituros solum felix, atque amicum: ideoque non facile passuros se inde pelli: sed potius vectigales futuros superioribus hostibus: similiter atque clitelarij muli, quantumuis onusti, si læta gramina, quæ carpant, per iter nacli sint; neque onere, neque facile sustibus propelluntur. Tum Moses gaudere iusserat Issacharianos in suis tabernaculis: significans videlicet, læta eos regione habituros: domique libenter mansuros; contra morem Zabuloniorum. Opinor enim illud, fugere maris affluentiam, solos intueri Zabulonios. Quamquam, si Issacharitarum quoque fines ad mare pertinuisse fatendum est, quis non putet, plurima etiam eos è mari commoda percepisse: cum plurimis rebus maritimis fruerentur, vterenturque: etiam si non negotiarentur ipsi nauigationibus. Solent enim domi periculosis aliorum laboribus distescere maximè ex mercatura, qui ad mare habitant; quamuis ipsi non nauigent. Iam verò quam aptè fors ista ceciderit, quamque planè prædictiones vtriusque vatis suo euentu comprobauerit, norunt ij, qui in magno illo campo versati sunt, quem Ezdrelonem, immutatis, opinor, literis, ab vrbe Iezreel, appellabant. posteriores verò, campum Sabè; dixerunt; ut est à nobis supra expositum. Nullus enim eo, tota Chananæa, locus est amoenior. Abundat enim frumento, vino, oleo, atque omnium rerum copia, quæ ad victum cultumque hominum pertinent. Eius autem campi pars maxima in Issacharianorum erat hereditate. Porro in istis finibus designandis finitium, similiter atque in describendis Zabuloniorum limitibus, ab angulo australi apud Occidentem; procediturque inde ad ortum versus. idque fit duobus illis versiculis; decimo octauo, & decimo nono. Itaque ducta linea per australes terminos ab Occidente ad Orientem, pingitur etiam occidua ab Austro versus Septemtrionem. atque in hac recensentur ordine vrbes Rabith, Cefion, Abes, Rameth, atque En-gannim. Post describuntur ab Occidente in Orientem termini aquilonares: qui sunt En-hadda; Beth-phetes, mons Thabor, Sebema, Beth-semes, & denique Iordanis. Nam Orienti oppositus erat Genesara lacus, & partim fortasse Iordanis. Quando igitur nulla usquam maris mentio est; credibile videri potest, istius tribus hereditatem ad mare non pertigisse. Rursus idèd fortassis tacitum relinquitur mare, nominatimque recensentur vrbes nonnihil ab illo remotæ, quod ora illa minimè esset portuosa. Sanè res obscura est; neque satis exploratè percipi posse videtur. quare à me non diiudicabitur. V Wolfgangus V Viseburgius, nullam partem propè à Samechonitide lacu sensim inter Occidentem & Austrum, versus ventum Africum; usque ad montem Thabor. Inde porrò paulatim versus Austrum: & ab Austro versus Euronotum procedit ad Beth-san. sed nihil atinet singulorum chorographorum iudicia exponere. Vrbs, *קטרון*, Iezreel, existabat in summissiore extremitate montis Gelboe, qua is Corum ventum excipiebat; aut certè *גת-הפפר*. sed memini me alibi de Iezreel dicere. Vidimus quidem Iezreel apud Iudæos; sed ea nihil ad hanc nostram nobilissimam urbem. *בית-להם*, Chesuloth, siue Casaloth, aut, ut *לחם* nominant, Achaseloth, si ordine sunt annumeratae vrbes; sita erat inter Iezreel, & Sunem.

Issachari- tæ. Explicatus locis. Confessio prædictionum & fors, de Issachari.

Ezdrelonis capi fertilitas. Campus Sabè.

Descriptio finium Issacharianorum.

V Wolfgangus V Viseburgius.

Iezreel. Mons Gelboe. כטרון Chesuloth.

Sed longè diuersa est ista Chefaloth, ab illa sita apud aquilonares partes montis Thabor; de qua dicebamus apud Zabulonios. hæc enim eidem monti australis est. Iam verò, שֶׁנֶם, Sunem, celebris est Helizæi hospitio; & ortu Abisag formosissimæ puellæ; quæ Dauidis senectutem fouebat. Posita erat hæc vrbs circiter tribus passuum millibus ab Aphec, versùs Orientem. Eusebius autem scripsit, etiamnum superesse vicum quinquies millesimo passu à monte Thabor spectante Austrum. eum igitur ego vicum referre hanc vrbs existimo: nam propè abfuisse Sunem à monte Gelboe, atque à Fezieel; satis certum est, de historia illius belli, quo Saul & Ionathas ceciderunt. חַפְרַיִם, Hapharaim, ignotus alibi in sacris literis locus est: ceteroqui etiam nunc amœnus, & habere glebâ; diffusus à Nazareth circiter quindecim millia pass. atque à Barbaris nunc, literis parum immutatis, dictus Hapharchan: vt referunt, qui ea loca diligenti obseruatione perstrarunt. שִׁיאוֹן, Seon, aut Sion, haud procul aberat à monte Thabor. vt ex villa eo nomine conicit Eusebius. nimirum inter Thabor & Genesaram positum oppidum. קִסְיוֹן, Cefion, videtur torrenti Cifon nomen dedisse. Nam pleræq. istarum vrbium, quas modò diximus, prope eum torrentem exstiterunt, quæ ad Orientem; quæ ad Occidentem. dabitur ista vrbs Leuitis, atque etiam ea quæ sequitur, עֵין גַּנִּים, En-gannim. Est autem & altera En-gannim in Iudaicâ hereditate: & tertia quoq. cis Iordanem: sicut & plures per Chananaeam exstabant Beth-femes. Nimirum magna fuit apud eam gêtem & fontium gratia, & Solis religio. est enim En-gannim, fons hortorum; Beth-femes autem, Solis ædes, vel sanum. De ceteris, quæ hæc nuncupantur, locis, nihil habeo quod afferam. Igitur habuere Issachariani affines à Meridie Manassensës: à Septemtrione Zabulonios: at ab Occidente pertinebant vel ad mare mediterraneum, vel ad montem Carmelum, in angulo quidem australi, quæ Doram; in angulo verò aquilonari, quæ Castrum peregrinorum, siue Ecdippam ille spectabat. At ab Oriente oppositus erat lacus Tiberiadis. Perluit autem istorum hereditatem torrens קִסְיוֹן, Cifon, nam humor partim ex monte Thabore, partim Hermone minore, vt vocant, atq. etiam ex Gelboe destillas, & defluens in loca ἐπισημοῦ ποταμοῦ ἢ ἰσοῦ ποταμοῦ; hoc est, pari vtrinq. momento inclinata, hunc torrentem geminum facit: dū pars ad Occasum versus labitur, & à mari mediterraneo, prope Sarid, excipitur: pars ad Ortum in Genesaram influit. Thabor autè quasi mediam per transtuerium sciat, longi iugo ab Austro ad Septemtrionem procurrens.

*Prodibat & quinta fors tribui filiorum Aser & c.*

**R v r s v s,** Deum habere humanarum rerum procuracionem; & cælesti prouidentia dispensari cuncta, ex hac Aseriticæ hereditatis descriptione luculenter intelligitur. Nam fortuna, si vsquam, in forte certè dominari existimatur. At hæc tam apertè comprobatur, quod anno trecentesimo quinquagesimo, aut eo diutius, prædictum à Iacobo fuerat: vt nihil casu aut fortuito factum esse, sed planè diuinitus euenisse omnia, perspicuum sit. Sed istam sortis oraculorumque consensionem, post explanata sacra verba, melius ostendemus. Fuit autem Aser secundus ex Zilpha Leæ ancilla filius. sed Gad natu maiori cis Iordanem prospectum iam de hereditate erat. Hæc ergo etiam fors ordine exit. Ex liberis enim matribus nati omnes iam sortiti sunt. Et Zilpha prioris coniugis, vt dixi, ancilla erat. vt iure Asericæ Danitis & Nephthalitis præpositi esse videri debeant. Porro in describendis istius hereditatis circumquaque finibus ducitur funiculus ferè secundum maris mediterranei oram, à Septemtrione ad Meridiem versus; factò initio inde à pass. millibus circiter decem, aut duodecim, supra Ptolemaidem; descendendoque vsq. ad Zabulonem, & vallem Iephtha-el. vnde gyro, non sanè magno, reditur sursum, describendo latus Orienti oppositum, ferè contra Hellepontium ventum, siue orientem æstiuum, vsque ad Sidonem: sed relicto inter hanc, tamquam aquilonarem lineam, & priorem australem tanto loci interuallo, quâto patet ista hereditas inter Orientè & Occidentè. Iam verò, cum ad Sidonem est peruentum, descenditur ab ea, per orâ maris, vsque dū reditum est ad eum locum, à quo descriptione istius hereditatis auspicabamur. hoc est, vsq. ad Achzib, quæ inter Tyrum posita est, & Ptolemaidem. Ceterum vrbes, quæ primæ memorantur vsq. ad Carmelū, incognitæ sunt in sacra historia: earū חַלְחַת, Halchat, & מֶסְפָּל, Messal, dabuntur Leuitis. Hæc in Paralip. absq. Aleph scribitur מֶסְפָּל. Censent tamè ple-riq. eo positas sub Tyro deinceps ordine fuisse, quo enumerantur, in maris ora versus Ptolemaida. & certè Euseb. ipsam בֵּתֵן, Beten locat, octies millesimo passu à Ptolemaide. Nominū singulorū enodationes nō persequor. sunt enim in vulgus peruulgatæ multorum libris. Quod porro dicitur funiculus incidisse in mare ad Carmelū, non ita est accipiendum, quasi

שֶׁנֶם Sunem.

Aphec.

חַפְרַיִם Hapharaim.

שִׁיאוֹן Seon.

קִסְיוֹן Cefion.

עֵין גַּנִּים En-gannim.

בֵּית שֶׁמֶשׁ Beth-femes.

עֵין חַלְחַת Epilogus finis Issachari.

קִסְיוֹן Cifon flu.

Torrentis Cifon vnde ortus.

Aseriticæ.

Prouidentia I. ei.

Ordinis ratio in sortis exitu.

Descriptio hereditatis Aser.

Achzib.

מֶסְפָּל Messal.

בֵּתֵן Beten.

1. Reg. 22, 27.

1. Par. 6, 12.

quasi adhuc non descenderimus secundum maris litus: nunc autem demum ad mare peruentum sit. sed eam nobis verba illa partem Carmeli ostendunt, qua is mons procurrit in mare. cum altera parte porrigitur in mediterranea loca, propè ad Thaborem montem vsque. Iam verò, שִׁיחור לַבְנַת, Sihor labnath, multi putant Ptolemaida esse, hoc est, אֶחו, Acho, vt ea vrbs in Iudicum libro appellatur; siue Acen, vt Strabo, Plinius, Stephanus, alij, nominant: aut certè ei vrbi vicinam aliam quampiam. At L x x i i, & eos secutus Latinus, interposita copula, duarum vrbium nomina esse censent. sed propter summam recensitarum vrbium, est illud verisimilius. Quod si mihi liceat ex ipsis vocabulis, atque etiam loco, coniecturam facere, dixerim, illis nominibus eum torrentem significatum à prisca viris esse, quem supra Belus, & Pagidam nominabam, Plinij testimonium secutus. Is enim, quia supra modum laxo fuit alueo, pro aquarum exigua altitudine; quippe cuius latitudinem centum circiter cubitorum esse scripsit Iosephus; vt vallis potius quàm fluiuioli instar habere videatur; mirificè Nilum refert; qui ab Hebræis, שִׁיחור, Sihor nominatur. Quia verò vitri fertiles arenas trahit, quod est certissimum, & peruagatum; non potuit aptiore vocabulo nuncupari, quàm בֵּיתֵן, diceretur. nam & crystallum sic appellant Hebræi. fuerit igitur Sihor Labnath, Nilus crystallinus, aut crystallifer: si non est inepta mea coniectura.

*Et redibat ad orientem Solem Beth-dagon & c.*

**H i c** iam pinguntur fines australes ab Occidente in Orientem, per angustum sanè, & breuissimo gyro determinati: nempe à Ptolemaide, aut, si mauis, à Sihor labnath; hoc est, ab ostio Beli siue Pagidæ, vsque ad vallem Iephtha-el: quo toto tractu affinis est ista Aseritarum hereditas Zabulonios possessionibus. Occurrit autem post Ptolemaida primum, בֵּית דָּגוֹן, Beth-dagon, hoc est, sanum Dagonis. quo nomine altera quoque vrbs exstat apud Iudæos. Deinde Zabulon: ac demum vallis Iephtha-el. Hæc enim Beth-dagon, vt auctor est etiam Eusebius; exstabat in confinio Zabulonitarum, Aseritarumq. Nam mendosè in vulgatis libris, Issachar, scriptum est, pro, Aser. Et Zabulonem vrbs non procul à Ptolemaide positam, Tyri, Sidonis, Berythi, æmulam fuisse, ædificiorum magnificentia, atque frequentia ciuium, prædidit Iosephus. Sed illud, ad Aquilonem Beth-emec, & Nehiel, anceps est. potest enim accipi, vt significet, sic incidere fines hosce in vallem Iephtha-el, vt Beth-emec, & Nehiel relinquuntur à Meridie, apud Zabulonios. Rursus, vt inchoata hæc noua periodus dicat, à valle Iephtha-el sursum, versus Aquilonem ducendum esse funiculum, qui latus huius hereditatis oppositum Orienti describat: in quo tractu occurrat post relictam vallem Iephtha-el, primum Beth-emec, deinde Nehiel. Prior sententia magis consentanea est interpunctioni Hebraicæ scripturæ. Alteram videtur expressisse Latinus. Ego rem obscuram atque incertam in medio relinquo quidem; tamen dissimulare non possum, placere mihi magis id, quod Hebraica scriptura præ se fert. Nam è valle Iephtha-el non esse progrediendum ulterius versus Orientem; sed reuertendum ad Aquilonem, significatum esse, mihi certè, videtur, illis verbis, ad sinistram. Ab Ptolemaide enim, si in vallem Iephtha-el progressus es, diuertendum tibi ad sinistram est, vt factò gyro Sidonem reuertare. Et Chaldaus; vt certè habet meum exemplar scriptum manu, pro sinistra, reddidit, Septemtrionem. Quamquam sic quoque hunc locum interpretari posse fateor, quasi significatum sit, Chabel ad sinistram relinqui, dum è valle Iephtha-el, secundum oram istius hereditatis Orienti oppositam redis Sidonem. Sed Symmachus illud, ad Aquilonem Beth-emec, in hanc explanat sententiam; vt dicat, funiculum incidisse in vallis Iephtha-el partem aquilonarem, atque in Nehiel. Itaque ille statuit, Nehiel vltimum terminum fuisse finium australium Orienti proximum: à quo deinceps fuerit ascendendum ad Septemtrionem versus: vallem verò Iephtha-el, partim ad Aseritas pertinuisse, partim ad Zabulonios: qua ad Septemtrionem, qua ad Austrum. Atqui, עַמֶּעַ, Emec, non solum vallem, sed planitiem quoque significare, fateor quidem: sed בֵּיתֵן, Beth, locum dici, in huiusmodi verborum constructione, id verò, mihi certè, insolens esse videtur. Quare Symmacho non possum astipulari, cum ille Beth-emec, existimat esse, locum campi illius, qui Iephtha-el dictus sit, aquilonarem. Sed potius censeo, hoc vrbs esse proprium nomen: quamquam nesciam, an alibi eius mentio sit in sacra historia. נְחִיֵּל, Nehiel, vocant Septuaginta duo Interpretes, ἀνὴλ, per literarum metathesin. Purat quidem Eusebius, vrbs istius monumentum esse, villam Bethoæ æneam, positam decimo quinto lapide à Casarea Palæstinæ, versus Orientem, in monte; atque à balneis aquarum,

שִׁיחור לבנת

Sihor labnath. Ptolemaida. Acho. Acc.

Belus & Pagida.

Nilus crystallifer.

בֵּית דָּגוֹן Beth-dagon.

זבולון זבולון vrbs.

Beth-emec.

Chaldaus.

Symmachus.

נְחִיֵּל Nehiel.

Chabul. כבול, Chabul, sunt qui vrbis certæ appellationem esse putent. Ego autem potius eam dici regionem existimo, in qua viginti existabant oppida: quæ cum Hyramo Tyri domino donata à Solomone essent; eiq; parum placuissent, appellauit כבול, Chabul; siue, quia argillolis essent locis; per quæ non satis expeditum pedibus iter erat, vt censet Kimhi: siue quia non magni eas esse pretij ille significabat, cum suo gentis vocabulo vteretur, vt Iosephus prodidit. cui ego ea in re libenter accedo. Mansit autem hoc nomē deinde loco apud posteros. Quare si ab Hyramo est istud vocabulum; profectò effectum planè est, quod alibi diximus: longo post Iosua ætatem tempore commentarium hunc esse conscriptum. Porro Abran, Rehob, Hammon, Cana, deinceps positæ erant in hisce finibus Orientem spectantibus, quos ex valle Iephtha-el profecti sursum, versus Septemtrionem, & sensim gylando reuertetes versus mare, vsq; ad Sidonē, describimus. Non fuere tamen omnes in hereditate Aferitarum. חמון, Hammon enim assignatur tribui Nephtholim in Paralip. Hæc, atque etiam רהוב, Rohob dabuntur Leuitis. קנה, Cana, duarum vrbium nomen est. altera apud Zabulonios exstabat in Galilæa inferiore; quatuor circiter horarum itinere ab Ptolemaide, versus Euroaustum, supra vallem Carmeli. ea minor dicebatur. Cana maior. Cana minor. Cana maior. Sidon. צידון, Sidone, multa passim apud scriptores leguntur. Nam Sidonij πολυδαίδαλοι, cum singulari artificio plurimas res ad hominum vñs accommodas conficerent; & alioqui magna negotiandi industria pollerent; ad quæuis longè lateq; per orbem forarum venalium enauigantes; non mirum si vbiq; terrarum noti celebresq; fuerint. atque ab ista famæ claritudine, equidem opinor, vrbis magnæ cognomentum esse additum. Erat exedificatâ Sidon æquabili solo, ad litus maris, sub monte Antilibano: cuius citima extremitas aberat ab vrbe propè tribus millibus passuum. Sed memini me de ista vrbe plura dicere.

Et redibat terminus ad Ramam: & vsq; ad urbem &c.

Q V I A inchoauimus istorum finium descriptionem sub Tyro; hereditas autem Aferitarum supra Tyrum vsq; ad Sidonem extēdebatur; reliquum erat illud interuallum designare, quod inde à Sidone vsq; ad eum locum fuit, vnde primùm auspicabamur. Id ergo fit hoc versiculo. Ducitur enim funiculus à Sidone secundū maris litus, per Ramam, Tyrum, Hofam, vsq; ad Achzib. Ramam hanc fuisse inclytam urbem, indicio est præpositus nomini articulus. est enim הרמה, Harama. Equidem libenter dixerim, fuisse eâ, quæ postea temporibus, צרפת, Sarepta, à purgandis conflagrandisq; metallis est dicta. Nam Ramam fuisse positam loco edito, nomen ipsum satis magno argumento est. Sareptam autē etiam altiore existuisse loco, inde coniectura probabilis capi posse videtur: quod à vini præstantia sit celebrata. Bacchus enim, vt ait Poëta, amat colles. Ceteroqui inter Sidonē & Tyrum tria recenset oppida Plinius; Euhydram Tyro proximam; Sareptam medio loco, & Ornithon polin, hoc est, auium urbem, Sidoni viciniorem. verum folius Sareptæ nomen vetustatem præ se fert. Porro צור, quod ipsum Tyri nomen est, litera Zade in Tau conuersa; rupem & saxum propriè significat. Nam à scopulo vndiquaque altissimo mari circumdato, in quo vrbs ista erat exædificata, nomen ei est à præcis hominibus impositum. quod etiam hodie habet. vulgò enim Barbari Zur appellant. Aberat Tyrus, vt ait Strabo, à Sidone, stadia ducenta: hoc est; millia passuum circiter xxv. quod spacium his interuallis conficitur: Ex Sidone ad Sareptam, per maris litus, iter est horarum circiter trium; hoc est, ferè nouem millium pass. aut paullo longius. A Sarepta porro ad Eleutherum fluuium, quem Valaniam hodie nominant, mill. pass. circiter octo. Atque ab hoc fluuio totidem, aut paullo plurium, vsq; ad Tyrum. Scribit autem de Tyro Strabo; dubio eam certamine cum Sidone contendisse de primatu. & sanè gloriatam semper esse Tyrū de originis suæ vetustate, certissimus testis est vates Isaias, qui de ea verba faciens, inquit: Num istam gloriantem à diebus pristinis se vetustatis originem ducere, ferent pedes, vt longè peregrinetur? Et Alexandrinus Dionysius eam ὀργυλλω; hoc est; priscâ, nuncupat. Quin Plinius vetustissimarum etiam vrbium eam parentē esse non dubitat dicere. quas ex Tyro deductas colonias commemorat. Sed quando ab Isaiâ Sidonis filia est appellata; non dubium, quin huic concedat antiquitatis palmam. Cur autem Homerus Tyri non meminerit, vetustatis alioqui admirabilis indagator, hæc, opinor, causa afferri potest, quod vniuersa illa Phœnicum ora, Sidoniorum olim nomine celebris esset. Id enim sacra etiam

Historia ista Iosua longo tempore post Iosua est conscripta.

Hammon.

Cana.

Cana minor.

Cana maior.

Sidon.

Rama.

Sarepta.

Tyrus.

Zur.

Eleutherus fluuius.

Valania.

Plinius.

Homerus Tyri non meminit.

Sup. c. 12, v. 24

29

Plin. l. 5, c. 19.

Strabo. l. 16.

Strabo. l. 16.

Isa. 23, 7.

Dionysius de situ orbis.

etiam historia testatum est. Sed nimis iam multa de Tyro. Non fuit autem Tyrus terræ sanctæ pars: sed insula. quæ demum ab Alexandrò Magno coniuncta cum continente est. Atque ideo Hyram Solomoni non paruit, sed amicitia necessitudine coniunctus fuit. Quin ipsa etiam Sidon, quam tamen plerique fuisse Aferitarum existimant, numquam se habuisse Hebræorum legibus videtur: sed ἀνοστανθρον ἀρχιδωμῶν semper retinuisse: adeoq; Israelitis nihil concessisse, neque ipsoform accepisse imperium, nedum religionem; vt etiã vltro molesta ipsis semper fuerit: similiter atque quiuis alij vicinorum Barbarorum. De qua re multa scripsere vates Ezechiel, & Isaias; cum Tyriis & Sidoniis, similiter atque Ægyptiis cladem obnuntiarent ab Assyriis, quia infesti semper fuissent domui Israelis. Neque verò etiam Christus alio loco Sidonios, quàm Tyrios habuisse videtur; cum suorum popularium ciuitates aliquot cum barbaris Gentibus compararet. nimirum loca illiusmodi maritima ab exteris perpetuò frequentata nationibus, vix à negotiosa illa, & quaestiosa vita ad religiosam excoli vnquam, condocerent; aut susceptam etiam semel religionem, & sacra tueri possunt, aduersus tot alienigenarum hominum & superstitiones, & flagitiosam vitam, moresq; vitiosos. Igitur illud, vsq; ad urbem munitam Tyrum, non ipsam Tyrum, quæ extra Chananzam erat; sed oram Tyro obiacentem significat. De Hofa, nihil me alibi legere memini. Dicitur autē terminus reuerti à Tyro Hofa, propter incuruatum illic litus maris, vt ego certè existimo. Quod autem sequitur, E regione quæ Achzib spectat, id de Chaldæi sententia expressimus. Pertinebat scilicet ea ora, vbi funiculus iste confidebat in mare, finiebaturq; ad regionem vrbis Achzib. Nomen autem חזקל, regionem significare, certum est vel ex illis Mosis verbis, cum ait, חזקל חזקל, & omnis regio Argob, regni Og, &c. Ceterum vrbs חזקל, Achzib, est ipsa Ecdippa, vt Eusebius affirmatè dicit. Aberat autem ea circiter nouem millibus pass. à Ptolemaide, versus Tyrum, posita, vt ait Plinius, inter Tyrum, & album promontorium. nã longè alia est Achzib Iudaica.

Ezech. 26, 27, 28. Isa. 23, &c. Matth. 12.

Deut. 33, v. 5, 6.

Gen. 49, 20.

Deut. 33, 24.

Iudic. 5, 17.

Ez. l. 1, c. 4.

Tyrus non fuit pars terræ sanctæ.

Sidon numquam paruit Israelitis.

Loca maritima non satis tueri possunt religionem.

Hofa.

Chaldæus.

חזקל.

Achzib: Ecdippa.

30

Amma.

Aphec.

Rohob.

Sortis Aferitarum consensio cum prædictis Iacobi & Mosis.

Explicatus locus.

Explicatus locus.

Sarepta.

Vallis Afer.

Giscaia.

Et Amma, & Aphec, & Rohob &c.

VT in aliis hereditatibus, ita hîc quoque adnumerantur quædam vrbes, post designatos vndiquaq; limites. Sed quibus in locis exstiterint istæ, nullam satis certam fieri posse coniecturam puto. Nam Amma, siue Vmma, nisi hoc loco, nusquam in sacra historia reperias; si mea nõ me fallit memoria. Aphec verò hæc diuersa est ab illa, quæ prope Sunem sita est, apud Issacharianos. Multo etiã magis à Iudæorum Aphec. Denique Rohob ista, non est, opinor, illa, quæ nuper in ostendendis limitibus Orienti oppositis, nominabatur. Cur enim eadem vna vrbs recensetur bis? Videtur quidem Eusebius hæc locare quatuor millib. pass. à Beth-san. Verum id non potest ita esse. nisi VVisenburgij descriptionem probemus. Iam superest vt prædicta Iacobi Mosisq; cum soli natura, & regionis conditione, quæ Aferitis forte obtigit, comparemus. Iacobus vaticinatus est, pinguem, aut potius, oleo delibutum fore panem Aferis: & regalibus eum delictis vsurum. Mofes verò huc addidisse videtur, ferri, & aris copiam. cum diceret וקדשתיך ברזל וברונזה, hoc enim plerique interpretantur his verbis. ferrum & æs calcei tui: & in hanc sententiam, ferro æreq; diues erit solum, quod pedibus tuis calcabis. Ego verò ferrea atq; ænea claustra dicere Mofen existimo. hoc est, pertinaces Barbarorum vires; quas Aferitæ non poterunt frangere. Quis enim nescit, quanta manserit perpetuò Barbarorum copia in Galilæa gentium? Ea autem maxima fuit hereditatis Aferitarum pars. Huic enim sententiæ pulchrè consentit, quod in Mosis verbis continuo sequitur, וקדשתיך ברזל וברונזה, cuius periodi simplicissima verissimaq; interpretatio est. Et quot dies tui, tot ærumnæ tuæ, quasi dicat. Tibi certamen perpetuum est futurum cum veteribus tuarum possessionum colonis: à quibus tamquam ferreis, & æneis claustris submoueberis. Quin huc quoque alluisse Debbora videri potest, cum caneret, Aferem mansisse apud suas ruinas. hoc est, in vrbibus continuo bello ruinosis. Sed demus, de ferro, & ære locutum Mofen esse. Sanè id quoque sic cecidit. Nam, vt de Carmelo, Libano, Antilibano, aliis montibus, nihil dicam, ad quos Aferitarum hereditas pertinebat, quosq; credibile est, metalli venis abundauisse, certè Sarepta nomen à metalli officinis habet. Iam verò ad frumentum, oleum, aliasq; delicias, quod attinet, proditum ab iis est, qui illa loca peragrarunt, vallem Aferis admirabili amœnitate esse omnis generis fructuum frugumq; feracissimam. Et Iosephus scriptum reliquit, Giscaia ciues, quæ vrbs diui Paulli ortu nobilis, in Aferitarum erat ditio; plerisque omnes fuisse agricolas: atque in terreni fructu fortunas suas habuisse. Quod profectò vbertatis glebæ certissimum est argumentum.

Filiis Nephthali exhibat fors sexta &c.

Nephthali-  
litæ.

A SERITÆ excluderent Nephthalitas à mari mediterraneo. Antilibanus autem, siue Libanus, ad Septemtrionem & Boream obiectus erat, vsque ad Iordanis fontes. Inde verò Iordanis ipse Orientis claudebat latus. Nam secundùm hunc fluiuium descēdebat illorum hereditas, vsque vbi exit ille è lacu Samechonitide; vt quidem multi opinantur: vt verò rectius, nisi fallor, alij, vsque ad urbē Tyberiadem. Igitur descriptio, quæ ab Heleph fit, vsq; ad Leccum, siue Lacum, est lateris Orientem claudentis, inde à Iordanis fontibus, tamquam Septemtrionē, secundùm ipsum flumen descendendo versus Meridiem. Chaldæus, & Lxxii, pro Heleph, habent Meeleph. pro Elon, Meelon; pro Saananim, Besaananim. Nimirum illi ipsas præpositiones putauerunt nominū istorum partes esse. mendosè profectò. Nam Elonis in Saananim, non autem Meelonis in Besaananim, mentio est in Iudicum libro. Sed vrbs חֶלֶף, nulla video in sacra historia vsquam vestigia, quæ sequar ad inuestigandum eius locum. Credibile tamen est, eam non procul à Iordanis fontibus abfuisse. At אֵלֹן בְּצַעְנַיִם, Elon in Saananim vicinā fuisse vrbi Ceddes, intelligitur de historia cladis Sifaræ. Habitabat enim illic Iael vxor Haber Cinæi, quæ illum haud muliebri manu perimebat. Chaldæus, in illa historia Iudicū, interpretatur hoc nomen, planitiem stagnantem, & aquosam. Existimat enim, vt dixi, literam Beth, hoc est, ipsam præpositionem, esse vocabuli partem: בְּצַע, autem, apud Doct. Heb. sulcum significat, vt ait Kimhi, quales fiunt in agris, subducēdi humoris causa: ne segetes in porcis exstantes lædantur. aut, vt putat R. Solomon, locum palustrem. Interpretatur enim ille suorum popularium lingua, lieu marecageux. videtur ergò Chaldæus, Elonem in Saananim, pro Samechonitide itagno habuisse. Id enim nihil aliud est, quàm humilior planities, quæ inundante Iordane faciliè obstruitur aquis. Lxxii. verò conuerterunt, אֵלֹן אֲנָתוֹת מִשְׁטוֹמִים. Nimirum, pro צַעְנַיִם, legerunt illi, אֲנָתוֹת, quæ scriptura magis, quàm sono, diuersa sunt. Ego verò suspicor, quercetum illi loci fuisse, quod à צַעְנַיִם, hoc est, vagis, & sæpè transmigrantibus hominibus, appellatū est, cum illic tabernacula sua diu collocata habuisset Haber Cinæus, cum suis gentilibus; qui fuerunt ex posteris Hobab foceri Moysis. Fuisse enim illos homines vagos, certum est ex ea narratione, quæ in Iudicum libro est scripta. Porro אָדָמִי, Adami, si ad Genesaram vsque deducimus Nephthalimos; probabiliter dici posse videtur, eam esse urbem, vsque ad quam confiterant aquæ Iordanis, tamquam vrbe constrictæ, dum transiret populus siccatum alueum. Illa enim narratur ad latus vrbs Sartan existitisse: Sartan autem propè aberat à Beth-san; vt in Regum historia proditum est. Sin autem apud paludem Samechonitidem finitur ista hereditas, nullum video vsquam indicium, quo in istius vrbs cognitionem adducar. vt neque in earum quæ deinceps nuncupantur, Neceb, Iebneel, Leccum. De נֶעֶב, Neceb tamen, eam habeo opinionem, vt putem, non esse nomen proprium, sed Adami vrbs epitheton, de fistula, aut exsecratione, vel recensione, ei appositum. Est altera יֶבְנֵאל, Iebneel apud Iudæos, quam diximus Iamnam esse. Porro illud, *Definebatq; in Iordanem*, planè geminum est illi, quod in designatione finium Aferis dicebatur, *incidit in Carmelum ad mare*. Nam est adhuc secundum Iordanis oram descendimus; tamen nominatim tandem fluiuis dici debebat, vt id ipsum intelligeretur; nos in eius ripa versatos adhuc esse. Et fieri potest, vt ille hoc loco incuruatus obstiterit, ne vterius ad Meridiem versus descenderetur.

Et reuertebatur terminus versus Occidentem &c.

H I C iam ostenduntur termini australes ab Iordane versus Occidentē. qui sunt Azanoth-Thabor, & Hucuca. Nam si non longè vltra Samechonitidem extendimus versus Meridiē finē Orienti oppositū, nihil est opus operosa descriptione lateris australis. quippe quod idem est cum aquilonari Zabuloniorū. Sin autem ad Tiberiadem vsq; descendimus; quod certè mihi videtur faciendum; quando Zabulonij, vt diximus, non videntur eo vsque versus Orientem pertinuisse. Si igitur ad Tiberiadem vsque deductus funiculus est, quo descriptimus latus Orienti oppositum; illud modò spacium est depingendum, quod inter Iordanem, siue lacum istum, & Issacharis fines iacet. Nam simul atque inde emerimus, peruentum est ad Remmon, terminum Zabuloniorum; quorum deinceps sequi oportet, fines Septemtrionales. erant enim Nephthalitæ affines Zabulonis à Meridie, & Aferis ab Occidente. אֲנָתוֹת תְּבוֹר, Asanoth Thabor significat, inquit R. Solomon, aures montis Thaboris: hoc est, fastigium montis: sicut Chesaloth illa: vt diximus. Eusebius verò scribit, vicium sua memoria existitisse hoc nomine, in regione Diocæs-

אֲנָתוֹת תְּבוֹר  
Asnoth Thabor.

Chaldæus, & Lxxii.

Heleph.

Elon in Saananim.

R. D. Kimhi. R. Solomon, Gallus.

Samechoniti palus.

צַעְנַיִם

Adami.

Sartan.

Neceb.

Iebneel.

Iudic. 4, 16.

Iudic. 4, 16.

Sup. 4, 16.

1. Reg. 4, 12.

fareæ; hoc est Saphoris. Et sanè is situs haud alienius videtur à nostra designatione cum mons Thabor ad fines australes Zabuloniorum pertinuerit: vt in illorum hereditate explicatum à nobis est. Sed mirabile videtur, cur Nephthalij Iudæis dicantur affines apud Iordanē, versus orientē Solē, à quibus sunt, interpositis aliquot tribubus, diuisi: cum ista affinitatis ratio non videatur in plerisque aliis tribubus conquisita. Sed ego autumo; id ad Iacobi oraculū spectare. quod mox explicabo. חֶלֶף, Huccok, quantū coniectura auguror; sita erat in eo australi angulo, quo Aferitæ simul & Zabulonitæ attingebat Nephthalios.

Ceterum vrbes munitæ Assedim, Ser, & Hamath &c.

Diocæsarea

35

I A M adnumerantur vrbes, quæ sparsim in Nephthaliorum hereditate fuerunt. Eæ autem pleræque sunt in sacra historia ignotæ. Lxxii, ineptè sanè, Tyruth, pro Ser reddiderunt, nisi locus olim corruptus est ab iis, qui hoc nomen legerunt, per quartam vocalem Zor, id enim diximus Tyri esse nomen. חַמַּת, Hamath, siue, Amath, nobilis vrbs est posita in regione Damasci. vt testatur vates Ieremias, & Zacharias. Hieronymus ait, compertū se habere, esse Epiphaniam non procul ab Emefa positam. Hoc enim de suo addit, cum Eusebij libellum de locis Hebr. interpretatur. Rursus commentariis tertijs in prophetam Amos, scribit, magnam Hamath ab eo vate appellari Antiochiam: quia est etiam minor Hamath; Epiphania, quæ occurrit prima mansione iis, qui in Mesopotamiam pergunt, appellata nunc vulgo Emmas; corrupto quidem nomine; sed in quo tamen antiqui nominis vestigia apparent. Additque; regionem in qua hæc exstat, dici Reblatam. In Regum quoque historia proditum est, regionem quamdam ab Hamath esse cognominatam, in qua exstiterit vrbs רֶבְלָה, Rebla, siue Reblata. vbi Aegypti rex Pharao Nechao vinciebat regem Iudæ Ioachaz, ad Eufratem contendens, vt regi Assyriorum faceret bellum. Mihi autem narrarunt homines Syri illarum regionum bene, vt videbantur, periti; urbem Emmas, longè supra Damascum exstare. vterius autem in Alapiam, vt vocant, atq; Mesopotamiam pergenti occurrere etiā alteram urbem, nunc à vulgo Hamath nuncupatam. De quibus omnibus ego conicio (nescio quàm rectè; sed conicio tamen) maiorem Hamath, quam dicit Hieronymus, & quam Syri Hamath nominant, esse Ptolemæi Antiochiam. Quam verò vtrique nuncupant Emmas, eam esse eiusdem Epiphaniam. Sed harum alteram esse quam vates illi Ieremias & Zacharias, vt Damasci municipium celebrarunt, id verò mihi non fit verisimile: quando Ptolemæus Antiochiam duobus gradibus & dimidio: Epiphaniam verò propè seq̄ni gradu altius collocat, quam Damascū: Quamobrem coniectura auguror, etiā tertiam urbē dictam, fuisse Hamath: & alterā רֶבְלָה, Reblam. Nam vrbe quamdam, nomine רֶבְלָה, Rebla, existitisse post Sephamā, infra Iordanis ortum, ex Numeris certum est. atq; etiam ab ea non longè abfuisse apparet חַמַּת לִבְנָה, hoc est aditū ad Hamath, quem ego locum etiā Hamath nuncupatū esse, suspicor. Sed multum fortassis, atq; eo turpius, quo diutius, in istis rebus iam halucinor. Nam fieri potest, vt Nephthalitarū hereditas longè supra Iordanis fontes versus Aquilonem & Orientem porrecta iacuerit. Quare ad notiores regiones descendam. חַמַּת, Cinnereth duas significat vrbes, vt ait Euseb. alterā apud Nephthalitas; alterā, quæ ab Herode magno Tiberias vocata, dedit mari Galilææ suū nomen. Hoc enim Cinnereth olim dicebatur. sed posteritas pro eo dixit mollius, Genesara. Atqui si Nephthalitarū fines vsq; ad Tiberiadē deducimus: vt ego faciendum censeo; nulla causa est, cur duas Cinnereth fingamus. אָדָמָה, Adama, siue Edema, nisi fallor, ea est, quæ nuper dicebatur אָדָמָה, Adami, vnica litera immutata. Porro אָרָמָה, Arama, non potest ea esse, quam vidimus in Aferitarum finibus, propè ad marē mediterraneum. Sed multæ fuerunt hoc nomine vrbes. vt alibi me dicere memini. De חֶדֶר, Hasor supra satis multa. חֶדֶר, Ceddes aberat circiter x. millia pass. à Sephet; vrbe olim in Galilæa ista celebri; at auorum nostrorum memoria castro munitissimo; quo Christiani vniuersam Galilæam tutabantur aduersus Barbaros. à Tyro autem distabat Ceddes millia pass. xx. eratq; posita in regione Berim. est in sacra Regum historia commemoratum. vbi Latinus tamen legit חֶדֶרִים, חֶדֶרִים. Refferunt peregrini, etiam nunc in ruderibus priscaem Ceddes amplitudinē & magnificentia apparere. אֶדְרַי, Edrai, non procul aberat à Keddes. diuersa enim est ista, ab ea quam vidimus in regno Og, de ceteris nihil habeo quod dicā. Putat quidem Eusebius בֵּית עֵנַת, Beth-anath fuisse, vbi nunc est villa Beth-anea, xv. millib. pass. à Cæsarea versus Ortum. Sed id ita esse non potest, si Palæstinæ Cæsaream dicit, propter longius interuallum. Sin autem Philippi Cæsareā putat, fateri necesse est, hanc hereditatē, vt minimū xv. mill. pass. vltra fontes Iordanis recessisse ad Orientē. Quapropter nescio, an non Diocæsarea, pro Cæsarea scribi

1. Reg. 23, 33.

1. Reg. 23, 33.

Num. 34, 11.

1. Reg. 10, 14.

Diocæsarea

Huccok.

חַמַּת

Hamath.

Hieronymus.

Hamath maior.

Hamath minor.

Epiphania.

Emmas.

Antiochia.

חַמַּת

Aditus ad Hamath.

חַמַּת

Cinnereth.

Mare Tiberiadis siue Galilææ, & Genesara.

אָדָמָה

Adama, vel Edema.

אָרָמָה

Arama.

חֶדֶר

Ceddes.

Sephet castrū.

Berim regio.

אֶדְרַי

Edrai.

בֵּית עֵנַת

Beth-anath.

Jacob, Zieglerus.

scribi debeat. Certè hanc lectionem secutus est Iacobus Zieglerus. Sed is, inconsideratè sanè, censet istam villam ad Occidentem versus à Diocæsarea positam fuisse. Et hæctenus de urbibus. In quibus explicandis atque ostendendis, si parum satisfecimus lectori: debet ille nobis ignoscere: atque existimare, in rebus tanta vetustate oblitteratis, & quæ exploratè percipi nulla iam ratione possunt, satius esse, non multa dicere, quam incertissima pro veris, absque vlla dubitatione asserre. Sed iam videamus Iacobi Mosisq; de Nephthalitarum conditione prædictiones. Et an omnia, vt prædicta ab illis sunt, ita ceciderint expendamus. Nephthali, inquit Iacob, vt cerua dimissa, dans verba elegantia. Moses verò, Nephthali, ait, gratiofus, siue satur fauore, & plenus benedictione Domini, mare, hoc est, Occidentem, & Meridiem posside. R. Leui Gersonis Iacobi verba ad Barac accommodat. Is enim, inquit, cum esset Nephthalita, natus vrbe Cedus, facillè atque expeditè, tamquam velox cerua, mitti se passus est à Debbora, in expeditionem, aduersus Sisaram, vt est in Iudicum libro scriptum. ac deinde vnà cum Debbora triumphans, edidit ore verba illa elegantissima, atque suauissima, quæ in epinicio carmine leguntur. Hæc Iudæi sententiam multis placere video. Mihi verò visa semper est ineptissima. Quis enim tam esse potest inconsideratus; vt existimet, augustissimam illam Patriarchæ de vniuersa posteritate Nephthalimi prædictionem, vnius hominis victoria; ceteroqui ignobilis, & obscuri; paucisque decantatis versiculis confectam, atque exhaustam esse? Ad hoc: ipsa narratio sacra minimè promptum profuluisse Baracum ad eam expeditionem apertè testatur: sed tergiuersatum esse: Neque mandatis Dei, quæ à Debbora perceperat, nisi se illa periculi sociam adiungeret; voluisse obtemperare. ob quam rem victoriæ etiam gloria ipsi est à femina prærepta. Iam verò versus illi à Debbora potius; quæ ex Iosepho prognata fuisse videtur; quam à Baraco Nephthalita sunt cantati. Postremò absurdè profectò fortis atque audax imperator comparatur cum cerua animante fugacissima. nisi verò existimamus ad probrum tribus Nephthalitæ, non ad gloriam, spectare Iacobi prædicta. Nam certè Baracum non obscurè timiditatis incusatur à Debbora. Ego igitur opinari malo, Iacobi pauca verba à Mose esse explicata; atque eundem vnum sensum in vtriusq; prædictis inesse: hunc dico. Nephthalios in tuta, atq; habere collocatos regione, exsultaturos suauis libertate: similiter atque ceruæ nullis indagibus conclusæ; sed in herbosis amœnisq; saltibus liberè versantes, pascentesq; exsultim ludunt. Præterea blandis appellationibus, & humanitatis artibus gratiam sibi conciliaturos apud omnes: ac proinde in summa pace diuinis illis donis fruituros: quæ maxima est Dei benedictio. Et quamuis ad extremos Chanaanæ fines apud Boream, tamquam in exilium relegati forte videri possint: nihil tamen ipsis defuturum earum rerum, quibus ceteræ tribus ad Occidentem, Austrumque habitantes, abundant. Tuti enim habitabant, cum à Septemtrione Libanum pro muro haberet: ab Oriente Iordanem, à reliquis partibus socias tribus. Liberè autem euagari potuerunt, cum ad Septemtrionem, & Boream, atque etiam, vt opinor, Thraciam, nulli supra eos habitarent Israelitæ, quibus damnum suis excursionibus darent. Iam verò ad commercia quod attinet, ea cum plerisque tribubus facillima ipsis fuerunt; cum multis essent affines aliqua ex parte. Nam cum Iudæis; à quibus videri poterant quàm longissimè separati, per Iordanem facillimè communicabant. Atque hæc, opinor, causa est, cur supra sacris verbis diceretur, eos incidisse in Iudam, ad Iordanem. Iam verò ad soli fecunditatem quod attinet: est ea per vniuersum illum Iordanis tractum, & Decapolitanam regionem, inde ab ipsis fontibus, aut eò etiam altius, agrorum libertas, vt iam multorum sit scriptis celebrata. Quod propter & Danitarum exploratores, in Iudicum historia, referunt, vniuersam illam regionem, quæ circa Paneada est, & Iordanis fontes, nullius bonæ rei egere, earum rerum, quas terra producit. Et si ad Tiberiadem vsque descendimus, quis nescit quæ amœnitas, copia, vilitas rerum omnium fuerit in Genesaræ oris, longè lateq;? Tum ex diuersa parte, Libani, Antilibani valles culturæ omne genus cù maximo operæ precio compensant. vt narrat quotquot eas terras adierunt: cum sint vinetis, pomariis, agris, pascuissimæ. Quod si porro vltèrius etiam transcendere ius fasq; fuisse isti tribui, ad Antiochenam vsque regionem, existimamus; quam Tetrapolim, & Seleucida nominant: hanc quoque prouinciam vniuersam fuisse fecundissimam, testatur Dionysius, cum de ea canit his verbis.

πᾶσα δὲ τοι λιπαρή τε, καὶ εὐβοτος ἐπλετο γῶνι,  
 μὴ λάτρε φορβέμενοι, καὶ δένδρεα καὶ ῥῖπον ἀέζων.

Sed

Sortis Nephthalim cõfensio cum Iacobi prædictione. Explicati loci.

R. Leui Gers.

R. Leui sententia rescillitur.

Iacobi verba interpretatur.

Decapolitanae regionis libertas.

Genesaræ fecunditas. Libani valles fecundissimæ.

Tetrapolis. Seleucia.

Gen. 49, 21. Deut. 33, 23.

Iudic. 4.

Iudic. 4, 9.

Sup. v. 14.

Iudic. 18, 7, 9, & 10.

Dion. de sign. orb.

Deut. 33, 23.

Sed enim contendat fortassis aliquis, illa Mosis verba, *Mare & meridiem posside*, sic esse accipienda, quasi habitaturos Nephthalitas prædixerit, ad mare mediterraneum, & versus Austrum. Ego verò ei auctoritatè Chaldaei interpretis opposuero: Is enim, quod Moses, de mari, hoc est, Occidete, dixit, interpretatur, de ora maris Tyberiadis. Verum quado insolens videri potest, maris, vocabuli ista vsurpatio; dicam, si ita vis; Nephthalitas supra Sidonem ad mare pertingere potuisse. Nam certum est, Aferitas, non vltra hanc urbem habitauisse. Mihi tamen dubium non est; quin, mare, & meridiem possessuros illos ideo dixerit Moses: quia quamuis ad diuersam prorsus partem; hoc est, Aquilonem & Orientem habitarent; tamen per societatem, & commercium, ab aliis tribubus essent; participaturi, quidquid apud illas boni haberetur. Sed ista sunt superius à nobis explanata. Adscribunt quidam Nephthalitarum hereditati etiam Damascum, Abilam, Chalcidem, Palmiram, Emesam, aliasque vrbes nobilissimas, positas versus Eufratem. Quibus ego libenter assentiar: mirificè enim hoc congruit cum ea sententia, in quam ego Iacobi prædicta sum interpretatus. modò vt ne hoc sit, extra eos fines excedere, quibus Deus ipse primùm Chanaanæam determinauit. Nam ad Eufratem vsque habitare, nondum ipsis concessum erat: vt cap. primo multis est à me ostensum. Quare ista nunc hæctenus.

Sup. c. 1, v. 4.

Tribui filiorum Dan, pro ipsorum familiis exibat fors &c.

NON est, quod miretur quis, cum audit Danitas habuisse vrbes, quæ antè sunt Iudæis attributæ. Diximus enim, tam amplam regionem Iudæis primùm esse assignatam, magis vt in ipsorum tutela atque præsidio ea esset, quàm vt totam perpetuò haberent hereditatis loco. Sed Danitæ non penitus intra Iudaicos limites, neque sparsim collocantur, sicut Simeonitæ: quibus ea res tamquàm piaculum auiti facinoris fuit, vt diximus. Particulam enim dumtaxat ab illis accipiunt ad meridiem: ceteroqui ab ipsis recedunt in Septemtrionem: & quidem, vt Iosephus tradit, vsque ad Doram, vt autem sacrorum verborum descriptio postulat, paullulum modò vltra Ioppen. Nam profectò ad Doram pertinere non potuerunt Danitarum limites, cum essent Ephraimitæ, Manassensesq; interpositi. sed Iosephus magis in armis, quàm sacris literis versatus esse videtur; tametsi de vtraq; disciplina se ipse æque iactet. Vrbes אָרְלוֹן, Saraa, & אֶשְׁתָּאוֹל, Esthaol in campestribus locis positas fuisse, audiuimus capite xv. Nimirum campus ille אֶשְׁתָּאוֹל, Saphela, quæ & אֶשְׁתָּאוֹל, Vallis gigantum appellatur, apud Eleutheropolim, qua ad Septemtrionem, quæ Occidentem Meridieq; porrectus, ex magna parte est attributus Danitis. In eo igitur sita erant etiam ista duo oppida, non magno separata interuallo, in quo sepultus est Samson, in patris sui monumento; qui erat Danita. Eusebius locat Esthaol x. millib. pass. ab Eleutheropoli, versus Aquilonem, qua itur Nicopolim, siue Emaunta. Paulo autem citeriorem Saraa אֶשְׁתָּאוֹל, Hir-Semes. hoc est, solis urbem, putant esse eam, quæ in Iudaico catalogo dicebatur, בית שמש, ædes solis. positaq; erat supra Cariath-iaarim, & Cheslon, versus Occidentem. אֶשְׁתָּאוֹל, Selabin, & אֶשְׁתָּאוֹל, Aialon exstabant in monte Hares, vicinæ inter se: quod ex Iudicum historia apparet. in qua Lxxii. pro, Selabin, dixerunt, vulpes. nimirum אֶשְׁתָּאוֹל, interpretantur. Sed cur pro אֶשְׁתָּאוֹל, Aialon, dicerent, vbi erant vrsi, non possum satis constituere. Hebræi enim vrsum אֶשְׁתָּאוֹל, vocant, non autem אֶשְׁתָּאוֹל, quod equidem sciam. De Aialone diximus capite decimo. Paralipomena eam asylum faciunt: in quibus Latinus, mendosè, Helon, pro Aialon habet. Eise enim eas diuersas vrbes patefacit hic locus. אֶשְׁתָּאוֹל, Elon autem verbo ad vocales immutato, in Regum historia memoratur, fuisse vnà cum urbibus Selabin, & Beth-sames, in præfectura Ben-decaris: vnde & illud effici videtur; Hir-semes, esse Beth-semes, quod modò dicebam. Significat autem אֶשְׁתָּאוֹל, arboris genus, vt alibi multis descriui. Atque ideo, quoties vt loci proprium nomen vsurpatur; solet certa quapiam apposita nota definiri. Exempla sunt: אֶשְׁתָּאוֹל מַמְרֵי, Quercetum Mamre. אֶשְׁתָּאוֹל מוֹרָה, Quercus monitatoris. אֶשְׁתָּאוֹל מִצְבֵּי, Quercus statua. אֶשְׁתָּאוֹל מִצְבֵּי, Quercus in Saananim, aut Quercus apud transmigrantes, & vagos homines. denique præiens locus in Regum historia dicitur, Quercus Beth-hananis. Quamuis illic Latinus alium locum Elon, alium Beth-hanan faciat. De תַּמְנָה, Thamna, siue Themna, aut Thamnatha diximus in Iudaica hereditate. Longè aberrare mihi videntur, qui hanc in monte Ephraim collocant, cum existisse infra Saraam appareat de Samsonis historia. Diuersa enim ab ista est illa Ephraimitica; cui cognomentum Hares, & Sarah est attributum, quamque sibi deliget Iosua, proximis versiculis. De Accarone, & Elthecone diximus alibi. Porro de גִּבְתוֹן, Gebbethon, scriptum est in Regum libro, fuisse eam Palestinorum urbem, quam cum obsideret Nadab Ieroboami filius, est à Baasa interfectus. Nominis enodatio est, eminentis

Chaldaei.

Danite.

Danite quàm alie versus Septemtrionem habitant.

Iosephus non satis positus facit literarum.

Saraa. אֶשְׁתָּאוֹל. Esthaol. Saphela caput Vallis Gigantum.

אֶשְׁתָּאוֹל. Hir-Semes.

בֵּית שֶׁמֶשׁ. Beth-Semes.

אֶשְׁתָּאוֹל. Selabin.

אֶשְׁתָּאוֹל. Aialon.

אֶשְׁתָּאוֹל. Elon.

אֶשְׁתָּאוֹל. Hir-Semes.

תַּמְנָה. Thamna.

גִּבְתוֹן. Gebbethon.





impune ab illis potuit trucidari; etiam si superioris iudicij sententia absolutus fuisset. Sin vero noxiæ conuictus erat; tum magistratus eius vr̄bis, in qua facinus admiserat, à magistratu asyli ipsum repetebat; receptumque in manus vindicis sanguinis noxiæ dedebat. Putant quidem plerique cum Doct. Heb. non in asylo dari debuisse in profugum capitis iudicium: sed vbi eadem fecerat. Illic enim de tota re cognosci certius potuisse. Et hæc suam sententiã sacrís etiam verbis planè affirmare se posse credunt. Scriptum est enim, inquit, in Numeris: Et iudicabit cœtus, inter percussorem, & inter vindicẽ sanguinis, secundum istas leges. & liberabit cœtus homicidã à manu vindicis sanguinis: & reducet ipsum cœtus, ad vr̄bem receptus sui, ad quam confugerat. manebitque in ea, vsque dum moriatur Pontifex max. &c. Quo enim, inquit, modo absolutus reducet ad vr̄bem, ad quam confugerat, si in ea ipse causam dixit, atque eius vr̄bis senatus iudiciũ exercuit? rectè sanè. sed ego vicissim interrogo: cur in culpa cum esset, damniatum, vt noxiæ dedere- tur, mittebat repetitum ab asyli, senatu eius vr̄bis, senatus, in qua facinus fecerat; (nam & hoc in Deuteronomio scriptum est luculeter.) si in hac, nõ in illa vr̄be, iudicatum iudiciũ est? Neque enim capitis iudicium, nisi in præsentem constitui potuit, postquam semel ad asylum perfuisset. Debebat enim ipse stare coram senatu: & pro se causam dicere. Ad hoc: quis non existimet, id eod potissimum in Leuitarum vr̄bibus solis constituta asyla esse: quo illiusmodi capitalia iudicia maiore cum religione, atque iusticia fierent? Nã quod illos vnũ mouet; eum se iudicio à vindice sanguinis absoluit, reducit, vt ego certè existimo, in vr̄be, in quam confugerat, nõ ex altera illa vr̄be, in qua peccarat, sed ex asyli porta: aut alio quopiam asyli loco, in quo causam dixit, iudiciumque redditũ est. Puto enim istam reductionem absoluti, esse antithesin eius traditionis condemnati, quæ in Deuteronomio, vt dixi, scribitur. Atque hanc ego sacrõrum verborum simplicissimã, verissimamque esse sententiã existimo. Cetero qui nõ magnopere lubet de ea re cum quoquã cõtendere. Quin hoc quoque, fortassis nõ ineptè dicat aliquis, Ea verba, quæ ex Numeris proferebantur, accipiẽda quidẽ esse, de cœtu eius loci, in quo homicidiũ fuerat admissum: sed tum demum, si homicida ad eius vr̄bis magistratũ, non ad asylum, confuisset, vel itineris periculo, vel alia re prohibitus. Nam illud, *ad vr̄bem receptus sui*, videtur nõ incommode interpretari posse, de vr̄be, ad quam confugere debuisset. Neque enim homicidã innoxij cœco propinquorum furori prorsus relinquendi à magistratu alterius vr̄bis erant, cum ad asylum euadere non potuissent: sed iuuandi potius, vt in tuto essent.

*Quia imprudens percussit socium suum, quem non, &c.*

A contrario sensu, si prudens percussisset socium suum, hoc est, quemuis hominem, quem secundum leges diuinas odio prosequi non poterat, est enim natura omnibus hominibus inter ipsos societas: igitur si sciens hominẽ percussisset; dedendus erat in manus vindicis sanguinis. nõ tamẽ temerè, vel leuiter: sed postquã corã senatu causam dixisset, solenni que iudicio damnatus fuisset. Atqui ne sic quidẽ tradebatur à Leuitis vindici sanguinis: sed alterius vr̄bis senatui, in qua peccauerat: vt hic demũ vindicis illum iustæ iræ permitteret. vsque eod scilicet sacrarũ rerum administri Leuitæ: qui asylorũ omnium ciues fuere, & iudices, à sanguine fundendo sese abstinebãt. Tutatur autẽ præfens locus æquitatẽ aduersus summũ ius: ostenditque, pro illa omnes leges interpretari debere. Cetero qui enim si ad quæuis à *ἐπιτηδεύματα*, vno eodemque, rigore, pro verborũ, quibus latæ sunt, tenore accomodentur, sæpè iniquissimæ sint. Docet insuper, laudẽ, & culpã, quæ cũ actionibus hominũ coniunctæ sunt, in deliberatione, atque volũtate ipsa potissimum consistere: poenãque iudiciorũ liberam esse innocentiam. *Quem non prosequatur odio ab heri & nudius tertius*. Atqui ex illa impunitate, quam asylorũ peperit multitudo, ea est iã nata impietas, vt multi sint sicarij, qui pauculis nummis operã suã locitent, ad faciendũ, vel occidendũ hominẽ, quẽ numquã viderũt; & percussorum se nomine veditent. Ceterum quid sit *ab heri & nudius tertius*, alibi est à nobis expositum. Cũ porro sequitur in sacrís verbis, *vsque ad mortem summi pontificis*: curta est narratio; ipsaque breuitate obscura. Nam, vt antè dixi, tutus in asylo erat; vsque dũ causam accusatus dixisset. Iã verò dictã causã, si absoluebatur, tamẽ manere etiã in asylo debuit, tãtis per dum viueret eius temporis Põ. max. Hoc enim definito exilio plectebatur ipsa incõsiderãtia, in re tã atroce, vt maior esset cautio. Præteritũ ergo est, quid illo fieri debuerit, qui dãnatus esset. Est autẽ animaduertendũ, immẽsam Dei sapiẽtiã, simul & misericordiã, dũ alienũ à culpa homicidã ad rēpus coerces muris asyli, mirificè consulere propinquorũ hominis occisi oculis: ne immaturo percussoris aspectu illi violẽtur, sed ipsorũ animi dolor interea, tẽpore ipso, sanetur. Videntur autem hanc

In qua vr̄be iudicium homicidij constitutum sit.

Socius quis.

Leges ex æquo sunt interpretandæ.

Laus & culpa ex voluntate pendunt.

Beati in Italia.

Homicida in asylo manere ad tempus debuerit.

מכרת ככר פ' ב'

Numer. 35. v. 24

Deut. 19. v. 12

Suprà cap. 6. v. 15. & infra 9. v. 5.

Maimonius, Moreh nashim lib. 3. cap. 40.

מכרת ככר פ' ב'

Ambrosius de Isaac. c. 2.

hanc legẽ secuti esse rerũ capitalium æquissimi iudices Areopagitæ; cum imprudentem, neque sceleratum homicidã ἀπειθαρχήσαντα, hoc est, annuo exilio, damnare solerent. Nimirũ tam immanis res apud omnes homines semper habitũ est homicidium, vt etiã ij, qui imprudentes inscientisque id fecissent, tamen certis piaculis opus habere, sũt existimati; quo à furiarũ exagitatione; hoc est, à suã ipsorum conscientia terrore; possent cõquiescere. Neque verò id mirum est; cũ hominẽ perimere, sit ipsã quodã modo rerũ vniuersitatem, atque ad eod ipsum Deum violare. Est enim homo ad imaginẽ Dei creatus: quæ res quanta sit, explicatum à nobis alibi bene multis verbis est. Hoc enim illud est; quod in ipso rerum ortu dictum est à Deo. Sanguinẽ vitæ vestrẽ requirã, requirã, inquam, ipsum ab omni animante; & ab hominẽ: requirã hominis animam à viro, qui ipsius frater est. Qui fuderit sanguinẽ hominis; per hominẽ fundetur sanguis ipsius. Sed audiamus tanti piaculi causam. Quia, inquit, ad imaginẽ Dei factus est homo. Sed hoc hætenus. Cur autẽ Pontificis morte hoc exilij tempus definiretur, multæ sunt doctorũ virorũ sententiæ, atque eã in magna varietate constitutæ. Ego paucas, easque præcipuas annumerabo. Vir magna doctrina, & summa etiã apud suos gentiles auctoritate Moses Maimonius, in eo cõmentario quem inscripuit מורה הנבוכים, hoc est, doctõrẽ eorũ qui dubij hærent, scriptum reliquit in hac sententiã. Quod, inquit, is qui imprudens fecit homicidiũ, exsulat: id eod fit, vt trãquilletur interea animus vindicis sanguinis, dum hõ videt eum, qui facinus fecit. Pendet verò ipsius in patriam reditus ex morte eius viri, qui cũ ceteros mortales omnes dignitate præcellat, atque ab omnibus Israelitis summẽ ametur, consentaneũ est, eius acerbo casu sedari dolorem, quem sanguinis vindex ex cognati sui cæde cõceperat. Quippe sic comparatũ est hominũ ingenium: vt quisquis habet infortuniu, si par, aut maius alteri accidisse viderit, minus doleat de suo. Nullius autẽ omninũ hominum calamitas grauior, apud nos certè, existimatur, quàm Pontificis maximi mors. Hæcille, propè ad verbum, quem secutus, vt videtur, Leui Gersonis, Prudẽter, inquit, voluit lex restinguere feruorẽ animi vindicis sanguinis, de morte propinqui conceptum; eod quod cerneret, principem virum, quãtus est Pontifex, etiã morte esse peremptum. Atque huic subscribit Bahaius. Sed Doct. Heb. quo libro de poenis tractãt, hanc afferunt causam. Põtificis, inquit, propriũ munus erat, imploratã Dei misericordia auertere tristes illiusmodi casus à sui sæculi hominibus. Iure igitur admissi delicti piaculũ in eius morte positum est, cuius in exorando Deo negligẽtia illud est admissum. In cõmentariis veteris, quæ פירוים vocantur, redduntur aliæ rationes: quas hoc loco laudat Kimhi. Sed quia parum firmè mihi videntur, piget adscribere. Et Paullus Fagius, eas cõpilauit, exposuitque, in iis annotationibus, quas in caput x x v. Numerorũ scripsit, à se ex Chaldeo cõuersum. Porro R. Isaac Aramæus, vir egregie doctus, & acutus, de ista re sic scripsit. Mihi, inquit, videtur, id eod, nisi mortuo Pontifice, homicidã exire asylum non potuisse: quia cũ asyla omnia, vrpote vr̄bes Leuiticæ, fuerint in ditione Pontificis; debuerintque ei seruitutẽ, & officia, vt primari eius tribus; probabile est, homicidã, postquam illuc se receperat, similiter atque alios ciues, omne genus officia Pontifici debuisse: eaque quàm diu iste viueret, præstare debuisse: cũ ei ciuis nexu vincus esset: ceterum diuinã misericordiã voluisse, vt, quando ille innoxius esset, illiusmodi seruitute ab vno solo premeretur rege. Itaque mortuo Pontifice, qui tamquam rex Leuitarũ erat, exire illum eo seruitio, atque ad suas possessiones redire licuisse. Hæc Aramæus, ingeniosus, meo iudicio, quàm firmitus. Sic igitur ferè Iudæi, cordatiores certè, sentiunt, nugatores enim omitto. Nostri plerique omnes, cũ rationẽ aliam reddere non possunt, tamquam in aram, cõfugiunt ad anagogen. Nam diuus Ambrosius, in eo opere, quo sæculi fugam & doctẽ, & piẽ suadet; postquam de asylis multa disputasset, hætere tandem dixit, interpretationem secundũ literam; in eo, quod de expectanda Pontificis morte constitutũ est. Ego verò, etsi verear, ne parũ sit placitum quod afferam, nihil enim satis liquere potest, in re tã obscura: dicam tamẽ quod sentio: Igitur, sicut exilium ipsum, ita etiam hanc, de expectanda Pontificis mortẽ legem, ad cædis humanæ immanitatem declarandam pertinere censeo, quã scilicet homicida, vt impurus; quippe humano pollutus sanguine; intra asylum, tamquam intra præscriptas latebras, occultari tantisper debeat; neque inter alios homines liberum efferrẽ caput possit; dum superstes is est, quem in terris Dei primarium interpretẽ, & eius diuinæ maiestatis personam quodam modo adumbrantem, atque omnino omnis religionis, pietatis, sanctitatis אֱלֹהֵינו ac principem; è sublimi muneris sui folio reipub. statum semper contuentem, ille facinoris illius sui ditrate omnium grauisimè offendit.

Areopagitar.

Omne homicidij piaculo opus habet.

Grabitus homicidij.

Cur exilium infortis homicidæ definitum sit morte Põtificis Max.

R. Leui F. Gersonis.

R. Bahaius.

פירוים R. David Kimhi.

R. Isaac Aramæus in Istad. co colligat.



Mihi enim certè prorsus spectare huc videtur, quod in Numeris, tamquam causa, affer-  
tur, cur tanta superstitis Pontificis debeat esse reuerentia, his verbis: *Qui unctus est oleo*  
*sancto.* Est enim id, ut videtur, hoc sensu accipiendum. vsque eò dum in viuis manet ille  
pontifex, in quo ipsa Dei maiestas est violata, per illiusmodi facinus; quod interea, dum  
ille pro Deo fungebatur summo sacerdotio, est patratum. Scio equidem esse, qui liberta-  
tem reuertendi post mortem Pontificis, acceptam referri debere statuunt renouationi  
gratiæ, qua nouus succedit sacerdos ad reconciliandum Deo populum. quasi hæc offen-  
sas superiores placare magis possit. eosque qui solius erroris pœnas dabant, non malitiæ,  
in integrum restituere. Quorum ego sententiam laudo quidem, ut acutam, & subtilem:  
verùm cur probare non possim causa est, quòd videretur videar, legem istam nullam prorsus  
nouu Pontificis rationem habere: sed rem omnem ad eius excessum referre, quo viuo  
patrata cædes fuerat. Verùm enim uerò ipsa ἀνεγκριση vt certissima, ita aptissima est. Signi-  
ficat enim, genus humanum, nisi per mortem summi Pontificis Christi, in cælestem pa-  
triam suam reuerti nõ posse, vnde semel, per Adæ errorem exulare cepit. Aut, primum  
nostrum parètem Adamum, postea quàm omnem posteritatem errore suo interfecisset,  
patria sua extorem, sperare nullum reditum potuisse, nisi per Põtificis Christi mortem;  
aduersus quem maximè peccauerat, tamquam Deum, & hominem. Quin veteres etiam  
Iudæorum magistri illud Adæ facinus, rectè, & vt opinor, imprudentes, in hanc senten-  
tiam interpretantur, in iis commentariis libri Numer. quæ Rabba vocant.

Anagoge.

במדרב רכה קנש

שכם Sychem Neapolis.

Tanhuma.

Afyla cur in montibus.

Dispositio asylorum æquabili di- stantia.

Consecrarunt igitur ipsam Cedes in Galilea, &c.

7

VERBUM קנש significat quidem sæpe, rem quampiam constituere, designare, atq;  
in vsum aliquem destinare accommodareque; sed tum solùm, quando adhibetur quæ-  
dam religionis caeremonia. Optimè igitur consecrãdi verbo reddi videtur. De vrbibus,  
quæ nominantur, diximus alibi. Eusebius diuersam esse hanc Sychem existimat ab illa  
Dinæ stupro, Iosephi sepulchro, aliisque multis rebus nobilitata vrbe: quam, vt diximus,  
posteritas dixit Neapolim, vulgus nunc Naplozam vocat. Sed veteres Iudæi, in com-  
mentariis inscriptis Tanhuma, siue Ielammedenu, Neapolim fuisse asylum cõsent. Idq;  
ego esse credibilius opinor: cum de duabus Sychem nihil certi proditum sacris literis  
esse videatur. Fuit quidem, vt apparet, Sychem, apud montem potius, quàm super mon-  
tem posita. Sed satis fuisse puto, vt vrbis indicium mons procul videri posset. Nam ideo  
in montibus constituta fuisse asyla certum est: vt obuiam iretur errori miserorum ho-  
minum; qui quadam infelicitate in facinus illud incidissent: cum certo itinere conspe-  
ctam procul asyli urbem possent petere. vsque eò enim Deus istorum calamitati succur-  
rendum putauit; ne innoxio suo sanguine pœnas vindicibus darent; atque ita terra ma-  
gis magisque pollueretur; vt ipsas etiam vias, quæ ad asyla ducerent, sternere accuratè  
iussit. Quò spectat etiã ipsa commodissima asylorum dispositio per vniuersam regio-  
nem, atque æquabilis distantia. Propè enim par est viæ spatium ex quouis terræ sanctæ  
angulo ad vnum illorum quodlibet. Nam Hebron vrbs exstabat ad Meridiem: Cedes ad  
Septemtrionem: Sychem inter illas medio loco. Etenim sic fieri voluerat Deus. Dixerat  
enim, cum de tribus asylis verba faceret: Diuidite fines terræ vestræ, cuius vobis possessio-  
nem daturus est Deus vester, in partes tres: nimirum æquales; quantum certè ipsa loco-  
rum ratio permittat. Quin à Doct. Heb. existimatum est, in illo, quem nuper dicebam,  
libro; & quidem probabiliter, vt puto; paria fuisse interualla ab extremitate australi ter-  
ræ sanctæ ad Hebronem; ab Hebrone ad Sychem; à Sychem ad Cedes; denique à Cedes ad  
extremitatem aquilonarem.

Trans Iordanem verò Ierichuntis ad orientem, &c.

8

FVERANT quidem tria ista asyla cis Iordanem à Mose constituta. verùm, vt est à  
Doct. Heb. proditum, religiosum illud sanctitatis ius nõ habuerunt, nisi tum demum, cum  
etiã altera illa trans Iordanem essent cõsecrata. Eaque causa est, cur iã denuò, nulla Mo-  
sis facta mentione, hæc designentur. Scribunt porro iidem Doct. Heb. vtraque perfugia,  
sic altera alteris, ipso posito respondisse: vt in pari essent altitudine, siue latitudine cosmo-  
graphica, Hebron, & Bosor; tum Sychem, & Ramoth; denique Cedes, & Gaulon. sed  
eius rei fides sit penes illos. Neque enim veritas, nisi sciotheris facilè inueniatur. Sed  
multa illi alia de asylis illic nugati sunt; quæ non fuerit operæ precium adscribere: sunt  
enim digna illis hominibus, quos Deus multauit amentia, & cæcitate, atque stupore ani-  
mi: qui que ita palpant in meridie, sicut cæci in tenebris. Si quis tamen curiosior etiam  
illa desideret; eum iubeo Fagium, quem nuper laudabam, adire. Facere tamen non pos-  
sum, quin

Deut. 18. v. 18.

sum, quin vnum commemorem. Mirabile videtur, cur non plura apud nouem tribus,  
& dimidiam instituta sint asyla, quàm apud duas & dimidiam. Hoc ergo facillimè expe-  
diunt Doct. Heb. illi, homines acutissimi scilicet. In Galaaditide, inquit, frequentiora  
fiebant homicidia. Et hoc ne somniasse videantur, vt multa; certissimum laudant aucto-  
rem Oseam vatem, qui dixit: Galaad ciuitas maleficorum, callida in sanguine, fũdèdo  
videlicet. Quasi verò asyla pro maleficis, & callidis latronibus sint comparata. Sed hoc est  
istorum hominum singulare acumen. Melius Nehmannus. Duo, inquit, regna, Sehonis  
& Og, etsi paucis tribubus sint attributa, cum ea regione, quæ propriè Galaaditis nomi-  
nabatur; tamen cum amplissima essent, non paucioribus asylis opus in eis erat, vt inno-  
centium hominum saluti consuleretur; quàm in reliqua Chananæa vniuersa. Sed cum  
addit Nehmannus; hoc quoque responderi posse: Mosis gratiæ concessum à Deo esse, vt  
non pauciora ipse, quàm Iosua asyla constitueret; non minus quàm Doct. Hebr. pueri-  
liter nugari mihi videtur. Amplitudinis enim loci rationem esse habitam, inde efficitur  
apertissimè, quòd tria insuper alia asyla instituenda fuerint, si olim fines ampliores popu-  
lo concederentur à Deo. Ciuitas Bosor, quæ ab Hebræis בעזר Bezer, & בעזרה Bozra dici-  
tur; posita erat in Moabitidis planitie, vt ait Ieremias. hoc est, in iis campis, quos Moabiti-  
cos vocare solemus. Ex Machabæorum verò historia certum est, eam existisse in deser-  
to. Nam illic Galaaditidis nomine vocatur vniuersa regio, quæ cis Iordanem est Israelitis  
assignata. Erat ergo ista vrbs in Rubenitarum hereditate posita trans Arnonem longius-  
culo interuallo: sicut Hebron, non in ipsa Iudaicæ hereditatis extremitate; sed interius,  
pro primo à meridie asylo designabatur. Nam longè alia est illa בעזרה Bosra, opinor; quæ  
Isaias apud Idumæos collocat. De רמות Ramoth diximus capite x i i. Porro גולן Golan,  
siue Gaulon, superest in prægrandi vico, vt ait Eusebius, in Bathanea, hoc est, Basanitide.  
Hæc vrbs nomen dedit amplè atque huberi regioni, quæ Gaulonitis appellatur. Hanc  
duplicem esse statuunt: Superiorem inde à Libano monte ad Lacum Genesaram dedu-  
cunt: Inferiorem autem litore Genesaræ ad Gadaram vsque urbem definiunt.

Osee 6. v. 8.

Deut. 19. v. 8.

Ierem. 48. v. 21. Machab. 1.

Isa. 34. v. 6. & 63. v. 1. Supra cap. 13. v. 26.

Supra cap. 12. v. 1.

Istæ fuerunt vrbes publicè constitutæ pro omnibus, &c.

Cur nec asyla cis, quòc trans Iordanem.

R. Moses Ce- rundenfis,

בעזר & בעזרה Bosor.

גולן Galan vrbs Gaulonitis regio. Gaulonitis duplex.

R. David Kimhi.

An pro solis Israelitis con- stituta asyla.

מכרת מכח פ' ב'

Quo dico, vrbes publicè constitutæ, est Hebraicè ערי המועד. Diximus autem superi-  
ori, cum vocem מועד exponeremus; positionem, וער vsurpari, de loco, aut tempore præ-  
stituendo. Fuerunt ergo asyla, de communi omnium sententia constituta loca, ad quæ  
perfugerent infontes homicidæ. Nam quod R. Dauid Kimhi interpretatur, vrbes con-  
gregationis: quia illuc, vt ait, conueniebant homicidæ, parum plenè videtur ille rem  
ipsam dicere. Neque enim percussorum tantam illuc frequentiam conuenisse est credi-  
bile, vt à conuenis istis, vocarentur, vrbes congregationis. Quod porro additur, *pro omni-  
bus Israelitis, & pro peregrino*, id excludere quosuis ab asylis, qui Israelitæ non sint, aut certè  
communi cum illis sacrorum iure non vtantur, autumant Doct. Heb. & eorum astipu-  
latores Iudæi plerique omnes. Sed vocabulum, ער, non solos eos significare, quos  
μεσσηλυτους appellamus: sed sæpè simpliciter, hominem peregrinum, certa res est. Nam  
ipsi etiam Israelitæ fuerunt ערים, hoc est, peregrini in Ægypto. Et in Numeris præter,  
ער, etiam תושב, hoc est, inquilinus, hac lege censetur. Sed quando veruit Deus Israelitis,  
ne alienæ religionis homines apud se habitare sinerent: credibile quidem est, legem de  
iis peregrinis potissimum loqui, quos dixi μεσσηλυτους vocari. Verùm eo non efficitur, vt  
Doct. Heb. pro sua mala mente, volunt: si quis alienigena, neque Mosis institutis initia-  
tus, forte quadam, non malo animo, aut voluntate, cædem fecisset apud illos, necari eum  
ilico debuisse; etiam si ad asylum euasisset. Deus enim simpliciter detestatur omnem  
innoxij sanguinis effusionem. Neque quosuis alienigenas à suo populo impunè interfici  
voluit; sed Chananæos, & rebelles. Sed prius quàm digrediamur ab asylis: monendum  
est, ea omnia Leuitis assignari pro habitationibus. Nimirum, vt sacerdotij dignitate vis  
iniusta melius prohibeatur: vtque à viris diuini humanique iuris peritis illiusmodi capi-  
talia iudicia sanctius rectiusque iudicentur. Quare longè à vero aberrare mihi viden-  
tur, qui contendunt, in ea ciuitate, in qua patratum facinus fuerat, redditum iudicium  
hoc esse. Sed de ista controuersia disputatum suprâ satis est.

*Accesserunt autem primates inter patres Leuitarum, &c.*

**LEUITIS**, vt exortibus hereditatis, attribuendas esse ciuitates pro habitationibus, & suburbana arua pro pecore ipsorum, de cuiusque ceterarum tribuum hereditate, cum alibi, tum disertissime in Numeris sancitum à Deo est, qui eas vrbes numero, & earum suburbana spacio certo definiuit, ne dantium tenacitas scilicet, cum accipientium cupiditate contenderet, alterique alteros vlla re fraudarent. Id igitur nunc agitur. & quidem in tempore. Neque enim potuere tribus ceterę de sua quisque hereditate vrbes decidere, quas Leuitis darent, prius quam ipsę accepissent. Iam verò, debebant in primis assignari Leuitis illę sex vrbes, quę pro asyis fuerant deputatę. Erant ergo etiam asyla antę nominanda, quàm de Leuitarum habitationibus ageretur. Sed dicat aliquis. In extremo capitulis decimioni dicebatur, absolutam fuisse partitionem terrę. nihil ergo opus est ista distributione. Atqui cum Leuitę exheredes essent, nihil ad eos illa diuisio attinebat. Illud verò dubitationem habere aliquam videtur. Fuerint ne Leuitę vrbium suarum, & prædiorum domini, an verò vsu fructuarij modò, vt loquuntur Iurisconsulti. Sed mihi quidem videtur Deus hoc dubium sanciuisse satis apertè, cum in Leuitico diceret: Si quis emerit à Leuitis, desinat possidere domum emtam, & vrbem, iniubilæo: quia domus vrbium Leuitarum sunt ipsorum possessio, inter Israelitas. Ager autem suburbanus vrbium illorum ne venditor, est enim æterna ipsorum possessio. Verumenimverò, videntur rursus x i. viri accusandi cessationis, qui non vltro Leuitis propiciunt: sed dum interpellentur, expectant. Atqui quis credat Ponticem max. Eleazarum suos tribules, atque adeò seipsum fuisse neglecturum, vt ceteri collegę, viri sanctissimi, indiligentes fuerint? Igitur quod primates inter patres Leuitarum memorantur adire duodecim viros, eosque madata Dei admonere: id modò significat: illos, cum res ad eam opportunitatē perductę fuissent; accessisse ad diuiores communi suorum tribulium nomine, vt designatas ab illis vrbes, fortirentur. Simpliciter enim Dei iussa exponunt, dum se sistunt. Ac si dicat; se adesse à populo Leuitico allegatos; vt eas quadraginta octo vrbes fortiantur, cum suis pomœrijs, quę pro illa tribu sunt designatę. Non est quidem allegatorum numerus sacris literis significatus. Sed credibile est, fuisse duodecim; vt minimum: ternos videlicet, è quaque gente. Erant enim Leuitarum gentes quatuor, Caathitę ex Aharone prognati; Caathitę non nati Aharone, Gersonitę, & Meraritę. Ceterum, quę causa fuerit, cur tribui Leuiticę non vna aliqua assignaretur regio; sicut ceteris; explicatum à nobis est capite x i. v. & multa alia, quę ad Leuitarum conditionem attinent. Illuc igitur lectorem remitto. Nomen *מִצָּדָה*, cui patres subiiciuntur, interpretatur rursus Latinus familias & cognationes: profectò non aptè. Non enim singularum cognationum primates diuiores erant: sed singularum nouem & dimidię tribuum. De verbo *מִצָּדָה* dixi, ab eiciendo esse ductum, quia locus esset, extra vrbis muros positus. *לְאֵלֵינוּ* hic dicunt *τὰ περιώρεια*: hoc est; agros anturbanos semente excultos: alibi autem, *τὰ ἀφορισμένα*, & *τὰ ἀφορισμένα*; quibus verbis planè exprimitur notatio vocabuli Hebraici. Est etiam, vbi *περιώρεια* reddunt: quia pomœria illa vrbem circumquaque ambiabant. Symmachus *αποόρεια*, hoc est, suburbana, dixit, eumque nos sumus imitati. Sed de istorum suburbanorum amplitudine, disputauius cap. x i. v.

*Dederunt igitur Israelitę Leuitis de suis ipsorum hereditate, &c.*

**OS DOMINI**, est ipsum Dei oraculum; quod per Moſen ediderat Deus, diuino suo instinctu, atque afflatu. Non est autem existimandũ, populi arbitratu deputatas esse vrbes Leuitis. Neque enim, nisi deterrimas, atque incòmodissimas sibi quęque tribus ademisset, quas Leuitis daret. Planè autem, sicut in asyis constituendis obseruandũ erat æquabile interuallũ, ita & in Leuitarum habitationibus, ne illi ab vllis hominum cœribus abessent longius, quippe apud quos scientia rerum diuinarũ humanarumque, custodiebatur. & ex quorum ore lex Dei erat petenda. Fuit ergo diuiforum prudentię proprium munus, de singularum tribuum hereditate vrbes certas detrahere, ipso posito ad Leuitarũ sedes accommodas, atque eas cum quadraginta octo designassent, in classes quatuor distribuere, vt deinde quatuor illę Leuitarum gentes inter se illas fortirentur. Quod autem iubet Deus in Numeris, vt locupletiores tribus, plures vrbes conferant in Leuitarum vsu, egentiores pauciores; id de terreni vel ampliore, vel angustiore spacio accipiendum est,

Ordinis ratio.

Occupatio.

An Leuitę fuerint suarũ possessionum domini, an vsu fructuarij.

Quot fuerint Leuitarum allegati.

Latinus refertur.

שָׁדָד

Symmachus.

Os Domini.

Leuitę æquabile interuallũ habitabant.

Explicatus locus.

1

Numer. 35.

Leuitic. 25. 33. & 34.

22

Numer. 3. 17.

Sup. m. 14. 24.

Numer. 35. 16.

3

Malach. 2. 7.

Numer. 35. 7.

mco

mco certè iudicio. Erat enim omnino, vt dixi, videndum, ne illa sacerdotum veluti collegia, ab vllis hominum cœtibus abessent longius. Et probabilis videbatur nobis eorum sententia, qui dicerent, omniũ tribuum portiones, soli bonitate æstimata, æquales fuisse. Nam vt demus, cuique tribui, pro tribulium numero; non fortitò, sed diuiforum arbitratu, vel auctas, vel diminutas fuisse suas partes; eaque ratione alijs tribus alijs ditiores factas: non potuisset sanè ea inæquabilis varietas efficere, vt alię alijs minùs incommodè pluribus vrbibus carerent. Tam enim opus habent sex habitationibus familię sex, quàm tres tribus.

*Euenit autem fors cognationibus Caathitarum, &c.*

**CVM** tres essent cognationes ab vna stirpe, Leui, prognatę, Caathitę, Gersonitę, & Meraritę; Caathitas verò rursus in gentes duas ipsa dignitas diduxisset; his quatuor deinceps sequentibus, versiculis exponitur, apud quas tribus istarum quatuor cognationum vna quęque nacta sit suas possessiones. Sed explicabo paucis genus vniuersum. Ita enim facilius omnia intelligentur. Igitur Leui tertius Iacobi ex Lea filius genuit filios tres: Gerson, Caath, Merari. Ex Caath nati sunt Amram, Isaar, Hebron, Vziel. Porò Amram genuit Aharonem, & Moſen, atque Mariam. Ex Aharone, præter Nadab, & Abiu, qui malè perierunt; prognati sunt Eleazar, & Ithamar. atque ex his duobus solis est propagatus sacerdotum & Pontificum ordo, de Dei sententia; quam florente Aharonis virga significarat. Caathitarum ergo alij sunt, qui Aharonitę vocari possunt: atque hi soli sacerdotes sunt, alios sacra verba plerumque appellant, reliquos Caathitas: ac si dicant, nõ Aharonitas. hi ad sacerdotij dignitatem non ascendebant: sed in Leuitarum numero censebantur, quos diuina lex Aharonitis, hoc est, sacerdotali ordini, subiectos esse voluit; & propè mancipio dedit. Scriptum autem reperi apud Hebræorum magistros, amplissimum dignitatis sacerdotalis gradum; hoc est, Pontificatum, perpetua successione apud Eleazaris posteros mansisse, vsque ad Heli; qui ex Ithamare fuit ortus. Sed ob flagitia filiorum huius, denuò rediisse ad Eleazaris genus, Solomone regnante. Zadoc enim, qui in Abiatharis amoti locum sufficiebatur, ex Eleazaris natum nepotibus fuisse. Quod quia minimè peruagatum est, volui annotare.

*Dederunt ergo Israelitę Leuitis vrbes istas, &c.*

**IAM** nominatim enumerantur vrbes, quas quęque cognatio Leuitarum ex quaque tribu accepit. Tribus autem Simeonitica vnã cum Iudaica cęsetur, quia vnis finibus habitabat coniunctę. Sed enim animaduertendum rursus in hac fortitione est: quanta prouidentia Deuselecti populi sui res gubernauerit. Permitteret quidem Leuitarum quatuor istę cognationes forti suarum possessionum diuisionem. At illam sic moderatur benignissimus Deus, vt nihil casu, aut fortuito factum esse appareat luculentissime. Antebat enim quidem Gerson atate fratrem suum Caath; at hic, propter Aharonis summã dignitatem, præfertur illi. Rursus inter Caathitas Aharonitę anteponuntur ceteris, eandem ob causam. Ad hæc, locantur sortis casu Aharonitę; quippe sacerdotes; nõ cis Iordanem: neque apud tribum quampiã vnã è multis: sed apud Iudæos, & Beniaminitas: quorum illi tum regni dignitate præ ceteris tribubus omnibus eximij, tum ob Messię promissos natales venerandi erant. vtrique verò templi vicinitate decorandi olim; & paribus animis, aduersus ceteras tribus, auitam probamque religionem defensuri. Deinde reliqui Caathitę, vt illis genere ipso coniunctissimi erant, ita proxima loca sortiuntur, nimirum apud Ephraimitas, Manassenes, & Danitas. Denique Gersonitę anteponuntur Meraritis. Hos enim ipsa natura vltimos nasci voluerat. Et hæctenus de ordine, quo Leuitarum possessiones dispensauit atque disposuit fors ipsa, profectò diuinissima. Nunc de ipsis vrbibus pauca.

*His, inquam, dederunt Cariath-arbe, &c.*

**DE** ARBE, & ENAC satis multa sunt à nobis dicta capite x i. v. l. xx i. existimant illud, *קָרְיָת* ad vrbis dignitatem pertinere. reddunt enim, *μικρόπολιν*. Mirabile autem videri hoc loco potest: cur magno, quantum apparet, studio iterum atque iterum dicatur; non vrbem ipsam Hebronem, sed môtẽ modò fuisse Calebo donatum. quasi verò absurdum sit; vrbem, quę antè alteri, eam nunc Leuitis assignatam esse: ac non omnes, vrbes, quę his modò dantur, antè alijs tribubus sortitò obtigerint. Atqui obtigerat quidẽ vniuersẽ. Verùm nondum inter familias cuiusque tribus singillatim distributę fuerant. Alioqui enim, quibus familiis vrbs Leuitica fuisset attributa, eas suis possessionibus exheredes profusus fieri necesse fuisset. Quod propter existimandum est, ilico post fortitionem tribuum; &

4 5 6 7.

Genus Leuitarum.

Caathitę.

De pontificum successione.

8 9 10.

Dei prouidentia in fortis apertissimo casu apparet.

11.

An vlli familiaris sua possessio erepta, dataque Leuitis sit.

buum; & prius quam; quod cuique obuenisset tribui, id deinde inter tribules esset distributum; designatas esse cum sex illas, pro asyris, vrbes, tum ceteras quadraginta duas; quas omnes Leuitæ essent habituri. Sunt qui hoc loco miris modis extollunt Calebi raram modestiã, tam æquo animo ferentis, priuari se vrbe amplissima. At ego nihil video, quod Calebo sit detractum. Neque enim vrbs Hebron ei fuerat donata, si sacris verbis credendum est. Sed dicent, Dabiram illi esse ademta; quã maxima mercede obtinuerat, filia suæ nuptiis. Atqui in sacris verbis est, *הָרְעִים*, hoc est, loca non munita muris, vñ cum agro Hebronis, fuisse data Calebo. Dabiram autẽ quis neget fuisse munitissimã ad quam capiendam præmio tam pulchro ille suos cõmilitiones prouocabat. Sed cur vrbi alienæ capiendæ præmia proposuit, inquis? Profecto si suo agro potiri volebat, expugnandæ vrbes exterminandique hostes fuere. Ceterum de vrribus, quæ hic enumerantur, differuimus in hereditate Iudaica. Est sanè in multarum nominibus magna discrepãtia, si cum his catalogis conferas ea quæ in Paralipomenis scripta sunt. Nam vrbs Iota, quæ hoc loco nuncupatur, in Paralipomenis tacita relinquitur. Et pro Ain, illic scripta est Afan. Cuius rei causam hanc afferunt Doct. Heb. Cum designatis, inquirunt, Leuitarũ certis habitationibus, earum non nullæ etiam tum in Chanaanæorum essent manibus; datæ sunt, tamquã commodato, illis aliæ; quibus tantisper vterentur, dum eliminatis hostibus, suis possent frui. itaque factum est, vt in Iosua cõmentario eæ solæ sint nuncupatæ, quæ Leuitarũ propriæ fuerunt: at in Paralipomenis, quas vel suo iure, vel commodato possidebãt. Adiungentẽque exemplum, Cedès, inquirunt, cum diu in hostium potestate maneret, Leuitæ pro ea, vicinam Gamalãm habebant. Hæc Doct. Heb. Nos verò alibi diximus, multis de causis proprias locorũ hominumq; appellationes mutari tempore. Et est etiam, vbi vni loco, aut vni homini diuersa sunt ab initio imposita nomina. Neque dubium est, quin diuersi sacre historię libri, non ex iisdem omnnes annalibus sint conscripti. quæ res alibi est à nobis disputata. Denique libros Paralipomenon multis in locis curtos esse; ne dicam confusos, nemo non animaduertit, qui vel leuiter legit.

*De tribu filiorum Benjamin, ipsam Gabaon, &c.*

17

IN Paralip. tacita præteritur Gabaon. Et pro *עַלְמֹן* Almon scriptum est *עֲלֵמֶת* Alemeth; verbo ad literam vnã immutato. Est autem vtriusque nominis notatio, iuuentus. Vnde hæc eadem vrbs in Dauidis historã nominata est *בְּחֻרִים* Bahurim, quod ipsum quoque iuuentutem significat. Collocata autem quidam Bahurim, siue Almon, bis mille pass. ab Anathoth, versus Orientem: putantque castellũ fuisse in deserto, recedẽs à môte Oliuarum ad Boream, quã verè, ego nescio. Ceterum, *עֲנָתוֹת* Anathoth, Ieremiæ vatis ortu clarã vrbe, scribit diuus Hieronymus abfuisse ab Ælia tribus millibus pass. versus Septemtrionem. Videntur autem istæ duæ vrbes, Alemeth, siue Almon, aut Bahurim, atq; Anathoth, sua nomina accepisse à duobus Beniaminis nepotibus, filiis Bechor. Horum enim alter Alemeth, alter Anathoth dicebatur. vnde est credibile, istos sorte nactos fuisse loca, illis vrribus vicina.

*Cognitionibus autem filiorum Caath, Leuitarum qui, &c.*

20

IAM de iis Caathitis agitur, qui ex Aharone genus non ducebant. Cum autem essent Aharonitis proxima sanguinis necessitudine coniuncti, collocavit ipsos diuina fors proximis etiã locis. Ephraimitæ enim, & Manassenses à Septemtrione, Danitæ ab Occidente adiacebant Iudæis, & Beniaminitis, Aharonitarum hospitibus. Atque hinc rursus in Paralip. de vrribus decem desiderantur duæ: Elthece, & Gabathon. Atque pro Cipsaim, Iecmaam, pro Thaanach, Aner: denique pro Geth-Remmon apud Manassenses, Balaam scriptum est. De Cipsaim nihil certi habeo quod dicam. Mihi tamen non videtur ea esse Iecmaam, quæ in Regum historia, quantum apparet, haud procul abest ab Abel Meola: cum memoratur Bana, procurator annonæ Solomonis, præfecturã obtinuisse à Beth-san vsque ad Abel-meolam, vsque vltra Iecmaam. Nisi si hoc interuallum inter Abel-meolam, quæ in Manassensium finibus exstabat versus Beth-san, & hanc Iecmaam, longiusculum fuisse fateri velimus. Cipsaim enim Ephraimitarum erat. Sed vrbe Thaanach esse dictam Aner, scribit ille, qui traditionum in Paralip. auctor est, ab Abraham puer, qui illic olim habitavit, & sepultus sit. Sed quem puerum dicat, ipse viderit. Equidem scio Aner foedere coniunctum cum Abrahamo fuisse: seruiuisse verò non memini me legere. Itaque quod ille dicit, mihi non fit verisimile.

*Porrò filius Gerson ex cognitionibus Leuitarum, &c.*

27.

GERSON maximus natu filiorum Leui, duos procrearat filios, Lobni, siue Libni, & Semei

An Calebo aliquid detractum sit.

Cur in Paralipomenis alie Leuitarum vrbes nominatae videntur in Iosua.

Cedes.

Gamala vrbs. Proprie locorum & hominum appellationes mutantur tempore. Annales sacri. Libri Paralipomenon curtos sunt, & confusi.

Almon.

*עַלְמֹן* Bahurim.

Anathoth. *עֲנָתוֹת*

*קִיפְסַיִם* Cipsaim.

*יַעֲמָאָם* Iecmaam.

*בְּנֵי*

*מְחֻלָּה* Abel Meola.

*תְּעַנָּךְ* Thaanach.

*עֲנֵר* Aner.

Auctor traditionum in Paralip.

1. Paral. 6.

מסכת מנחה פ' ב'

Supra cap. 10. v. 13.

2. Reg. 3. v. 16

1. Paralip. 7. v. 8.

1. Reg. 4. v. 12

Genf. 14.

Semei siue Simi: ex priore numerantur nepotes sex in Paralipom. à quibus existimandũ est, multas esse propagatas familias. Huic ergo cognationi nunc dantur vrbes tredecim; in quatuor tribuum hereditatibus; in dimidia Manassensicis Iordanem, in Issachariana; in Aserina, & in Nephthalima. De *גִּלְיָהוּ* Gaulone, dicebamus nuper. Pro *בְּעֶשְׂתֵּיהָ* Beesthera, quod nomen in Latinis libris Bozran, mēdose opinor, legitur; habetur in Paral. *עֶשְׂתֵּיהָ* Estharoth. Sed de istã vrbe diximus satis multa capite x i r. Pro *קֶסְיוֹן* Cefion, est in Paral. *קֶדֶשׁ* Cedès. Sed hæc ea Cedès esse non potest, quæ Nephthalitarum erat. differuimus autem de Cefion, Dabereth, & Engannim, capite x i x. Porro quæ nunc *יַרְמוּת* Iarmuth vocatur, ea in Issacharis hereditate dicebatur *רְחַמַת* Rhamath. In Paralip. verò *רְחַמַת* Rhamoth, quæ nomina etfi ad literas nonnullas immutata sunt, tamen ab eadem positione ducuntur. Sed longè diuersa vrbs est illa Iarmuth Iudæorum, non procul ab Esthaol posita. Pro *עֵן גַּנִּים* En-gannim est in Paralip. *עַנָּם* Anem. Fuit igitur hæc quoq; vrbs *חֻבּוֹק* Hucoc. pro isto nomine dixerunt, *חֻבְּקָה* Hucoc, fons literarum, cum potius, horrorũ, dicere debuerint, nisi si fortasse illo tempore quo isti scribebant, à literis, nõ ab hortis vocabatur. De Aseriticis vrribus dictum est in eius tribus hereditate ostendenda: vbi tamẽ nulla erat mentio *עַבְדוֹן* Abdon: cuius vrbs locum ego nulla coniectura cõsequi possum. Pro *חֶלְקַת* Helkath, habet liber Paralip. *חֻבּוֹק* Hucoc: quo nomine memorata est vrbs apud Nephthalitas. Nimirum cum affines essent Aseritæ Nephthalitis, fieri potest, vt apud hos pro finibus ostendendis nominata modò, in illorum fuerit hereditate. Aut, si verum est, quod Doct. Heb. opinari dicebam; habitauerunt fortassis Leuitæ in Hucoc, cum vicinam suam Helcath obtinere non possent. Quæ hoc loco *חַמּוֹת דּוֹר* Hammoth-dor nuncupatur, ea in describendis possessionib. Nephthalitarum dicebatur *חַמַת* Hamath. atque eadem in Paralipomenis appellatur *חַרְתָן* Carthan est in Paralip. *חַרְתָּיִם* Cariathaim; quasi geminam vrbe dicat. Existebat etiam hoc nomine vrbs apud Rubenitas cis Iordanem; cuius meminit Ieremias, in campis Moabiticis.

*Cognitionibus verò Meraritarum Leuitarum, qui residui, &c.*

34.

MERARI trium filiorum Leui natu minimus genuit *מְחֹלִי* Moholi, siue Mahli, & *מוֹשֵׁי* Musi. Ex quibus prognata est ea cognatio, cui iam assignantur vrbes x i r. partim ex Rubenis, & Gadis hereditate cis Iordanem, aliæ ex Zabulonis trans Iordanem. Obseruandum est autem, desiderari hoc loco in Hebræo eas vrbes, quas Rubenitæ contulerunt. Nã est in nonnullis antiquographis, post commemoratas Zabulonias, duobus versiculis illę adscriptæ legantur, his verbis, *בְּנֵי קְרִיָתִים* : *בְּנֵי קְרִיָתִים* : *בְּנֵי קְרִיָתִים* : Hoc est, vt verbum reddam verbo: Et de tribu Ruben Bolor, & eius suburbana; & Iassa & eius suburbana: Cedemoth & eius suburbana; & Mephaath, & eius suburbana, vrbes quatuor: atque totidem etiam verbis isti duo versus à Chaldæo quoque expressi habeantur, in codice manu scripto Complutensi, quod in mea Bibliotheca est: tamen in מסרת, hoc est, traditione Iudæorum, sanè verusta, affirmatè scriptum est; in antiquissimis sacrorum bibliorum Hebræorum exemplaribus non extare. Idque etiam à R. Dauide Kimhi obseruatum, & proditũ est. Et sanè Latinus noster interpres, quæ dedit, ea de *יִרְדְּנָה* Irdena translatione græca expressit; non de illis Hebræis versiculis: in quibus nulla est vel Iordanis, vel Ierichuntis, vel denique asyli mentio. Sed vt ista se res habet; certum est, desiderari. Neq; enim alioqui summa confici potest. Et dictum supra est, Meraritis datum iri vrbes ex Rubenis hereditate. De vrribus quæ hic enumerantur, diximus supra. In Paralipomenis duæ solæ nuncupantur, quæ à Zabulonitis sunt Leuitis attributæ; & quidem, quantum apparet, diuersæ ab illis quatuor, quarum hinc nomina habemus. Sunt autem *רְמֹמוֹן* Remmono, & *תְּבוֹר* Thabor. Fieri scilicet potest, quod Doct. Heb. dicebant, vt has duas commodato acceperint, cum illas quatuor Barbari haberent. Sed illud mirabile videtur, cur *הֶעֱבֹן* Hefebon, in præsentem Gaditis ademta fuisse dicatur, cum antè fuerit Rubenitis attributa. Sed certum est, eam in confinio istarum tribuum positam fuisse. quales vrbes sæpe nunc vni, nunc alteri tribui solere ascribi, diximus. Hoc igitur de ista quoq; vrbe existimare malo, quàm nulla auctoritate, duas Esbutas fingere.

*Omnes vrbes Leuitarum inter possessiones Israelitarum, &c.*

38.

TRIBVM Leuiticam fuisse omnium minimam certum est. Vicies enim mille dumtaxat numerati sunt Leuitæ, altera recensione in Numeris. Et tamen quadraginta octo vrbes assignatæ ipsi sunt. Quid est ergo, cur quibusdam tribubus, in quibus plus quàm altero tanto maior fuit tribulium numerus, aliis x i r, aliis x i r, aut x i x, vel x x. oppida modò

*בְּעֶשְׂתֵּיהָ* Beesthera.

*עֶשְׂתֵּיהָ* Estharoth.

*קֶסְיוֹן* Cefion.

*קֶדֶשׁ* Cedès.

*יַרְמוּת* Iarmuth.

*רְחַמַת* Rhamath.

*רְחַמּוֹת* Rhamoth.

*עֵן גַּנִּים* Engannim.

*עַנָּם* Anem.

*עַבְדוֹן* Abdon.

*חֶלְקַת* Helcath.

*חֻבּוֹק* Hucoc.

*חַמּוֹת דּוֹר* Hammoth-dor.

*חַרְתָּיִם* Cariathaim.

*חַרְתָּיִם* Cariathaim.

Libri Hebraici manõ

*רְמֹמוֹן* Remmono.

*תְּבוֹר* Thabor.

*הֶעֱבֹן* Hefebon.

Occupatio. Cur Leuiticor vrbes sint attributæ, præ aliis tribubus.

modò attributa sint forritò? Atqui iam diximus semel, iterumque: in illis fortitionum catalogis non omnes vrbes enumeratas esse, quæ cuique tribui obuenerunt in suis finibus: at Leuitarum omnes sunt nominatim dictæ. Ad hoc, illud reputandum est: Leuitis non licuisse habitare rure: neq; in suarũ vrbiũ municipiis, pagis, villis. vt ceteris tribubus.

Dedit itaque Dominus Israelitis omnem terram, &c.

40

DE ea terra dicantur ista, quæ solet paucis verbis, à Dan vsque ad Bersabeam desiniri, Iordane, & Asphaltitide ab Oriete, mari verò mediterraneo ab Occidente inclusa. Necdum enim tempus aduenerat, quo extendi fines ad Eufratem vsque deberent. De qua ampliatione diximus in huius commentarij initio. Sed dices, hanc quoque vt acceperint Israelitæ vniuersam, multum deesse. Magnam enim partem Deus ipse nuper commemorabat, quam adhuc tenebant Chananæi. Tum quid Iosephitæ questi sint, non est obscurum. Ad ista responder diuus Augustinus, his ferè verbis: Omnem Israelitis terrã esse datam. quia etiam illæ portiones, quas nondum possidebant, datæ fuerant ad quamdam exercitationis vtilitatem. Alia ratione nodum eum dissoluisse se putat R. Leui F. Gersonis: nec sanè inepta, pro Iudæorum consuetudine. Tamen, inquit, multi adhuc reliqui fuere Chananæi, tamen nullos fuerant Israelitæ bello adorti, quos non profligassent, vt iã non Deum suis vsquam promissis non sterisse, dicere illi possint: sed suam ipsi ignauiam molliemque culpam debeant, cur minùs soli in vacua Chananæa regnent. Sed hæc, & si sunt illa quidem verissima, tamen non satis præsentem locum, meo iudicio, explicant. Videntur enim sacra verba significare, Deum re ipsa soluisse iam Israelitis sua promissa. Idque ita esse ego etiam censeo. Cùm enim ille promitteret, sic sua ipse verba interpretabatur, vt diceret: Se non statim, anño vno, hoc est, breui temporis spatio, & cõtinuo impetu exterminaturum priscos habitatores omni terra: cùm eam Israelitæ vniuersam occupare non possent: ne feræ bestiæ deserta loca inuaderent; multiplicatæque damnun populo darent. sed eliminaturum paulatim è conspectu populi sui, dum ille aufereret: vt posset tandem vniuersam possidere. Iam verò si numerum postremæ recensiois cum illo conferas numero, qui tum erat, cùm ad montem Sinæum verba illa Deus faceret, nõ sanè multo maiorem inuenias. Nam ab eo tempore, quo in campis Moabiticis sunt postremò numerati, quis putet magnis copiis esse auctos? cùm pauci illi anni, qui deinceps sunt consecuti, continuis bellis & expeditionibus transacti sint. Promissum igitur omne atque conuentum effecit iam Deus. Dedit enim illis terram ab hostibus vacuam, quantam adhuc occupare possunt. & quas partes Chananææ, hostes etiamnum tenent, eas Israelitis, vt dominis, coloni conseruant modò, coluntque, ne siluescant, & à belluis habitentur: tum cessuri, cùm illi prole auctiores, occupatum suos fundos venire ipsi poterunt. Neque verò etiam Dei promissa vquam frustra erunt. Sed quia de compacto, & sub ea conditione ab illo promissa sunt, vt vicissim Israelitæ suum officium colant, si fallant ipsi, (vt sanè multis modis fallent), non cedent quidem Barbari Chananæa: Deo tamen ratio constabit suorum promissorum efficiendorum.

Reddiditq; ipsos quietos vndiquaque, prorsus vt iurauerat, &c.

41

QUI possunt ista esse vera, inquit Augustinus, cùm Chananæi Danitas in montes compulerint: ipsi valles pingues occuparint? Respondet autem, vera esse, & *οὐκ οὐκ*, quia pleræque alia tribus fuerunt hostibus suis superiores. Sicut diuus Paullus scribit, Christum apparuisse *τῷ δώδεδε*, duodecim Apostolis, cùm Iudas iam tum suspensus crepuisset. Et x i. filij Iacob in Mesopotamia nati memorantur, cùm editus esset Benjamin inter Beth-el & Beth-lehem. Sed ego nihil dubitans dixerim: Neque Danitas, neq; alios infeliciter pugnasse cum suis hostibus, nisi post Iosue & seniorũ excessum, quando cum labascente pietate atque disciplina, res Israelitarum quoque inclinari cõcepit. Itaque qui pietate aduersus Deum, & certa eius fiducia armati sunt, etiam si ab aliis rebus sint imparatissimi; ij feliciter bella gerunt. Quibus autem in suis viribus atque opibus spes est, fluxis se rebus fidere sentiunt tandem.

Non omisa est res vlla ex omni bona re, &c.

42

NOTA & peruagata res est, benedictionem, & maledictionem, vt sic loquar, proposuisse Deum Israelitis, illam motigeris, hanc rebellibus. Inter alia autem benedictionis effecta illud quoque annumerabatur: neminem fore qui audeat se illis opponere. Cùm ergo adhuc ea benedictio non esset violata; hoc enim illud est, omnem rem bonam euenisse, neque aliquid eius omisum esse; consequenserat, neminem Israelitarũ adhuc malè pugnasse cum hostibus. Nam ad fugam apud Hai quod attinet, & paucorum cædem, pertinebant illa

Occupatio.

Deus quomodo dicitur omnem terram dedisse Israelitis. R. Leui F. Gersonis.

Dei promissa vquam frustra erunt.

In Dei fiducia & pietate certissima est victoria.

Occupatio.

Suprà cap. 1. v. 4. Suprà cap. 13. v. 10. Annot. quæst. m. Ios. lib. 6.

Emd. 13. v. 29

Aug. in Ios. x. m. 15. v. 6.

Gen. 35. v. 16.

Dut. 11.

illa quidem, quada tenus, ad maledictionem: verum sunt illico Imperatoris, & totius senatus precibus, atque etiã fontis hominis supplicio expiata, vsque eò, vt quidquid erat illud incommodi, victoria longè pulcherrima sit mox cõpensatum. Tum Iosephitarũ querelas, non ex maledictione, sed ipsorum ignauia fuisse natas, luculenter patefaciebat Imperatoris responsum. Antè enim illi de hostium suorum potentia questum veniebant, quàm de ea periculum fecissent. Bona igitur res hoc loco dicitur, diuinæ illius benedictionis effectus. Quod etiam Augustinus sentit.

ANDRÆ MASII COMMENTARIORVM

IN IOSVAM CAPVT XXII.

Tum vocabat Iosua tribum Rubeniticam, &c.

1 2

CVM reddidisset iam Deus ceteras tribus quietas vndiquaque, prorsus vt iurauerat olim patribus. id enim superioribus versiculis dictũ est. æquum erat vt duæ tribus & dimidia dimitteretur ad suos. planè enim promissum atq; conuentũ effecerat, quo in Numeris eos obligarat Moses: atq; etiam principatus sui initio Iosua. Exautorantur iã ergo: & quidè cum honestissima missione. Laudat enim ipsos Imperator ab obediẽtia, à fide, à cõstantia, deniq; à pietate. Quæ sanè sunt omniũ militũ virtutes vt rarissima, ita præclarissima. Nã cùm ait, *obedientes fuistis voci meæ*, simul neq; se imperiosum fuisse, & illos facillimè sibi auscultasse, atq; promissimè obsequelã fecisse ostendit. Meritò autè obediẽtia priuũ locũ obtinet. hæc enim vel sola vniuersam militarẽ disciplinã sustinet. Porrò à fide commendat, cùm ait, *Non deseruistis fratres vestros*. hoc est, nullius metu periculi, nullaque rerũ gerendarũ difficultate illorum fortunas deseruistis. Deinde hanc laudẽ per se maximã amplificat à diurnitate, atq; constantia, cùm ait; *Per multos hosce dies, vsque ad hunc diem*. q. d. haud quaquã leui aliqua affectione cõmoti ad ferendã illis opem, paullo post destitistis: sed constanter, ad ipsum vsque laborũ finem, perdurauistis. Quæ cõstantia atq; patientia quãta fuerint, is demũ rectè existimet, qui secũ reputauerit, illos domi reliquisse coniuges suas, liberos, fortunas denique omnes cis flumen, in parũ tutis adhuc locis; vtpote nuper bello captis. Sed quot iam anni sint elapsi, ex quo vnã cum fratribus traiecerat Iordanem, disputauimus capite xv i i; constituimusque de Iudæorũ fenestria, quatuordecim præterisse. In qua sententia manendũ esse video, dum nos rationes meliores ex ea mouebunt. Certum est enim Iosua vixisse annos centũ & decẽ. Exiisse autem eum è viuis, prius quàm secunda *שנתו*, hoc est, septimus annus terræ quieti dicatus iterũ reuenteretur, proditũ est libello, qui Mundi series inscribitur. iam verò imperauisse illum annos circiter xv i i, aut xv i i i. multi scripsere. Fuerit igitur annos quinque maior Calebo cùm speculator vnã mitteretur è Cades-barnea. Sintque consumti anni x i v. de bellada, diuidendãq; terra, & vixerit ille annos x i i i. post partã quietẽ: Nã anno decimo quarto redibat altera *שנתו*, ad quam ille viuẽdo nõ peruenit, vt aiunt: omnia cum totius rationis summa mirificè videas cõgruere. Neque enim, quod quidã putant, breui post diuisas possessiones obiisse eum est probabile. Memoratur enim vrbe Thamnath-fara exstruxisse: in eaq; sedisse. Sed ista nũc hætenus. tum verò explicatius, cùm de Iosue morte dicendũ erit. Deniq; laudat imperator suos milites quos dimittit, à pietate, & religione aduersus Deum, cùm ait, *Atque coluistis obseruantiam mandati Domini Dei vestri*. Hęc autem virtus omniũ ceterarũ virtutum huberrimus fons est: tantoq; in istis vitiis prædicabilior, quanto in iis qui castra sequũtur, solet esse rarior. Nam vt eorum sint multi, quos vel disciplinæ militaris metus, vel amplissimorũ præmiorũ spes in officio cõtineat: & non nulli etiam qui gloriæ cupidine res præclaras fortiter gerant: tamen qui pietatẽ in Deum ex animo sibi colendã esse statuunt, nostra certè memoria ne parũ multi sint milites vereor; quando, quo se quisq; improbiore nebulonẽ præstat, eo magis strenuus habetur: & efferrata immanitas fortitudo; contrã verò, religiosa modestia mollities effeminata existimatur. Istis autè suis militibus non vulgarẽ Imperator pietatẽ attribuit, sed summã, si modò summa dici aliqua potest. Ait enim, eos ipsam obseruasẽ obseruantiam iussorum Dei.

Iam verò quietem dedit Dominus Deus vestris fratribus vestris, &c.

Militem omnium præcipue virtutes. Ob: diuina.

Fides.

Constantia.

Ratio temporis belli in Chananæa gestæ, & imperij Iosue.

Iosua nõ breui post diuisam terram obiit.

Pietas & religio.

Religio rara virtus militũ.

Nostræ memoriæ milites quales sint.

Tabernaculum.

Numer. 32. Suprà cap. 1. v. 15.

Suprà cap. 1. v. 15.

Numer. 32. v. 17.

Nicolaus Liranius.

Magnam mandatum.

συναγωγῆς  
συνεχῶς  
Perfectus amor erga Deum describitur.

Moses seruus Dei.

Ambulare in vis Dei.

Cor. Anima.

רַב־אֲבְרָהָם  
R. Abraham  
F. Ezdræ.  
R. Solomon.  
Chaldeus.  
Non solus animus differt, sed etiam corpus colere debet Deum.

Ludovic. Cælius Rhodoginus.

An homines mandatu illud de amado Deo ex toto animo possint præstare.

Gratia Dei non solum peccatis ignoscit: sed etiam ne peccemus efficit.

*Ceterum obseruare admodum, ut exsequamini præceptum, &c.*  
 P R A E C E P T A & legis vocabula, sic interpretatus est Nicolaus, quasi illud moris, hoc iudicia, & ceremonias, ut vocant Theologi, significet. Sed ea non esse illorum verborum vim, quis nescit? omnia igitur subtilitate nimis exquisita, neque satis firma, existimemus, ambabus vocibus significata esse, vniuersam illam doctrinam, qua Moses vitam populi Israelitici in terra promissa degenam formauerat: quæ doctrina in quinque nunc redacta libros legitur. Et quia illa tota in vno primario & magno mandato, sicut Christus appellat, posita est: ut Deum ex animo amemus, colamusque; (qui enim hoc facit, is omnes reliquorum omnium officiorum numeros explet): ideo hoc vnu inculcat iis, quos à se dimittit Iosua: idque diuersorum verborum cogerit, quam συναγωγῆς ἰδὼν vocat Fabius, continuo per amplificationem altius, altiusque insurgendo. Iubet enim ut Deum amet: & quidē ita amet, ut vniuersæ vitæ suæ ratione eum amore præ se ferant: nihilque quod ei gratum sit, face-re omittant: neque ista agant aut simulet, aut leuiter, vel interrupte: sed ex animo, gnauiter, sine intermissione. sic ut penitus ei rei inhæreant omni cogitatione, ac voluntate: itaque in Deum intenti sint, ut nullā aliunde vtilitatē, nedum salutē expectent. Appellat autem Mosen, seruum Domini Dei, ut eius legi cōciliet auctoritatē, tamquā interpretis, & internuntij Dei. Ambulare in vis Dei, peruagatissima est metaphora: significans imitationē, qua se quis totū ad Dei obsequium cōparat, & cōponit. Esse autem Dei vias vniuersas חַדְוֵי הַדֶּבֶר, hoc est, rectā probitatem, siue iustitiam, cum liberali religiosāque, clementia coniunctā, cecinit Dauid. Pertinet ergo hoc pietatis studium etiam ad proximos nostros, ut iam perspicuum sit, in illo vno primario mandato vtramque Mosis tabulā contineri: atque constitutiones illius omnes, siue illæ iudiciales sint, siue cæremoniales, ut vocant, in hunc veluti scopum tendere. Nam, ut ait Paullus; Finis præcepti est caritas ex corde puro, & cōscientia bona, fideque non simulata. Nomen cordis, pro ipsa mente atque intelligentia, vel volūtate hominis, ut sæpe, positum est: animæ verò, pro ea animi parte, quæ corporis perturbationibus concitari in primis solet. Græci τὸ ἐπιθυμητικόν, Theologi ψυχικόν dicunt. Deuteronomio, vnde ista repetita videri possunt, additum est & tertium membrum, וְיִשְׂרָאֵל יְיָ אֱלֹהֵינוּ. Id autem est, pro omnibus viribus tuis, ut l x xi i, Latinus, & Abraham F. Ezdræ interpretantur, vel, cum omnibus opibus tuis: ut R. Solomon, & Chaldeus explanant. Sunt etiā qui hoc ad corporis officia spectare putant, quibus animus hominis vniuersus, hoc est, τὸ πνεῦμα καὶ τὸ σῶμα, declaratur; quasi dicat Moses: Deū ita à nobis amari colique, debere toto animo, ut ipsum etiā corpus, omnibus officiis, eū nostrum animū præ se ferat. Et rectē sanē. Sumus enim ita creati à Deo, ut non solum animū, sed corpus etiā, ipsius cultui dicatū habere debeamus. Sunt rursus alij qui existimāt hoc tertium membrū exigere, ut superiora duo quām perfectissimē præstentur: & hoc Matthæus significasse illo verbo διασολία. Deū ergo sic amādū esse toto corde, totaque, anima, ut quacumque in re animus & mens nostra verteretur, perpetuò in Dei amorē sit intenta. Sciens prætereo Ludouici Rhodogini, viri docti argutias, de sacrosancta trinitate, ut vocatur. Nihil enim opus esse existimo, fidei nostræ mysteria illiusmodi subtilitatibus affirmare. Sed dicat hic aliquis: Quid est, cur tanta verborū exaggeratione vel olim legē istā Moses ediceret, vel nunc Iosua repeteret, atque inculcaret abeuntibus tribubus? cum mortaliū nemo vniquā præstare hæc omnia potuerit, propter alia legē, quæ in mēbris omniū, post vitiatā naturā, semper repugnauit legi mentis. ut ait Paullus. Et quis est, qui non cotidie variis animi sui perturbationibus abripitur à viis Domini? Et si non totā mentē, at certē magnā cogitationū suarū partē rebus externis, vel inuitis, applicat? carnalique, suę ductū sequitur? cuius affectio, inimicitia est aduersus Deū, Deique, legi non subiicitur: ac ne potest quidē subiici. ut idē Paullus loquitur. Et tamen nefas est existimare, grauius à Deo miseris mortalibus impositum esse pondus, quām ferre possint. Sed responderi, & quidem non abs re, posse puto Augustini verbis: Deum proposuisse vehementem illam perfectionis expressionem, non quo mortales, dum carne circumdati sunt, ad illā pertingere possint. Est enim verum illud; Neminē vrentē voluntatis suæ libero arbitrio, viuere sine peccato. Sed ut omnes illò cōnitatur, quò cū vita immortalitandē sunt peruēturi. Et quāto se minus ad illud prestādū pollere sentiunt, tāto diuinę gratię opē ardētioribus votis implorēt. Ea enim non solum peccatis admissis ignoscit, per Iesum Christū: sed etiā ne peccemus, atque ut Dei voluntati cōgruenter viuamus, nos adiuuat. Quod est à Mileuitano cōcilio sancitū. Nā illud Paulli quod Cerdoniani Manichæique, arripuit, carnis sensum atque affectum non posse diuinę legi subiici, in hac sententiā debent interpretari: eos qui ad carnis ductū sese applicāt, tātis per dūm

Math. 22. v. 38.

Psal. 115. v. 10.

1. Timoth. 1. v. 5. Rom. 13. v. 10.

Deutero. 6. v. 5. explicat hunc locum.

Math. 22. v. 38.

Rom. 7. v. 23.

Rom. 8. v. 7.

August. lib. 1. retract. ca. 19.

Concil. Mileuit. cap. 9.

August. de dign. eccl. cap. 86.

Math. 5. v. 8. Li. retract. u. cap. 9.

Supra cap. 14. v. 13.

Isa. 1. v. 27.

בראשית רבה

Isa. 1. v. 27.

dum id faciunt, legem Dei obseruare non posse. Quod profectò minimè mirū est. cum nemo possit duobus dominis seruire. Ad hoc, ut idē ille Augustinus scriptum reliquit; Si præstari non potest in hac mortali vita caritas tanta, quantam cælestis illa rerum diuinarum cognitio præstabit, id iam in crimine non est ponendum. Non enim lex violari censetur, dum finis scopusque legis animo retinetur. Nullus enim sanctorū & iustorum prorsus à peccato vacuus est. Et tamē nō ideo desinunt esse iusti sanctique, dum modò animo sanctitatē retineant. Est quidē illud ita: vsq; eò humanum genus effectori atque parēti suo Deo obstrictum esse: ut ea omnia, quæ in isto præcepta insunt, ad illius officium pertineant. Sed quādo tāta est carnis nostræ infirmitas, ut quæ lex diuina præscribit, ea à nullo perfectissimè præstari possint, respōdet Augustinus, cum hunc Matthæi locū tractat, eundem illū Deum, qui tā grauis, ut videtur, legis præcepta dedit, hoc etiā iussisse, ut se oremus: Remitte nobis debita nostra, eaque oratione vsq; ad mundi finē, vsurā esse ecclesiam vniuersam. Hanc enim illū, tanquā medicinā, nobis præscripsisse nō facti plene officij nostri. Summa est: Deum, suo iure, nos sibi soli totos, quanti quantissimus, mācipatos, atque in amādū colendique, officio omnibus animi nostri viribus perpetuò intentos manere, velle quidē; sed dū nostræ vitiositate de fuga subinde cogitamus: eamque molimur etiā interdū, si culpā mox agnoscamus, & cælestis spiritus implorātes opē, ad Dominū ex animo reuertamur, benigne illū errata nobis cōdonare. Itaque quodā modo mādata omnia à nobis facta esse existimari, quādo quidquid nō est factū, eius nobis gratiā Deus facit. ut ait idē Augustinus, qui sæpe illud in ore habet: Domine da quod iubes, & iube quod vis. Nimirū rectē existimari, Deum dū iubet, monere, ut faciamus quæ possumus. petamus autē ab ipso auxiliū ad ea faciendā quæ ipsi nō possumus. illū enim ut possimus. effecturū sua gratia: cum sit ipsius iugum suaue, & onus leue. Quomodo enim graue sit, quod est caritatis? Sed diximus de ista re non nulla capite primo, ad versiculū septimū. Et dies me deficiat, si quæ ab Augustino de ea sunt diuinē scripta, persequi omnia velim. Quare hoc vnum addam: Non ea expectare Deum officia à nobis hic militantibus, ut Theologi loquuntur, quæ in cælesti regno ipse mercedis loco in nobis efficit; vbi vicerimus: sed boni consultiurum, si tantum fidei caritatisque, & quidem eius cælesti gratia adiuti, præstiterimus; quantum in carne circumdati, humique strati, possumus.

Itaque bene precatus ipse Iosua dimisit, &c.

DE benedicendi verbo diximus supra. Id cum tribuitur hominibus aduersus homines, significat bene precari, & fausta omnia optare à Deo, qui solus bona dona mortalibus conferre potest. Cum verò aduersus Deum, quia nihil ei à nobis aliud dari potest; idem est quod διαχαισέειν, agere gratias. At cum Deus benedicit nobis, tum significat, bona largiri. Sed hoc nunc hætenus, plura enim alibi.

Nam dimidiæ tribui Manassis assignauerat hereditatem Moses, &c.

QUIA Manassensium mentio inciderat, explicatur, per parenthesin, ratio, cur ea tribus sit diuisa in partes duas. Quod orationis genus non satis rectē perceptū à Iudæis, mirum quā pueriliter nugari ipsos coegerit. Nam in Genesii Rabba statuunt, bis ab Imperatore dimissas esse istas tribus, vel quia post priorē missionem dies aliquot in castris hæsisissent: vel quia ab ipso Imperatore, beneuolentiæ ergo, ad Iordanē vsque deducti, cum rursus domū redire: ne parū stipatus rediret scilicet. At R. Solomon, æquē insulse, autumat, cum iam Rubenitæ & Gaditæ dimissi abscederēt, Imperatorem seorsim Manassenses appellasse; eisque imperasse, ut spolia sua cum Rubenitis & Gaditis participarent, communicaretque. quasi verò isti prædam alioqui nullam fecerint. Atqui perspicua est factorū verborum sententia: Iussisse Iosua, eos quos dimittebat, Rubenitas, Gaditas, & Manassenses, de suis spoliis, quæ trans flumen naçti fuerant, impertiri suis gentilibus, qui cis flumen apud impedimenta manserant. manserant autem propè altero tanto plures, quām militatum cum fratribus transferant: quod ex postrema recensione constat. Quædragies enim mille duntaxat traiecerūt. at si dimidiam Manassensium partē à Mose colatā fuisse in Galaaditide putemus, & simul, quod est probabilissimū, statuanus, Israelitarū numerū non esse post recensionē vltimam imminutū; fateamur necesse est, māsisse iure Iordanem septuagies mille viros, & insuper quingentos atque octoginta. Sed quo iure prædam suam diuidere debeant, qui bello & periculis atque laboribus perfuncti sunt, cum iis qui domi in otio, atque vmbatili vita remanserunt, non est quod multis disputemus. Certum est enim, hoc iubere Iosua veterē Mosis exemplo: hunc verò id fecisse Dei oraculo; cum pauci delecti profligassent Madianitas, onustique spoliis domum

Quantum debent homines effectori suo Deo.

Epilogus.

ברכה benedicens.

Iudæorum nuge pueriles.

R. Solomon.

Plures altero tanto mansissis flumen, quām militatū transferant.

Cur qui militarunt, prædam suam imperitari debeant iis, qui domi manserunt.

הלל  
הנה

domum reuertissent. Sed dices, æquum saltem fuisse, vt apud eos præmium maius esset, apud quos fuerat & labor. At qui neque verbum, הלל, quo Iosua vititur, neque הנה, quo Moses, aut Deus apud Mosē veriū, eam vim habent, vt æquas fieri partes necesse fuerit. Et vt demus id ita esse: tamen cum dimidium sibi seruant, qui prædam fecerūt, longè plus viritini capiunt, quàm residues illi. sunt enim multo pauciores. Atque huius æquitatis rationem habuisse Deus etiam videtur, cum decuplo plus sibi de illis Madianitarum manubiis decidi iuberet, quas ociofi acceperant, quàm de aliis. Neque igitur qui capita sua periculis supposuerant, præmij prærogatiuo sunt defraudati. neque illi, qui non per ignauiam, sed vel forte, vel delectu habito, apud impedimenta manserant, omnis victoriæ fructus, non sine cõtumelia expertes, inertia dånantur. sed diuisa æquabili ratione præda, vtrique grãti animi officio aduersus Deum victoriæ auctorem obstringuntur. Quin illa quoque Davidis lex, quam & re sanciuit, & verbis edixit, cum Amalecitas cecidisset, his exemplis instituta videtur. Sed cur illic æquabilis in singulos, siue qui pugnant, siue qui impedimenta seruauerant, diuisio ferret, alia erat ratio. Par enim fuerat omnium periculū. Cum enim soli ducenti fuissent relictī; quadringenti verò hostem incerto itinere percuti, facile potuissent pauci illi apud sarcinas opprimi, si hostis vsquam in insidiis substitisset, atque insequentes fessellisset. Nam æquas partes sumfisse viros singulos, non autem præde vniuersæ dimidium alterutras copias, certum est. Quis enim probare possit legem perpetuam, qua exiguus militum numerus, qualis apud impedimenta relinqui solet, tantum capiat, quantum magnæ copię quæ pugnatum ducuntur in expeditionem? Sed ista de hoc loco, in quem fortè incidimus, dixisse satis sit.

Explicatur locus in historia Davidis.

Galaditia.

גלגלית  
Symmachus.

Arae monumentum non erat vniuersum.

In hostes imaginum.

Cur multæ aræ veteræ.

Religionum confusio res est in rebus perniciosissima.

Cur nunc multitudo ararum non sit vniuersa.

*Reuertebantur ergo, atque discedebant Rubenitæ, &c.*

**G A L A A D I T I S** vocatur hoc loco, vniuersa regio, quam Moses concesserat duabus tribubus & dimidiâ cis Iordanem. aliâs hoc nomine dicitur, certa illius pars, quam suo loco ostēdimus. Vocabulū גלגלית, quod ego interpretatus sum, *aggeres*, Symmachus reddidit, *δεια*. hoc est, terminos. Sed nos eius vim explicauimus alibi satis multis verbis. Nulla dubitatio esse potest, quin isti ab Imperatore dimissi cum mirifica aduersus Deū pietate gestirent, & sancto gaudio, quod & saluis, & onustis spoliis domū reuerti cõcessum esset, planè animo cõstituerint, à Mosē traditâ religionem, cuius eos denuo Imperator admonuerat, modis omnibus tueri & seruare: atque idèd aram illam ingentē in confinio posuerint, vt ea, tamquam vnica aræ Dei symbolum apud posteros testaretur; eos qui construxere, idèd cum illis apud quos exstaret, numen, iisdem sacris, & religione tum semper coluisse, tum colere porrò debere. Sic enim ipsi suum hoc propositum explicabunt. Carebat igitur monumentum omni prorsus vitio: & qui statuerant, nulla improbi cultus instituti culpa se obligarant. quamuis malè primū, atque inaniter de omni re existimarent fratres. Hi enim, depulso tandem errore, non solūm dirui constructum opus nō iusserunt, sed vehemēter collaudarunt etiam. Quo magis demirari licet multorum hac tēpestate animi intemperiem, qui nimis immoderare in sacrarum historiarum monumenta, quæ maiōrum nostrorum pietas in templis aliisque locis religiosè passim collocauit, deba cchatur: cum ea obesse nulli, prouesse autē plurimis ad permouendâ pietate vulgi mentem possint: si quem præbeant vsū, pro cõcionibus populo inculcet. Planè enim hic locus docet, non nefas fuisse, præter solennem arâ, alias habere, quæ illam referrent, & veri cultus eos admonerent, qui ab illa abessent longiūs. Sed in diuersis aris operari facris, id verò vetitum fuisse diuina lege. Nimirum, vt ne sibi quisque sacerdos esset, inquit Augustinus. Hoc autem est, ne inde cultus dispar, atque ex dissimilibus ritibus confusio religionum paulatim nasceretur. qua re nulla est alia, quæ communi pietati tranquillitati que officiat magis. Neque verò, vt hoc adiunctis exemplis ostendam ita esse, opus est. Quæ ante oculos sunt, ea cuiusvis animus facile circumspicit. Quare me reprimam, neque hoc prosequar longius. Non igitur rem ipsam, sed fratrum suorum animos, atque consilium spectare debebant Israelitæ, prius quàm iram tam grauem aduersus illos conciperent. Sed cur non nunc, vt olim, in vna omnes ara cultores suos operari sacris vult Deus, roget aliquis? Sanè postquam longè lateque ab oriente Sole vsque ad occidentem patefactū esset gentibus à Christo Iesu æterni Patris nomen; eoq; labefactata, aut profulgata potius vbiq; *πολυθεος δόξα*, hoc est, multorū deorū opinio, tum nefas nō fore, amoto periculo scilicet, Deū quouis in loco, sed ritu vno colere, quem æternus eius filius mortales docuisset, prædictum est à Malachia vate. Quod propter dicebat Iesus Christus, cum ipse apud nos versaretur, iã tum adesse illud tēpus, quo non solū Hierosolymis, aut in vno monte

1. Reg. 30.

Deuter. 12.

Quest. in Levitic. lib. 3. cap. 56.

Malach. 1. v. 11.

Io. 4. v. 21. & 23.

Ara vnica, figura Christi.

1. Reg. 18.

August. quest. in Levitic. lib. 3. cap. 56.

Tertull. libro de pœnit.

Deut. 13.

Deut. 13.

Rom. 8. 1. 7m. 7.

Gal. 3.

monte Garizim, sed vbiq; adoraret patrē veri cultores spiritu, & verè. Ad hoc, vnica illa sacrificandi ritè ara, adumbrabat vnicum conciliatorem, qui futurus esset inter Deum & homines, cui vni imponi ritè victimæ nostræ possent; vt caelesti patri essent acceptæ: neq; in alia ara litare posse quemquam. Postquam ergo per euangelij lucem res ipsa est patefacta atque conspecta, nihil amplius adumbratione opus est. Verum enim uerò, iis quæ de vna ara dicimus, parum videtur illud consentaneum, quod Elias in monte Carmelo arâ struxit, sacrificauit, litauit, post exedificatum Solomonis templum. Sed responder Augustinus, eadem hoc Eliæ factum ratione excusari, qua illud Abraham; cum is filium suū immolare constituisset. Quod enim legislator iubet, id priuatæ legis loco est certè & privilegiū rectè vocatur. Verum cum Samuel Saulli præstitueret Galgala, immolaturtis inibi holocausta & pacifica, cum iam diu Siluntem translata arca esset: dubium nullum est, quin Galgala, pro Silunte dixerit. Nugæ autem, mihi certè, videntur meræ, quas Doct. Heb. sunt cõmenti. Dicunt enim, in quibusvis aris fas fuisse rem sacram facere, quoties *אָרָא*, non cõsentaneum, sed in saculo reposita. Sed quando semel in mentionem de aris incidimus, quas nostris, saculo multo subuenas subuenas; voluntate, sed casu in *אָרָא*, in omnibus, more antiquissimo, apud Christianos homines fuisse. Nam Tertullianus, cum primis vetus auctor, inter homologeas *אָרָא* aras, præbetis ad vlti; & aras Dei ad gonculam. Et eo posterior, sed non deterior scriptor Ambrosius, in illa memorabili epistola ad sororem Marcellinam narrat, Valentiniano Principo, cum in templo essent, res sacras, multo tempore in araria, ostulq; fixis signis, patris deesse. Verum illud fateor piculum esse, & cum falso cultu coniunctum aras non vni Deo, sed aliis etiã diuis consecrare. Idque etiam diuus Augustinus sæpè monuit. Neque enim ara, nisi cui sacrificatur, dicari debet. Sed hoc hætenus. Non est enim huius loci.

Doct. Hebr. nuga. Ara in templis Christianorū fuisse semper.

Ambrosius.

12.

*Audiuerunt, inquam, Israelitæ, & congregati sunt, &c.*

**I N C E N D V N T V R** Israelitæ, hoc est, maior Israelitarum pars, suspitione atrocis rei aduersus fratres suos, vsque eò, vt bello ipsos inuadere parent: atque ea legē agere, quæ in Deuteronomio scripta est. Quæ in re sicut vindicandæ uitæ religionis zelus laudem meretur maximam; ita, quod parum exploratè cognitum habebant, id eos præcipiti existimatione prorsus condemnare, dignum profectò est magna reprehensione. Sed bene est, quod se sustinent, collatisque in comitio sententiis, consilium capiunt, de cognoscendo prius fratrum suorum animo, ex quo res omnis diiudicari debebat, quàm arma expediant. Ponitur igitur hic nobis ante oculos memorabile exemplum, ne temere moueamur suspitionibus, quæ nobis de fratrum nostrorum factis distiq; veniunt in mentem. Quæ pertinent etiam illa Christi, & Apostolorum monita, de non iudicando. Quæ vltimam multi, hac tempestate, sæpè animis suis pertractarēt: qui odio magis quàm iudicio, de fratrum suorum doctrina, vitæque tota existimant. Sed quando sacra narratio memorat, cõuenisse Israelitas belli faciēdi causa, ob violatam religionem; postulare videtur hic locus, vt paucis disputemus, ferrone, an gladio spiritus; hoc est, Dei verbo vindicanda sit religio. De qua re quid vetus lex censuerit, minimè est obscurum. Disertis enim verbis, cum alibi, tum in Deuteronomio iubet ea interfici illos, qui docent, statuuntve quod à Dei cultu abducatur, vel qui alios incitant ad alienos cultus: Quin priuatis non contenta suppliciis, totas etiam ciuitates delet; in quas inuasit ea impietas. De noua ergo, id est, de euangelica lege, & ea disciplina, quæ à Christianis colitur, omnis controuersia est. Hanc igitur plerique existimant, solūm spiritus gladium stringere; non etiam securi cõtercere vel improbiſsimam cuiusvis de religione sententiam, doctrinamque. Nam illud veteris, & seuerioris legis regnum, inquitur, mundanum erat: Christi verò caeleste. Sed quo sensu hoc dicant, ipsi viderint. Mihi certè, verissimum esse videtur; sicut Christi, ita & Moſis legis scopum fuisse, non mundi regna grassando parare; sed amorem, pietatem, caritatē hominibus aduersus Deum, & homines, conciliare, atque cõmendare. Vnde confici videtur, non magis lege Moſis, præter modum, punire improbos fratres licuisse fratribus; quàm lege Christi: Neque vicissim lege Christi per improborū impunitatem prodi salutem proborum magis debuisse, quàm Moſis lege; cum vtriusque idem vnus fuerit finis, ipsa caritas in Deum, & proximos. Fuit quidem Moſis lex tamquam pædagogus, vt ait Paullus, ducens populum per vitæ probitatem ad Christi perfectiorem doctrinā amplectendam. Pædagogi autem est, fateor, puerorū mores nō solūm verbis, sed etiã plagis castigare, atque omnino metu compescere insolentiã, præceptoris verò, nō tam virgis, quàm bona doctrina illos instituere, atque informare. Sed quæ tãta, rogo, sit vltius effrænatio, vt

Non temerè moueri hoc debere suspitionibus. Admonitio.

Religio an solo verbo Dei, an etiam ferro vindicari possit.

Moſis & Christi legis idem finis, caritas in Deum & proximum.

Moſis lex pædagogus fuit.



consilij sui rationem ipsa exposuissent, illico placatus est. Quamquam ad Mosis indignationem quod attinet, potest illa multis de causis iusta fuisse videri. quales causae a nobis quaedam sunt, post principium capituli xxi. explicatae: & plures commemorantur a R. Isaac Aramaeo capite lxxv. eius libri, qui inscribitur, Isaac colligatus. Sed ex istis que dicimus forsitan occurrat illud: Si halucinatus est ceterus Domini falsa opinione: non recte vocatur a diuo Paulo, columna, & firmamentum veritatis. Atqui non errabat ecclesia Dei suo iudicio, quod de ipsa re faciebat. Sed de voluntate, & consilio hominum non recte existimabat. Solus autem Deus introspicere in mentes hominum potest. Nam si eo proposito aram struxissent illae tribus, quo esse structam suspicabatur ecclesia, merito defectionis a proba religione illas accusasset: atque si non potuisset recte monendo reuocare, per vim etiam in ordinem bene opinor, coegisset. Verbum *hyy* plene sumus interpretati, delinquere. Sed Symmachus praecise *καταγνώσκων* reddidit, hoc est, contemnere, vilipendere: siue per contemptum negligere, atque reicere. vt defectionis vitium exprimeret videlicet. Sic in Numeris, de muliere, quae cum alio viro corpus miscuit, honesta loquendi forma scriptum est *וַיִּשְׁפָּךְ לְבָרְהָמָה*, quasi dicas, a suo viro, cum eum sperneret, defecit ad alium virum, praeruaricataque est. Chaldaeus dixit, *רָפָה*, hoc est, fraudem committere. Porro nomen, *Israëlis*, magnam habet emphasin. vna enim complexione ponit ante oculos omnia illa praeclearissima beneficia, quae Deus adhuc in Israelis posteros contulit, eoque animi ingratiissimi illos incusat, qui a tam benigno domino deficiant. Porro cum vniuersae primus, peccasse illos aduersus Deum, dixissent, ipsam deinde peccati vniuersitatem ad duas deducunt species, defectionem, & rebellionem: quarum illa in abdicato cultu veri Dei, haec in falso Deorum cultu instituto consistit. Et sunt sane ista quadam necessitudine sibi mutuam copulata. Nam ita comparatus est mortali animus, vt prorsus ab omni religione vacuus esse non possit. Monstra enim hominum fuisse potius, quam homines, Diagoras, Theodorus, alij pauci, qui *ἀθεοι* cognominati sunt. Aduerbium *hodie*, rei potius euidentiam, quam tempus significat. vt saepe alias. Nisi quis existimare malit, hoc loco ad praeroperam defectionem ostendendam pertinere: cum mox dicant, se nondum a flagitio Phegor esse expiatis. Sic enim aiunt.

*Num parum nobis erat admisisse scelus illud Phegor, &c.*

17 18.

INCREPANT reorum idololatriam, vt vocamus, foedissimo, & calamitosissimo exemplo, quod in Numeris est perscriptum. Merito autem hoc exemplo vtitur Phinees: vt cuius ipse pars magna fuerat. quippe qui vnus Dei indignationem sedauerat, trucidato Zambri, cum Madianitide Cozbi corpus miscente. At enim si ille placauerat Deum, facinusque expiauerat, quid est, cur ab illo flagitio nondum esse purgatum populum dicat? R. Leui F. Gersonis opinatur, tantam fuisse illius mali contagione, vt etiam num animi multorum eodem propenderent. Alij ad infamiam illius sceleris ista spectare putant, quae nondum sint liberati Israelitae. Sed istae profecto sententiae nimis molles sunt. Non enim de animorum affectionibus, aut de peccati memoria, sed de ipsa impietate patrata agitur. Quare, meo certe iudicio, rectius illi sentiunt, qui placatum quidem fuisse Deum zelo Phinees putant: sed eatenus modò, vt plures illo tempore mutua caede nollet cadere: verum eos qui se illa impietate obstrinxerant, nihilominus in reatu mansisse, olim poenas diuino iudicio daturus. Nam profecto qui culpae gratiam, quam facit Deus mortalibus, a poenae gratia separari non posse contendunt, ij nimio plus suae ipsorum sapientiae, aduersus sacras literas, & sanctissimorum Patrum consensione, tribuunt, quam oportuit. Non iam loquor de gratia poenae mortis aeternae. de ea enim, nisi fallor, nulla Theologis inter ipsos controuersia est. Quid enim? an non huic loco planè geminus est ille, cum Deus his ad Mosen vtitur verbis: *Condonauit, vt tu petis. Verum tamen viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuersa terra, omnes viri, qui viderunt gloriam meam, & ostenta mea, quae feci in Aegypto, atque in deserto: & iam me denis vicibus tentauerunt, neque auscultarunt voci meae, non conspiciunt terram, de qua iuravi patribus ipsorum, &c.* Sed exstat etiam diui Augustini de ista re sententia, multis in locis luculentissime dicta. Ego verò loci vnus verba modò protulisse in medium satis habeo. At enim ille commentarius in Ioannem. Cogitur homo tolerare etiam remissis peccatis, quamuis, vt in eam veniret miseriam, prima fuerit causa peccati. Productior est enim poena, quam culpa. Et parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & poena. Atque idè vel ad demonstrationem nostrae miseriae, vel ad emendationem labilis vitae, vel ad exercitationem necessariae patientiae temporaliter hominem detinet poena, etiam quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa.

R. Isaac Aramaeus.

Ecclesiam errate possit.

hyy

Deus Israelis.

Homines ab omni religione vacui esse non possunt.

ἀθεοι

hodie

Occupatio. R. Leui Gersonis.

Gratia culpa, a poena gratia diuersa est.

1. Timoth. 9. v. 15.

Nam, 5. v. 27

Numer. 25.

Numer. 14. v. 10.

August. comment. in Ioan.

culpa. Sed quis adeo est alienus a sacris historiis, vt nesciat, in quantas arummas Dauid, propter admissum aduersus Vriam scelus, incidit, postquam ei ignouisse Deum vates Nathan nuntiaffer? Non ergo purgatus adhuc erat populus eo flagitio: quia multi etiam tum superstites erant, qui illo contaminari, nondum poenas Deo persoluerant. & tamen illud egregium Phinees factum vsque eò culpam sceleris expiauerat, vt hoc neque in populum vniuersum, neque singillatim in eos, qui ei erant affines, ipso vindicatum exitio Deus iret, tamquam offensus & commotus hostis: sed castigatum suo tempore, calamitatibus & poenis quibusdam, veluti clementissimus parens, qui filium, cuius peccatis ignouit, certis tamen modis corrigit: vt prorsus omni ex parte sariatur, & plene perfecteque coeat pristina gratia, beneuolentiaque. De Baal-phegor diximus alibi. Atque etiam de ira Dei, qua ob vnus peccatum videtur multitudini infensus esse.

*Atqui si immunda est terra possessionis vestrae, &c.*

19

NON eò haec dicuntur, quasi regio cis Iordanem ad foedus Dei non pertinuerit. Pari enim gratia & hanc, & alteram illam suis cultoribus Deus attribuerat. Sed possessio Domini vocatur ea, quae trans flumen est: quia Deus sacrarium suum, tamquam tabernaculum, in ipsa collocatum esse voluit. Igitur illud, *Si immunda est terra possessionis vestrae*: ad opinionem modò spectat. Quasi dicant: Si existimatis, Deum non perinde vestrae regionem atque nostram suo fauore complecti: propterea quòd apud nos habitare videatur, & idcirco peculiarem cultum institutum itis, vertite solum, atque transire ad nos. Nostras enim possessiones potius vobiscum participabimus, quam vt vos patiamur tum in Deum ipsum, tum in nos peccare: hoc est, religionis consensionem, sine qua nulla res publica consistere potest; violare. Praecleara profecto, & digna sacro cetero sententia. Ex qua primum illud intelligi potest: fratres, si respiciant, recipiendos in gratiam esse: neque ipsorum errata, quibus venia suppliciter petunt, ferro vindicari oportere. Tum etià illud: reipub. & fratrum saluti nos nostra comoda debere postponere. Talia exempla sunt etiam nobis proposita in Loth, & in sene illo Ephraimita: qui suas filias turpissimorum hominum libidini prostituere, quam viros hospites nefarie violari maluerunt. Credibile est, plerasque tribus non nimis laxè habitauisse, cum tot passim reliqui essent Chananæi. Et tamè gentem, cum ab hominum multitudine, tum a re pecuaria copiosissima suis sedibus, atque possessionibus recipere, sibi que vrbes atque agros, quae illis attribuunt, detrudere maluit, quam vt a Deo tradita religionis iura mutari, aut pollui ab illis paucis tribubus sinant. Quippe non ignorat, vel priuatim admissa facinora, praesertim autè foedas religiones, nisi aut emendantur monitis, aut vindicentur a magistratu, non modò priuatis, sed publicis etià expiari solere calamitatibus a caelesti iudice. Hoc enim adiuncto exemplo ita esse docent. Iam verò illi, structa ara, non solum in Deum, verum etiam in ecclesiam ipsam iniuriosi fuisse videbantur. Quia religionum confusio, dissipat ecclesiae consensionem: quod eius est praecipuum insigne, & sine quo nulla esse potest.

*Nonne Achan filius Zare patrauit scelus, &c.*

20

HOC exemplum referendum est ad versiculum decimum octauum. Nam decimus nonus per occupationem est interpositus. Est autem hoc argumentum a minore. Si Achan, cum fecisset sacrilegium, non solus est extinctus, sed indignatus est Deus vniuersae ecclesiae; quid futurum existimatis, si vos, tantus hominum numerus, tam grauiter peccaueritis in Deum? Graeci, quos partim secutus est Latinus, vt hanc argumentandi ratione faceret planiorem, ita conuerterunt postremam versiculi partem, vt in duas diducerent verborum complexiones, sed quarum vtraque, dicta sit sacris verbis praecise. Prior enim finiunt nomine, vnus, ibique deesse statuunt, verbum *ὑπερπληθύν*, fuit, in altera autem desiderari dicunt, solus. Plene igitur perfecteque sic dicendum existimant: Et ipse vir vnus fuit, Num exspirauit per suum peccatum solus? Haec sententia videtur etiam R. Dauidi Kimhi placuisse. Nec sanè cum verbis Hebraicis pugnat. Sed quod nos expressimus, simplicius certe est, & satis opinor planum. Latinus voculam, *et*, per quintam vocalè legit, vt optadi Aduerbiu sit. Sed nihil eius sententia discrepat a nostra. Ceterum quae ad Achanem attinent, sunt ea pertractata a nobis capite vii.

*Potens Deus Dominus, potens Deus Dominus, &c.*

22

DEFENSIO est ista reorum, fatetium quidem aram se esse structam, sed legitime, aut negantium se eiusmodi aram posuisse, cuiusmodi accusantur. hoc est, in qua nouis facris operando, patriam religionem violare, alienosque ritus colere in animo habeat: aut potius harum rationum vtraque sese excusantium. Diximus supra, istas tribus magna pietate, &

Supra cap. 7. v. 11. &c.

Genes. 19. Iudic. 19.

Religionis consensione opus est in reipub.

Fratres penitentes sunt recipiendi in gratiam. Nostra comoda fratrum commodis posthabenda.

Foedae religiones nisi vindicentur a magistratu, solent a Deo publicis calamitatibus expiari.

Consensio, est praecipuum insigne ecclesiae.

Interpretatio.

R. Dauid Kimhi.

Supra v. 9.



tate & animo aduersus Deum grato gestientes, domum reuertisse, aramque ista posuisse. Ex illa igitur tali affectione hæc tam vehemens, vt sic dicam, abiuratio obiectione impietatis nascitur. Nam cum ipsa trium præcipuorum Dei nominum congeries, maximum per se habet pondus, tum id in immensum augetur etiam per *ἀναδιπλασίωσιν*, qua illa repetuntur: tamquam nulla oratione satis præsentis suæ integritatis atque innocentie testem Deum siftere possint, quâuis cupiant maximè. Quo magis admiranda est sanctissimorum virorum modestia, qui nulla cum indignatione, nullo mutuo conuicio, sed placide, quiete, sedate refellunt atrocissimum crimen, a quo tã fuere alieni, vt ea ipsa molitione, qua in illius suspi- cionem inciderat, ipsum a se, atque sua in perpetuum posteritate auertere, prohibereque essent conati. Quod exemplum vtiã diris istis temporibus multi homines, vt appellatur, Christiani; quorum vel maxima, pro suo ipsorum loco, & dignitate, deberet esse moderatio; imitarentur. Neque suos aduersarios impiis maledictis laceraret lubetius, quam firmis argumētis modestè doceret, aut certè confutaret. Ceterum iusiurandum, quo Deum appellantes, sua isti declarant innocentiam: tum demum adhibere fas est, cum factum alioqui incertum est; & in hominum animis clausum later. vt est diuinis sanctum legibus in Exodo. præsertim si res magna agatur. Nã in leuissimis causis Deum cõtinuè appellare, præsertim tantum in maiestate esse videtur: neque periurij periculo caret consuetudo. atque adeo cum præcepto illo pugnat; Non assumes nomen Dei tui in vanum. Sed reuerenter atque religiosè in gra- uibus iustisq; causis vsurpare Dei nomē, id verò colere Deum est: atque credere, ei omnia esse cognita perspectaq; ipsumque vera iurantes præmio, falsa pœnis afficere. Vnde Isaias, cum fore aliquando prædiceret, vt quinq; Ægypti vrbes Deo nomen darēt, dicebat illas iuraturas per Deum exercituum. Et alibi de gentibus agēs, quæ olim culturæ Deum essent, sic loquentem Deum facit: Mihi curuabitur omne genu: iurabit omnis lingua. Sed nihil opus est plura exēpla adiungere. sunt enim sexcēta. Ex quo illud efficitur, vllam omnino rem, præter Deum iurare, specie esse falsi cultus. cum nulla pro Deo coli possit. Et huc spectat illud Deuteronomij: Nomen illius iurabis, non sequemini deos alienos. Et, Iurato nomen illius: ipse est laus tua, & Deus tuus. Hinc etiã Socrates, cum populariū suorum deos rectè rideret, iurare solebat quercum, hircum, canem, vt ait Tertullianus. Igitur dū ista tribus Deum suæ innocentie testem appellant, nõ solum se purgant per inficiationē: sed simul re ipsa declarant, patriã se religionē colere, neque aliã fœdã admisisse. Sunt autem qui tria illa Dei nomina, *יהוה*, *אלהים*, *יהוה*, sic interpretantur, quasi primum postremumq; verum Deum, at mediū falsos deos significet, atque hoc gignendi positū casu sit, hoc sensu, Deus Deorum Iehoua, siue Dominus. Is enim ex quadã vulgi consuetudine natus loquendi mos est in sacris literis, vt Dominus Deus vocetur, Deus Deorum. Quoniã Dominus Deus vester, ipse est Deus Deorum, & Dominus dominorum. Sunt etiã inter Hebræos, qui Deum esse deorum interpretantur, quia angelorum Deus est, atque principum virorum quoque. Sed illa, quam nos verendo expressimus sententia, hoc certè loco & verissima est, vt mox ostendemus: & veteribus Hebræorum probatur: atque etiã Latino, Aquilæ, Symmacho. Obseruauerunt autē Cab- balistæ, Philosophi apud Hebræos nõ sanè profus vani; neque semper superstitiosi, sed sæpè etiam arguti & fructuosi, Illi, inquam, obseruauerunt reos istos appositisimè ad se profus purgandum hæc tribus nominibus appellasse Deum testem. Sed adscribam ipsa eorum verba; vt certè ea latinè assequi poterō; ex eo libro, quem Portam lucis vocant. sunt enim ad hunc locum illustrandum vtilia. Igitur, Scito, inquit, ipsam causam poposcisse, vt Rubenitæ, Gaditæ, & Manassenses, tria illa Dei nomina *יהוה*, *אלהים*, *יהוה*, El, Elohim, Iehoua, simul pronuntiarēt. Debebant enim *אלהים*, hoc est, fortem, siue potentem, dicere, quia hoc nomine mysterium benignitatis & clementie diuinæ continetur. Debebant etiam *יהוה* Elohim, appellare. nam istius nominis notatio ad iudicium, & pœnam spectat. Denique oportebat quoque vt nomen *יהוה* Iehoua vsurparent: quia hæc appellatio iusti- tiam Dei temperat clementie, & benignitatis æquitate: atque inter superiores duas ap- pellationes veluti conciliatrix media est. Itaque si rem totã explices, sic illi dixisse videri possunt. Si istam aram posuimus Deo, vt sit monumentum modò: non autē, vt in ea tem diuinam faciamus per holocausta, aliãue sacrificia: prosequatur nos ille sua benignitate, tamquam *אלהים*, fortis, potentisque Deus. Sin autem aram hanc improba mente posuimus, animoque deficiendi ab illo, atque ab eius sacrario, per aliena sacra, ipse *יהוה* Elohim, qui simul testis, iudex, & accusator est, pœnas a nobis exigat, suppliciumque sumat, hoc tam graui delicto dignum. Denique ipse, *יהוה* Iehoua, qui conciliator est, moderetur iu- dicialium

Singularis modifit exemplum.

Admonitio. Modestia in multis hominibus desideratur nostra memoria. Iusiurandum quando licet adhibere.

In leuibus rebus non esse aduocandum Deum testem.

Iurare Deum, est Deum colere.

Nescis per aliam rem quam per Deum iurare.

R.R. Solomon, & Kimhi.

Cabbalistæ philosophi. De tribus Dei nominibus, El, Elohim, Iehoua. שער אורח siue porta lucis.

Exod. 22.

Deut. 10. 11.

Isaie 19. 18.

Idem 48. 11.

Deutero. 6.

v. 13. 10.

v. 10.

Tertull. contra gentes.

Deutero. 10.

v. 17.

Psal. 50. v. 1.

dicialium pro eo animi nostri proposito, quo aram struximus: siue pœnam eo, siue præ- mium fumus promeriti. debebant ergo tria illa simul vsurpare nomina; quippe quibus mysteria magnitudinis, potentie, & glorie Dei continentur. Nam & Asaph in eo psal- mo, quo condendi mundi rationem decantat, illa quoque coniunxit, cum diceret, *אלהים יתהוה*. Potens Deus Iehoua locutus est, & appellauit terram. Nimirum Deus, cum conderet mundum, triplici erat veste amictus; veste summæ misericordie, & sum- mæ iustitie, ac denique veste quæ media illas vtrâque miscet temperatq; Eorum enim quæ a Deo sunt effecta, alia extremæ misericordie, alia rigidissimæ iustitie, denique alia simul vtriusque rationem præ se ferunt. Hæc Cabbalistæ; a quibus, quæ res Dei vestis vocetur, non est obscurum. Illum enim tum demum aliquo modo intelligentia intuemur, quãdo ea quæ effecit sensibus nostris vsurpamus. In summa, certum est tria ista vel præ- cipua esse Dei nomina. Is enim solus *אלהים*, hoc est potēs pollensque est. Nã præter ipsum quidquid vsquam est, nihil, nisi illius virtute, potest efficere. Is quoque solus est, *אלהים* Elohim, Deus, quippe qui solus cælum, terram, & quidquid his continetur, effecit. De- nique is vnus est *יהוה* Iehoua, hoc est essentia. Ceteræ enim res omnes, quales quantæque tãdem sunt, suam ab illo essentiam acceperunt. Præclare igitur de Deo sentiunt, qui istis eum nominibus appellant. Præclare etiam, qui deinceps dicunt, *ipse nouit, & Non serues nos*, denique, *ipse vindicet*. Nam qui Deum omnia cognoscere & videre præstetur, atque insuper seruandi per dendiq; potestatem ei attribuit, is profectò breuiter vniuersæ Theo- logie summam est complexus. Porrò illud, *Et Israel sciet*, minimè est ex superuacaneo ab illis additum. Plerique enim, quo præfens fallant aliorum hominum de se iudiciū, pœnamq; euitent, Deum vt suæ innocentie consciū testem, atque etiã vindicem appellare non dubitant; neque verentur, sed per hypocrisis modò: vt cuius in vindicando tarditate atque cuncta- tionē contemnunt. Eius igitur malitie suspicionē a se remouent illi istis verbis, cum di- cunt, non solum Deum ista scire, qui introspicit in hominum animos, sed fore aliquãdo tem- pus, cum vniuersus Israelitarum cœtus luculenter intelliget, se nihil minus quàm defectio- nē, aut facta aliena cogitasse. Nimirum quando omnes animaduertent, magna ipsos con- stantia maiorum suorum religionē tueri. Quæ porro deinceps sequuntur: *Si per rebellionem, aut si per defectionem a Domino, &c.* ipsa verborum cõstructione obscura sunt. Nõ enim facillè animaduertit quiuis, quò spectet illa apostrophe simul, & parenthesis, *Non serues nos hodie*, quam ex vehemētissima animi perturbatione effundunt illi potius, quàm pronuntiant; cum auditã defectionē abominantur; neque tam atrocè crimen repetitis verbis nominatè sustinent, nisi continuè ea conditione sese deuouendo, illud a se reiiciant. Itaque Deum, se- cunda persona, tamquã presentē, appellat, & quasi animi sui brachiis amplexi, eum præca- tur, vt se illico perdat, si tam improbi sint. Minus scitè igitur, vt à *לxxi*. interpretibus, ita à Latino eos securo, pro secunda persona reddita est tertia: cum multo maior in illa quàm in hac sit emphasis. Sed isti verba sacra, vt præcisè dicta, acceperunt; cum non puta- rent, per interpositionem quædam esse scripta: & non nulla de suo addiderunt. Posset quidē, fateor, illud, *Ne serues nos hodie*, ad Phineen, tamquã legationis principē, dictū vi- deri. Hoc sensu. Nõ deprecamur, quin vel hodie nos bello inuadas, & lege agas; si tale fa- cinus patrauimus. Sed altera illa sententiã, quã exposuimus, rãtis respondentium affectibus, quãtos vniuersa oratione præ se ferunt, magis cõgruit, atque etiã ab Hebræis probata est.

Struximus nobis aram, vt deficeremus, &c.

VERBUM infinitum *יהוה*, reddidimus per finitum. Ille enim modus, vt Grammatici tradunt, ceterorum omnium modorum vim habet. Nã alioqui verbum aliud suggerendum fuerit: sicut dixi *לxxi*, atque Latinum fecisse. Cõtinet autē iste versiculus aræ vetitæ definitionē: ex qua pendet causa vniuersa. Erat enim hæc accusatio, quòd aram struxissent lege pro- hibitã, eaq; re defecissent a sacri-cœtus cõmunione. Iã verò illi, eas solas aras cõtra legem poni definitum, quæ faciēdis sacrificiis extruatur. hæc autē eiusmodi nõ esse. Cõmemorant autē tria præcipua sacrificiorum genera, pro ceteris omnibus. Primum est *קרבן* Ola, quod ab ascendēdo dictum, solet græcè vocari, *δολοκυστον*, & *δολοκυστον*; quasi solidum sacrificiū dicas: quia ignis victimã totã absumebat, atque sursum in cælum per flammam fumumq; auferbat. Huius lex per scripta est in Leuitico capite primo, & sexto. Alterum est *קרבן* Minha, hoc so- lēt interpretari, munus, quod Deo adducitur videlicet. Nã videtur à verbo *קנה*, quod dū- cere significat, dictum esse. Sed si fertum vocaueris, propi<sup>o</sup> re expresseris. Erat enim ex simila, & oleo confectum hoc sacrificium: qualia liba Græci vocant *κάματα*, teste Athenæo. De eo scriptum est capite 1. & v. 1. Leuitici. Vocatur quidē etiã Abelis victimæ ex ouili oblata hoc

Deus triplici veste amictus cum conderet mundum.

אלהים

יהוה

Elohim

יהוה

Iehoua.

Modus infinitus ceterorum modorum vim continet.

Tria præcipua sacrificiorum genera.

קרבן

Holocaustum.

קרבן

Fercum.

Athen. lib. 4. de vegetib. Genes. 4. v. 4.

hoc nomine à Mose, sed *καταχρηστικῶς*. Tertium genus est, *עֲוֹנוֹתֵינוּ* hoc est, τὰ σωτήρια, & pro felice rerum successu, bonaque fortuna oblata sacrificia. Hæc cruenta quidē erāt: sed nihil præter adipem, omentum, lactes, renes, & iecoris fibram dabatur flammæ: reliquā carnem læti absumebant epulo sacrificantes. De his victimis agitur capite tertio Levitici. Verbum *עָרַף* propriè quidem querere significat. Sed quia sæpe quæstiones exercentur, ut meritæ possint pœnæ sumi, factum est, ut pro vindicare vsurparetur. Sic apud Iob scriptum est: Vt vindices maleficium meum: & animaduertas in peccatum meum. Similiter aliis in locis non rarò.

*Et si non potius præ sollicitudine rei id fecimus, &c.*

Vt sunt in refellendo crimine nefario vehementissimi, non satis habent, refutasse id, cuius accusabantur: nisi etiam ostenderint, factum suum prorsus cum accusatione pugnare. Continebat enim accusatio: ipsos ecclesiæ Dei consensionem, noua ara posita, dissipare voluisse. at illi huc omnem suam struendæ illius aræ molitionem spectasse docent: ut non modò apud se, verum etiã omnem suam posteritatē perpetuò retineatur religionis atque sacrorum omnium communio cum cœtu, qui trans flumen est. Neq; ab hoc se exclusam esse interlabente aqua, vlla vniquã ætas suorum posterorū possit persuaderi, cum videat exstantē trans flumen aram, in confini ripa; eiusdē vnus religionis monumentū, à maioribus suis: hoc est, à nobis, ea de causa constructū. Nomen, *עֲוֹנוֹתֵינוּ*, sollicitudinem ex metu malæ rei natam significat. Quæ sollicitudo, si rationem non nisi mis perturbat, sed ad euitanda modò aduersa excitat, ut hic; cautionem parit. Rectè igitur *ל' x x i i. εὐλαβειαν* sunt interpretati. Est enim *εὐλαβεια*, ut Stoici definiunt, τὴν καλὴν εὐλογίαν ἐπιληψίαν. At Latinus, qui, cogitationē dixit, parū plenè vim verbi expressit. Verbum infinitū, siue Gerundi, *עוֹנֵנוּ*, interpretor, reputando. Quia Hebræi sæpè dicendi verbum, pro cogitare atque apud animum suum statuere, ponunt. Aduerbium *עַרְפָּא* significat tempus futurum *ἀορισταῶς*. Illud, *Quid vobis rei est cum Domino*, si verbum pro verbo reddas, erit: Quid vobis & Domino. quo modo etiã Græci loquuntur. dixit enim Demosthenes, τί νόμιμα ἔχουσιν εἰς τὸν θεόν; quid legi cum quæstione. Similiter Christus apud Ioannem loquutus est, cum diceret: Quid mihi & tibi mulier?

*Cum terminum posuerit Dominus inter nos, & inter vos, &c.*

**E X I S T I M A N T** plerique, ista ad terræ promissæ descriptionē spectare. cuius terminus ab Oriente cum Iordanis sit constitutus, nō mirum debeat videri, si qui his limitibus seclusi ab illa habitant, ij olim ab ignara rerum præscarum posteritate existimentur ab iis quoque sacris, auctore Deo, exclusi esse atque abalienati; quibus ipse peculiariter, in illa terra colli voluit. Et hæc sententia nobis quoq; probatur. Sed ea tamen illud nō efficitur: regionem, ut sic dicam, cisiordaninam, non esse terræ sanctæ partem, sed à veteribus promissis prorsus alienā. Loquuntur enim iste iam tribus, non de ipsa re: sed de posterorū falsa estimatione. Sic enim fieri plerumque assolet, ut sequens ætas maiorū suorū dicta, facta, instituta, monumenta denique omnia malè interpretetur: & quidē tanto libentius, quanto minus, ut eorum religionem integritatem vita & moribus sequatur, imiteturque, potest animum inducere. Ei igitur malo: hoc est, ne ex illa terræ sanctæ descriptione olim discidium religionis oriatur, ire obuiam se per structam aram voluisse respondent hæc tribus, tamquam per publicum communionis omnium sacrorum monumentum: qua communione, qui vltra citraque Iordanem habitant Israelitæ inter se sunt coniuncti. Nam *partem in Domino habere*, est, esse populum Domini; & in eorum numero, qui thesaurum benignitatis ipsius, ut heredes, participant. Siue, ut Chaldeus interpretatur: Inter quos est verbi diuini communitas. Non est ergo mirum, si Petri animum vehementer permouit Christus paucis illis verbis, cum diceret: Nisi lauero te, nō habebis partem mecum. Tum & illud perspicuum fit, quantam defectionem instituerent, qui in Regum historia inclamabant: Non est nobis pars in Dauide. Ceterum timere, siue reuereri Dominum; est animi modò cultum intueri videatur, tamen ad ritus quoque, & vniuersè, ad omnem cultum pertinere solet in sacris literis. Neque enim, ut hi cisiordanini, tamquam homines alieni, prohibiti fuissent ab ara Dei, atque sacrario; vlla tamen vis ipsorum animis afferri potuisset. Sed ita est mortalium ingenium, ut adminiculis opus habeant, quibus humi stratas mentes suas erigant intendantque in cælum. Quod propter plerumque euenire videmus, ut vbi sacri ritus ceremoniarumque negliguntur; quem vocant cultum externum; ibi animorū quoque religionem sensim labascere, minui, exolescere. Contrà verò, tum maximè pietatem, atque religionem versari in animis hominum, quādo rebus diuinis

פָּחַד

פָּחַד

פָּחַד

פָּחַד

εὐλαβεια

Latinus.

Dicere, pro cogitare.

Posteri malè interpretantur dicta factaque maiorum.

Partem habere in Domino. Chaldeus.

Timere Dominum ad omnem cultum spectat.

Homines adminiculis opus habent, ut mentes conuertant in cælum. Externo cultu neglecto, minuitur & animorū pietas.

Job. 10. v. 6.

Ioan. 2. v. 4.

Numer. 34.

Io. 13. v. 8. 2. Reg. 10. v. 1 & 3. Reg. 12. v. 16.

diuinis operam dant. Rectè igitur, si ritualis olim cultus impediatur, colligunt, simul spiritalem, ut sic dicam, hoc est, animi pietatem sublatum iri. Sed hoc quoque rectè, opinor, dicitur: Timoris verbo, in veteri lege, idem omnem cultum subiciit: quia tunc colebant homines Deum ut serui dominum, per timorē, & metum: at nunc, noua lege, ut filij parentem, per amorem. quod à diuo Paulo sæpè expositum est. Vnde illa Mosis, hæc Christi lex vocari solet. quarum vtriusque conditionem paucissimis expressit verbis idem Paulus, cum diceret: Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Rursus: Non accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem. sed accepistis spiritum adoptionis, per quem clamamus, Abba pater. qui est quidem vnus idem spiritus. sed alter ille in tabulis lapideis, ut ait Augustinus, timorem: hic in tabulis cordis caritatem, atque amorem excitat.

*Proinde discimus, Agite faciamus, ut statuamus nobis aram &c.*

**P A R T I C U L A**, *עַרְפָּא*, sæpè hortandi est potius, quàm instantis temporis Aduerbium. Verbo, *עַרְפָּא*, subiiciuntur victimæ cruentæ. Hic tamen etiam *עַרְפָּא*, quod libi genus esse dicebamus nuper. Neq; enim cum Doctorib. Hebr. & eorū explanatore Maimonio sentio, qui *עַרְפָּא*, inter *עֲוֹנוֹתֵינוּ*, hoc est, oblationes, non adnumerant: sed sola quatuor cruenta sacrificia: quæ sunt *עֲוֹנוֹתֵינוּ*, holocaustum, & *עֲוֹנוֹתֵינוּ*, pacifica, atque *עֲוֹנוֹתֵינוּ*, & *עֲוֹנוֹתֵינוּ*. Sed ista sunt alterius loci.

*Aspicite figuram aræ Domini, quam fecerunt patres nostri &c.*

**S I C** sacrosancta Ecclesia nobis ante oculos ponit crucis Christi figurā, cuius vetus ara fuit adumbratio: *non vobis aram, sed*, ut dum aspicimus, in memoriam redeamus veræ illius, & salutaris aræ: in qua sacerdos secundū ordinem Melchi-zedec, Deiq; Filius, se ipsè gratissimam Patri pro nobis victimam obtulit. Atq; ad eandē nostras quoq; hostias, spiritū contritū, & mētē humiliē, fractamq; atq; fructum labororū nostrorum afferre nos debere intelligamus. Simulq; ut ea figura aduersus hostes nostros nō aspectabiles, qui nos corporis delictis distractos, à Dei cultu prohibere student, testis nobis perpetuò adsit: & nos moneat, partē nos habere cū crucifixo; atq; ad ipsum nobis trans Iordanē, & arumnarum aquas esse, religionis gratia, accedendū. Quod enim aliud quæso, si non hoc mysterium, in causa fuit, cur tantam haberet apud vetustissimos Christianos venerationē hæc crucis figura: ut ea se in omnibus actionibus signarent? eam etiã sæpè vtiliter aduersus malorum demonum terrorem opponerent? Quod Lactantius, Tertullianus, Nazanzenus, Basilus, alij sacrarum rerum scriptores antiquissimi testatum reliquerunt. Sed pergamus.

*Absit à nobis rebellare Domino, & deficere &c.*

**C O N C L V S I O** est, continens inficiationem criminis, pro ea ratione qua fuerat obiectum. Neque verò simplicem inficiationem, sed quadam, ut sic dicam, detestatione asfirmatam. Vocabulum enim *עַרְפָּא*, quod profanæ & imputæ rei notionem habet, tum vsurpatur, cum rem diram atque atrocem abominamur. Datius *עַרְפָּא*, otiosus est, ut sæpe. Kimhi tamen illud *עַרְפָּא*, pro quo nos diximus, à nobis, interpretatur, nostra causa. Putat enim hoc illi esse responsum, quod allegati dixerant, *Ne rebelles simus vobis*. ac si sic respondeant nunc isti: Absit, ut rebelles simus Domino, non vestra modò gratia, ne à vobis dissentiamus; verum nostra causa: quibus ea res perniciem esset allatura maximam. Sed hoc ille nimis argute. Neque ea est verbi, *עַרְפָּא*, vis atque notio. Ara autem Domini, que erat ante tabernaculum ipsius, nominatim dicitur, quia in ea sola fas erat sacrificare. Erat autem ea constructa ex lignis Sittim are obductis, ut est in Exodo scriptum. Illud tamen intelligi debet etiam de illis aris, quæ cum res posceret, *אֲוֹרְגֵדִים*, ex terra, aut rudibus lapidibus substruebantur, sed presente sacrario Dei, veluti in monte Hebal. Est autem sacris literis testata res, præter aram ad cruentas victimas comparatam; de qua sola hic mentio est, alteram existisse intus in tabernaculo, etiam ipsam ex lignis Sittim constructam, sed auro puro incrustatam. Philo Iudæus quoque in libello de Sacrificantibus, postquam differuit, magis oblectari Deum animi cultu, quàm cuiusvis pretij sacrificiis, scribit in hanc sententiam: Declarat, inquit, hoc ipsum lex, quæ duas aras, & matérie, & loco, & vsu diuersas construi iussit: alteram ex selectis lapidibus, sed rudibus & impolitis: quæ sub dio statuebatur, quæ prodiabatur è templo; cruentisque feruiebat sacrificiis. alteram ex auro: quæ locabatur in ipso adyto, intra velum prius, nulli hominū, nisi solis sacerdotibus, intus sanctis & puris, aspectabilis. hac vtebantur dumtaxat ad odores adhibendos ad Deum. Manifestū ergo est, paullū thuris, si vir integer offerat, plus fieri à Deo, quàm

E e mille

Timor, omne cultum significat in lege.

עַרְפָּא

Crucis Christi figura in templis propofita, cur.

Crucis mysterium.

Dandi casus otiosus. R. D. Kimhi.

De duabus aris apud arcam.

Rom. 8. Galat. 3. 2. Timoth. 1. 1. Item. 2. 2.

Ilid. 1. 15.

Aug. epist. 95.

Maimonius prefat. in ספר עֲוֹנוֹתֵינוּ

Exod. 27. & 28. Sup. c. 2. v. 30.

mille pecudes, quas non admodum probus aliquis sacrificet. Hęc, & plura in eam sententiam illic Philo. quę elegantius certę ab illo disputantur explicanturque, quām ad sacras literas congruentius. Sed erat, opinor, illa tempestate, quā umbra legis ab exorta nuper Euangelij luce sensim minuebatur, idem sacri ordinis viris mos, (fuit enim Philo sacerdos) qui iam pridem nostris sacerdotibus est; vt mira vecordia quibusuis potius, quām quę sui ipsorum muneris propria essent, studiis incumberent.

*Igitur cum audiret Phinees sacerdos, & magnates cętus &c.*

30

I A M audiuius, quām ingenuę, quām probabiliter se excusauerint rei. Aduersus ergo tam iustam fratrum suorum defensionem non esse morosius instandū putauerunt allegati. Igitur nos quoque, hoc exemplo moniti, si qua proximorum nostrorum facta, dictave suspiciosa nobis visa sunt, libenter excusationes idoneas & probabiles admittamus: neque pertinacibus contentionibus crimen vrgeamus. Nullum enim, non solum in religionis causa, sed in omnibus reip. partibus, hominum genus perniciosius est, atque illorum, qui suo iudicio tantum tribuunt, vt ab eo nullius hominis oratione, siue doctioris, siue melioris, abduci se patiantur: sed quiduis potius cōquirunt, arripiunt, carpunt, quām vt se sua opinione falsos fuisse confiteantur. Atqui sepe fit, vt quos vel meritisimō reprehendimus, eos si se excusantes blandē audiamus, nostramque conscientiam veluti redargui patiamur; illi deinde vltro ab suo errore in viam se recipiant, seque corrigant ipsi. quos si amarulenti culpare non destitissimus, sed acrius aliis atque aliis iudiciis pressissimus, nostra importunitate a proborum consortio abalienati, ex vno vitio in aliud atque aliud, & tandem ad omnem improbitatem se contulissent.

*Hodie intelligimus Dominum inter nos esse &c.*

31

C H R I S T V S apud Matthæum miracificę nos ad consensionem animorum cohortans, eam quę de vera religione, & cultu Dei est, (hoc enim est congregari eius nomine) pollicetur Patrem cęlestem omnia concessurum eorum precibus, qui illam coluerint: se verò perpetuò inter ipsos medium affore. Recte ergo colligunt allegati, Iehouam, hoc est, Dominum Deum, apud Israelitas presentem adesse: quia religionis consensus adhuc ab ipsis colitur. Si verò existimare malis, id Phineen dicere, ex eo intelligi, Deum adesse Israelitis, quia ipsi non dum peccarint, non pugnabo. Certum enim est, mortales in omne vitium precipitare, cum primum Dei tutela destituuntur: neque eius adiutrice manu tamquam retinentur. Et solent sacre literę tum presentem statuere Deum; quando perspicue opem fert nostris rebus; absentem verò fingere, quoties nos nostrę permittit imbecillitati. Particula, *is, Tunc*, vel Pronominis loco est, quasi dicas, eo ipso, vel ea re. nimirum, quia non fuistis rebelles: vel vim vocis *συμμεμνηνός* habet, vt *ἡμῖς*, apud Gręcos: significatque, planę, certę, omnino: sicut *is*, sæpius vsurpatum Psalmo cxxiv. Pertinet autem hæc clausula versiculi, ad tuendum illud, quod initio dixerant allegati, Certę accider, vt dum vos hodie rebellatis Domino, cras vniuerso cętui Israelitico ille indignetur. Nam absurda est eorum sententia, qui opinantur, hoc ad faciendi belli cōsiliū spectare, quod non potest non esse omnibus calamitosum, cum est intestinum. Non enim credibile est, illud Ecclesię propositum non esse profus ab allegatis dissimulatum; postquam excusationes tam iustas, atque legitimas audiissent.

*Visag, est res bona Israelitis: gratiasque egerunt &c.*

32

L O N G E profectò alia mens est, si modò mens, & non dementia, immò furor dici debet, nostrorum *ἐμνομαδων*: quorum in omnia sacrarum historiarum monumenta vesanū odium; quę certę rudi vulgo poni possunt, nulla causa, quam tumuis iuste dicta, placari potest; vt non profus illa euerfa atque sublata velint. tantū abest, vt res bonę ipsis videantur. De verbo *ברך*, hoc est, benedicere, satis multa supra. Proponitur autem hęc nobis memorabile exemplum; vt meminerimus, fratrum nostrorum constantiam in religione: atque adeò sancta consilia omnia Deo accepta referre grato animo: qui vnus sua benignissima gratia hominum vitiositatem coercet; & benefacta tuetur. Et sanę, si angeli, quorum conditio longē supra humanam naturam est; adeò tamen nihil humani à se alienum putant, vt miracificę gaudeant, si hominum vnum improbę vitę pœnituerit; quām sit immanis noster stupor, si illorum nos salus nihil moueat, qui carnis sanguinisque communione nobis sunt coniuncti? Gratias igitur semper agamus Deo, qui & nos ipsos, & proximos nostros cęlesti suo Spiritu in via veritatis retinet: & si quando aberrauimus; vt sanę aberramus sapissimę, clementer nos reuocat atque reducit.

Ceterum

*Ceterum Rubenita & Gadita nomen imposuerunt &c.*

34

E X I S T I M A N T Rabbini, Solomon, Kimhi, Isaias, alij, præcisę ista esse dicta. deesse enim nomen *רַבֵּנִי*, plenęque sic scribenda esse. *וְיָדָוּ בְּרִי רִאשֹׁן וְיָדָוּ בְּרִי רִאשֹׁן וְיָדָוּ בְּרִי רִאשֹׁן*. Et vocarunt filij Ruben; & filij Gad, testem aram: quia testis est, &c. Atque ita reddidit hunc locum Chaldæus; vt certę habet meum exemplar manuscriptum. Sed Lxxxi. longē diuersam secuti sunt sententiam. sic enim explanant istum locū, quasi ara sit appellata ara Rubenis, & ara Gadis, &c. Nos illam Iudæorum opinionem probamus quidem. verum id quoque dici posse existimamus, arę nomen non esse sacris verbis expressum: sed indicatum modò, id eiusmodi fuisse, quod sua notatione moneret, aram esse monumentum Israelitis, Iehouam pro vero Deo coli ab omnibus debere. Porro ex eo quod hęc scriptum est, *וְיָדָוּ בְּרִי רִאשֹׁן וְיָדָוּ בְּרִי רִאשֹׁן וְיָדָוּ בְּרִי רִאשֹׁן*, Quod Iehoua sit Deus; manifestum fit, in illa iurandi formula, quam superius audiuius, istam dico, *וְיָדָוּ בְּרִי רִאשֹׁן וְיָדָוּ בְּרִי רִאשֹׁן וְיָדָוּ בְּרִי רִאשֹׁן*, nomen Elohim, Dei veri vocabulum fuisse, non angelorum, aut falsorum deorum, nedum principum. Est autē etiam hęc rursus laudanda istarum tribuum sedula cura, ad prodendum deinceps posteris suis auitam religionem; & tuendum in perpetuum sacra à maioribus accepta; dum non satis habent, mole illa ingenti veram diuini cultus aram representasse; illucque nepotum suorum animos per significationem direxisse, atque intendisse: sed tale insuper nomen imponunt, quod sua notatione totius Theologię summam perpetuò omnium mentibus obiectam retineat. Qui enim Iehouam esse Deum recolit, is eum sibi vt Deum colendū statuit: eum audit: eius denique sanctissimo verbo obsequitur.

Chaldæus. Lxxxi. intel. petes.

ANDRÆ MASII COMMENTARIORVM

IN IOSVAM CAP. XXIII.

*Factum porro est post multos dies &c.*

1

C Y M iam aliquot præterirent anni, ex quo per Chananæam domiti hostes meti quiescebant. populus verò interea, bellorum pertæsus, vmbralem vitam amplecti potius, quām suam hereditatem ab hostibus paulatim vindicatum ire, velle videretur: optimus Imperator Iosua, quem iam dudum ætas affecta bello faciendo abstinerebat, verens, ne, quod post euenit, ille tum ex ignaui otio in multa alia vitia, tum ex amica Barbarorum consuetudine, ad suscipiendam horum scđam religionem & cultus, laboretur; conuocatum, vt credibile est, Siluntem, memorabili ista oratione hortatur; non quidem aperte, vt ad laboriosam militiam reuertatur; & Chananæos passim reliquos eliminet. Ea enim oratio nimis dura visa fuisse propensis ad quietem; sed neque dum etiam vile erat, vniuersam terram veteribus colonis vacuam esse. verum vt lege Dei se habeat: & à Chananæorum familiaritate atque consuetudine sibi quām diligentissimę caueat. Sed ad ista suadenda iis maximē vtitur argumentis, quę oblique, & recte omnes ab otio ad belli cogitationem, & à familiari vsu Barbarorum ad inimicitiam cum ipsis gerendam excitare, atque incendere debeant: vt audiemus. Possent fortassis existimare aliqui, non esse diuersam hanc concionem ab ea, quę proximo capite dicitur. Nam cum sacre narrationes ex aliis atque aliis annalibus, longo post res gestas temporū interuallo, sint conscriptę; quod est alibi multis disputatum à nobis: non rarò accidit, vt res eadē vna, diuersis locis, nunc fusiū, nunc breuius memoretur. Sed aliam esse hanc concionem, alia illa comitia magnis argumentis probabimus idoneo loco. Nimirum credibile est, sollicitissimum patrem & principem Iosua, per omnem occasionem cohortatum sæpe suos esse, ad probitatis & pietatis officia, quamuis ista duo monita sola sint literis consignata, & memorię prodita. Id enim diuus Petrus quoque se fecisse testatur breui moriturus, cum his vtitur verbis: Non negligam vos de his semper monere; quamuis scientes, atque etiam confirmatos in ista veritate: æquum enim esse puto, quantisper sum in hoc tabernaculo, vt vos excitem monitis. Et quę sequuntur plura, sunt enim peruulgata. Existimemus ergo istam *ἡμεῖς*, vel apud Siluntem, vel in Iosua vrbe adhibitam esse ad populum, quod etiam RR. Dauid Kimhi, & Leui F. Gersonis putant: illa verò altera comitia apud Sichem esse facta, ob eas res, quas illic exponemus.

An iste contus diuersus sit ab eo qui proximo capite habetur. Annales facti.

*Vt conuocaret Iosua omnem Israel, &c.*

2

D I X I M V S alibi, in concionibus, non semper populum vniuersum coire solere. sed omnium ordinū primates, & veluti capita. Igitur, cum dictum esset, omnē Israël fuisse

R. D. Kimbi. R. Leui F. Gersf.

Philo sacrarū literarū parū peritus.

Sacerdotes à iis a suo statu studiis decti.

Admonitio, benignę accipiendę esse excusationes fratrum.

Pertinacium hominum genus in reprobationem.

H. A. A.

Homines nil nisi peccant, quando à Deo non retinentur. Deus quando presentis aut absens esse dicitur.

is & tunc

In hostes inagnum.

Deo agende gratię pro sanctis hominum consiliis.

Admonitio.

Matth. 23. 39.

Luc. 11. 7.

2. 2. 1. 1. 2.

Qui populi re-  
presentare so-  
lebant in con-  
tinentibus.

זקנים  
ראשים

שופטים  
שטרנים

conuocatum, ipsa deinde vniuersitas ad eos deducitur, qui populum omnem repræsen-  
tabant. Erant autem illi זקנים, hoc est, seniores. nimirum ipse senatus, siue is primarius  
solus fuerit, quem Iudæi veteres, Græco vocabulo, appellabant טנחרין, id est, σωδεδριον;  
ad quem de summa rerum gentis vniuersæ referebatur: siue etiam municipalis quisque:  
id enim non satis liquet. Deinde ראשים, hoc est, capita, qui erant singularum tribuum  
primates, atque tribuni. hi aliàs vocantur, capita populi. Postremò שופטים, & שטרנים. Il-  
lud iudices significat: non eos solos dico, qui lites diiudicant: sed qui præcipuum in po-  
pulo magistratum gerunt, & tamquam viua lex ciuibus sunt. Huius vim & notationem  
explicauimus multis capitè primo: diximus enim apparitores vocari rectè posse; & admini-  
stratos fuisse שטרנים, hoc est, ipsius magistratus.

Sup. c. 1, v. 10.

Ego senius, prouectus sum ætate, vos verò vidistis &c.

Exordium.

Senes libenter  
auscultamus.

Genus oratio-  
nis quale.

Summa totius  
orationis.

Deus tuus.

Ab vili.

A contrariis  
malis.

Hoc exordium est orationis, quàm Imperator habet ad conuocatum populū. Red-  
duntur autem eo auditores beneuoli, attenti, dociles. Nam plerique omnes, vel tacito  
quodam naturæ instinctu, senes reuerentur & colunt, libenterque auscultant, præsertim si  
sint in rebus magnis versati, & gloria clari, aut certè auctoritatè graues. Exstimatur enim,  
cum diu in vita fuerint ipsi, & breui sint abituri ex ea, longè optima viuendi præcepta, &  
monita, iis, quibus in vita manendum diutius est, dare & posse, & velle. Versatur autem  
oratio tota in genere demonstratiuo, quod honestum appellatur. vt est ex iis manifestum,  
quæ paulo superius exposui, cum dicerem, quæ de causâ conuentum hunc habuerit Im-  
perator. Primum igitur breuiter quidem, sed disertè, refert memoriam beneficiorū Dei,  
quæ in Israelitas ille adhuc contulit, præsertim se principe: & quæ porro conferre paratus  
est. Atque inde conficit æquum esse, vt mutua ipsi pietatem atq; sanctitatem aduersus  
illum colant, omnique studio id præstare conentur, quod ab eo iussi sunt. Ingrati enim  
& detestabilis ingenij fuerit, tam mirificè liberalem, & beneficium amatorem, non modis  
omnibus redamare: præsertim qui tuus Deus, atque effector, & parens sit. Hoc enim il-  
lud toties repetitum significat, Dominus Deus tuus. Porro quia ille Deus non fert ritalem,  
monet etiam, vt Barbarorum deos ne nominent quidem, nedum colant, aut adorent. Et  
ne vel imprudentes ad hanc impietatem prolabantur, iubet, ne familiariter vtantur Bar-  
baris. Nam, vt ait Paullus: praua colloquia gangrænæ ritu augent contagio impietatem.  
Ad hæc, adhibet stimulos acerrimos. & primum quidem proponit ipsorum laudè, cum  
ait, sicut fecistis ad hunc vsque diem. Crescit enim laudata virtus, & immentum gloria  
habet, vt ait poëta noster Naso. Mox vtilitates maximas, dum versiculo ix. & decimo  
ostendit, ex ea necessitudine, qua se Deo obligarunt ipsi, atque adhuc coniuncti sunt, præ-  
claras illas victorias esse profectas: vt minimè ingratis amasse possint videri. Deinceps ve-  
rò versiculus xii. & xiiii, grauiissima explicat incommoda, quæ passuri sint, si scelus fece-  
rint. Atque hic illud obseruandum est, virum sanctissimum non dicere; Si Dominum non  
amaueritis, erat enim id ei religio: cum ipsa natura omnes, qui certè ratione vtuntur, ad  
amandum suum effectorem ducat. Sed, si affinitate, inquit, aut aliis necessitudinibus vos  
cum Barbaris istis coniunxeritis. Huius enim erat illud consecrarium. Sed vehementissi-  
mè illorum animos tamquam fodiat, cum omnium incommodorum summam propo-  
nit, eamque iterum, & tertio repetit. ea autem est, præsentium possessionum amissio. Ait  
enim, vsque dum pereatis, ex bona ista terra, quam dedit vobis Dominus Deus vester. Cum enim  
post maximas ærumnas, quas inde ab excito è Chaldæa Abrahamo, gens vniuersa in alie-  
no solo perpessa fuerat, tandem proprias adepti possessiones, sibi felicissimi viderentur, at-  
que in his suauissimè acquiescerent, nullus ipsis potuit casus acerbior ob oculos poni, quàm  
nouum exsilium. Deinceps ad finem vsque orationis id affirmat argumentatione à simi-  
li, quod modò dixerat, de euenturis maximis malis, nisi iustam pietatem aduersus Deum  
adhibere pergant: Si euēnit, inquit, quidquid per benedictionis formulam vobis promi-  
serat Deus: vt certè euenisse, ipsa re estis experti: non est cur minus sperare possitis euen-  
tura & illa, quæ per maledictionem est vobis interminatus. Et hic denuo inculcat, adesse  
suæ vitæ finem. Nimirum vt hæc, tamquam nouissima, verba penitus animo mandent,  
& memoria conferuent. Et simul vt intelligant, posthac suo sibi modo viuendum fore:  
& proinde cautiore sint; & ad omnia vitæ officia magis intenti. quippe non habituri  
diutius omnium suarum actionum monitorem, & præmōstratorem, in cuius diurna no-  
cturnaque sollicitudine adhuc potuerunt acquiescere securi. Sed iam reuertamur ad ex-  
plicanda passim sacra verba.

2. Tim. 2, 10.

Quid, de Pont.  
1. 4.

Diuit. 1. 2.

Videte,

Videte, sortitus sum vobis gentes istas, &c.

VIDERE, ad animi oculos, vt sæpè, referendum est. Verborum collocatio est hic con-  
turbatior. Nam illud, וְנָתַתִּי אֵלַי, à Iordane, non est suo loco positum. Est autem vniuersæ  
complexionis verborum hæc sententia: Ego vobis per sortem in singulas tribus distribui  
tam eas gentes, quæ nondum sunt exterminatæ, quàm quas ipse iam excidi, per vniuer-  
sam Chananzæam; quanta patet inter Iordanem ab Oriente, & mare mediterraneum  
ab Occidente. Commemorat autem, simul eas gentes per sortem esse ipsis attributas,  
quæ nondum erant eliminatæ, vt ad eas profligandas ipsis addat animos, à facili. Nam  
ipsa fors diuina fuit, tanquàm arrha, & pignus certissimi consilij Dei. hoc enim proxi-  
mo sic versiculo explicatum est. ~~Quare non videtis Iordanem hanc partem iordanis ex-~~  
~~cutit, & iniquam superfluitatem; & inquit pollicitus, nisi pignus adhiberem, non dæ-~~  
~~derem.~~

Videte, pro-  
animaduerte-  
re.

Latinus.

Eritis igitur fortes admodum ad obseruandum &c.

VISITATISSIMUM est apud Hebræos, tempus futurum, modi finiti, pro manda-  
tuo vsurpare: Eritis, pro estote, quo modo etiam Latini nonnumquam loquuntur. Ce-  
terum ea fortitudo, qua ad obseruandam Dei legem opus est; paratur firma fide in Deū,  
& caritate erga proximos. His enim duabus rebus, Dei nobis gratiam conciliamus,  
quæ non solum admittis delictis ignoscit: sed etiam vires ad probè viuendum suppedi-  
tat, nosque tuetur, ne porro peccemus; sed lege Dei nos habeamus. Ad dextram aut  
sinistram declinare, translatio est, ab iis qui iter faciunt. Significat autem, nos diuinæ  
legis verba debere rectè sequi. hoc est, vt intra earum sententiarum cancellos manea-  
mus, quibus sacrosancta Ecclesia, quæ est columna, & firmamentum veritatis, illa cir-  
cumscriptis, atque definitis. Sed de hac re satis multa dixisse videmur capite primo.

Fortitudo ad  
præstandā Dei  
legem.  
Dei gratia non  
solum ignoscit  
peccatis, sed  
tuetur etiā nos  
ab illis.  
Ad dextrā aut  
sinistrā decli-  
nare quid sit.

Ne consuetudinem habeatis cum gentibus istis &c.

SI verbum pro verbo reddas, dixeris, ne veniatis, siue, ne intretis ad Gentes istas, sed  
Chaldæus id explanat, ne commisceamini cum Gentibus istis. Certum autem est, & à  
nobis alibi disputatum, illud verbum נָבַ, vsurpari de re venerea, quàm notionem ab  
hoc loco non esse alienam, videor conicere de verbis versiculi duodecimi. Et est sanè  
multis vbique exemplis testata res, quantum illa turpis consuetudo semper detrimenti  
attulerit pietati. Per me tamen licet, vt omnem prorsus familiaritatem, hoc loco, prohi-  
beri putes; quæ quidem coniunctionem amicitiamque cum Barbaris conciliare possit.  
Solet enim inde quasi societas quædam, & communicatio religionis facile inter homi-  
nes nasci. Quam ob rem bene, prudenterque Paullus, vt omnia; monuit suos Corin-  
thios; ne voluntate essent propensiores in eos, qui à Christi religione erant alieni, quàm in  
se; qui iustitiam lucemque, hoc est, Christum ipsum Deum viuum docebat. Sic enim,  
ego cerè, verbum illud ἐνεσθησαίν, quo ille vitur, interpretor; vt tralatio sit à libra, cuius  
lanx altera propendat in vnā partem. hæc enim à Græcis εὐθύμους ἐπαρόχους, dicitur.  
Iam verò illud quod deinceps est, Neque commemoretis nomen decrum illarum, iis est consen-  
taneū, quæ idem Paullus ad Ephesios scripsit, cum eos moneret, vt neque supra, neque  
obscenitates alias, aut auaritiam inter se nominarent. Fieri enim vix potest, vt nihil nos  
afficiat, neque ad nostrum sensum adhærescant, quorum sæpè vsurpamus memoriam.  
Itaque ex ipsa deos appellandi consuetudine, afferri tandem suspicio in animum facile  
posset, esse eos aliquid. Sed quod insequitur, maius etiam est, Neque iuratis. Quod enim  
iuramus, ei nomen inesse quodam modo, vel imprudentes statuimus: quod est à nobis  
nuper pluribus explicatum. Porro illa, colatis, adoretis, multo etiam grauiora sunt. Itaq;  
ordine fit progressio, à familiaritate Barbarorum ad nominandos ipsorum deos, à nomi-  
num vsu, ad iusiurandum: hinc ad cultum; à cultu denique ad adorationem. Solet enim  
istorum sequens quod ferè ex præcedente gigni: nisi magna cautio adiungatur: & fan-  
ctus Dei Spiritus animos nostros regat, atque ab errore tuatur. Sed neque refragabor, si  
quis dicat, in hoc loco ἰσχυρῶς esse, quod ἐξήγησεν, id est, interpretationem, vocant: & poste-  
riora quæque explanare priora. Nam colere, & adorare, parum sanè inter se differunt. Iu-  
rare autem, pro, colere, poni interdum, nuper dictum est. Iam verò, nominare Deum, id  
quoque idem esse, quod colere, ostendunt illa Paulli verba, Alienus esto ab iniquitate,  
quisquis nominat Christum. Et illa Dauidis, Non libabo libamenta eorum cruenta: ne-  
que sumam nomina ipsorum in labra mea. Quod alioqui mirificè cum hoc loco con-  
gruit etiam.

Consuetudo  
familiaris cum  
malis vitanda  
est.

Explicatus lo-  
cus.

εὐθύμους ἐπα-  
ρόχους.

Quod iura-  
mus, id pro  
Deo habemus.

ἰσχυρῶς, ἰσχυ-  
ρῶς.

Sup. c. 1, v. 7.

Sup. c. 2, v. 3.

1. Cor. 6, 14.

Eph. 5, 3.

2. Tim. 2, 17.  
1. Tim. 16, 4.

Ec 3

Sed

Sed adhaerebitis Domino Deo vestro, sicut fecistis, &c.

Adhaerere Domino.

R V R S V S Futurum modi finiti pro mandatiui positum est. Adhaerere Domino, est, omnem spem in eo solo collocatam habere: nihilq; opis aliunde, siue ex caelo, siue terra expectare, cuius ipse non sit fons, & auctor. Quod eò à me additur, vt ne quis existimet, ægrotos medicorū opera non debere vtī, quod olim quidā malè opinati sunt, aut alios homines aliis caussis mediis, atq; adiuuantibus, quas Deus, pro admirabili sua erga genus humanum benignitate, nobis concessit, ad nostræ animæ corporisue salutē: dummodo ab illo solo, tamquā boni omnis origine, summa spei nostræ dependeat. Adiungit porrò Imperator, illos ita fecisse vsq; ad hunc diem. non quòd illa omnia plenè perfecteq; adhuc præstiterint Israelite, quis enim nescit, quā pauci mortales se ea pietate, eoq; amore applicēt, adiungantq; ad Deum, quo æquum esset: sed quia religionis iura à Mose tradita populus adhuc vniuersè coluit, interea dū penes Iosvam fuit principatus. de singulorū enim hominum peccatis non agitur. Sed ista cognitionem habent facilem. quare pergamus.

Vnus vir vestrum persequi solet mille &c.

Verba temporis futuri sæpe frequentem vsum significanti.

H E B R Æ V M habet, persequetur mille. nempe enim vñtatū est apud Hebræos, vt futuri temporis verbū, significet frequentem rei alicuius vñm. Sunt autē ista referenda ad illa promissa Dei, quæ in Leuitico his ferè verbis perscripta sunt: Si præcepta mea obseruaueritis, atque exsecuti fueritis, largiar vobis pluitias idoneo tempore. Et post multa; Persequemini inimicos vestros, cadentq; illi ante vos gladio. vestrum quini persequentur centenos: centeniq; vestrum agent ante se decies millenos &c. Et quæ in Deuteronomio: Efficiet Dominus, vt hostes tui, qui te inuadunt, cadant coram te. vna via veniunt aduersum te: septem autem viis fugient à conspectu tuo. Sed cur illi suis hostibus tam terribiles viderentur, id verò edixit Moses elegante versu, cum cāneret: Quo modo persequeretur vnus mille, & duo fugarent decem millia, nisi petra ipsorum mancipasset illos, & Dominus eos dedidisset?

Nam si per penitentiam propositum mutaueritis &c.

שוב & דרבן & התחנן

V E R B V M שׁוּב, redire significat: sed sæpe transfertur ad animum, estq; à proposito abstinere; institutū vitæ mutare. Eam porrò consuetudinē familiaritatemq; Barbarorū, qua superius solo verbo, בָּשׂוּ, indicarat, nunc explicat aliis insuper duobus verbis, דָּרְבָן, & תַּחֲנִין. quorū illud, adhaerere, significat: & de ea cōiunctione, quæ inter maritū atq; vxorē est, dicitur à Mose, in illis verbis: Et adhaerebit vxori suæ: fietq; caro vna. hoc verò, affinitatis necessitate iungi. Omnia igitur ad eam necessitudinē, quæ contrahitur connubiis, spectare videntur. ea autem, lege Moysi, vetita erat, cum alibi, tum in Deuteron. Existimemus ergo hanc cōiunctionē maximè, sed nō solam, prohiberi hoc loco. Nā quòd Paulus diuortium facere non debere censuit, eum hominē, qui matrimonio consociatus esset alteri nō initiato Christi mysteriis, nisi is qui initiatus non esset, ipse discidium faceret: id ad hunc locum non pertinet. de illis enim loquebatur Paullus, qui cum alieni à religione essent, nuptias contraxerant: post verò, alter Christo nomen dedit, alter non dedit. Nam si ei qui dedit, facere diuortium impunè ille concessisset, Deus bone quantam aperuisset improbæ licentiæ fenestram! vt enim quemque coniugij tædussset, præclaram speciem quisque faciendi discidij habuisset, Christi sacra. Sunt enim semper plurimi in omni religione impij. Christianos autem matrimonij sanctitatem cum primis colere debere, testata res est Christi verbis. Contrahenda igitur cum profanis hominibus matrimonia ventantur. at contracta, per causam religionis discindere nō licere Christianis hominibus, tum Paullus sensit, tum Petrus. Sed ista sunt prolixè tractata disputataq; à Tertulliano, libro secundo ad vxorem. quare non prosequar longius.

Planè sciote, non futurum, vt pergat Dominus Deus vester &c.

מקטן & מן

Lxxii.

Chaldaus.

H Æ C eadem mala obnuntiata sunt à Mose, in Numeris, & Deuteron. sed illic origo omnium calamitatum statuitur, non eiecisse, atq; ab se depulisse Barbaros. hic verò, affinitates cum illis contraxisse. Sunt enim ista mutuae inter se consequentiæ nexu copulata. Latinus legis videtur, מִקְטָן, pro מִן. dixit enim foueam, pro laqueo. Verbum, מִן, deductum à מָן, omne id est, quo irretire, & capere aliquid volumus. מִן, autem id significat, quo fodicamus, pulsamusq; aliquem, vt ad cursum incitemus. L x x i i. igitur מִן, hoc est, clausus, pro stimulis, dixerunt. Cur autē pro lateribus dicerēt, מִן, hoc est, calcibus, non satis dispicio. Suspicio tamen, hoc mendosum esse; & מִן, olim scriptum fuisse. Chaldaus locum hunc circuitione longiore interpretatus, pro, flagro, dixit, copias sumentes arma aduersus vos. Et pro, spm in oculis, reddidit, exercitus vos

Leuit. 16, 22  
Deut. 22, 7  
Deut. 31, 30

Math. 19, 9  
1. Cor. 7  
1. Pet. 3

Numer. 33  
Deut. 7

vos cingentes. Nimirum quia verbum שׁוּב, interdum significat, prædæ faciendæ causâ huc illuc discurrere, & grassari: & מִן, cum non solum spina, sed etiam clypeus dicatur, ille traduxit ad exercitus, qui hostes suos circumdant, vt clypeus hominis corpus, inquit R. Solomon. Porrò illæ translationes, à laqueis, retibus, flagris, spinis, satis perspicuum est cur ad idololatras, vt vocantur, spectent. Laqueis enim, & retibus blandæ voluptatis impeditur primum progressus in Dei cultu. Deinde postquam illa semel deuinctus est animus, facile ad omne flagitium ab ea, tamquam flagro, impellitur. Mox verò etiam vsque eò occæcatur, vt veritatis splendorem deinde videre amplius nequeat. Hæc autē omnia euenisse populo electo, sacris historis proditum est: qui etiam ob eas res felix illud solum exsilij causâ sæpè vertere est coactus.

En ego ingredior hodie viam vniuersæ terræ &c.

R. Solomon, Voluptas extremè impietatis causâ.

Terræ, pro hominibus.

Vita hominū, mortis est meditatio quadæ, & præparatio.

T E R R A vocantur ipsi mortales: quorum omnium via est mors; ad quam tendere illi quidem incipiunt tum, cum vitam auspicantur. sed cum illam obeunt, eque vita excedunt, tunc demum ingredi illam viam dicuntur. Nimirum, quia vita hæc nostræ videtur morti opposita esse; cum sit verius ὄψωνος, atque commentatio mortis: neque vita dici mereatur, nisi quatenus in ea animus, placida pace cum corpore coniunctus, speciei quamdam vmbra vitæ illius immortalis, quam post resurrectionem, vt vocamus, vnâ cum illo est acturus in caelo; per contemplationem cernere potest. Sed ista alterius loci sunt.

ANDRÆ MASII COMMENTARIORVM IN IOSVAM, CAP. VLTIMVM.

Congregauit etiam Iosua omnes tribus Israel &c.

D I X I superiore capite, alium esse conuentum qui hic habetur, alium, qui illic. Id autem ita esse, satis magno argumento sunt diuersæ orationes, quibus Imperator ad populum hic, atque illic vtitur. Illic enim, commemoratis modò nuperis Dei in ipsos beneficiis, ad colendam pietatem, fugiendaq; vitia omnes cohortabatur. Hic verò, postquam reuocauit animos ipsorum ad memoriam eius benignitatis, quam inde ab Abrahamo excito è patria Deus contulit in istam gentem: atque ostendit, eum, suo iure, mutuam hoc ad ipsos officium reponere, vt se solum colant, repudiatis illis diis, quos nullo cum fructu, maiores ipsorum in Mesopotamia, & Ægypto colere, non hæret in hac conclusione, tamquam scopo. Neque eandem per locos contrarios affirmat, vt in superiore concione: sed contrariæ rei optionem ipsis etiam permittit. Nimirum vt ad fædus fanciendum viam faciat, quod nisi de libera populi voluntate, firmari non potuit. Igitur cum superiore concione, semel, iterum, tertio populus, graui proposito periculo amittendæ hereditatis, deterreatur à cultu alienorum deorum. hac verò adeo non deterreatur, vt facilior etiam ille, quàm Iehouæ, hoc est, veri Dei cultus esse, quadam tenus, simuletur, quis non existimet diuersas esse conciones duas, non eandem vnâ. Recte ergo videor, copulam, quæ initio posita est, interpretatus esse, Etiam: hoc est, præterea. Aduocatur autem rursum in concionem populus, vt solet, per tribunos, & primates suos, atque senatum. Sed ista explicata satis sunt superiore capite. De vrbe סִיכֶם, diximus quidem supra. Sed dicendum iterum est. exstabat illa, vt ait diuus Hieronymus, ad latus montis Garizim, circiter sex millib. pass. à Samaria. Eius ruinæ nunc Istar vocatur ab accolis. Nam Neapolis, aut, vt vulgus dicit, Naploza, non eodem solo substructa nunc vñtur. vt autem & vrbs huius, & quarundam aliarum in sacra historia celeberrimarum loca certius cognoscat lector, describam inde à Damasco, ad Ascalonam vsque, vniuersum iter, vt est illud certis mansionibus notatum in populi Romani actis, quæ nescio quis Antoninus compilauit. Igitur à Damasco ad xxxii. mill. pass. occurrit Aere. Post hanc ad tricies millesimum passum, Neue. Post Neuen ad xxxvi. mill. pass. Capitolias; quæ vrbs hodie Suuete vocatur, anniuersariis Arabum nundinis celeberrima. Post Capitoliada ad xvi. mill. pass. Gadara, apud quam Christus Dæmonia immittebat in porcos. Post Gadaram ad xvi. mill. pass. Scythopolis, hoc est, Beth-sân, transmissio iam Iordane. A Scythopoli ad xix. mill. pass. Neapolis, hoc est Sychem, à Neapoli ad xxx. mill. pass. Aelia, siue Ierusalem. Hinc ad xx. mill. pass. Eleutheropolis. ab hac ad xxiv. mill. pass. Ascalon. Ceterum cur sub vitæ suæ finem Imperator Sycimam conuocaret populum, hæc vna satis, opinor, iusta afferri causâ potest: quòd eo loco redintegrandum

Diuersos esse conuentus, qui superiore capite, & qui hoc exponuntur.

סִיכֶם Sychem.

Istar Neapolis. Naploza.

Damascus. Aere. Neue. Capitolias. Suuete. Gadara. Scythopolis, et Beth-sân. Sychem. Aelia. Ierusalem. Eleutheropolis. Ascalon. Cur iste conuentus apud Sychem sit habitus.

Math. 8, 22.

esse foedus sacrum existimaret, quo ab Abrahamo primū, ac deinde vniuersis Israelitis fuisset sancitum. Vt capite octauo prolixè expositum à nobis est. Nos enim præsentè ceremoniam hoc potissimum niti sanctissimum virum existimamus, vt post suum excessum, populares sui, quàm diuissimè, foedus illud religionis memoria retineant recète. quippe ex quo non solum ipsorum reipub. felicitas pendet: sed ipsum etiam illud à condito orbe speratum mysterium: in quo vniuersi mortalium generis salus posita est. Debebat enim profectò omnium animos non parum mouere etiam locus ipse, in quo adhuc aderant vestigia Abrahami: qui postquam patriam reliquisset, illic omnium primū ea fuerat religione, iisq; factis initiatus, quæ ipsi inde adhuc colunt, & porrò colere debent: atque etiam huius terræ heres à Deo institutus, cuius possessione ipsi iam suauiter fruuntur. Cùm additur, *Consisteruntq; coram Deo*, sacra arca Deus vocatur, ob eas causas, quæ sunt alibi explicatæ. Videntur autem his verbis moti esse quidam, homines parum periti, vt pro Sychem, scriberent Silo in Græcis libris. qui error, deinde per omnia exemplaria peruagatus est. Neque enim existimo, hoc dixisse LXXII. interpretes. Atqui certa, & multis exemplis testata res est, non nefas fuisse, præsertim Imperatori, aut Regi, delubrum Dei huc, illuc, transferre, cùm ita vsus esset. Nam pontificatu Eli, cùm ab hostibus premerentur Israelitæ, solius senatus iussu, est à Silunte asportatum in castra. Et cùm Dauid ab Absalonis coniuratione metuens vrbe fugeret, Leuitæ arcam sacram vnà exportabāt. Sed nihil opus est pluribus exemplis.

*Et ait Iosua ad omnem populum: Sic dicit Dominus &c.*

Exordium.

Deus Israelis.

**E**X O R D I V M hoc mirificè debet excitare auditores, cùm propter summam Dei auctoritatem, quem ipsum loquentem inducit Imperator, tum ob nomen Israelis. Cùm enim Israelis Deum dicit, perinde est, ac si sic loquatur. Is Deus, qui non solum vos omnes creauit, & in rerum naturam produxit: verum insuper cumulatissimis beneficiis vestrum genus vniuersum est complexus, & his tam pulchris possessionibus fortunisq; locupletauit. Est etiam ad insequentem narrationem accommodatissimum: quippe quæ tota in explicanda Dei benignitate versatur, quam ille in Israelis genus contulit. Quod porrò ait, Maiores ipsorum trans flumen coluisse deos alienigenas, id ad proximos maiores modò pertinere ilico ostendit. Nam Sem, Noham, alios remotiores fuisse ab hoc tanto flagitio alienos credibile est. Neque etiam quales illi fuerint, ad causam pertinet. Hoc enim solum agitur, vt constet, gratuitò ipsos esse à Deo adoptatos pro populo: neque gratis solum, verum cùm etiam hostes essent, & eos honores cultusq; que, quos ipsi, tanquam suo parenti & effectori debebant, adhiberent ad deos alienos. Nominatim autem ponitur ante oculos Thara, & eius duo filij, Abraham atque Nahor. quia ex his vniuersa Israelis stirps est prognata. Nam à Nahore maternum genus ducitur, per Rebeccam, Lyam, Rahæclem. Neque enim eos audire possum, qui magno conatu Abrahamum ab hoc turpissimo scelere vindicare, nescio quibus argutiis, student. Quasi verò non tanto illustrior sit Dei gratia, qua illum est complexus, quanto ipse fuit sceleratior; minusq; tanto dignus fauore: ac non pro admirabili beneficio Dei, toties commemoret, inculcetq; animis nostris sacra historia; quòd illum, quasi manu arreptum, è patria, & idololatrarum, vt vocamus, consortio extraxerit. Nam Iudæi, qui fabulam, de אור, Vr Chaldæorum, hoc est, igne, vt aiunt, commenti sunt, quem Abrahamus noluerit patriis ritibus adorare, refelli non merentur: cùm sit certissimum, אור, Vr, loci nomen esse. flumen autem, עופר, Eufrates dicitur. Idq; Chaldæus nominatim expressit. Quod dixi olim, est Hebraicè עולם, ac si dicas, ab olim. siue, à sæculo. Nam mihi certè, sit verisimile, Latiniotum, Olim, ab Hebræorum עולם, Olam, esse factum.

Abraham in patria colebat idola.

Vr Chaldæorum.

Olim.

Abraham, quando primū vocatus à Deo fuerit.

Charan.

*Ego verò accepi patrem vestrum Abrahamum &c.*  
**H**ÆC iis apud Mosen verbis scripta habentur, vt appareat, Abrahamum à Deo primū esse vocatum, quando apud Charan morabatur, parente suo iam tum nuper orbatu. Sed hoc non est ita. Nam in ipsa eius patria, hoc est, apud Vr Chaldæorum, diuino pulsū commotus primū eius animus est, vt illinc exiret in Chananæam. Cùm autem seniculum patrem Tharam, & fratrem Nahor, fratrisque alterius filium Loth, simulq; vxores induxisset persuasionibus, vt vnà secum abirent: iamque Charan peruentū esset: id autem oppidum est in Mesopotamiæ extremitate, prope Eufratem, Carræ vocatum à Ptolemæo, & Crassi clade nobilitatum. Huc igitur cùm peruenissent, substitère aliquot annos. Nam opibus, & animis, hoc est, hominibus, aucti esse in Charan memorantur:

Gen. 11, 31-32

Gen. 12, 5

tantur: siue præ illius loci commoditatibus paullatim exolescente desiderio Chananææ, stimulisq; diuinis in Abrahamo sensim vanescentibus; siue quia iam reliquos propositi pigeret, & vt Eufrate transmissis, tamquam in alium se orbem conferrent, persuaderi ab illo non possent. Ipsum enim facillè retinebat pietas, cùm patrem natū admodum grandem deserere nollet. Hoc enim esse verissimum, conicias de Stephani verbis, dum ille hanc eandem historiam explicat. Potrò simul atque eius pater è vita emigrasset, si modò antè ille emigravit è vita. Sed hoc mox videbimus: nunc autem ita esse patemus: postquam igitur Abraham pater è vita excessisset, ipse, vel nouo instinctu à Deo afflatus, aut superioris etiam noui probè memor, & cari parentis iam, cura leuatus, necessitates alias præ diuinis monitis postputauit; fratresq; Nahore, cùm ille tergiuersaretur, relicto, trans flumen in Chananæam, cum vxore, & fratris filio Loth se contulit. Nam quod in libro de ortu rerum est scriptum; post memoratum Tharæ excessum, dixisse Deum ad Abrahamum, Egredere, id vel de nouis monitis est accipiendum; vel tamquam per εσθλαογίαν dictum, debet verbo temporis præteriti plus quàm perfecti, vt vocant Grammatici, interpretari: Dixerat Dominus ad Abrahamum: nempe cùm etiam tum esset in sua patria. Satis enim magno argumento esset potest, ad huius sententiæ veritatem, quod non multo post, Deus ipse ab Abrahamum verba faciens, ait: Ego is sum, qui eduxi te de Vr Chaldæorum. Suam enim Deum præsentiam ipsi Abrahamo declarasse apud Vr; non huius parenti, Tharæ; aperte exposuit Stephanus, cùm diceret; Deum apparuisse Abraham cùm etiam tum esset in Mesopotamia, prius quàm moraretur Charan: atque dixisse, Exi de terra tua &c. Nam illud: ab omnibus quaesitum atque disputatum: qui potuerit exire Carris Abraham, annos natus dumtaxat LXXV. cùm pater defunctus nuper esset, qui annos vixerat quinque supra ducentos, atque illum genuerat: septuagenarius: illa inquam quaestio optimè, atque verissimè, vt apparet, soluta est à Lirano, sed Diui Augustini vestigia secuto. Non esse natum Abrahamum; quando pater non maior erat septuagenario. Illud enim, vixit Thara annos LXX. genuitque Abram, Nahor, & Haran, non satis firmum est, ad efficiendum; Abrahamum fuisse inter illos tres natū maximum. Nam neque Sem fuisse primū inter Nohæ liberos plerique omnes Iudæi existimant: & tamen scriptum est in eodem libro, Noha cùm quingetos esset natus annos, genuit Sem, Cham, & Iapheth. Et quis tam absurdus est, vt putet Isaac natum esse ante Ismaelem; quia in Paralipomenis legitur: Filij Abraham sunt Isaac, & Ismael: aut Iacobum fuisse quàm Elau seniore, quia mox audiemus dicentem Deum; Ipsi Isaac dedi Iacobum, & Esau? Sed quamuis ista sunt admodum probabilia: tamen dissimulare non possum; propendere me plurimum; & quidem propter temporum seriem; in Iudæorum sententiam, qui dicunt, Abrahamum à Thara septuagenario genitum esse, atque annos natum LXXV. è Carris transiisse in Chananæam, relicto etiam tum viuo patre apud fratrem suum Nahor: cùm neuter progredi trans flumen vellet, ipse autem diuinis iussibus vigoretur. Neque enim hic quidquam est incommodi, modò vt illud Stephani excusetur, qui aperte & planè dicit, Inde è Carris, postquam obiisset pater eius; traduxit ipsum in terram hanc. Equidem alienus sum ab argutiis omnibus, cùm sacra verba tractantur: nisi illa sint sacra Ecclesiæ definitionibus sancitæ: Et tamen ad similitudinem veri; mihi certè, illud multo videtur esse propensius, si dicamus, Stephano videri, Tharam tum è vita excessisse; cùm obstinatissima tandem voluntate constituisset, in Chananæam; quò Deus omnis vitæ parens vocabat, non traicere: sed apud suos deos manere: atque filio suo Abrahamo illius profectionis spem omnem incidisset: quam si, quod Hieronymus quidem; sed dubitanter scripsit; fingamus, Abrahami ætatem, cùm Carras relinqueret, esse computatā ab eo tempore, quo primū in Chaldæa probam religionem suscepisset, sed iam abdicasset. Hac enim sententia illud confici videatur, vel Isaacum in Carris esse natum; vel cūm nasceretur, parentem eius fuisse non centum annorum; quod literis sacris testatum est, sed centum sexaginta. Sed iam fortassis ista prolixius tracto, quàm oportuit. Traduxit igitur Deus Abrahamum ex altera fluminis Eufatis regione: nimirum ex ipsa Mesopotamia; vel quia apud Vr caelesti inflatu primū permouerat illius animum; quo pulsu tandem trans flumen actus est: vel quia Carris morantem denuo pepulit nouis monitis. Verbum enim *accepi* pro, euocauit, positum esse censeo, vt illustrius appareat Dei beneficium, atque admirabilius, qui non solum gratis illum; sed retractantem etiam; & tergiuersantem; cūm aduersarios deos coleret, quasi manu iniecta ad se adduxit; atque ex

Act. 7, 4

Gen. 12, 5

Gen. 15, 7

Act. 7, 2

Gen. 12, 10

Gen. 5, 31

1. Par. 1, 28

Act. 7, 4

Hieroni. quest. in Gen.

Explicatus locus.

Quaestio de ætate Abraham, cūm exiret Charan.

Liranius Augustinus.

Iudæorum sententia.

Explicatus locus.

Mesopotamia.

Gen. 12, 5

obscur.

obscurissimis errorum tenebris in lucem aeternae veritatis protraxit. nimirum, ne illius posteritas, aut suis, aut maiorum suorum meritis tantam gratiam olim posset assumere. Haec enim opinio non solum verissima est, sed etiam ad Iosuae causam, quam agit, utilissimam affert Israelitis religionem. vt ante explanavi. Illud porro, *Et feci vt irret*, siue deduxi, *per omnem terram Chanaan*: reducit Israelitas in memoriam admirabilis illius benignitatis, qua Deus olim parentem ipsorum Abrahamum, hominem alioqui peregrinum, inter medios Barbaros, non solum incolumem conseruauit, verum etiam maximis fortunis, & opibus amplificauit, venerandumq; ab ipsis etiam Chanaanæ regibus reddidit. Diuus Augustinus obseruauit, notauitq; Græcos interpretes LXXII. hic, non temere omisisse nomē Chanaan: atque dixisse præcisè, *per omnem terram*: quasi diuino afflato Spiritu cum essent, intellexerint, Abrahamæ fidem, atque religionem olim per vniuersam terram esse propagandam. Sequitur, *Et multiplicavi semen ipsius, dedidi ei Isaac*. Hic ego seminis verbum intueri putō, vnius Saræ sobolem. illudq; *ac dedi ei Isaac*, esse ἐξ ημετέριον: cum scriptum sit in Genesios libro: In Isaac vocabitur tibi semen. Hoc enim diuus Paulus suis Romanis interpretatus est his verbis, τὸ τέκνον τῆς ἐπιγαλίας λογίζεσθαι εἰς ἀπέρου. quod Latine dici potest, Filij illi ad quos attinet promissio, pro semine sunt habendi. Iam verò quod vnus Isaac, vt Abrahamæ semen, producitur; reliqui ex alia vel ancilla, vel vxore nati, tamquam nothi, silentio prætereuntur; mirificam habet vim ad ostendendā Dei erga Israelitas gratiam, caritatem, beneficentiam: qui repudiatis aliis, vnius Isaaci, ex quo ipsi sunt prognati, tamquam legitimæ prolis rationem habuerit, planè gratuitò, vt iam omnium mortalium ingratisissimi debeant ipsi videri, si non mutua erga illum caritate, pietateq; teneantur. Sed miraris fortasse in eo, quod multiplicatum Abrahami semen dicitur, cum ei vnus Isaac natus memoretur. Atqui multitudo ad Isaaci posteritatem, & perpetuam illam natorum seriem, qui deinceps ex illo sunt propagandi, spectat. Porro cur cum Iacobo enumeraretur etiam Esau, cui neque ipsi communitas conditionis cum illo fuit, si Dei promissa spectemus, alia ratio est; quā vates Malachias explicauit. Ipsum enim Esau ex iisdem cum Iacobo natum parentibus, & quidem priore loco, cum Deus à sua familia abdicauerit, quodam aeterno suo consilio; Iacobum verò, qui secundum illū erat editus, heredem instituerit, & quidem prius, quàm vlla esse potuerunt alterutrius benefacta: an non ex istarum rerum commemoratione admirabilis meritò gratificationis Dei aduersus se existimationē omnes animis suis concipere debuerūt, atq; ad illum mutuo amandum colendumq; singulariter permoueri? Sed R. Leui Gersonis aliam quidem, verum, vt mihi videtur, nimis longè repetitam causam affert, cur Esau nominaretur cum Iacobo; non item Ismael cum Isaac. Etenim, credibile est, inquit, Iosuam in ista narratione omnia, & singula, prolixè atque accuratè esse verbis perfectum, quæ dum ex Aegypto reuenterentur, Israelitis accidere. Cum ergo montis Seir etiam esset facienda mentio, nominandum fuisse Esau. Sic ille; sed parum, vt videtur, firmè.

*At Iacob & filij ipsius descenderunt in Aegyptum &c.*

CALIDE profectò, & peritè, res in Aegypto, per annos plures quàm ducentos, actæ dissimulantur; atque vnica complexione tum ipse in Aegyptum descensus, tum liberationis institutio commemorantur. Cum enim propòsitum id esset, maximis quibusque Dei in Israelitas beneficiis in memoriam reductis, ipsos quàm arctissimè illi obligare, silentio regenda seruitus illa durissima erat. Ne perpetuam felicitatem, ex ea communitate, quæ ipsis adhuc cum Deo fuit: hoc est, ex huius gratia, & beneficentia; illorum autem pietate & religione natam, rei tam tristis recordatio interromperet. Quam ob rem illud item tacitum esse relictum opinor; quæ in Aegyptū descendēdi illis causa fuerit, diro enim malo, fame illuc acti sunt. Sed historias ipsas repetat lector ex Mosis libris. Verum enim uero mirabitur meritò aliquis in eo, quod dicitur: *Et viderunt oculi vestri que patraui in Aegypto*. cum res certissima sit, plerosque omnes, qui in Aegypto fuerant, periisse in deserto. Atqui hoc non est ita: sed illi perierunt, qui maiores annis viginti in Aegypto fuerant. Iam verò credibile est, senatores, tribunos, ceterosq; primates populi; ad quos ista verba adhibentur, si non omnes, at certè eorum plurimos, in Aegypto fuisse: cum soleant in istarum dignitatum sedes ascendere, qui alios atate antecedunt. Ad hoc, tribus Leuitica vniuersa creditur à murmuris noxia fuisse aliena: quia nullus ex ea speculator fuerat missus. Cum porro sequitur, *Manistis in deserto dies multos*, non est quod quis opinetur, hoc quoque tacendum fuisse; cum multas per desertum, annis quadraginta, ærumnas per-

Occuratio.

R. Leui Gers.

Tribus Leuitica aliena à murmurē in Cades.

Aug. quæst. in Iosuan.

Gen. 22, 12. Rom. 9, 8.

Malach. 1, 2.

Rom. 9, 11.

peffus sit populus. Nam si quis rectè existimet, quantam contulerit Deus in illos benignitatem in deserto, intelligat profectò, nusquam eum vsum esse maiore, atque illustriore. Paut enim modis admirabilibus; cum panem è cælo suppeditaret. potum ex durissimo silice: vestem conseruauit integram: viam ipse præcedens monstrauit: præsentiam suam sæpe declarauit: legem suis digitis præscripsit; eaque rationem non solum beatè viuendi, sed etiam cum spe meliøre moriēdi commonstrauit. Et ne omnia beneficia singillatim persequar, ipsorum miserationem, plus quàm impiam, tam multis illis annis clementer patienterq; tulit. Et vt Apostolus loquitur ἐπεποθέρισεν αὐτοὺς ἐν ἐρήμῳ. Sed hæc hætenus. Quod deinceps de terra Amorrhæorum dicitur; de regnis Sehonis, & Og est accipiendum. quæ historia in Numeris est perscripta: & à nobis quoque quadam tenus explicata; cum Rubenitis, Gaditis, & Manassenibus suam hereditatem assignaremus. Iam verò etiam regis Moabitarum Balac mentionem facit: secutus eam narrationis seriè, quæ est in Numeris. Hocque imitatus quoque est vates Micheas. Nam & is, cum Deum sua beneficia ingrato populo exprobrantem inducit, hos regis Balac, & harioli Balaam elufos conatus; inter alia, commemorat: qui conatus bellum vocantur hoc loco. Neque enim vsquam memoriæ proditum est, regem Balac manum cum Israele conseruisse. Quin neque cum id fecisse, neque verbis etiam cum illo iurgasse, certissimum testem Iephte laudare possumus. Cum enim Balac animaduerteret, viribus se inferiorē esse, magicis artibus eneruari posse hostem stultè putauit.

*Traicistis deinde Iordanem: venistisq; ad Ierichuntē &c.*

QVOD Hebraicè est, יריחו, nosque verbum pro verbo reddentes, diximus, *Domini Ierichuntis*; id LXXII, & Chaldaus interpretati sunt, Habitatores Ierichuntis; nec inscitè. Patet enim latè verbum יריחו. Sed mihi videtur hoc loco significare eos, ad quos cura rei publ. Ierichuntia pertinebat: hoc est, primates eius vrbs. Quærit hoc loco diuus Augustinus, qui posset esse verum, Ierichuntios bellasse contra Israelē, eum se muris continerint. Sed ait, bellum esse, & quodam modo armatam defensionem, cum portæ præcluduntur alicui: etiam si non pugnetur. Ego artificij esse puto, quod belli vocabulo, cum hic, tum paulo superius de Balac loquens, vtitur orator iste, cum aduersariorū conatus Dei propugnationem defensionemq; opponit. Tanto enim hæc apparere, fortiore præclarioreq; necesse est, quanto illi videntur fuisse maiores. Quæ autem deinceps sequuntur nominatim commemoratæ gentes septem, non est existimandum, eas Ierichuntios ciues fuisse. Deest enim Coniunctio post Ierichuntis nomen, pleneque ac perfectè dicendum erat, Domini Ierichuntis, & Amorrhæi &c. Nisi si quis cum Lirano suum R. Solomonem secuto malit opinari, promiscuam omnium nationum Chanaanitarum multitudinem confluisse Ierichuntē: vt illic, tamquam in limine, communibus viribus hosti obsisterent. quod est etiam in libro תנחומא, Tanhuma scriptum, vel cum Doct. Hebr. quos R. Leui F. Gersonis laudat, omnes vniuersæ Chanaanæ regulos, suas habuisse in ea vrbe, vt omnium amoenissima, qualis reuera erat, ædes, & regias. Sed ista incertæ coniecturæ sunt. illud simplex ac certum. Sunt autem septem illæ gentes Chanaanis soboles: quarum sedes passim in sacra historia promissæ sunt Israelitis. Procreauerat quidem ille liberos vndecim, iisque Chanaanam occuparant, eliminata, vt quidam opinantur, progenie Semi, cui illa regio fuerat à Noha attributa post diluuium. Sed gentilitia nomina facillè confunduntur, numero familiarum atque cognationum nunc augefcente, nunc decrefcente. Verum sunt ista à nobis alibi, nisi fallor, disputata.

*Misitq; ante vos vespam, que abegit illos &c.*

VOCABULO נחש, Zorra: ego & vespas, & crabrones, hoc est, καὶ τὰς σφήκας, καὶ τὰς ἀσπίδας, subijci puto, atque etiam alia eius generis animalia; quæ aculeis armata cum sint, ac hominibus infesta, volatu, & alarum remigio strepitum cient. Ab eo enim stridore factum esse illud verbum, ego certè opinor. Quare non mirum est, si Latinus, crabrones; LXXII, σφύριαν, dicere solent. Ceterum non est quidem sacris literis proditum, in hisce Chanaanais bellis faciendis, fugatos esse hostes à vespis, aut crabronibus: sed armis, pauore, grandine. Quod propter, diuus Augustinus opinatur; hæc vel per translationem esse dicta; & vesprium nomine acres terroris aculeos intelligi debere, aut aërios, non aspectabiles spiritus. vel euenisse quidem reuera; sed non esse literis consignata. At Solomonis illa Sapientia; liber sanè mirabiliter, & diuinè scriptus, ista non solum

Dei benignitas in populi maxima per desertum.

Dira vota Balac, vocantur bellum.

יריחו

Nicolaus Liranus. R. Solomon.

Tanhuma. Doct. Hebr. R. Leui Gers.

נחש

An vespis vexati reuera sint Chanaanai.

Ios. 5, 2. Act. 13, 12.

Numer. 21. Sup. c. 12.

Mich. 4.

Iudic. 11, 25.

Aug. quæst. in Iosuan. Sup. c. 4, 2, 7.

Aug. quæst. in Iosuan.

solum accidisse, testatur: sed cur acciderint, causam etiam affert: postquam enim multa Chananaeorum scelera commemorauit, quae ipsos merito iniustos Deo fecerant, haec adiungit verba: Sed tamen etiam istis, ut hominibus pepercisti, cum mitteres exercitum tuum praecurrentes vespas, quae ipsos paulatim eliminarent, non quod non posses acie impios iustus in potestatem dederis, vel per ferocissimas belluas, vel per breue deniq. verbulum illos simul perdere. Sed id agebas, ut sensum puniens, locum dares poenitentiae: cum meminisses, ipsos suapte natura esse malos, atque innata laborare vitiositate, neque futurum, ut mens ipsorum aliquando mutaretur &c. Cum autem ista sic gesta esse videatur, ante Israelitarum aduentum, minimè mirandum est, nusquam in hoc commentario esse, inter alios res gestas, prodita; quo quae Iosue Imperatoris ductu acta modò sunt, explicantur. Deest autem hic rursus coniunctio. Plenè enim scribendum erat, *Quae abegit illos extratum conspectum, et duos reges Amorrhoeorum &c.* Idque ita esse argumento sunt verba versiculi decimi octauo. Porro illud, *Non per tuum gladium, neque per tuum arcum.* hoc sensu dictum est: frustra Israelitarum arma fuisse futura, nisi Deus hostes occulta quadam vi percussisset. Neque enim alioqui verum est, nihil gladio, nihil arcu illos percussisse in bellis superioribus. De omnibus enim adhuc factis in Chananaea bellis mentio est: non de solis vespasum siue crabronum molestiis. Sic enim hunc locum explicauit sacer vates, cum diceret: Tu manu tua gentes exterminasti (Deum alloquitur). Illos verò (Israelitas dicit) conseruisti. malo affectas nationes excidisti, at illos submisisti. Neque enim per gladium suum occuparunt terram, neque brachium ipsorum salutem ipsis peperit. Sed tua dextera, tuumque brachium; atque lumen vultus tui. quippe faucebas ipsis &c.

Occupatio.

*Dedique vobis terram, in qua non laboraueras &c.*

PLERIQUE interpretes subitam istam numeri enallagen, ut duram, vitantes, conuertunt, Laboraueratis. Sed existimandum est, ad Ecclesiam verba fieri: atque ideo parum referre, utro utaris numero. Sunt autem ista illis consentanea, quae in Deuteronomio praedicta sunt: Comedes spolia hostium tuorum. Et superius narratum est: captarum vrbium nullas esse euersas, praeter solam Haboram, ut essent populo Dei pro habitationibus scilicet. Quanti autem ista Dei benignitas existimari merito debeat, vel ex eo intelligas, quod David, eos qui timent Dominum, eiusque doctrinam sequuntur, beatos fore canit, quia fruuntur labore manuum suarum: eaque re bene ac suauiter vitam agent: quippe liberi ab iis maledictis, quibus primi parentis sudores sic Deus percussit, velis ille esset aegre sibi victum comparaturus. Etenim si bene cum illis agi putandum est, quos suus labor sudorque non frustratur. eaque res pro singulari fauore Dei est habenda, ut sane est. quantis se illi beneficiis Deo esse obligatos existimare debent, quibus quasi stupine stercentibus, manu larga, & copiae cornu, ut est in prouerbio; affundit ille diuitias. Sed pro dolor, ut nunc sumus homines, plerique aut maioribus nostris, aut patronis, aut nostrae ipsorum industriae, aut denique, quod est detestabilissimum, fortunae nescio cuius benignitati ista accepta referimus: Deum verò nudum & famelicum pro foribus nostris inclamantem, & aliquam mutuae pietatis significationem à nobis, pro tanta beneficentia, repositentem, auersamur, negligimus, abigimus denique.

Magna Dei benignitas, diuitiae abique labor.

Diuitum ingratus animus. Pauperes auersari, magna impietas.

*Iam igitur timete Dominum, ipsumque colite &c.*

HAC conclusio est *Deummetum*, quae ex commemoratis Dei beneficiis rectè conficitur. Sed is nondum est, ut dixi, praecipuus orationis institutae scopus. & propterea hic non insitit Iosua. sed ultra progrediens, eligendi optionem concioni concedit, Dominum Deum ne, quod iam conclusit aequum esse, an verò alienos deos colere velint. Neque enim aliter, ut dixi, foedus sanciri potuit: Timere, & colere in veteri lege idem significare, disputatum superius est satis multis: quibus hoc addi potest, quod in Darij decreto est scriptum: A me statutur lege, ut per vniuersam regni meiditionem tremant, ac metuant Deum Danielis &c. hoc est, colant. Sed sunt sexcenta in eam rem testimonia. Nomen

Timere, pro colere.

Simulata pietas.

Cultus prohibet, quae.

Novi ritus non instituti.

וַיִּתֵּן, ut monet Kimhi, pro ipsa integritate probitateque positum est. Integritas simulatae pietati opponitur, vitio mortalium animis hodie tam familiari, ut ingeneratum à natura videri possit. Veritas ad constantiam spectat: aut si maui; ad cultus probitatem. haec autem in eo est posita, ut de vniuersa nostra religione vera sentiamus. Id autem est, ut omnibus in rebus Ecclesiae normam sequamur, atque doctrinam eam, quae ab Apostolis deinceps est continua successione ad nos usque propagata. Non autem ritus honores institutamur,

tuum, aut nouas sacrorum dogmatum interpretationes, stulta & peruersa curiositate, quaramus, ex quibus religionum confusio nascitur, pestilentissimum in rebus malum,

Confusio religionum perniciosa est reip.

*Quod si verò displicet vobis seruire Domino &c.*

QVAE coacti recipimus, ea nulla verecundia frangimus. quibus verò nos vltro obligauimus ipsi, quaeque deliberato animo promissimus, ea si temerè violemus, impudentissimi sumus. ergo ut gentis animos ad foedam religionem procliuissimos arctiore nexu in probam alligaret prudentissimus Imperator, principio ostendit, quanam fuisset maiorum religio, cum in Mesopotamia illi habitarent. eamque fuisse positam in cultu alienigenarum deorum dixit. Deinde addidit, quibus auspiciis illa cum cultu Iehouae, hoc est veri Dei, fuisset commutata. His itaque religionibus duabus propositis, iam illos quodam modo soluit vtraque, & veluti manu emittit, optionemque dat, non solum ut harum duarum vtram velint suscipiant: sed tertiam etiam insuper addit, eam nempe, quam tenent ex gentes, inter quas nunc versantur: à qua profectò vel maximè opus erat ut abalienarentur. Quamuis autem optionem istam illis velit esse liberissimam, ne olim causari possint, vllis se susceptionibus esse deceptos: atque idcirco nullo verbo adhuc aliorum deorum sacra cultusque culpauerit; tamen veritus, ut videtur, ne laxatis habenis gens fidei fluxae prono cursu ad Chananaeorum deos se proriperet, adiungit, quid ipse cum sua familia sit facturus. Qua re nullam quidem ipsis imponit necessitatem alterutrius optionis. Sed profectò mirifica, ut mihi videtur, mentis omnium arte atque efficacitate ad veram religionem vocat. Cur enim non statuatur, eius Imperatoris religionem sibi esse imitandam, cuius prudentiam summam in rebus omnibus, atque insuper sanctitatem, felicitatemque incredibilem adhuc essent experti? Sed digna est profectò principe sanctissimo sententia, cum dicit, se familiamque suam cultum Iehouam, hoc est, verum Deum. Deberent quidem mortales omnes Iehouae cultum sibi propositum habere: eumque omni vita victuque exprimere, ut à quo, tamquam rerum omnium essentia, quae nominis notatio est, non solum vitam ipsam acceperunt, verum etiam tunc beatè, & cum laetitia viuendi, tum insuper cum spe multo meliore moriendi ratione sunt edocti. Sed quod ille, non de se solo, verum de sua quoque familia, voti istius sponsonem facit, in eo exemplum vel maximè insigne nobis proponitur gubernadae familiae nostrae. Equidem, sic semper statui: Coniunctionem eam, quae famulis nostris nobiscum est, permagnam esse, & propè filiorum coniunctioni parem. Neque id solum nobis esse videndum, ut illi sint ad nostras utilitates quam appositissimi, & in nos officiosissimi: verum etiam, ut in sua ipsorum viuendi ratione omni, ad frugem bonam sint quam correctissimi. frugi autè atque integer nemo vel ipse sibi, vel aliis esse potest, qui proba religione non tenetur. Sed haec haecenus. Porro postquam ex responso exploratam habet Imperator omnium voluntatem, tum audacior, ultra progressus, non solum non vituperat alienorum deorum cultum, verum etiam eum probo cultui, ut faciliorem, praeferre videtur; cum ait: non impunè ipsos, si Domino Deo nomen semel dederint, deinde peccaturos, aut ad alios deos defecturos. Cum porro neque istis tantis incommodis deterrentur, tum demum ipsorum apertissimam atque testatissimam voluntate fecere mutuo obligat Deo. Quod exponetur ad versiculum xxii. cum antè explanauerimus sacra verba. Igitur illi, *Quod si displicet seruire Domino, deligite vobis hodie cui seruiatis*, non dissimile fuisse videtur illud Christi, cum diceret ad Apostolos: Num etiam vos vultis abire? Neque verò etiam id, quod Petrus pro omnibus respondebat, discrepat longè ab isto Israelitarum responso. Sed ista nunc tractare accuratius nihil attinet. Nicolaus Liranus putat, haec, *κατ' ἀναγκασμόν*, spectare ad arbitrij nostri libertatem: qua possumus quidem peccare, si velimus, sed idoneo tempore daturi poenas Deo. Cum porro aiunt: *Nam Dominus Deus noster is est, qui subduxit nos &c.* ea modò commemorant, quibus benignè ipsis factum à Deo est. Superiora in suos maiores beneficia altius non repetunt.

Ioan. 6, 67.

Aug. quesi. in Iosuan.

Rom. 10, 3.

Nicol. Liranus.

*Non poteritis seruire Domino: eò quòd sit Deus sanctus &c.*

AVGVSTINVS existimare videtur, his Imperatoris verbis notari arrogantiae responso populi: perinde atque si de Dei iustitia non rectè existimans, suae iustitiae nimium tribuerit. quod ab Apostolo est reprehensum: Atque insuper hoc agi, ut ea tanta Dei sanctitate proposita, ad quam humana conditio se suo cultu nunquam potest pro dignitate accommodare; illi magis incitentur, non modò ad tantae maiestatis



stati feruendum præ vilibus idolis: verum etiam ad petendum ab illa subsidium, atque in eius misericordia spem collocandum; similiter atque diuinus vates faciebat, cum diceret: Ne ad sis ad iudicium aduersus seruum tuum. Sic ferè Augustinus. Sed quando illi simpliciter, vt videntur, Imperatoris sententiæ subscribunt, ad stipulanturque. neque alia loquuntur aut voce, aut mente, atque loquentem illum audierant, cum dicunt: *Nos quoque seruiemus Domino*. Id enim illa particula, *nos*, quoque, in qua significatio quadam inest similitudinis, vt mihi certè videtur, satis ostendit. Est enim perinde ac si dicant: Similiter atque tu, domusque tua: ego in illis verbis arrogantiam nullam animaduertere possum, & quidem eo minus possum, quod adiungant meritæ atque debitæ seruitutis suæ causam maximam, cum dicunt: *Nam ipse est Deus noster*. His enim verbis, nisi ego fallor, quidquid officij cultusque tribui ab illis Deo potest, id totum eius diuinæ maiestati assumitur. Quapropter potius existimò Imperatorem, illis verbis: *Non poteritis seruire Domino*, & quæ sequuntur, occultè recteque perstringere inconstantiam, mutabilitatemque animorum, qua ab Iehouæ cultu ad aliorum deorum sacra semper illos fuisse propensissimos testatissimâ sacræ historiis res est. & simul ista tanta difficultate proposita, id efficere velle, vt ipsorum hæc susceptio atque professio religionis sit quàm deliberatissima. Quasi hæc sit Imperatoris oratio: Audio quidem vos promptos animo, paratosque ad seruiendum Deo nostro Iehouæ esse. Sed vereor vt hæc vestra alacritas sit diuturna. Debent enim illi, qui seruiunt, sanctissimè seruire, offensionemque omnem vitare. at vos in omnia estis proni vitia: quæ cum ille non feret; facile ab eo ad alios deos deficientis; quibus vitia ipsa cultus sunt gratissimus. Proinde etiam atque etiam videtote, quid agatis. Nam si semel illi nomen dederitis, haud impune fuerit vobis deinde deficere. Tantis enim vos calamitatibus premet, quantis adhuc amplificauit beneficiis. Habet quidem, fateor, omnis oratio, qua mortalis, humique stratus homo, seruire se Deo profitetur, confidentiæ speciem: cum nostra humilitas, imò vitiositas, nihil grati per se officij præstare illi maiestati possit. Sed quando sic loquuntur, qui Dei gratiam bonitatemque animorum suorum sensu complexi, non solum confidunt, illi grata acceptaque esse sua studia: sed planè se ad ipsius ductum, & nutum ex amore applicare propositum habent: equidem non puto eiusmodi, siue orationem, siue opinionem in crimine esse ponendam. Argumentatur quidem Iosua à Dei sanctitate: colligitque, colendum eum esse sanctissimè: vt ostendat, rem esse perdifficilem; sicut modò dicebam. & ita est sanè. Sed ille pro sua immensâ bonitate atque clementia, quàm facile nostris vitiis offenditur, tam facile pœnitentia nostra, & supplicibus precibus placatur. Neque hoc temerè sibi mortales ipsi persuadent: sed illius sanctissimis verbis credunt. Porro quia in Hebraicis verbis est, *והיה קרובים אליו*, id autem est, si verba exprimas verbis, *Dij sancti ipse*: existimant plerique numerum plurium, personas, vt vocant Theologi, singularem autem, essentiam diuinam, quæ vna est, significare. ego verò, & si hoc refellere neque velim, neque possum etiam; cum putem cælesti instinctu sic esse scriptum; tamen opinor, pluralè numerum, ad comparationem cum alienis diis visum esse aptiorem. Est enim huiusmodi collatio, si tota explicetur. *Dij alienigenæ impuri sunt: & proinde impuros sceleratosque cultores amant. at nostri dij, sancti. amat ergo sanctitatem, odit scelera*. In vetustis commentariis, quæ Tanhuma inscribuntur, scriptum est, multitudinis numerum, *קרובים*: sancti, spectare ad absolutissimam Dei sanctitatem. Ceterum illud: *Ipsè animum mutabit*, siue, vertet se, ad vulgi opinionem dictum est, alias, atque alias Dei affectiones ex reru vario euentu fingentis, quas ille moderatur alioqui æquabili tenore æterni sui consilij, nullis subiectus animi perturbationibus.

*Vos testes de vobis estis, quod vos delegeritis &c.*

22

POST QUAM Imperator satis deliberasse concionè censet, procedit vterius: & tamquã Dei fecialis, stipulatur conceptis verbis quæ ad sanctissimã obligationè existimat esse necessaria. In primis: vt clarè atque apertè profiteantur, consulto & sponte electum à se esse Iehouam, quem colant. Deinde, vt abdicent atque reiiciant à se deos alienos. denique vt animum totum illi vero Deo addictum habeant. Horum primum, ipsa est fœderis, vt sic dicam, substantia. cetera duo eius conditiones videri possunt. Diuus Augustinus, atque etiam R. Leui F. Gersonis, quod, de reiiciendis alienis diis, præcipitur, id accipiunt, de cogitationibus hominum absurdis, atque alienis à Dei maiestate, aut certè parum congruentibus illi numini. Neque enim verisimile esse putat Augustinus, fuisse

Deus noster.

Profiteri se Deo seruire, habet confidentiæ speciem.

Deus quàm facile offenditur nostris peccatis, tam facile placatur nostra pœnitentia.

Tanhuma.

Deus carer perturbationibus.

R. Leui Gers.

Aug. quest. in Iosuan.

fuisse illo tempore vlla Deorum simulacra apud populum, cuius nuper tantopere prædicata est religio. Nam si fuissent, inquit, vindicatum iam diu esset tantum scelus; quando Achanis multo leuius peccatum. tam grauius esse punitum constat. Ad hæc: nulla videmus abiici simulacra: quod in hoc eodem loco iussi olim facere Iacobi familiares, ilico fecerunt. sic ferè Augustinus. Nam Leui suæ sententiæ, vt per se satis certæ, nullam causam affert. Ad illa autem addi etiam huiusmodi alia posse videntur: Quod in Regû historia, cum primum iussus & monitus à Saule esset populus, eadem quæ hic à Iosua, ilico edebat, quæ apud se habebat idola; Baalim, Astarotasque. Quod decem tribus quam ad superstitiones positam esse putabant, fraterno sanguine expiare constituerunt, procurareque. Denique, quod Israel memoratur seruiuisse Iehouæ, omnibus diebus Iosua; non ergo simulacris. Sed vt vt ista sunt, ego pace diuini viri Augustini dixerim, Iosua hoc loco non solum absurdas *innotuit*, hoc est, notitias de rebus religionis, amotas ex omnium animis velle: sed de ipsis potissimum simulacris deorum alienigenarum loqui. Non quasi affirmatè dicat, talia nunc habere apud se populum: sed quod, ne clam atque occultè habeat, vereatur; & simul sanciat, edicatque, ea vniquam habere, nefas esse. Nam quæ sunt allata argumenta, cur nulla haberent illo tempore populus idola; ea religionem quidem fuisse maiorem imperante Iosua in illa republica; quàm antè vniquam, videntur significare: ceteroqui verò, non planè efficiunt illud, neminem tum inter Israelitas priuatim vel habuisse; vel coluisse alienos deos. Nam ad Achanis supplicium quod attinet, dixi capite septimo, credibile esse, multos tunc maioribus flagitiis affines latuisse, neque in medium protractos diuino iudicio esse; cum ille vnus furti paucarum rerum pœnas grauissimas daret. Sic enim arcano suo iudicio, iustissimo illo quidem, res mortalium regere ac moderari Deum; cum omnes homines saluos esse velit; vt sæpè qui minus fontes sunt, supplicia luant, quibus alij sceleratissimi emendentur. Si enim vniuscuiusque facinora sic persequeretur, ac proderet diuina iustitia, vt Achanis: aut si par infortunium ferrent omnes fures, sicarij, latrones, adulteri; quis est nostru, qui se diu impunem fore speret? Iam verò illam nuper ab Iosua laudatam vniuersè religionem populi, non eximere singulos omni noxa, nemo, opinor, tam stultus est, vt non intelligat. Ei autem illud quoque geminum est; quod mox dicitur, Seruiuisse Israelitas Domino omnibus diebus Iosua. & item illud, quod decem tribus bello vindicare decreuerant alienos ritus, ob quos positam fuisse aram illam suspicabantur. Alia enim est vniuersæ multitudinis, & veluti corporis totius, ratio; alia singulorum, aut paucorum hominum. Eam enim remp. bene esse constitutam existimamus, non in qua nullus ciuium labore vitis, sed in qua non multi. Denique exempla, de prolatis in medium simulacris; ostendunt illa quidem, sanctis principum virorù monitis sedulò tunc obtemperasse ciues, & populares; sed quis non vider, quàm vana argumentatione inde concludatur; hic idem non esse factum, quia literis non sit consignatum? Nullus est, quantum certè memini, in Mosis libris locus, quo memoretur, Israelitas, cum per annos XL. verarentur in deserto, circumtulisse vmbra culum idoli, atque etiam simulacrum stellæ instar, quod tamquam deorum omnium regem colebant quidam homines priuati: & tamen huius tam insignis flagitij incusat illos vates Amos: arguitque Stephanus. Quin potius, cum eadem verba hic scripta sint, de abdicandis reiiciendisque diis alienis, quæ illis locis, in quibus proiecta in medium esse simulacra illi dicunt, quod tam diuerso sensu eadem verba interpretari audeant, id verò multo mirabilius est. Sed de his plus satis. Nam confessâ, opinor, res est; cum falsorum deorum imagines, tum imaginationès, vt Plinius loquitur, alienas esse à probo cultu, & religiois sanctitate. Illud autem hoc loco admonèdum est: Pronomen relationis *אשר*, quod per se anceps est, an ad nationes, an verò ad deos spectet, ideò à nobis ad deos esse accommodatum, per genus masculinum; quia Moses in simili oratione illud, *אשר*, inter vos, interpretatus est *אשר*, Quos habebant in manibus suis. Quod sanè de Barbaris hominibus intelligi non potest. Abs re ergo in istis laborauit diuus Augustinus, cum essent ipsius Mosis interpretatione sancita.

Sup. c. 13. v. 2.

Inf. v. 31.

Sup. c. 7. v. 1. c. 12.

Amos 5. 26. v. 7. 43.

Gen. 35. 4.

Aug. quest. in Iosuan.

An vlla apud Israelitas idola, imperante Iosua, fuerint.

Deus cur interdum quoddam peccata in vno homine puniat, cum multo etiam grauiora in alijs videatur distimulare.

Alia est multitudinis peccantis ratio, alia vnus hominis, aut paucorum.

Non omnia quæ acta, etiam sunt consignata facis literis.

*Percussit igitur Iosua fœdus populo, die illo &c.*

25

HEBRAICE est, dissecuit, aut discidit fœdus. quæ dicendi ratio est à me explicata capite nono, ad versiculù decimum quintum. Est autem verisimillimum, hic nullu esse solennem ritum omissum; vt esset omnibus modis sanctissimù fœdus. & quia ista pactione rursus

Fœdus.

rursus veluti initiabatur populus sacra religione; non solum sacrificatum esse, verum etiam, tamquam nexu quodam, victimæ sanguine partim aram Dei, quasi Deum ipsum, partim populam esse inspersum, solenni ritu: quando à Mose factum esse constat, cum illud foedus pangeret primum, cuius nunc renouatio agitur. Aram enim aut nouam exstructam hoc loco esse, aut veterem instauratam, credibile est, cum sacra adesset arca. Porro illud, *Imposuit ipsi statutum, & legem in Sychem*: foederis condiciones continet; & quidem paullo explicatius, quam antè, cum solo magno illo mandato proposito, amandum esse Deum ex toto animo, rectè vniuersa Mosis lex significabatur: quæ nunc hæc duobus vocabulis, *אֵלֶּיךָ*, & *אֲרָצְךָ*, expressa est. Scitè enim, meo certè iudicio, proditum est à R. Iosepho Albo, Mosis legem totam ex tribus diuersis constitutionum generibus constare. ex *אֲרָצְךָ*, quæ ego, oracula dici posse, puto: ex *אֵלֶּיךָ*, quæ interpretor, statuta: denique ex *אֲרָצְךָ*, quæ voco, iudicia, siue leges, aut normam iudicialem: & primum quidem genus spectare ad Dei sapientiam; alterum, ad eius voluntatem; tertium ad potentiam. Positum enim esse primum, in scientia veritatis rerum, præsertim diuinarum. Cuiusmodi sunt; Deum esse vnum; & providere, moderari, procurare res omnes: esse in eo gratiam, & beneficentiam: delectari placariq; nostra pietate. ab eo conditum de nihilo esse mundum, nostra causa: & quæ sunt his similia oracula: quorum aliqua Dei ipsius voce, aut ab eius interpretibus edita è cælo sunt. quædam etiam instinctu afflatuq; diuino in hominum animos fusa, & tamquam diuinitus insita. Alteru verò genus ex sola Dei voluntate pendere: cum ceteroqui nulla possit dici ratio. Qualia sunt illa, Agru non esse conferendu diuersis feminum generibus. Non esse vtèdum veste varia. Quædã sacrificia hoc, illo ritu, alia alio esse facienda. Quid enim aut Dei, aut hominù referat, si ritus cõmutentur? si vestis sumatur, quæ optime corpus tegat? si ea femina terræ cõmittantur, quæ huberrimè sit redditura? nisi quòd parendu est diuinæ voluntati. Deniq; genus tertiu pertinere totu ad iustitiam, atq; ad iudiciales & forenses causas, quippe quibus cõstitutionibus vindicantur atq; remuneratùr probi; improbi coercetùr puniunturq;. Igitur quado hoc loco sola duo posteriora genera cõmemorantur, pro vniuersa Mosis lege, existimandù est, idèd prius genus esse omissum; quia illud solidu sponte cõfessi iam, professiq; Israelitæ esse videtur; cù dixerint: Dñs Deus noster is est, qui eduxit nos, patresq; nostros ex Ægypto: & quæ alia illic deinceps responderunt. Ab his non multu discrepant, quæ apud Lyranus sunt. Kimhi autè opinatur, dandi casum, *ipsi*, superuacaneum esse; & id modò dici: Iosviam rei actæ memoriã monumentis mandasse: quæ monumenta sunt, statutus sub arbore lapis; & inscripta foederis verba in libro legis. Magna alioru Iudæorum pars sic ista accipiunt, quasi Iosua generatim Mosis legis capita populo in memoriã reuocari. Quod sanè credibile est, factum esse, Mosis exemplo, quamuis ex sacris verbis id confici non possit. Imponere, enim, non est, recitare. Nominatim autem dicitur in Sychem. Quia res memorabilis, ostenso loco, maiore cum fide proditur posteritati.

*Scripsit autem Iosua verba ista in libro legis Dei &c.*

LOQVITVR, opinor, de stipulationis Dei, & sponsonis populi formulis. Nam similiter in Mosis foedere memoratum est, Mosèn omnia verba Dei scripsisse. Etenim vtile erat, vt literis ista consignarentur sacris, non solum, quòd perpetua ipsorum exstaret memoria: sed vt extare eam populus recordaretur etiam; eoq; religione maiore datam sponte fidem in posterum coleret. Atque idèd non seorsim, sed in sacratissimis illis Mosaicæ legis tabulis inscripta sunt, quæ apud arcam Dei custodiebantur. Iam verò etiam illud ad Mosis exemplum fieri videtur, quòd lapidem grandem ponit Imperator. Nam cur Moses statueret plures lapides alia ei ratio erat. Cùm enim maxima esset hominum multitudo, quam oportebat in primo illo foedere faciendo adesse: & alij propitius ad montem admissi, alij longius, & tantum non cum bestiis prohibiti viderentur; diuino prorsus consilio Moses omnium tribuum statuas proximè ad Dei aram collocandas putabat: vt eo saltem symbolo intelligerent, quamuis gradu altiore alij, alij inferiore consisterent; tamen ex æquo caros Deo omnes esse. At hïc capita dumtaxat populi citata sunt: & proinde nihil opus est diuersis subfelliis. Possunt enim facilè omnes simul iuxta arcam consistere. Et credibile est, etiamnum existisse duodecim illa saxa, quæ hoc ipso loco ponebantur, cùm inter montem Garizim & Hebal sacrificaretur, vt exposuimus capite octauo. Ad hoc, lapis iste, qui modò statuitur, nihil aliud quam monumentum est rei actæ. Mosis verò illi duodecim lapides repræ-

R. Moses Albus. Lex Mosis triplices constitutiones complectitur.

Lyranus. X. D. Kimhi.

Cur Moses apud Sinai XII lapides statuerit, Iosua hæc vnum.

Exod. 14.5.

Exod. 24.7.

Exod. 24.4.

Deut. 31.12.

repræsentabant duodecim tribus: ceteroqui nullo illic monumento erat opus in locis solis, ad quæ reuerri aliquando Israelitæ minimè deberent. De arbore *אֵלֶּיךָ*, Ela, siue *אֵלֶּיךָ* & *אֲרָצְךָ* Alla, sub qua hanc statuam statuit Imperator, diximus pauca octauo capite. Plerique Hebræorum opinantur, eam ipsam esse arborem, sub qua olim Iacob deorum, simulacra cõdidit, quæ sui familiares ex Mesopotamia asportarant. Hoc enim ita esse, proditù à Doctorib; Heb. est. Sed cuius generis arbor fuerit, nihil certi à quoquã affertur. multi enim quercum fuisse arbitrantur. alij pinum, aut abietem. cui opinioni fauere videtur Græcù nomen *ελαιου*. LXXII. terebinthum solent vocare. Sunt etiam, qui vlmum: sunt qui castaneam; nescio an vsi coniectura aliqua, an temerè, statuant fuisse. Isaias dicere videtur, hoc genus hieme abicere folia. quod pleriq; quidem accidere solet arboribus; sed non abietum generi. Sic enim ego interpretor verbum *אֵלֶּיךָ*, cùm ille ait: *אֵלֶּיךָ וְאֵלֶּיךָ מִן הַמַּצְחָה*, vt id tempus significet, quo arbores comam amittunt, quasi dicat, Sancti seminis vim, atque efficacitatem reliquam fore in Israelitis, cùm erunt in exilio; similiter atque inest arboribus Ela, & Allon, quo tempore foliis omnibus nudata sunt, vis reuifcendi. Ego verò cum Aquila, Symmacho, atque Latino, ex quercu, siue roborum genere fuisse suspicor. Nam referunt homines peregrini, etiam nunc *אֵלֶּיךָ*, Elon, siue ilicem, ostendi apud illam Abrahamæ memorabilem habitationem; & folia illi esse paullo maiora quam lentisco: fructus verò, quales quercubus. Neque verò solum id Hebræis assentior; eam hanc esse arborem ipsam, sub qua Iacob falsos illos deos sepeliebat, verum etiam eam, vt capite octauo disputaui, apud quam Deus suam primu præsentiam patefecerat in Chananæa Abrahamo, cùm diceret: Semini tuo dabo terrã hanc: si quidem manebat adhuc illa arbor. Nam mansisse, haud incredibile videri potest, post annos nondum quingentos. Certum est enim, glandiferarum illud genus, natura quam diutissimè stare posse. Sed cur mirabile sit, si post annos tam paucos manebat, quando illa Abrahamæ apud Mamre sedes ad hunc vsq; diem tenere potuit suam ilicem? nempe quæ apud tantorum virorum monumenta factæ sunt arbores, & sempiternæ sunt: & ipsa commemoratione perpetuò manent, vigentq;e. Porro ab ista statua, cœpit arbor hæc deinceps appellari, *אֵלֶּיךָ*, Elon Muzab, hoc est, Quercus, siue ilex statua. vt cõstat ex Iudicù historia. Et ista iam hæcenus, plura capite octauo. Sed quid tandem existimabimus dici, *Sacrarium Domini*, in quo ista exstabat arbor? Non existisse quidem in ipso sacrario, sed iuxta, censent Iudæi. Neq; enim insolens est eiusmodi Præpositionum, vt vocantur, commutatio. Sacrarium autem, vocari putant, domum quampiam, quæ fortè ibi erat, in quã intulerant arcam sacram, ne sub dio maneret. Atqui probabilius dicere possent, meo certè iudicio, allatum fuisse tabernaculum illud solenne, vt augustior videretur istorum maximi momenti comitorum pompa. Ego verò auguror, sacrarium Domini, eum dici locu, quem Abraham, posita apud istam arborem ara, & facta re diuina, primu, in omni Chananæa, consecrauerat, cùm illic lætissimum illum à Deo nuntium accepisset: prius similiter atq; à Iacobo locus ille est Beth-el, id est, domus Dei, siue sanum Dei, nuncupatus, in quo ipse primu diuina visa vidisset, & oracula audiisset, illius Abrahamæ oraculis similia. Sed de ista re sic existimet quisque, vt volet. Illud verò maiore consideratione dignam dubitationem habere videatur. cùm Deuteronomio lege sancitum sit, Ne quis ferat lucum vilius arborum generis apud aram Domini Dei; neque statuam statuam, quam odit Deus: qui possit ea lex non dupliciter violata videri hoc loco ab Imperatore Iosua. Sed responderi rectè, opinor, potest: Simulacra deorum alienorum prohibita lege illa esse. eas enim esse statuas, quas odit Deus. at sacrarum rerum monumenta, & pietatis adminicula, ad eò non esse vetita, vt sæpè etiam iussa sint fieri. Cuius autem rei monumentu fuerit ista nostra statua, mox sacris exponetur verbis. Ad lucum verò quod attinet, is nullus hïc conferitur; neque quem fortè natura seuit, deligitur. Sed simpliciter, nullaq; cum superstitione, apud eam ilicem, apud quam Deus præsentiam suam Abrahamo primu declarauerat in Chananæa, ille statuam erigit. non profecto, vt eam vllus vnuquã mortaliu adoret, aut pro Deo colat; non magis quam Moses duodecim illas apud montem Sinæum. Sed vt posterius eius aspectu tamquam admonitu in memoriã redeant tum auspicausimorum illorum initiorum, quibus Abraham hïc primu diuino Spiritu affatus, & Chananææ heres institutus est; tum suorum promissorum, quibus hoc in loco bis in Dei legem solenniter ipsi iurant. & his cogitationibus excitentur ad religiosam pietatem aduersus Deum, &c.

Explicatus locus.

עֵלֶיךָ

Ilex Mamre.

Arbores apud magnorum virorum monumenta factæ, sunt sempiternæ.

אֵלֶּיךָ

Sacrarium Domini.

An Iosua violaret legem de loco non ferendo, aut statuam statuenda.

Sacrari rerum monumenta non sunt vetita.

Deinde ait Iosua ad omnem populum, En lapis iste &c.

Moses, cum Dei legem literis à se consignatam Leuitis daret seruandam, his vtebatur verbis; Accipite librum legis hunc: ac ponite eum à latere arcae foederis Domini Dei vestri: & sit illic aduersum te testis. Noui enim rebellionem tuam, & ceruicem tuam duram. En me hodie apud vos viuo, contumaces fuistis in Dominum. quanto magis fueritis post mortem meam? & quæ sequuntur. Igitur vt Moses ipsam legem, tamquàm publicas tabulas, voluit testem manere ad omnem posteritatem, perfidiæ populi; si in colendi Dei officio ille non perseveraret. sic Iosua hanc statuat, quasi consciam, factæ spemionis testem fore ait; vt cum ille Mosi tabulæ apud Dei delubrum reconditæ latent, hæc cotidie in multorum oculos incurrat. Et verò vtitatum fuisse priscis illis sæculis, vt statuas, siue lapidum tumulos ponerent, qui foedus fecissent, quasi actæ rei testificatione futuram, satis magno argumento est Gala-ad Iacobi, & Labanis. Ceterum *περοσωποποιαν*, qua lapidi audiendi sensus attribuitur; quia absurda videtur; Chaldaus explicandam sibi multis verbis esse putauit. Conuertit enim locum istum in hanc sententiam. En lapis iste erit nobis, quasi duæ tabulæ lapideæ foederis: fecimus enim ipsum pro testimonio. Verba enim quæ in eo sunt inscripta, referunt omnia verba, quæ Dominus locutus est ad nos. Erit ergo apud vos pro monumento, & pro testimonio, si forte sefelleritis Deum vestrum. sic ille. At enim à multis, scitè, vt videtur, existimatum est; huiusce generis fictiones personarum, quibus sensum diuini verbi tributum iis rebus videmus, quæ animis vacant, vim potentiamque mirificam illius verbi significare: & simul testè hominum stuporem incusare. cum illud sit tam vehemens atque acre, vt dura saxa, aut res alias; quæ non solum intelligentia, & ratione, sed prorsus omni vita carent; quodam modo afficiat: & tamen hominū animos non percellat aut permoueat. Sed de verbi Dei efficacia peruaugaturum est illud Ieremias: Nonne verbum meum est vt ignis, ait Dominus, & vt malleus dissipans petram? Et illud Apostoli: Viuus est sermo Dei, & efficax: atque acutior quàm vllus gladius anceps: penetransque vsque ad diuisionem animæ & spiritus; compagumque & medullarum &c. Neque verò mirum est, verbum illud tanta polleere efficientia; cum sit ipsa Christi Filij Dei virtus; in cuius potestate Pater caelestis omnia posuit, quæ vsquã sunt, siue in cælo, siue in terra. Diuus autem Augustinus illam *περοσωποποιαν*, quia figura per se absurda est; refert *ἀναγωγικῶς* ad Christum; qui, vt dictum est à diuo Petro, lapis est offensionis, iis, qui Dei verbo offenduntur; cum sint ad fidem ei adiungendam destinati, atque comparati. Philosphatur idem, piè sanè, de arbore, sub qua lapis iste statuitur. putatque Christi crucem ea esse adumbratam. Sed ista ab illo esse petenda cenfeo. Quin R. Moses Nehmannus quoque, vir acutus, & qui sæpe in scrutandis interioribus & recòditis literis est admirabilis, scriptum reliquit: eum ipsum hoc loco significari lapidem, de quo Iacob fuerat vaticinatus cum diceret: Inde pastor lapis Israel. Et de quo Dauid sic cecinit: Lapidem què reprobauerunt ædificantes; hic factus est in caput anguli &c. deniq. de quo Zacharias hæc ad Iesum filium Iosedech diuina verba fecit: Ecce ego adducam seruum meum orientem. quia ecce lapis quem dedi coram Iesu: super lapidem vnum septem oculi &c. Quæ omnia esse consentanea diui Augustini sententiæ nemo non intelligit.

Et dimisit Iosua populum ad suam quemq. possessionem &c.

Hic versiculus cum tribus deinceps sequentibus, denuo leguntur in Iudicum historia, καὶ ὅτε εὐλογοῖεν. Sed illic hæc addita clausula verborum est, *ἡ γῆ ἡν ἠρῶν*, hoc est, vindicatum sibi terram in hereditatem: siue occupatum terram. vnde bona capi coniectura posse videtur: Non nunc simpliciter dimissum esse populum, vt in suis quisque possessionibus quas adepti iam erant, vitam per otium transigeret. sed simul seriò monitum esse, vt, pro viribus, pulsus paullatim Barbaris, suos sibi fines singuli solidos acquirere pergerent. Quod consilium eos cepisse etiam ilico post Iosua excessum, testimonio luculento sunt illa, quæ initio historiae Iudicum prodita literis sunt. Quæsitum hoc loco à diuo Augustino est, cur Imperator postrema hac sua oratione non sit acriter inuectus in eos, qui tributis pactione Chananæos in suis possessionibus manere passi fuerant, cum essent ipsi his fortiores. Dictum enim supra est, Israelitas, cum inualescerent, adegisse Chananæos ad pendendum tributum: ceterò qui non eliminasse. Existimare autem videtur ille, id in crimine illis non posuisse Iosua, quia non negligentia iussorum diuinorum, sed metu Barbarorum, eos non exterminassent: adiungitque exemplum Paulli, qui

Veretes lapides ponebant te-  
stificatione foederis dicitur.

Chaldaus.

Prospopœia  
de verbo Dei  
res inanimas  
mouente, quid  
significent.

Verbi Dei vis  
& efficacia.

Anagoge.

Quæstio Diui  
Augustini.

Deut. 31, 26.

Gen. 31, 45.

Jer. 23, 29.

Heb. 4, 12.

Act. 17, 17.

1. Petr. 2, 8.

Gen. 49, 14.

Pf. 116, 122.

Zach. 5.

Judic. 1, 25.

Judic. 1, 1.

Sup. c. 17, v. 13.

2. Tim. 3, 14.

qui Alexandro fabro precatur digna à Deo suis maleficiis mercedè. atis qui se in primâ defensione deseruerant, optat, ne Deus id ipsis culpæ det. nempe ille animi improbitate, hi metu peccarant. Sed mihi, pace summi viri dico, similius vero esse videtur, nihil improba indulgentia aduersus Chananæos, viuo & superstite Iosua, peccasse Israelitas; sed κατὰ ψεύλην illa esse dicta, de tributis pactione. Nam si cum superiores essent, hostem, lucelli cupidine, aduersus Dei iussa apud se habitare passi fuissent: profectò neque præclara illa laude Imperator ipsos ornasset, neque absurda comparatione adhortatus ad colendam pietatem fuisset, cum diceret: Adhærete Domino Deo vestro, sicut fecistis ad hunc vsque diem.

Post has res euenit, vt moueretur Iosua filius Nun &c.

CREDIBILE est, Iosua, post ista comitia nò diu vixisse. sed paullo post, reuersum domum, excessisse è vita. Sic enim etiam Mosen accepimus, simulatque perscriptam legem, in vltima concione populo commendasset: & diuino carmine cælum terramque testes appellasset aduersus illius in proba religione inconstantiam, ipso eo die ab omni conspectu secedere in montem à Deo iussum esse, in quo emigraret è vita. Quin ipsa sacra verba; si pressius tractentur, satis aperte illius vitæ tempus his rebus actis definiunt. Est enim in sacro texto, *הנה יהוה ירד מן השמים*. Post istas res euenit, *διηκουσας*. Nam qualemque insequens tempus solet ad hunc modum describi *ὅταν ἴθις*, hoc est, Post accidit. Non potuit autem narratio excessus sanctissimi Imperatoris, præclariore elogio, concludi; quàm vt seruus Iehouæ, hoc est, Domini Dei, ille vocaretur. Hoc enim omnis virtutis laude funus eius exornat; & ipsum rectà in cælum, atq. ad æternam vitâ subuehit. Sunt enim illi beati, qui in Domino, hoc est, Deo addicti, moriuntur: quippe qui deinceps à suis laboribus requiescent, & virtutum suarum fructu fruuntur, vt habet oraculum ex ipso redditum cælo. Additur porrò etiam morientis ætas quanta fuerit. Nimirum, qui per præclara facinora, & veras virtutes vitam suam transgèrere, ij quia minime frustra vixerunt, digni sunt, quorum vel momenta horarum obseruentur, annumerenturque. Illi enim, vt præclare historicus dixit, viuere demum, atque frui anima videntur, qui bonis negotiis intenti virtutis veram gloriam quaerunt. Quibus verò corpus voluptati, anima oneri fuit, eorum vitam mortemque iuxta æstimare debemus. Nam æque de vtraque filetur. Sed de Iosua atate mox.

Sepelientq. ipsum intra fines hereditatis suæ &c.

MAGNORVM virorum & feminarum illustrium monumenta, quibus mortui conderentur, non solum fuisse comparata studiosè: sed etiam quibus in locis constructa fuerint, proditum sæpè sacris literis videmus: vt hic Iosua, Eleazaris, Iosephi: alibi Abraham; Sara; Isaac, Iacobi, Samuelis, Dauidis, aliorum. Neque verò ista de bonis modò: quamquam de his sæpius: sed etiam de improbis obseruata sunt. Quorum illud eò potissimum spiritum sanctum sacrae historiae auctorem fecisse arbitror; vt omnibus sæculis testatum esset, quantus fuerit, ab omni retrò memoria, de altera vita consensus hominum. Hoc verò, cum vt historiae fides esset sanctior, tum maximè, vt quoniam sola ferè literarum monumenta æterna sunt, his tales tantique viri, demonstratis ipsorum sepulcris, quasi in iis ipsi essent reliqui, perpetuò posterorum oculis, tamquam sequenda virtutum, vel fugienda vitiorum exempla, quodam modo representarentur. Ad istam enim *ἐπιτύχησεν* bona ad imitationem, non ad adulationem, quæ in adorationem vocat Theologi, hinc sua monumenta constructa sunt. Neque enim solus animus homo est; quod Socrates existimabat, cum Critoni de eius sepultura querenti responderet, post mortem nihil sui reliquum fore, quod sepeliri posset. Sed quamvis elapsus ille corpore sit; ea tamen etiam tum necessitudo occulta cum hoc ipsi intercedit; vt nisi de nouo consocietur, perfectissimè beatus esse numquam possit. Qua ex re profectas esse eas, quæ apud omnes nationes semper vtitatæ sunt in humanis corporibus religiosas caeremonias, certissimum est. Et si enim, præter paucos eos, quorum mens caelesti doctrina informata fuit; nemo omnium, quantumuis acutus & sagax Philosophus, illam dissipatorum post mortem corporum redintegrationem, quam resurrectionem vocare Theologi placuit, intelligentia testè assecutus, tamen ipsa, quam Deus omnibus mortalibus indidit, communis natura, futurum, vt aliquando reuiuiscerent corpora; suisque animis redderentur, tacita semper iudicauit: cum omnes, non doctrina,

Iosua seruus Dei.

Ætas morientis indicata, cur.

Verè viuere. Sallustius.

Monimenta magnorū virorum cur offensa in sacris literis.

Diuorum monumenta cur feruari possint. Non solus animus homo est. Socrates.

Animus vt perfectissimè beatus sit, opus habet corpore. Iusta exequiarum vnde nata.

Natura omnibus insita est resurrectionis notio.



paucorum illè annorum rationem non habebat. Sed R. R. Solomon, & Kimhi, vt veram vndiquaque fuisse rationis Iephtæ summam ostendant, paullo aliter istos calculos subducunt: quos ipsos etiam non me pigebit adscribere; cum res paucis possit absolui.

R. D. Kimhi. Igitur, gubernavit, inquit Kimhi, Israellem Iosua annis x xv i i i. Othoniel xl. Ahud l x x x. Debhora & Barac x l. Gedeon totidem. Abimelech tribus, Thola x x i i i. Iair x x i i. En tibi annos c c l x x v i. in quibus anni seruitutis insunt. Adde annos xv i i i. quibus Ammonitæ dominabantur Israelitis, prius quàm Iephta surgeret: confecta que erit summa annorum c c c, si annos v i. Iephtæ addideris. Sic Kimhi: Atqui absurdus est, annos istos sex adiciere, quàm vi i. deesse putare. Certum enim est, Iephtam initio sui principatus annos trecentos opposuisse Ammonitarum querelæ. R. Solomon. Ergo ad hunc ratiocinatur modum. Legimus, inquit, in Sedar--olam, imperasse Iosua annis x x v i i i. sed nullus est in sacris literis locus, qui me id ita esse doceat. Othoniel autem rexit annis xl, cum iis annis, quibus Chusan--refathaim vexavit populum. Ahud lxxx: sed in his sunt anni octodecim Eglonis. En tibi annos c x l v i i i. Debhora an. x l. simul cum annis regis Iabin. En tibi annos c l x x v i i i. His adde annos septem, quibus deinceps Madianitæ oppresserunt Israellem. Tum xl. Gedeonis, tres que Abimelechi. habes annos c c x x v i i i. Adiice insuper annos Tholæ xx i i i. Iairis x x i i. Sed de istorum duorum imperio facienda est anni vnus decessio. Demùm his omnibus annumerato annos octodecim dominationis Ammonitarum, prius quàm Iephta ad gubernacula accederet. En tibi annos trecentos. Hæc R. Solomon. Sed sentio iam me nimis longum fieri. facere tamen non possum, quin Maimonij quoque sententiam; quia longissimè ab istis discrepat, paucis adiungam. Existimat ergo Maimonius, Iosua vixisse post Mosè annos dumtaxat quatuordecim. Nam apud montem Sinæum cum excessisset Mosès annum lxxx i, illum fuisse natum annos circiter l v i i. Neque pluribus hanc suam sententiam explicat Maimonius. Existimat igitur, vt videtur, ille, mox post terræ partitionem è vita emigrasse Iosua. quod profectò non esse ita, satis magno argumento illa sunt verba, quæ capite vigesimo tertio leguntur: Iosua, post multos dies, ex quo quietis esse Israelitis dederat Deus ab hostibus, conuentum illum habuisse. Neque enim dubitant, qui Hebraicè norunt, quin multi dies, aliquot annorum tempus sit. vt iam nihil dicam, de exadificata ab eo, post diuisam terram, vrbe Thamnath--sara, atque etiam habitata. Et hæc hæc tenus. Seniores, qui produxere ætatem post Iosua, opinatur R. Leui F. Gersonis, eos dici, qui vetera illa miracula in Ægypto conspexerant, memoria que tenebant, qualia coram Pharaone patrarat Mosès: tum ad mare rubrum, cetera. Idque ei ego assentior. nam parum mihi probabilis videtur opinio Davidis Kimhi, qui opus à Domino patratum, de iis rebus admirabilibus interpretatur, quæ Iosua auspiciis gesta sunt. veluti de ficcato Iordane, de muris Ierichuntis, de Solis cursu cohibito, & huiusmodi aliis. In Iudicum enim libro, vbi hæc eadem, *וְשֵׁבֶט יִשְׂרָאֵל*, scripta sunt, proditum memoriæ est; post Iosua excessum extinctam esse etiam vniuersam illam seniorum generationem. & tum, veluti nouo sæculo, ad novos ritus, aliam que religionem Israelitas animum adiecisse. Cum ergo hoc non admodum multis post Iosua obitum annis accidisse certum sit, quis credat, eos omnes tam citò sublatos morte esse, qui aut in deserto fuerant nati, aut admodum pueri Ægypto excefferant: quorum nemo, cum moreretur Iosua, annum ætatis octogesimum longè potuit excessisse. Ceterum docet hic locus luculentissimè, quantum sit in vnus hominis probitate positum momentum, qui in repub. dominatur. Dicebat nuper Imperator sanctissimus, vt colat populus vniuersus deos alienigenas, constitutum sibi cum sua familia esse, Iehouæ religionem tenere. Iam verò eundem esse parentium sensum videmus; quàm diu illius vitæ exemplum ante oculos habent. Imitationis enim studio, & quadam coniunctione, quæ ipsis cum suo Imperatore est, inducuntur ad seruandum eisdem ritus. non autem metu seuerioris imperij. Nam præuaricantibus, idem illo mortuo, quod viuo, malum impendebat. Neque enim Imperator, sed Deus vindex erat futurus fœdæ religionis. Et tamen mox, vbi ille vnus ex oculis sublatus, non iam præsens viuendi normam sua ipse vita præscribebat; nihil illi neque promissorum, neque minarum Dei habentes pensis, animorum suorum libidinem continuò præcipiti vesania sectari cœperunt. Nimirum est illud Claudiani verissimum:

Non sic inflectere sensus  
Humanos edicta valent, vt vita regentis.

Et

R. D. Kimhi.

R. Solomon.

Dies multi.

R. Leui Gers.

R. D. Kimhi.

In principis probitate maximum esse positum momentum.

Princeps sua vita non legibus format mores suorum popularium.

Morh nescim l. 2. c. 3.

Sup. c. 23. 4.

Iudic. 1. 10.

Sup. c. 15.

Claudiana.

Plat. l. de leg. 4.  
Cic. de leg. 3.  
Xen. pad. l. 2.  
De leg. 3.

Judic. 3. 11.  
Nidem. 2. 17.

Gen. extremo.

Gen. 49. 29.

Tras. טוטה פרוק א

Gen. 31. 19.  
Act. 7. 16.

Et prudenter Plato in legibus existimauit, non operoso studio, non longis temporum spaciis opus esse regulo, qui ciuitatis suæ mores, viuendi que instituta mutare vellent. sed ipsum oportere primum eam incedere, quæ ciuibus, vt eant, persuasum esse cupit: siue ad virtutum officia, siue ad contraria vitiorum: ipsa que actione illis cuncta præscribere. Cui illud quoque Ciceronis geminum est, quod è Platone se traduxisse fatetur: Quales in repub. principes essent, tales solere reliquos esse ciues. Illud verò Cyri apud Xenophontem vel omnium scitissimum est: Principem esse parentibus legem oculatam. Quod Cicero sic dixit: Magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. Sed ista non admodum videntur apud felices animos cogitare, qui nostro sæculo, in amplissimis imperiis, amplissimam gloriam felicitatem que sibi pollicentur ipsi; & probe suo seminare defunctos esse statuant, si ciuibus suis, doctorum aliquorum virorum opera vt leges præscriperunt; cetero qui nullis virtutibus ipsi prælucentes: ne dicam vitis maximis offendentes etiam. Non est quidem hic expressum, desuisse seruire Domino Israellem, post Iosua, & seniorum obitum. at id in Iudicum historia aperte dicitur. Et in libro Nehemias proditum memoriæ est; inde ab Iosua excessu, vsque ad Ezdræ festum tabernaculorum fuisse neglectum: quod cum celeberrimum antè fuerit, de eo facile conicias, quo studio cetera maiorum suorum sacra populus illo tempore coluerit.

Ceterum ossa Ioseph quæ Israelitæ sustulerant &c.

IOSEPHVS: cum paullo post è vita esset emigraturus, iureiurando obligauit fratres suos, vt sua ossa olim in Chananaeam asportarent. cuiusmodi religione ipse quoque antè à suo parente obstrictus, ritè se exsoluerat. Illa igitur fratris sui mandata cum fuissent exsecuta Israelitæ, humauerant eius ossa apud Sychem. Non est quidem consignatam scriptura humationis huius tempus. sed extrema versiculi clausula argumento est; ante fortitionem eam fuisse factam. cum sortis casu acciderit, vt filij heredes essent eius agri, in quo paternum funus locatum iam fuerat. Credibile ergo est, cum primum apud montes Hebal & Garizim fœdus cum Deo sanciret Israelitæ, tum simul istas fratri exsequias soluisse. erat enim vicinus sepulchræ locus. Cur autem id nunc tandem commemoretur, expedita ratio est: quia aliorum hic magnorum virorum sepulcra ostenduntur. Sed enim quærat aliquis, quæ tanta sanctissimos viros causa mouerit, vt non solum efferti in Chananaeam postulerent: sed sanctissima etiam religione id contenderent; & quidem ab iis, de quorum officio non possent dubitare. Nimirum id illi talibus iussis agebant, vt apud suorum popularium animos fidem promissis Dei firmarent: qualè sibi ne mors quidem pmississet eripere. Sed ista sunt alterius loci. Et piget Doct. Hebr. nugas adscribere, quas conuulit Rabbi Iacob in suum commentarium אבן עזר. halucinantur enim illi, futurum, vt reuiuiscant primi, qui in terra illa sacra fuere humati. Cur verò Iosephi ossa illic loci conderentur apud Sychem, obscurum non est. Illam enim agri partem voluerat Iacob esse Iosephi extra sortem: solenne autem fuit præcis illis patribus, vt quisque in suam inferretur possessionem. Et vt longè diuersa regio obtigisset sorte Iosephitis, tamen hunc simul agrum, ipsi vt paternum, iure hereditario erant habituri. Opinatur quidem Kimhi, Iosephum sibi illum locum, quo humari vellet, delegisse: fratribus que suis de eo in mandatis dedisse. sed nullam afferit causam eius suæ opinionis. Doct. Hebr. verò in טוטה, scribunt: prudenter Israelitæ existimauisse, in eum sibi locum esse inferendum Iosephum, ex quo sublatus vendiderant. vendidisse autem è Sychem, itaque ad Sychem referre voluisse. similiter atque si nebulones furto asportatam vini lagenam, vt ebibere, eò reiciant vacuum, vnde plenam sustulerant. Atqui sacra historia memorat, non in agro Sychimano, sed apud Dorthaim diuentum fuisse Ægyptiis Iosephum; quod greges suos è Sychem abegerant fratres. Ceterum empti istius agri à Iacobo narratio, cum narratione emptæ duplicis speluncæ confundi videtur à diuo Stephano. nisi si vitata olim esse omnia exemplaria existimare potius velimus, quàm virum diuino Spiritu non afflatum modò, sed plenum, non rem ipsam dixisse: præsertim cum Syrici codices mendosum eum esse locum aperte ostendant. Sic enim in iis scriptum est, vt verbis verba reddam: Et descendit Iacob in Ægyptum: defunctus que est illic ipse, & patres nostri. & translatus est in Sychè. & positus est in sepulchro: quod emerat Abraham argento, à filiis Hemor. Cum autem appropinquaret. Sed nihil attinet plura reddere. In hac igitur narratione, si pro Sychem, scribas, Hebron, nihil erit absurdum. At ne nunc quidem est, si ad tanti viri exsequias cohonestandas, ductum esse funus ad Sychem vsque primum; vt pote locum in quo ille olim habi-

Cur patres efferti sua ossa in Chananaeam voluerint.

R. D. Kimhi.

Narratio diui Stephani explicatur. Explicatus locus.

habitasset, & etiam tum pradium suum haberet; ac deinde Hebronem ad patrium monumentum, putemus non esse incredibile. Nam ad Hemorem quod attinet, fieri potest, ut is Hephronis, qui speluncam duplicem Abrahamo vendidit, vel parens, vel avus fuerit. Sed ego nunc Syricorum codicum probitatem non constitui defendere. Neque mihi necessarium id est. satis enim mihi illud est, Græcos codices mendosos videri, cum Syrici ab ipsis differant. Quod si verò mihi coniectura vtiliceat, in re tanta, dixerim, Stephanum illic de Iosephi sepultura locutum esse: atque ad hunc modum emendari debere codices Græcos: ut pro Abraham, scribatur, Iacob. illudque τὸ σὺγγέμ, expungatur, tamquam superuacaneum, & non minore audacia, quàm inscientia olim à quopiam additum sacris verbis. Neque enim temere omissum à Syro esse opinor, interprete longè vetustissimo. Quod si verò retinendum est, scribendum omnino esse non, τὸ σὺγγέμ, sed πατρὸς σὺγγέμ, ut est in Genesios libro. Etenim quod plurimum numero memorat Stephanus, patres in Sychem esse translatos, sepultosque, cum sint illic vnus Iosephi condita ossa, est id ex Hebræorum loquendi consuetudine quadam dictum: quam alibi exemplis, nisi fallor, explicauimus. quamquam XII patriarcharum ossa in Sychem sepulta esse scriptum disertè ab Hieronymo est. nec fortasse abs re, verum est hoc alterius loci. Non sum equidem nescius, quibus alij hunc locum rationibus à mendo vindicare conentur. Sed ego nefas non esse puto, iis mendis admouere manus, quæ sacris literis aperte testata, & veluti digito indicata sunt. Porro כֶּסֶפֶת, Cessita, nummi genus esse, non agnas significare, quod Chaldæus, Lxxii, Latinus, arbitrati sunt, ipse Stephanus fanciuit, cum pro eo diceret, *πυλὴ ἀργύρου*, hoc est, precio argenti: & R. Leui F. Gersonis alibi scriptum reliquit, veterum Hebræorum sententiam esse, כֶּסֶפֶת, nummum, valere quatuor סֵקֶל, & insuper quatuor זָוָה, quinque autè סֵקֶל argenti puri, pendere vncias quatuor gallicas, alio loco prodidit idem Leui. זָוָה, verò argentea vna pendit grana hordei sedecim, ut ait R. Solomon, commētariis in Tractatum *תרומה*. Verum enimvero, qui potest illud ita esse, centum Cessitis redemptum ab Hemore fuisse agrum, quem Iacobus, cum eum filio donat, ait, se suo gladio, & arcu Amorrhæis eripuisse? R. Abraham F. Ezzra, & eum secutus Leui Gersonis, putant, hoc à Iacobo, *קצת ארצה* dictum esse; ut à vate: quia ipsius posteris olim essent eum agrum cum vniuersa Chanaanæ erepturi Amorrhæis: hoc est, Chanaanis soboli. Nehmannus addit, credibile esse, cum filium suum hoc agro præ ceteris amplificaret Iacobus, eum proiectis ad illum versis aliquot sagittis, gladioque protento, solenni quodam ritu, Barbaros specie tenus exuisse sua possessione, belli iure. Similiter atque Helizæi iussu memoratur Ioas, emissis sagittis, percussoque terræ solo, Armeniam siue Syriam certa spe veluti debellasse. Acute sanè Nehmannus, quàm autè verè, nescio. Sed afferunt, quos modò dicebam, Hebræi etiam hanc sententiam: Gladiū & arcum Iacobi, diuinum rectè fauorem intelligi, quo ille apud Hemoris filios, hoc est, populares, & ciues, graciosus, agellum, in quo fixo tabernaculo consideret, obtinuit precio illo; cum esset alioqui homo peregrinus; & qui plurimo pecore grauis videri potuit aduena. Diuus verò Hieronymus, eodem pæne, ut videtur, sensu, ait, pecuniam, siue precium fuisse Iacobi gladium & arcum. & profectò hanc sententiam, vt ineptam, nemo, opinor, facilè refellet, aut damnabit, qui Iacobi lenitatem perpetuam, & ab armis alienum animum memoria recolet. Iactat illo alibi scipionem suum, cum quo Iordanè transierat, at gladium, arcum, tela nusquam. quippe vir erat, vt ait sacra historia, simplex, integerque, & domesticus, ac sedentarius. Quare mihi inscitissimum esse videtur eorum commentum, qui existimant, eum crudelem illam & perfidam filiorum suorum victoriam, quam tantopere etiam tum detestabatur, cum illa de emto à se agro verba ad Iosephum faceret, eam inquam victoriam sibi assumere, eoq; iure agrum illum suum esse dicere. Et vt demus, virum à cæde & sanguine alienissimum, re ipsa probare filiorum crudele facinus, quod verbis atrocibus damnat, quæ tandem inscitia est, opinari, Simeonem & Leui etiam agrorum Sycimorum ius vsurpasse, qui ilico post perpetratam perfidiam, illinc profugerunt cum parente? Ego verò credibilis esse censéo, virum sanctissimum, quando arcus & gladij sui verba vsurpat, rectè perstringere sanguinariam filiorum prædam: nedum vt eam suæ vtilitati assumere velit. Verum si quis ista esse argutiora putat, neque probare potest, is existimet licet, Iacobum redemisse primùm precio ab Hemoris popularibus exiguum numdum, in quo cum suis manere posset, centum nummis, qui Cessitæ dicebantur. Deinde verò paullatim ex vicino agro pepulisse Amorrhæos, quem

קֶסֶפֶת  
Chaldæus.  
Latinus.  
R. Leui Gers.

סֵקֶל  
מָנָה

Quæstio de agro emto, quem Iacobus dicit se armis cepisse.  
R. Aben Ezzr.  
R. L. Gers.  
R. Moses Gerundensis.

Gladius & arcus Iacobi, quales.

Iacobi perpetua lenitas.

Quorundam sententia vt inscita refellitur.

Gen. 33, 19.

R. Solomon in tract. Hagga, c. 1.

Gen. 48, extra.

R. 13, 15.

Gen. 31, 47.

Gen. 35, 1.

Gen. 34, 2.

Ios. 4, 5.

Sup. c. 21.

quem illi non iure, sed armis eripuerant Sycimitis, cum Iordanem transfuissent populabundi. Neque enim ait Iacob, se eum agrum ab Hemore gladio & arcu quæsiuisse, sed ab Amorrhæis: Hemor autem & Sychem Heuzi fuere. quod est ipsis sacris testatum verbis. Quibus verò altera illa sententia placet, ij filios Hemor eos dicunt vocari, qui in Hemoris ditione erant. similiter atque patris vocabulum, sæpè eum significat, penes quem est principatus in aliqua gente. Nam vnus Sychem tamquam ex Hemore natus memoratur in sacra Historia. Sciens hîc prætereo, quæ Iudæi afferunt de aucto Iosepho duplici portione, aut alia quapiam re donato, quam Iacobus abstulerit victis Amorrhæis, quando certum est, nihil aliud hoc donum fuisse, quàm Sycimanum istum agrum, diu Ioannis testimonio. Opinatur autem scitè Kimhi, Iacobum sepulturæ causa dedisse Iosepho eum locum; cum eius animum, quem quasi parentem, & monitorem, virtutumq; omnium magistrum pro se moriens relinquebat aliis filiis, vellet modis omnibus ab Ægyptiacis rebus abalienatum in promissæ terræ cogitationem auertere videlicet. Sequitur porro in sacro texto: *Et obigerunt Iosephitis in hereditatem.* De Iosephi ossibus sepultis agitur. & rectè præsentionis diuinæ, qua Iacobus eum locum destinarat sepulturæ filij, atque sortis, consensus, quæ illum Iosephitis assignauit, ostenditur. Erant quidem Iosephi ossa meritò veneranda ab omnibus Israelitis; propter conseruatam in Ægypto vniuersam gentem: sed maxime ab ipsius nepotibus. Nam, vt nuper dicebam, sicut ceteris nationibus, ita & Hebræis solenne fuit, vt apud suos quisque conderetur, præsertim qui rebus gestis clarus esset. Sic enim domestico exemplo, quæque familia, & gens, ad virtutem maxime incitabatur: cum eorum memoriam, quorum apud se habebant ossa, quasi quodam modo præsentium coleret, vsurparentque assidue. Nam ingeneratus ille hominibus sensus, quem dixi; non patitur, vt de præstantissimorum hominum ossibus atque cineribus, similiter atque de aliis rebus prorsus inanimis, existimemus: quippe qui in illis suo quodam modo sentit immortalē vigorem reliquum esse; per quem cum anima sua, quamuis iam separata, & absente, quadam tenus viuunt: certè ea necessitudine deuincta manent, vt quantumuis dilabantur, tamen redintegrandam olim sint, & rursus cum illa confocianda. Quam ob causam credibile est, istam ossium curam inde ab ortu generis humani, hominibus fuisse. Nam Iacobus Orrhohaita, siue Edeffenus, scriptor apud Syros cum primis nobilis, & magni Ephraimi olim doctor, memoriæ prodidit, Noham, ossa primi parentis Adami religiose in arcam ad se recepisse: & post siccatum à diluuiō terrarum orbem, illa inter suos tres liberos, cum orbe ipso distribuisset. Semoque, quem anteferebat ceteris, caluariam donasse: & cum ea regionem illam, quam modò Iudæam appellamus. Quæ à priscis Syris tamquam per manus tradita posteris esse, est credibile. Non eò hæc commemoro: quòd vlla superstitione ossa coli velim. Scio enim præter vnum Deum, nihil, neque in cælo neque in terris esse adorandum: & in solo Christo vt redemptore nostro spem salutis omnem debere collocari. Verum dissimulare non possum, cum præsens hoc à me locus postulet, videri mihi magnis rationibus sanctissimorum hominum ossa iustam apud omnes pios semper habuisse venerationem. Sed hoc hætenus.

*Obiit & Eleazar filius Aharonis: eumq; sepelierunt &c.*

R. D. Kimhi.

Cur magni videri apud suos sepeliri cōsueuerint.  
Cur ossa sanctorum vitorū venerationem semper habuerint.

Iacob. Edeffenus.

Ossa Adami.

Solus Deus adorandus, & spes salutis in solo Christo, vt redemptore, collocanda est.

33

